DE BOLLO
OECONOMIA
CANONICA

TOM. UNIC.

OECONOMIA

CANONICA

DE SACRORVM CATHOLICÆ CHRISTI FAMILIÆ

Ministrorum officio & conseruanda vbique maiorum Ecclesiastica disciplina,

IN TRES CLASSES DIGESTA:

Quibus ea omnia quæ ad verè & sanctè Presbyterorum, Parochorum, & Episcoporum instituendum ministerium pertinent, diuino sacræ scripturæ iure, veterum Patrum auctoritatibus, Pontificum decretis ac Oecumenicorum Conciliorum canonibus accuratißimè tractantur:

Auctore R. P. F. PETRO DE BOLLO, Theologo Parisiensi, ordinis Prædicatorum.

Nunc primum in lucem edita & exornata luculentißimis variarum lectionum annotationibus, Opera PETRI MATTHÆI I. V. D.

Accessit sub calce operis Euangelici sacrificij authentica probatio ex solius scripturæ sacræ testimoniis.

Cum INDICE rerum & verborum.



LVGDVNI,
SVMPTIBVS PETRI LANDRY.
M. D. LXXXIX.
CVM PRIVILEGIO REGIS.

PETRVS DE PINAC Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia Lugdunenſis Archiepiſcopus ac Comes, Galliæ Primas, vniuerſo Clero Diœceſis ſuæ, Salutem & Pacem in Chriſto Ieſu.

SACRARVM literarum monumenta, vt à verbo Dei & ſpiritu eius profecta, omnibus numeris abſoluta, & perfecta ideóque magna religione ipſis adhærendum rectiſſime diuina iubent Oracula. Harum delectu & energia Iuſtinus Martyr & Tatianus permoti ſectis omnibus Philoſophorũ & ſæculi illecebris valedixerunt, vt Chriſti placitis ſe ſe conſecrarent. Verumtamen præ cæteris, ſacris miniſtris Eccleſiæ intereſt ſcripturas ſcrutari, quorum labia cuſtodiunt ſcientiam. Neque enim apud nos vt apud Ethnicos (inquit Lactantius) alii ſunt ſapientiæ Profeſſores, alii religionis Antiſtites, ſed iidem

ſunt Doctores ſapientiæ qui & Dei Sacerdotes. Exigit & efflagitat Deus ab omnibus qui Chriſtianam fidem profitentur legis diuinæ peritiam cum vitę integritate, à Sacerdotibus verò qui ſal terræ & lampades mundi dicuntur, & omnibus verbo & exemplo paſcendis ac regendis præficiuntur, multo locupletiorem, vberiorem, exactiorem ſcientiam & morum candorem ſerio poſtulat. Nos ideo quos diuina clementia & benignitas in hac Archiepiſcopali ſede & Chriſtianiſsimi Galliarum regni Primatu collocauit, & præire ac prælucere multis voluit, hunc librũ Oeconomiæ Canonicę bona fide ex ſacris Theologiæ floribus, Patrum ac Conciliorum Oecumenicorum decretis colligendum atque componendum opera F. Petri de Bollo Doctoris Theologi Pariſienſis Ord. Prædicatorum in publicum Eccleſiæ & Diœceſis noſtræ commodum curauimus. Quod quidem opus pium & eruditum vobis omnibus neceſſarium, fructuoſum ac perutile ex Doctiſsimorum virorum conſilio dignum eſſe vt typis committeretur iudicauimus. Quamobrem omnibus & ſingulis Abbatibus, Decanis, Archidiaconis, Præpoſitis, Prioribus, Canonicis, Curatis, Cappellanis, Presbyteris cæteriſque regularibus ac ſecularibus Clericis qui ſub adminiſtratione noſtra degunt, quique

Sacer

Sacerdotio vel inaugurandi, vel iampridem inaugurati ſunt, ſub diuina indignatione & pœnis noſtro arbitrio reſeruatis diſtrictè præcipiendo mandamus huic ſacræ & piæ lectioni ſedulo & ſtudioſe inuigilare, nocturna diurnáque manu meditari, eiuſque diligenter obſeruare præcepta & ſi hactenus quid ceſſatum aut deſideratum ſit, illud diligenti & indefeſſo ſtudio & lectione ſarcire & compenſare. Decernimus autem ad huius noſtri mandati aſſertionem præſentium exemplis in ipſo libri veſtibulo excuſis & impreſſis vbique gentium fidem adhiberi, quæ ipſis præſentibus adhiberetur ſi ſingulis exhibitæ forent. Datum Lugd. Cal. Decemb. Anno à Chriſto nato. M. D. LXXXVII.

Facultas Vicarij Generalis Ord. Præd.

NOs frater Petrus Ragot, Magister in Theologia & vniuersæ congregationis Gallicanæ ordinis fratrum Prædicatorum humilis vicarius generalis, authoritate nostri officij permittimus dilecto nobis & plurimum honorando Magistro Petro de Bollo, sacræ Theologiæ professori eximio, & conuentus nostri Lugdunensis Priori vigilantissimo, vt eos studiorum ac vigiliarũ suarum fructus quos conscripsit ad magnam Ecclesiæ vtilitatem & populi fidelis consolationem in lucem proferat, eosdémq; imprimi quãto citius fieri poterit procuret, in cuius rei signum præsentibus sigillo nostri officij munitis manu propria subscripsimus. Dat. Parisiis xxx. Sept. Anno M. D. LXXXVII.

F. P. Ragot Vicarius generalis.

Approbatio Doctorum Theologorum almæ vniuersitatis Parisiensis.

OEconomiam canonicã & Christiani Sacrificij probationem ex solius scripturæ sacræ testimonio contextam, opera R. P. Fratris Petri de Bollo, ordinis Prædicatorum Doctoris Theologi, ad reparandam Ecclesię disciplinam, & hæreses confutandas summopere perutilem & necessariam, lectuque & communi piorum applausu dignam admodum, nos subsignati Theologiæ professores fatemur. In cuius rei fidem hæc adscripsimus.

G. Genebrard. diuinarum Hebraarúmque literarum Regius professor.
F. Jacob. Berion. Ord. Prædic.
F. F. Goraceus Pœnitentiarius Viennensis Ecclesia, Ord. Præd.
F. Simon Croissant Theolog. Paris. Ord. Prædic. Ecclesia Molinensis Parochus.

VIRTVTE, GENERE ET DOCTRINA ILLVSTR. IVXTA AC REVERENDISSIMO in Christo Patri ac Domino D. PETRO DE PINAC Lugdunensis Ecclesiæ Archiepiscopo, Christianissimi Regis à Consiliis & Galliæ Primati:

***

F. PETRVS DE BOLLO SS. Theologiæ Doctor Parisiens. Ord. Præd. S. D.

CONQVERIMVR *sæpius (Reuerendissime Antistes) & deploramus plerúmque omnes, huius exulceratissimi & perturbatissimi sæculi miserias, & ciuilium bellorum clades, quæ nos multis ab annis vbiuis locorum cinxerunt. Querimur vrbium longa obsidia, amissas opes, incensos agros, & charissima quæcumque nobis crudeli belli iure sublata. Proh dolor! pauci dolent templa prophanata, ædes expoliatas, sacra mysteria conculcata pedibus, & Ecclesiasticos non in extremum contemptum modò venisse, sed etiam omnium ludibrio exponi, & calumniosè infestari.*

infestari. Pauci inquam tristantur de antiquo Ecclesiastica disciplina decore extincto, pauci de reparanda sacra Christi Oeconomia forma sunt soliciti. O tēpora! ō mores! Causam deploratissima huius tempestatis, alij in Reges, alij in Magistratus, alij in quosdam perduelles non sine stomacho reiiciunt, nemo profecto ex sacro Ecclesia ordine penitius seipsum intueri vult, nemo seipsum accusat. Verum enimuero si altius reuoluerimus morbi originem, eum ex malis cerebri defluxionibus oriri facilè iudicabimus & meritissima & iustissima esse immissa flagella, cum & paribus veluti causis similia patribus nostris obtigerint, qua Dominus summa cum asseueratione apud Prophetas minatur. Tam enim diuina omnipotentis Dei celsitudini exosa est Pralatorum culpa, vt ea sola commotus seueriter in nos tremenda sua iustitia sagittas eiaculetur. Sic enim nostris iisq; grauissimis & periculosissimis impendiis experimur priora mala, quotquot hactenus extiterunt supina socordia, leuitate & pudenda Rectorum negligētia crebrius effluxisse. Hac de causa cum voluit effrænatā populi sui cohibere libidinem, & ad salubrius viuendi consilium reducere fascinatas deuijs erroribus hominum mentes, initio Pralatos & Antistites in ius conuocauit, quasi prius euellenda sit vitiorū colluuies in sacerdotibus quàm in cæteris. Quò enim altior in facie est macula, eò etiam turpior & fœdior est, sic & Pastoris peccatum grauius est, cum & ipsi Pralati

vera dicantur corporis Reipublicæ Christianæ facies, vultus & oculi, et quò sublimius sedent, eò pariter notiora sunt et pestilentiora eorum vitia. Et quemadmodum anxiore & diligẽtiore cura studemus ornatui faciei, eiúsque detergendis sordibus impensius operam deuouemus, sic pium & laudabile illud studium est, quod in procurando Ecclesiasticæ Curiæ Primatum & Præsulum decore adhibetur. Et ideo semper optimi medici more nobiliores corporis partes curare intendentis, Deus voluit auspicari à dignioribus, ac si ipsis sanatis facilè reliquæ reualescerent. A Sanctuario meo, Ezech.6
inquit, incipite. Quod probè intelligens Diuus Petrus non inconsultò dicebat, Tempus est vt incipiat iudicium à domo Dei. Nec abs re Leuitarum antiquorum sordes & peccata multis grauissimísque ceremoniis expiabantur, ex ipsius Dei præcepto dicentis: Si sacerdos qui vnctus est peccauerit delinquere faciẽs populũ, offeret pro peccato suo vitulum immaculatum Domino. Hauriet quoque de sanguine vituli inferens illum in tabernaculum testimonij. Cúmque intinxerit digitum in sanguinem, asperget eum septies coram Domino contra velum Sanctuarij. Et adipem vituli offeret pro peccato & adolebit super altare holocausti, pellẽ verò & oẽs carnes cũ capite & pedibus & intestinis & fimo & reliquo corpore offeret extra castra in locum mundũ vbi cineres effundi solent. Hæc Moses apud Leuiticũ. Sed cur tot cautelis, cur tanta religione?

cur tantis ceremoniis singulare sacerdotum crimen abolendum censetur? Si hæc verba paulò exactius hauriantur, nulla erit particula quæ summam & latentem energiam non explicet. Age ergo, & intuere loquendi formam, Si peccauerit Sacerdos, *quasi hac conditionali coniunctione innueret omnem peccandi libidinem extinctã esse in sacerdote, aut pēnitus auelli & extingui debere, vt sit vnctionis suæ memor quæ minimè caret mysterio. Quemadmodum enim Athletarum moris erat sua nuda corpora vngere antequam in palastrã luctandi gratia descẽderent, cauebántq; ne quid in eis subsisteret, vnde illos prendere aduersarius posset. Et veluti militaris roboris strenuissimi quãtũuis hominēs antiquitùs oleo sua scuta inungebant quo duriùs & fortiùs retunderẽt hostium ictus, pari profectò ratione Sacerdotes constantissimè resistere debent peccatorum impetui suæ vnctionis memores. Videmus insuper pro peccato priuati hominis hircum solum offerri, pro Sacerdote verò vitulum, vt intelligamus grauiore nota insigniri peccata illius, & ideo maiore & pinguiore hostia expiari. Iubetur sanguinis septena aspersio, quasi in eos septies peccatum vlturus sit Dominus. Et quod tristius cogitatu est, oblati vituli nihil sibi facit reliquum præter adipem, cætera hæc extra castra asportari & in loco cineres comburi iubet. Vt perspicuum sit omnibus ingentem humilitatem & demissum animum pœnitẽtia (quæ per Cineres notatur)*

in tan

in tanti peccati expiatione requiri.

Vtinam vel iure postliminij, vel ipsius officij obligatione deuia multùm, plurimorū Sacerdotum turba ad melioris consilij callem rediret. Vtinam inquam collatorum beneficiorum memoria seipsos vererentur, & pronam ad scelera volūtatem optimis moribus superarent, diceréntque cum Iosepho Ægyptio, Ecce Dominus meus omnibus mihi traditis ignorat quid habeat in domo sua, nec quicquam est quod non in mea sit potestate, quomodo ergo possum hoc malum facere & peccare in dominum meum? Altiora profectò & longè sublimiora recepit beneficia sacerdos à Christo domino suo, quàm quæ à Pharaone susceperat Ioseph, sed non minore animi robore vitiorum illecebras & cuncta quæ mentem obruunt pessundare & excutere debet. Reminiscantur inquam gratiarum, quas tanta liberalitate in eorum ordinem effudit, & ab ipso nascentis Ecclesiæ initio largitus est, inconcussam nimirum fidem, iurisdictionem, potestatem penitus cœlestem & diuinam, & excellentiora ea omnia quæ vel dari vel ad dandum inueniri possunt. En quid potuit maius quàm se ipsum dare Sacerdotibus in sacro Missæ sacrificio? Ingens profectò donum, nec ipsis angelis familiare, magna stupendáque gratia, sed perinde nihil nobis tam fœlix, nihil tam faustum cuius neque immensam bonitatem quisquam satis suspicere, neque dignitatem stupere, neque fructus diuitiásque oratione ex-

plicare, neque vlla vnquam memoria pro meritis complecti potuit hactenus. Quod quidem priuilegium magnum certè & excelsum requirit animũ, ab omni vitæ & morum colluuie liberum. Ea enim est prima habenda mentis integritas sine qua indigni penitus tanto munere efficimur. Qualis verò mens esse debeat, quæ Christi mysteria cõfectura sit, Ambrosius hisce verbis significat. Oportet eã primò carere variarũ illecebris voluptatum, vitare internum corporis animíque languorem, vt corpus & sanguinem Christi ministret. Neque enim potest quisquam peccatis suis æger miniméque sanus immortalium sanitatum remedia ministrare. Vide quid agas sacerdos ne febrienti manu corpus Christi attingas, prius cura te vt ministrare possis. Si mundos eos qui ante fuerant leprosi Christus iubet occurrere Sacerdotibus, quanto magis mundum ipsum conuenit esse sacerdotem? Ad hanc mentis puritatem & significandam simul & admonendam facit illud quod Sacerdos sacro astans altari, & iamiam sacrificium Eucharistiæ confecturus, manus præsente piorum concione lauat. Idem etiam apud Israëlitas lege sancitum erat, vt ne Leuitici generis Sacerdotes in tabernaculum testimonij ingrederentur nisi manibus pedibúsque lotis. Hinc apud Græcos eximia & bracteata illa parœmia fertur, ἀνίπτοις χερσὶν καὶ ποσίν, *pro irreuerenter & imparatè translatum à sacrorum puritate. Hesiodus vetat ne quis Ioui libet vinum*

Ambrosi. in lib. de Vid.

Hesiod. περὶ ἐργ.

manibus

manibus illotis:

Μηδὲ ποτ' ἐξ ἠοῦς Διῒ λείβειν αἴθοπα οἶνον
Χερσὶν ἀνίπτοις, μὴ δ' ἄλλοις ἀθανάτοισι. id est,

Nec vnquam mane Ioui vinum libauerit ardẽs,
Illotis manibus, neque Diuum præterea vlli.

Quin etiam prophani ſcriptores crebrò tradunt ſacra ipſa obeunda eſſe à caſtis & à Veneri rei proluuio puris, neque ſacra illa Diis cordi eſſe quæ à voluptuariis peraguntur. Vt & idem admonet Heſiodus.

Μὴ δ' αἰδοῖα γονῇ πεπαλαγμένος ἔνδοθεν οἴκου,
Ἑστίῃ ἐμπελαδὸν παραφαινέμεν, ἀλλ' ἀλέασθαι.

quos Heſiodi verſus Tibullus ſic expreßiſſe videtur, vbi ad ſacra peragenda hortatur caſtos duntaxat praſtò eſſe:

Vos quoq; abeſſe procul iubeo, diſcedat ab aris
Cui tulit heſterna gaudia nocte Venus.

Quis autem verè pietatis amator effrænam multorum libidinem non deplorabit? quis non prioribus nouos diſſimiles eſſe nõ iudicabit? Lippis & tonſoribus (vt dicitur) nota eſt multorum Sacerdotum per vtramque Germaniam apoſtaſia. Effrontes & ſcurræ multi apud nos vagantur. Scimus multos Sacerdotes nuptiatores qui tamen non contenti coniuge (vt optimè ſcriptis edidit Matthæus Launæus olim ſummus hæreticæ prauitatis impoſtor, nunc verus Eccleſiæ alumnus) alia ſcorta reſtinguendæ libidinis gratia quæſierunt, etiam ipſos, vt dici & haberi malunt quàm eſſe refor-

matores Euangelicos. Rident profectò & subsannant collapsam Ecclesiæ disciplinam fermè omnes, qui cum inter se summis & implacabilibus iurgijs dissideant in hoc quidem certè maximè consentiunt, vt Ecclesiam oppugnent & ad eam euertendam omni conatu conspirent, ferántque machinas. Quod si aliquã do coire contingat, id demum efficitur quod Athanasius scribit Oratione 2. cõtra Arrianos, instar Herodis & Pilati in blasphemias aduersus Christum illos consentire. Illi Hierarchiam omnem & sacerdotalem ordinẽ quod antiquis Ecclesiæ moribus multum absimiles inueniãtur, euertere ostendunt, nos verò vnitatem conseruantes Ecclesiæ vicem deploramus, & vt ea reformetur omnibus votis Deum obsecramus. Illi soli Donatistarum cambrem recoxerunt, séque solos veræ Ecclesiæ triumphum & gloriam omninò extinctam vindicasse ab hominum iniuria, & cum Petiliano quodam Donatistarum Apostatarum duce insolenter exclamant: TOTVS MVNDVS APOSTATAVIT, NOS AVTEM IN ECCLESIA PERMANSIMVS TANQVAM DVAE ILLAE TRIBVS IN POPVLO DEI. *Effrana profecto Thrasonum nostrorum vox, consueta hæreticis & magno cum dolore hodie audita ab his qui vno cõsensu fluctuantem Petri Cymbã per Syrtes & Scillas absorbere putãt. Prudenter ergo & doctè scribit Augustinus qua occasione rapiantur illi qui Ecclesiæ vnitatem deserunt,*

Lib. 2. cõtra Eutychen.

Augusti. lib. 3. contra Parmen. c. 1.

ferunt, eo quòd antiqui mores posthaberi videantur. Cùm pia, inquit, ratio & modus Ecclesiasticæ disciplinæ unitatem spiritus in vinculo pacis maximè debeat intueri, illi filij mali qui non odio iniquitatum alienarum, sed studio contentionum suarum infirmas plebes iactantia sui nominis irretitas, vel totas trahere, vel certè diuidere affectant superbia tumidi, peruicacia vesani, calumnijs insidiosi, seditionibus turbulenti ne luce veritatis carere ostendantur, vmbram rigidæ veritatis ostendunt & quæ in scripturis sanctis, salua dilectionis sinceritate & custodita pacis vnitate, ad corrigẽda fraterna vitia, moderatiori curatione fieri præcepta sunt, ad sacrilegium schismatis, & occasionem præcisionis vsurpant. Non sic diuina lege edocti sunt ꝑduelles isti qui fascinata sensuũ existimatione Christi iudicium capere nolunt dicẽtis, Super cathedrã Moysi sederunt Principes & Pharisæi; quæcunque dixerint vobis, facite: quæ verò faciunt, nolite facere: dicũt enim & non faciunt. Ob ingrauescentes quotidie in Ecclesia Dei fluctus, & turbinum impetus, cùm malis moribus sacerdotum, tum ministrorum culpa, ab eius fide tantùm abest vt egreßi sint Prophetæ, quin stupendis vocibus & eiulatibus iustum dolorem planxerunt, non hæretica vesania in insontes promiscuè effrænes se se dederunt, nec vnquam à vero cultu distrahi potuerunt. Legimus tristes vatum antiquorũ elegias. Horrendæ sunt auditu descriptiones illæ quibus Esaias, Matt.23.

Ieremias,

Ieremias, Ioel, Habacuc & complures alij exitiabiles Ecclesiæ Hierosolymitanæ languores, labes, deformitates & extrema excidia deplorant. Funditus euersa esse omnia conqueritur Esaias, omnia corrupta, cultum diuinum neglectum, Sacerdotum ordinem ad omnia flagitia procliuem, magistratum iniquitatum dissimulatorem, plebem maiorum exemplo fascinatam & cuncta vsque adeo contempta & labefactata, vt non dubitet sanctã ciuitatem æquare Sodomæ & Gomorrhæ, nunquam tamen inter tot Ecclesiæ fluctus ab vnitatis ac fidei vinculo dissolui voluerunt, sciebant enim malorum ministrorum vita & societate minimè pollui religionem. Occurrit nobis Carthaginensis Episcopus Diuus Cyprianus non minus doctè quàm prudenter hæreticorum destruens insidias, qui pietatem nescio quam blandiuntur vt à vero pietatis officio ablegentur, dum inquit. Etsi videntur in Ecclesia zizania, aut vasa impura, non est tamen cur ipsi de Ecclesia recedamus, nobis modò laborandum, vt frumentum esse possimus: nobis danda opera, & quantum licet enitendum, vt vas aureũ vel argenteum simus: cæterum vasa fictilia confringere solius Domini est, cui & virga ferrea data est, nec quisquam sibi quod proprium est soli filio vendicet, vt ad aream ventilandam & paleam purgandam sufficiat, zizaniáque omnia humano iudicio segreganda superba est illa obstinatio & sacrilega præsumptio quã sibi furor prauus assumit.

Cyprianus lib. 3. Epist. 5.

Tempori

Temporibus Bernardi repullulaſcentem Donatiſtarum hæreſim coluerunt VValdenſes & qui ſe Apoſtolicos iactitabant, vnóque ore fatebantur malorum præpoſitorum vitam multum fidei & religionis veritati obeſſe. Poſt quos VVicleffius cum tota Hußitarum ſecta, qui in vniuerſum omnem tam Eccleſiaſticam quàm ſecularem poteſtatem ab hominibus crimini mortali obnoxiis ſuſtulit, fuítque illa hæreſis in concilio Conſtantienſi damnata & confutata. Lutherus nouißimè cum ſuis, ſeculari quidem poteſtati pepercit hac in parte, ſed quod ad Eccleſiaſticam attinet, VVicleffi vomitum reſumpſit, addidítque de ſuo (quod huic loco eſt proprium) flagitioſos paſtores in doctrina fidei audiendos non eſſe, more ſanè veterum omnium hæreticorum. Omnes autem quotquot ſunt huius hæreſis perfidia inuoluti, ſeriò reuoluant antiquorum patrum ſcripta, Auguſtinum potißimum in lib. 4. de doctrina Chriſtiana. cap. 27. & lib. de Paſtoribus. cap. 9. & tractatu 46. in Euangelium Ioannis, & libr. 4. de Baptiſmo. contra Donatiſtas. cap. 11. Quibus in locis per ſectã huius dubij glaciem videbũt, & nobiſcum aſſentient, mala vita Prælatorum Eccleſiaſticum magiſterium non impediri, ſimplicémque fideliũ vnitatem non ſcindi. Conſulant pariter aurea verba Gregorij Nazianzeni in ſermone de ſancto lauachro, & Chryſoſtomi cuius ſententiam referre non pigebit. Cum videris, ait, ſacerdotem indignum, ne traducas ſacerdo-

Serm. 66 in Cant.

Seſſ. 8. art. 4. & 5. ite ſeſſ. 75. art. vl.

Chryſoſ. de verbis Iſaiæ.

tium,non enim oportet damnare res, sed qui re bona malè vtitur. Iudas proditor fuit, verũ nõ ob id accusatur Apostolicus ordo, sed illius animus, nec crimen est sacerdotis, sed malum animi, non de doctrina & de rebus tibi loquor, alioqui quot medici facti sũt carnifices, ac venena pro Pharmacis dederunt? noli artem vituperare, sed malè vtentem. Quot nautæ malè rexerunt nauigia? verùm non ars nauigãdi mala est, sed illorum animus. Si Christianus fuerit improbus ne incuses professionem & sacerdotium, sed re bona vtentem malè. Non opineris autem (Archipræsul Reuerẽdissime) his verbis me velle adeo iniquorum Sacerdotum vitam tueri, vt impunè tam exulcerata mente debeant numerum in grege diuino constituere. Tantum abest vt Pharisaicas illas partes defendam, quin si sperarem consilium meum non frustratum iri, liberè in eos iudicium, quod sacris & apostolicis constitutionibus, Pontificum decretis, orthodoxis Conciliorum canonibus, & ipsius verbi Dei authoritate eiaculatur, pronunciarem. Si enim flagitiosis illis ministris canonicæ pœnæ infligerentur, si nulli nisi maturæ & legitimæ ætatis ad hæc sacra subeunda onera admitterentur, sique omnes vrgerentur vt iuxta doctrinam Apostoli essent pudici, non ebriosi, non multo vino dediti, vt diligenti lectioni, deuitato sæculi consortio, nec non feruenti orationi incumberent & inuigilarent, proculdubio tantis sceleribus, illecebris & spurcitiis, quæ iam in huius sacri ordinis

nis ministris deprehẽdere est cum grauissimo omnium scandalo, & certissimo religionis periculo & naufragio etiam, nunquam tam liber patuisset accessus nec subministratum fuisset seminarium. Quod si praesẽtissimum tantis malis remedium non affulserit, vereor profectò ne hic cancer, ne hæc gangrana immedicabilis eueniat serpátque adeò per nobiliora partium huius corporis membra, cui tollendo ardentissima cauteria non sufficiant. Timeo ne accidat quod nollemus. Absit malè ominari, sed Deus auertat quod minitantur exordia. Reuocanda est (Illustrissime Galliæ Primas) & restituenda est in integrum antiqua disciplinæ Ecclesiasticæ integritas, non eo modo quo vsi sunt Nouatores qui Suffenica quadam iactantia se reformatos commendant, reformatæque religionis institutum amplecti, sed id fit κατ' ἀντίφρασιν *vt reor cùm eorum religione nihil deformius excogitari queat. Reformare est aliquid in priorem formam atque gloriam reuocare, qua loquendi gratia vsus est Paulus cùm filiolos suos Galatas iterum parturire scribit, donec formetur Christus in eis, non enim formam nouã à prima dissimilem contrahere veræ reformationis est, sed deuastationis, cuius arbitrio Hæretici ab antiqua Christi Ecclesiæ vnitate & pulchritudine discedunt, vt nouam Synagogam forment & constituant. Sic Angelus tenebrarum transformauit se se in angelum lucis, sic & Gabaonitæ priscorum morem sapientum mentiebantur vt eò facilius*

Galat. 4.

Iosue c. 9.

eluderent plebem, sic Arrius, Macedonius, Nestorius, Marcion, Paulus Samosatenus, Eutiches, & multi alij Archihæretici ex Episcopis, & presbyteris luporum formam & rapacitatem induerunt. Sic & falsi Prophetæ, sub vestimento ouium lupos egerunt, ex operibus autem eorum facillimè à veris discriminabantur, vt certis notis edocuit D. Petrus & Iudas Apostolus in Epistolis Canonicis. Hi sunt qui dormienti agricolæ superseminarunt zizania, & eximiũ Ecclesiæ splendorem, purámque formam deuenustarunt, & meliorum gaudiorum partem in rebus confusis & fœdè turbatis collocarunt. Res nobis non est cum hominibus, sed cum exitialibus monstris imò non cum singulis monstris quemadmodum Herculi fuisse narrant, sed cum multis coniuratis phalangibus, quorum vehemens & virulentum odium erumpit in sacerdotes, odiíque caussam à scelerata morum colluuie contraxisse fingunt, cùm nihil aliud spirent præter Ecclesiæ Christianæ ruinam & periculosissimum exitium. Quid in hac miseriarum congerie agendum est? Quomodo illud Augiæ stabulum quod indies hæreticorũ blasphemiis impletur purgabimus? Omnes efficacissima remedia volumus, in hoc conuenimus vt reformanda sit Ecclesiæ disciplina, aut potius reparanda, sed qua via quibúsue medijs vtendum sit dispares multum sunt nobis Hæretici. Quidam ad primitiuæ Ecclesiæ formam, temporibus Apostolorum reducendam esse exclamant. Sed plura

huic

huic refragantur opinioni. Nam si hæc optimo consilio consentanea essent, obsoleta & antiquata multa restituenda proponerentur in publicam consuetudinem, quæ piè Christianum cultum non sentiunt, imò aduersantur, vt sunt quædam concilij Antiocheni de Idolothytis, de Baptismo, de conuersione Iudæorum, de legis & Euangelij obseruatione decreta. Sed multò minus cohærent quæ cæteri subiiciunt, dum statuunt ad exemplar veluti & archetypum denuo recudendam esse Ecclesiasticam disciplinam, quale ante quingentos annos extitit, ab eo enim tempore collapsum fuisse Ecclesiasticæ Oeconomiæ decus, & auitum virtutis & religionis cultum cessasse præposterè nugantur. Ast quis non audiuit etiam tunc tristes D. Bernardi in illius temporis miserias & calamitates planctus, quas ab Ecclesiæ ministrorum contempto officio exilire & prouehi existimat? Ecclesiam autem tunc temporis effigiem fœdam adeo atque turpem depinxit, vt breui ab Antichristo eam diruendam & conterendam fore crederet, fateretúrque religionē fuco tā malè dissimulatam apparuisse vt nemini non pelluceret. Plura alia in Ecclesiasticos cōqueritur, eósque non solū reos sed & Deo & hominibus exosos facit, rapinam, perfidiam, cædes, & similia scelera connumerat, nec tamen ab vbere matris suæ ablactari cupit. Quid ergo superest? quod efficacius sumetur pharmacum? Morbi & symptomatis affectus in his pertinacissimis paroxismis, plus æquo

redeuntibus tã periculosas ostendit crises vt de salute desperandum sit nisi prompta adhibeatur medela. Reformanda est, reparanda est & recoquenda est Ecclesiæ disciplina, non in nouos typos vt conatus est Montanus, cum fanatica Anabaptistarum turba, nec in nouam & inusitatam formam, vt volunt hæretici, sed in eam puritatem & sinceritatẽ qua olim floruit & conualuit cũ vaticinij Dauidici experiretur
Psal. 86. *fidem dicentis.* Gloriosa dicta sunt de te Ciuitas Dei. *Innumeris propemodum laudibus agni immaculati sponsam extollunt sacri concionabuli buccinatores, sed altius eius personarunt encomium Prophetæ, inter quos summus est Choriphæus Isaias qui tanquã summus Dei fœcialis pollicetur ei pro dote Gentilium & regũ conuersionẽ, tũ antiqui cultus legis Mosaicæ abolitionem. Hæc dos eximia & omni thesauro ditior præstita non fuit in primo nascentis Ecclesiæ gradu, quando Christus ascendit ad cœlos, nec in secundo post Apostolorum triumphos, tẽporibus S. Timothei, Dionysii, Ignatij, Martialis, Policarpi, Irenei, Cornelij, Cypriani, & sæuientibus vndique maris fluctibus in Petri Cymbam agitatam & Tyrannorum vesania plusquam decumanis obsessam turbinibus. Immota tamen & inconcussa constantia omnes minas & sæuissima quaque tormenta præualebant pij illi Athletæ qui Ecclesiam Christi suo decorabant sanguine, amplectebantur totis votis Dei donum martyrium quod extra*

tra charitatem & vnitatem Ecclesiæ nemini conceditur. Tanquam ad festiuos & plausibiles ludos proficiscebantur cum supplicia immania peterent. Hinc rectè Iustinus inquit in Dialogo, Quod nos nemo terrere aut domare valeat, apparet quotidiè, cũ enim obtrũcemur, crucifigamur, obiiciamur bestiis, ignibus, aliisq; tormentis tradamur, tamen à confeßione non discedimus. Sed quanto magis in nos sæuitur, tanto plures pietatem fidémque per nomen Iesu profitemur, haud secus quàm si quis vitem putatione prouocet ad vbertatem fructuum. Et Tertullianus ad finem Apologetici, Plures efficimur quoties metimur à vobis. Semen est sanguis Christianorum Hieronymus fundendo sanguinem & patiendo magis quàm faciendo contumelias fundatam esse Ecclesiam docet, eámque persequutionibus creuisse & martyriis coronatam scribit. Hinc liquet propagatam fuisse mirum in modum Ecclesiam Christi per hos persecutionum impetus, sed non ad summum gloriæ suæ verticem & splendorem peruenisse. Sublimior autem sui ædificij apex fuit omnium iudicio sub Imperio Gratiani, Valentiniani, Gratiani, Cæsarum, & Christianißimorũ regum auspicijs. Cùm enim hi optimi Imperatores Christianismo imbuti essent, cœpit Christianæ Ecclesiæ religio altior & excelsior videri. Nam Constantinus primum, deinde Constantius eius filius sacrificiis Ethnicis, Idolis, tẽplis, dirutis, falsum illũ cultum prohibuit, vt lex secũda de Paganis

in

in Codice Theodosiano, & lex prima de Paganis in codice Iustiniani demonstrant: quo in loco aliis legibus, idem ipsum à Gratiano Valentiniano, Theodosio, & postremò ab Archadio & Honorio factum esse intelligitur, & concilia ut ita constituerent, hortabantur: ut Concil. Carthag. v. cap. postremo. Tunc enim Oraculum Esaiæ adimpletum est. Erunt Reges nutritii tui, & reginæ nutrices tuæ, vultu in terra demisso adórabunt te, & puluerem pedum tuorum lingent. *Tunc corruit Idololatriæ cultus, obmutuit hæresis strepitus, pax & gloria innata est Ecclesiæ, crux pro trophæo eleuata est, structa templa summis impensis, & purpureus illibatæ Christi sponsæ flos emicuit, Xenodochia, & Archigymnasia virtutis & pietatis seminaria fundata, cœnobia instituta, obseruationes catholicæ impensiùs veneratæ fuerunt, & quod dictu maius ab ortu solis usque ad occasum oblata est nomini diuino oblatio munda, hoc est corpus Christi in augustißimo Missæ sacrificio, quod & offeretur donec Danielis adimpleatur Prophetia. Tunc cœpit insigne incremẽtum Ecclesia Dei, in fide, in moribus & in numero hominum. Neque verò mirum est quod semper crescat & proficiat, nec deficiat unquam. Habet enim rectorem atque custodem illum, qui inquit.*

Isai. 46. *Qui portamini à meo utero, qui gestamini à meo sinu, usque ad senectam ego ipse, & usque ad canos ego portabo. Ego feci & ego feram, & ego portabo & saluabo. Ut autem illa*

crescit

crescit ac proficit in melius semper, ita & hæreses deficiunt, etsi proficiunt in peius proficiunt, ita vt etsi principia earum speciosa & magnifica prima fronte appareant, exitus tamen & profectus fœdißimi ac semper miserabiles fieri solent. Sed vt nulla parerga hic immisceantur, nulla alia inueniri potest firmior ac validior opis ferendæ ratio quàm si priscis huius beatæ ætatis temporibus, sub tam florentißima Ecclesiæ corona, & propagatione & sanctis moribus reuocatis Ecclesiasticæ disciplinæ sacra iaciatur anchora. Huiusmodi fuit Caluini consilium sed vndequaque claudicans. Vult enim in responsione ad Illustris. Cardinalem Sadoletum Ecclesiam verè dignum nomen sibi nancisci, quæ cohæreat ei quæ temporibus Diui Augustini in Aphrica, Ambrosii in Italia, Basilij & Chrysostomi in Græcia, natiuum candorem Christianæ religionis coluit. Cũ autem enucleatius et acutius vrgetur ad singularia, doctrinæ, fidei, pietatis, & mysteriorũ insignia confitenda, inducias & subterfugia efflagitat, quicquid Cyprianus & Augustinus Carthagini, quicquid Ambrosius Mediolani, Basilius Cæsareæ & Chrysostomus Constantinopoli optimum, & religioni Catholicæ congruum fecerunt, aut continua praxi ad obseruandum posteris tradiderunt negat, reiicit, & damnat. Aduersatur speciebus genere probato, & in partibus excludit quod in toto complexus est. Vinci non vult etiam victus, ac prostratus, tamen vrget, & attrahit aduersa-

rium, quemadmodum solent pertinaces, sed imperiti palæstritæ. Sed quid ego currenti vltro in præcipitium calcaria addo? Satius erit respondere cauillatoriis obiectionibus eorum qui ex superioribus propositionibus dicent me multum detrahere Apostolico Senatui, quẽ veram Ecclesiæ formam non habuisse nec coluisse testari non verear, nec eorum successores vsque ad Constantini et piorum reliquorum Imperatorum tempora. Verum non nunc primum obstupescimus friuolis istis inductionibus, quæ facilè discutiuntur. Forma enim & perfectus Ecclesiæ status, solius sancti spiritus opus & negocium est, non autem Apostolorum aut eorum successorum, qui ministri duntaxat fuerũt. Ille autem summus artifex, cui omnis gloriæ, formæ & perfectionis commendatio soli referenda est. Sic Iosue quod in terram Chanaan introduxerit populum Israeliticum, sublimior & excellentior ipso Mose minimè censebitur. Moyses seminauit, Iosue messuit, Apostoli posteris reliquerunt laborum suorum fructus & segetes, quos temporum iniuria, non collexerunt. Habuit enim Ecclesia Christi instar crescentis & adolescentis hominis ætates suas, habet infantiã, quæ lacte vt (inquit Paulus) indiget, habet adolescentiam de qua Salomon: Soror nostra paruula est & vbera non habet. Habet maturam ætatem in qua illud cantat. Ego mater pulchræ dilectionis & magnæ spei. Habet & senectutem & maturitatẽ suam de qua illud: Senectus mea in misericordia vberi.

Hæbr. 5.
Cant. 8.
Eccl. 24.
Psal. 91.

vberi. In qua tamdiu dum tradet filius patri suo regnum, & erit Deus omnia in nobis, perdurabit. Huius ætatis perfectionem summis elogiis cecinerunt vates, à qua nos multum defecimus. Quocunque vertas oculos heu nimium multa est querelarum materia. Restituenda est pristinæ reformationis & perfectionis gloria. Proh dolor instar aspidis surdæ obturantis aures suas, surdi, cæci & in peccatis assueti nolumus intelligere vt bene agamus. Pauci in Gallia sanctorum Patrum, Pontificum & Conciliorum Orthodoxorum venerantur placita. Ad reparandam ideo sacram Ecclesiæ disciplinã sanctissimè Tridẽtina Synodus æquissimos canones præscripsit, optima spe ducta sacri ordinis ministros tam pias & necessarias cautiones & admonitiones nequaquã vlterius neglecturos. Paßim pia & sacra in lucem feruntur doctorum volumina quæ nihil præter collapsæ Ecclesiasticæ disciplinæ restitutionem postulant, quibus hoc addendum esse plurimorum consilio censui atque sub tuis insigniis tanquã sub beato & fauente numine typis commendandum (Optime Præsul) salubrius consilium fuit, in gratiã amplißimæ tuæ diœcesis sacerdotum, sacræque Christi domus vsum & encomiũ. Quicquid enim in Catholica Ecclesiæ Oeconomia vel desideratur vel requiritur, cumulatißimè inuenietur, ita vt nihil sit quod ad sacrorũ ministrorum militantis Ecclesiæ officium pertineat, quin hîc pro subiecti & operis dignitate non tractetur. Nunquam vel

1.Cor.15.

rarius in publicis meis concionibus solitus sum ferre supercilium, aut notã inurere in eos qui minus studẽt talẽti à Domino suscepti cõparando fœnore, quiue tã immensa munerum liberalitate in supremo ordinis fastigio prouecti sunt: Et quamuis natura sim fucorum impatiẽs, Ecclesiasticorũ tamen seuerius cõsiderare peccata indecorũ arbitror, ea autem quæ publica iudicia promerentur ita in hoc opere præmoneo, vt minimè exasperari putem. Quædam vulnera leuiora sunt, quàm vt expediat immitem & asperã admouere medicinã. Quædam minore religionis incommodo vel tacẽda, vel certis coloribus dissimulanda. Quæ autem periculosiora sunt, manum doctam, & artificem egregium requirũt. Multa paulatim per temporum fraudes & occasiones irrepserunt, quæ per occasionem paulatim tollẽda sunt. Nemo tamen sibiipsi sit adulator, nemo suum blandiatur morbum, vel ad plurimorum exemplar scelerum vitam componat dicátque, ita mos est, sic nemo non facit. Hæc tergiuersatio nullius est momẽti apud summũ iudicem, qui verè καρδιογνώστης *est, cuius oculos nemo fallit. Consilescant inanes illæ beneficiorum nundinationes, iugulentur patrimoniales illi tituli qui indoctorum & ignauorum magnas adduxerunt colonias. Sacra Chirotonia, maiore cum animaduersione feratur. Taceant in foro, de causis beneficialibus strepitus. Onera non honores trutinentur. Accuratissimam faciant Episcopi de Sacerdotum moribus inquisitionem. Ma-*

neant

neant in gregis custodia pastores. Non minor habeatur ratio monasteriorum quàm beneficiorum. Curatorum ponatur ambitio, luxus & pertinax habendi studium. Omnes perfectionẽ, quã insigni titulo profitentur, moribus præstent. Sit vnusquisque quod esse debet. Hac via redibit (Illustrißime Præsul) miserè collapsus Ecclesiæ Gallicanæ decor. Sic reparabitur domus Dei ornatus, & sanctæ Oeconomiæ restituetur authoritas. In cuius cõmodũ reponimus hasce nostras lucubrationes, quásq; tuo multum suspiciendo nomini dicamus & consecramus. Quod si nõ displicent optimo tuo genio, cuius vnius iudicium mihi pro confertißimo theatro habendũ existimo, ter quatérque me fœlicem inaugurabor. Si non datur omnium applausum mereri, est aliquid his qui in orchestra sedent placuisse. Tot insignes animi dotes, tot exuberes mẽtis fructus, tot decora virtutis, eruditionis & pietatis monumenta non tibi gratulor (doctißime Antistes) sed Ecclesiæ gratulor talem pastorẽ, talem patronũ, gratulor Regi Christianißimo talẽ Nestorẽ, gratulor optimis studiis, totíque tuæ familiæ tantũ altorem & dominum, adeò vt de te mihi dicere liceat quod illa regina de Salomone dicebat. Beati hi serui tui qui stant in conspectu tuo semper, & audiunt sapientiam tuam. Optarẽ ideo me dignè amplißimis tuis laudibus concinendis, mei in te propensi animi gratitudinem testari, tuæq; virtutis præconem strenuũ agere, sicut splendor dignitatis quam obtines valde postulat.

At cùm id arte, nec ingenij lepóre ac gratia, non mihi liceat, te admirari interea non ſinam, memoriámque tuorum in me meritorum excidere nunquam patiar quandiu ero ἐπιχθόνιος, *vt Homerico vtar dicterio. Sed hic erit prolixioris Epiſtolæ Colophon, ne te defatigem priuſquam ad voluminis, quod non ſolùm tibi dicatum ſtrenarum loco offero, ſed tuæ & Eccleſiaſticæ cenſuræ iudicio ſubmitto, lectionem accedas. D. O. M. reuerendiſſimam celſitudinem tuam in publicum Lugdunenſis Eccleſiæ commodum, diu ſeruare incolumem precamur.*

Homer. Iliad. α.

Ex noſtro Cœnobio Natalis Chriſti feriis,

1587.

EPIGRAMMATA ALIQVOT VIRORVM DOCTISSIMORVM in commendationem Operis.

F. STEPHANI CARTA S. S. THEOLOGIÆ Baccalaurei Parisiensis Ord. Frat. Præd.

Cur furiosa suis terroribus impleat orbem
Thesiphone, quatiant cur mala tanta viros,
Cur tot in insontes populos iaculetur Olympus
Spicula, cur iam sint omnia plena metu,
Corpora cur passim iaceant, inhumatáque latè
Aut belli aut pestis vulnere lethifero,
Terribiles cur tot clades glomerentur in vnum,
Cur dea sit modo pax exul in orbe, rogas?
Proh dolor, ancipiti rimantur murmure causæ
Vulneris, hoc nulli commeruere nefas:
Causa grauis grauiúsque malum, sed conscia mens est,
Excidium nostras excubat ante fores.
Perdita pastorum luxu salibúsque caterua
Iam grege deserto vertere terga petit.
Pascere pastores renuunt, qui vellere pasci
Exoptant, cingunt cùm sua septa lupi.
Bollæo tandem vigiles monitore soporem
Excutiant, vigeat munus Episcopium.
Expectata diu sic sæcula fausta redibunt,
Fulgebit priscus sic pietatis honos.

BERNARDI

BERNARDI MALARMETI
Vercellanæ Ecclesiæ Parochi.

Arx rutilis non tot fulsit Solymea pyropis
Nec tanto Tempe pegmate structa fuit.
Vt domus hæc Christi sacris radiosa ministris
Omnigena ingenij laude corusca patet.
Inclyta Bollæi verbis duróque labore
Tollit ad astra caput, pandit ad astra vias.
Sancta domus sancti reserans oracula iuris,
Sydereo cinctum lumine limen habet.
Hos venerare lares, summi quicunque Tonantis
Munere cælorum scandere tecta cupis.

CLAVDII VERDERII.

Ordinis alma sui Bollæus regula semper
Extitit, externis fiet & ipse Canon
Quisquis aues rectà canones inspicere iuris
Diuini, tibi sit Lesbius ille Canon.

IOSEPHI CANTARELLI I.V.D.

Orpheus extinctam reuocauit carmine dulci
E Phlegetontæis fontibus Eurydicen.
Hæresis horrendo latratu monstra Lutherus
E Stygiis specubus fœda redire facit.
Alter at Alcides galea redimitus & armis
Christi Bollæus strenuus illa necat.
It contrà magnis animis & robore sacræ
Scripturæ in hostes ignea tela iacit.
Discutit hæreſcôn fraudes, fictásque chimeras,
Hunc calamo æquauit nemo nec ore virum.

IANI

IANI P. COTERELLI.

Ἡ Τεθνῶσα χέλυς, Νείλου παρὰ θῖνα ἐϋρρείου
Κεῖτ᾽ Ἀργειφόντης ἣ ἐπέθηκε μέλος.
Ἐν πρώτοις ἄφωνος ἔη, καὶ τῷδε προσηύδα
Ἡ ἑ μόρος ἑαυτῇ, καὶ μόρος ἦε βίος.
Ὧδε βίβλῳ χρυσέῃ, πολλῶν τ᾽ ἀνταξίῳ ἄλλων
Ἔσσεαι ἀθάνατός, σοῦ μετὰ μοῖραν, ἀνήρ.

Eiuſdem ab eodem Latinè donatum.

Ad ripas Nili teſtudo extincta iacebat
Ex quâ, Mercurius reddidit arte lyram.
Muta prius fuerat, vocâlem reddidit illam
Vita ſibi, ſic mors, mors ſibi vita fuit:
Sícque tuo libro, qui dignior omnibus extat
Immortalis eris poſt tua fata ſolo.

Aliud de eiuſdem Nilæa Muſa.

Tres vrnas Nilus geminis amplectitur vlnis,
Et fouet externos, vrnula quæque ſinus.
Hæc Nili pictura docet de marmore trino
Trina, viros, ſoli quòd tibi trina viro.
Ingenium eſt Nilus, mẽs vrna, & gloria virtus:
Præuia ſed cunctis, vrnula ſola, viris.

SONETO DEL MEDESIMO
AL MEDESIMO.

Come del Cielo la perla diuina,
Sciolse i caualli dal cerchio di toro
Verso Helicona, con capei d'oro
Per far di lauro vna dolce rapina.
Et poi al Dio terreno lo destina
Da cui sola virtù, è l'alto lauoro
Vinse alla giostra ghirlanda d'aloro
Perche ogni mostro a lui humil s'inchina.
Cosi, quel che creò nostro hemispero,
Perche vincesti l'Idra senza palle
Cioè Caluino, per la corte santa,
Ti darà corona com' a san Piero,
Che fece a molti riuolger le spalle
Seminando in campo la buona pianta.

Felice è l'alma che per Dio sospira.

Symbolum

Symbolum Iuris diuini, ac Pontificij ad P. Bolæum Theologum, ac in suis concionibus perfacundum, ipsiúsque scholiastem P. Matth. I. V. Lucernam.



Inclusa est gyro, gemini concordia iuris,
Extendit fines, qui sine fine suos.
Quò tendit gyrus? vestri concordia iuris
Est similis gyro; nam sine fine, manet.

IN ZOILVM.

Zoile quid latras, leuibus cur irrita ventis
Vox agitur? luna credis inesse canem.
In speculo nil est, sed cùm nos dente lacessis,
Esse aliquid iam te dico: quid ergo? Canem.

Ω Ἆνερ οὐρανόφρον, δαΐφρον, δεδαημένε, πάσης
  Φῶς σοφίας, τίς σου οὐχ ἁγίασμα κλέει?
Τοὔνομά σου τις μήτι λίαν πολύφημον ἀτύλλει?
  Τίς μὴ εὐλογέει ὁσσιότητα σέο?
Σοὶ δόξῃ κ' ἀρετῇ τις ἐρίζεται ἐνθάδε ἀνὴρ
  Εὔχει γνωμονικὸς τις σέο μᾶλλον ἔμεν.
Οὐδεὶς (ὡς οἴω) πολύμητις, δῖος, ἀληθής.
  Καὶ ὀρθρευόμενός τευ λέγε μᾶλλον ἔμεν.
Σεῖο ἀπὸ στόματος μήτους βέβληκας ἄλαινον
  Οὔτι καλεῖ τυ βόλος τοί γὰρ ἄνευθε λόγου.
Ω μεγάλοιο βόλου: ἔπος ἀθανάτοιο Σεοῖο
  Ἐξέβαλες στομίον: ὢ μεγάλοιο βόλου.
Πετρὸς ἀποστολικῶν ἀρχὸς βέβληκεν ὁμίλου
  Τὸν βόλον εἰς ὑγρὴν ἔλλοπας ὄφρα λάβῃ.
Αὐτάρ συ προπόλους, καὶ δούλους ὄφρα θεοῖσ
  Μύσεα ἀντιβολῇς πρὸς βροτολοιγὰ δίεαν.
Ἐκ στομίου ὑψιβρεμέταο δίδαγμα Σεοῖο
  Βέβληκας σεπτοῦ: ὢ μεγάλοιο βόλου.
Ἆρα τις ἐκζητεῖ καὶ ἐρωτᾷ θρῆσκος ἀρητὴρ,
  Πῶς ἱερὰν ζωὴν αὐτὸς ὀφείλει ἄγειν?
Ἆρα τις ἀμφηβατεῖ κ' οὐκ οἶδε σεβάσμιος ἀνὴρ
  Τὶ πράττειν μέλλει, καὶ τι φέβεσθαι ὀφλεῖ?
Σεῖο βιβλὸν βλεπέτω, ζάθεον καί σεῖο δίδαγμα
  Τὴν ἁγίαν ζωὴν ἔλδεται εἴπερ ἄγειν.
Τοὔνεκα πᾶς ἱερεὺς σε μαμεῖ βιοθάλμιον εἶναι
  Κάι σοι ὄπαζε κλέος, σοί τε διδῶσιν ἄγην.

PETRVS

PETRVS MATTHAEVS
I. V. D. LECTORI PIETATIS STVDIOSO.

INanis gloriolæ ſtudio aucupandæ, aut priuati commodi potiùs quàm publici gratia lucubrationes ſuas in lucem qui offerunt, è diametro videntur cum doctiſsimo huius operis authore pugnare, qui nec creberrimis precibus, nec ingentis laudis congerie vnquam titillari voluit ad hoc præclari ingenii ſpecimen edendum, ſed talenti ſibi crediti lucrum, & Eccleſiæ decus effecit quod amicorum vario ariete extorqueri veriùs quàm impetrare ſtrepitus minimè potuerũt. Nullum autem ſubiectum vel hac noſtra ætate variis morum corruptelis obſita, vtilius vel optabilius, vel ipſius authoris arte dignius excogitari valuit, hoc ipſo de reparanda atque conſeruanda domus Chriſti diſciplina. Huic itaque præclarum lemma Oeconomiæ Canonicæ appoſuit ſciens Apoſtoli ſententia Prælatos & paſtores merito appellari ὀικονόμους μυςηρίων Θεȣ̃ Diſpenſatores. Oeconomi rem adminiſtrant alienam, & vnde rationem ſunt reddituri. Negotiorum omniũ negotiũ eſt paſtoris vices agere, quod tamen parum ſuſpicitur. Priſtinus Eccleſiaſticæ Oeconomiæ hic reuocatur honos, ſchiſmaticorũ ora Eccleſiá maledicentiſsimis conuitiis lacerántia compeſcuntur, & ſacrorũ miniſtrorũ altior habetur dignitas & commendatio. Et quemad-

modum in Oeconomiá quæ eſt pars politiæ, ſicut domus vrbis, otium, luxus, ambitio, odia tolluntur: ita nō decet Chriſti familiā verè inſtitutam otiari ſuiq́; muneris obliuiſci, & in prauos affectus diſtrahi. Solerti peritia curat vitiorum fomenta extingui qui momento vno extirpari nequeūt. Nō blāditur nec aſſentatur maioribus, veritatis, duro & longo examine morborū cauſas diſcutit. His qui ſimulant potius quàm ſeruant ordinis & inſtituti normam minimè placebit. Vt enim in corporibus bene habita firma & ſana non refugiunt acceſsionem & compreſsionem vlceroſa verò & infecta & putrida horrent ad omnem contactum, ita ſe res habet in animis. Malè enim ſibi conſcii ad primam contrectationem exclamant illud antiquum μή μȣ ἅπτȣ *Noli me tangere*, ſed ſinceri gaudent. Illi omnia placida fronte excipient & gratas ἐπισημασίας plauſus & acclamationes conſultoris optimi vocibus non denegabunt, noſtrámque operam in ampliſsimis annotationum lectionibus non vlla paſtoricia fiſtula ſed amore ſtudioq́; impulſi excipient, quod in publicum Eccleſiæ & Doctorum hominum gratiam factum eſt inuiſum non habeant, & ignoſcant ſimul vbi lynceū acumen defeciſſe nobis videbunt.

* * *

THEO

THEOLOGIAE ICON,

AD CLARISSIMVM Theologum F. Petrum de Bollo, pro Xeniis Ianuariis.

SCandere qui collem rogitat stellātis Olympi,
Prodeat, & solers iam mea iussa colat.
Quæ Dea? clarisono pmittēs gutture cœlos,
Theologia sacræ Diua Sophia scholæ.
Cur faculis radiosa micas? me lux patet orbi.
Hoc iubar ast oculi cernere cur nequeunt?
Exeat ex hominis latebris mens membra relinquat,
Pondere Telluris libera, celsa petat.
Incola nam terræ non lumen lustrat ocellis
AEtheris. vt videam quis modus? alma fides.
Est mihi. quid cernis? Diuinum numen, & in te
Sydereos video tartareósque lares,
Atque duas facies. Prior hæc insignis amore
Monstrat Euangelium, lex latet occipiti.
Quæ vehit æthereum currum? Iouis ales. & ista
Quæ fucata præit? falsa virûm ratio.
Te velut aligera est? audax dum currit ad astra,
Pennarum cera sole cadente cadit.
Vnde cohors sequitur fingens vultúmque togámque?
Hæretici. quid agunt? dogmata prisca negant.

Est

Est opalo structus currus? complector aceruos
Doctrinæ, & lateri clara Minerua fauet.
Quid fers? mentis opus sanctum. quod? Biblia, mundo
Quæ Triadis celsæ nomina digna docent.
Quis tuus interpres sapiens? Ecclesia. quínam
Sunt comites? Charitas cum Pietate Fides.
Quattuor ecce senes tua qui sacra sceptra tuentur,
Discutiunt tenebras & tua scripta probant?
Munera Doctores referant quæ clausa latebant,
Quattuor his nihil hîc doctius orbis habet.
Vndíque te fluctus cingunt, tu despicis vndas,
Et Boreæ & Cori despicit ora ratis?
Ante oculos Christus trifida Neptunus in hasta
Vincit aquas, fulget nam Cynosura fides.
Spiritus ille sacer medio discrimine puppim
Eripit, & Cymbam quam vorat vnda, regit.
Cur Rododaphne vires? Sum multis certa salutis
Regula, sum fatuis pluribus interitus.

Ex Iconographicis Epigrammatibus
PETRI MATTHAEI I.C.

OECONO

OECONOMIAE CANONICÆ

PRIMA CLASSIS.

De promotione, vita, moribus, & exercitio, Presbyterorum.

CAPVT PRIMVM.

§. I.

Sacerdotij laus & dignitas.

PRISCI illi ſapientes clariſsimis monumentis docuerunt, [a] naturali quadam induſtria periti, ſummum deferendum honorem eſſe Sacerdotibus, vſque adeò vt ipſi nihil ſe didiciſſe putarét niſi Aegiptios ſacerdotes audiſſent: quibus ſcientiarum & Mathematicarum profeſsio ſædulò magniſque ſtipédiis delegata fuit vt poſt Ariſtotelé [b] ſcripſit Strabo. [c] Sed & Plato [d] Philoſophorũ verè Protomiſta retulit Aegiptios tantum honorem Sacerdotibus detuliſſe, vt illos ab aliis hominum generibus honoris & præeminentiæ ergò ſepararent, tanquam omnibus ſuperiores, nullis inferiores. Πρῶτον μὲν τὸ τῶν ἱερέων γένος ἀπὸ τῶν ἄλλων χωρὶς ἀφορισμένον. id eſt, *Principio quidem ſacerdotum genus ab aliis ſeorſim ſeparatum eſt.* Sacra hæc multis ſæculis floruit Religio vt & ipſi Reges & Magiſtratus [e] Sacerdotalem induerent togam: nec honorum ſumma culmina conſcendiſſe putabant niſi etiam Pontificatum maximum aſſumpſiſſent. Titus Veſpaſianus [f] Romanorum Imperator Pontificatum ſublimem in vrbe ideò ſe profeſſus eſt accipere

a *Sacerdotij commendatio apud antiquos.*

b Ariſtot. lib. 1. Metaphiſic.

c Strabo. lib. 17.

d *Cõſule Platonẽ in Timao & in Politicorum libris vbi dicit non licere Regem abſque ſacerdotio imperare.*

e *M. Lepidus cũ Auguſto & M. Antonio in republica triumuir, geſſit Pontificatum maximum.*

f Iuſtin. lib. 18. Suetõ. in Veſp.

pere

pere vt puras à ſanguine & cede ſeruaret manus. Apud Tyrū g florentiſsimam Phœnicis vrbem vt Trogus author eſt Herculis h ſacerdotiū vſque adeo plauſibile & religioſum erat, vt huius honos ſecundus à rege eſſet. Dicet autem aliquis, quid opus eſt Barbaris exēplis in aſtruēda Chriſtiani ſacerdotij dignitate & excellentia? Hæc Ethnicorum nunquam non ſuſpicienda pietas & reuerentia, ſocordiam noſtram & ingratitudinem accuſare videtur quæ vel flocci vel nihili facit tanti magiſterij primates. Verumtamen validiora & firmiora multó decerpſimus exempla ex ipſis ſacræ ſcripturæ monumentis. Quis neſcit Leuiticam tribum apud Iudæos ſacroſanctam ſemper habitam fuiſſe? & nobilitatis titulo præeminentem? Ab hac natalium ſplendorem ſe traxiſſe gloriatur Ioſephus i vir magni & fœlicis ingenij dum inquit ἐμοὶ δὲ γένος ἐςὶν οὐκ ἄσημον, ἀλλ᾽ ἐξ ἱερέων ἄνωθεν καταβεβηκός. id eſt, *Mihi genus non obſcurum ſed à ſacerdotibus longa ſucceſsione deſcendens.* Aaronicum Iudęorum erat ſacerdotiū quod Moſes k ſanctū & regale appellat celebre & ſolenne quidem, ſed longe ſublimius & dignius Chriſtianorum habetur in Melchiſedeck Rege & Sacerdote præfiguratū, & à Chriſto Domino præſens exhibitum, ac inſtitutum, ab Apoſtolis & eorum ſucceſſoribus excultum, ab omnibus orbis Monarchis, & Principibus eximiis ſemper honoribus habitum. l Vulgaris eſt Cōſtantini Imperatoris hiſtoria. m Nota fertur Valētiniani de Sacerdotio ſententia. n Scatēt vndiq; pia veterum Principum collata officia in ſacerdotes & Eccleſiæ miniſtros. Apud Græcos o & Latinos Theologos audiuntur ſacra ſacerdotij miſteria. Nihil illic inuenies quod optimum odorem ſacerdotalis ordinis non ſpiret. Diuus Gregorius Nazianzenus quo nihil vnquam eruditius, nihil magis pium tota tulit Græcia, & à quo Sacras literas didiciſſe ſe ſanctus gloriatur Hieronymus, alloquitur ſacerdotes variis præconiis & laudibus digniſsimis, ferme per ſingulas operum paginas. Salua tamen tanti viri authoritate liberè dicam neminem Græcorum vnquam ſacerdotij poteſtatem longe latiúſque explicaſſe quam Chriſoſtomus. p Oſtētauit hic pia quadam ambitione omnes eloquentiæ ſuæ neruos, in argumento hoc tam

g Tyrus metropolis Phœnicia. Regum Iudæorum & Perſarum temporibus ſitu & opib. ſimilis fuit Venetiis cuius meminit Plinius li. 5. cap. 19 Diodorus lib 17. Curt. lib 4. ſuis patria Vlpiani Iuriſc. vt ipſe fatetur. l. 1. ff. de Cenſib.

h Herculis ſacerdotes fuerūt Pōtitius, Teron, & Pinarius authore Macrobio & Sylio lib. 2.

i Ioſephus in vita ſua.

k Moſes Exod 29 ſacerdotiū appellat ממלכת כהנים וגוי קדוש mamlechet kamoim vegoi kadoſch. id eſt, regnum ſacerdotale & gens ſancta.

l Lactantius lib. 1. contra gentes.

m Hiſt. Eccl. lib. 10.

n Amb. Epi. 32.

o Scriptor Apoſtolicus Epiſt. 7. dicit Sacerdotiū eſſe πάντων ἀγαθῶν ἐν ἀνθρώποις ἀναβεβηκός omnium bonorum ſummum hominum.

p Chriſo. lib. 3. de ſacerdotio.

tam sacro cum studeret Christianorum sacerdotium omnibus Christianis magnopere commendatum esse debere. Sic enim Scribit de sacerdotibus. Hi namque qui terram incolunt atque in ea conuersantur, cœlestia dispensare meruerunt, & potestatem acceperunt, quàm neque angelis nec Archangelis dedit Deus. [r] Neque enim ad illos dictum est: *Quæcunque ligaueritis super terram erunt ligata & in cœlo & quæcunque solueritis erunt soluta.* Habent quidem & mundi principes vinciendi aliquam potestatem, sed qua in solis corporibus licet. Hoc autem vinculum quod sacerdotibus commissum est ipsam contingit animam transitque cœlos, vt ea quæ operati fuerint sacerdotes deorsum Deus confirmet in cœlis, sententiamque seruorum Dominus ipse corroboret. Quod ergo reliqui est, si omnis eis commissa est potestas cœlorum? Quorumcunque enim dimiseritis peccata dimittentur, & quorumcunque tenueritis, tenebuntur. Quæ potest inueniri maior potestas? Et paulò pòst de sacerdotali ministerio sic infert. Neque aliud quàm furor vocandus est contemnere illud ministerium, sine quo nobis nec salus, nec ea bona quæ sunt promissa reddentur. Nemo enim valebit ingredi in regnum cœlorum nisi ex aqua renatus & spiritu. Et qui non manducat carnem Domini nec bibit eius sanguinem non habebit vitam æternam, quæ nullius alterius, quàm sanctis efficiũtur manibus sacerdotum. Nec gehennæ ignem vtique vitare, nec promissorum remuneratione potiri nisi per illorum valemus officium. Isti enim sunt qui nos spirituali affectione parturiunt, & generatione baptismatis exequuntur, per ipsos Christum induimus & per ipsos coniungimur Dei filio per ipsos membra beati illius capitis efficimur. Quomodo ergo nobis isti non solum reuerendi magis quàm aut reges [s] aut iudices sed etiam magis erunt honorabiles quàm parentes? Illi quippe nos ex carnis & sanguinis voluptate genuerunt, hi verò nobis sunt diuinæ generationis authores, & sanctæ illius qua reformamur libertatis verę adoptionisque filiorum. Non minore loquutionis lepore eiusdem sacerdotij dignitatem perstrinxit Hieronymus. [t] Absit vt de his quicquam sini-

[r] *Ludouicus Granatensis vir solertissimi ingenij hunc sententia gratiam admirarisne decebat, Quis potest dimittere peccata nisi solus Deus? Magna illa potestas qua dixit Fiat lux & facta est lux, eadem quoque suo modo sacerdotibus concessa est, cum à peccatis absoluunt. Magna spiritus sancti potestas est, cui animarum sanctificatio tribuitur. Idē quoque suo modo sacerdotibus præstatur, qui veram sanctitatem & gratiam pænitentibus conferunt.*

[s] *Sacerdotium regno maius est Idem Chrysost. de verb. Esaiæ Hom 4.*

[t] Hieronymus Heliodorum.

ſtrũ loquar qui Apoſtolico gradui ſuccedentes, [u] Chriſti corpus ſacro ore conficiunt, per quos & nos Chriſtiani ſumus, qui claues regni cœlorum habentes quodammodo ante iudicij diem iudicant, quia ſponſam Domini ſobria caſtitate cōſeruant. Nec prætereūda eſt Ignatij [x] ſententia qua tantoperè ſacerdotij excellentiam commendat & miris laudibus effert vt eam exiſtimet rerum omnium mortalium optimam & præſtantiſſimam, in quam qui peccaret improbo contemptu, non tantum homini, ſed Chriſto ficret obnoxius. [y] Quāta reuerentia & quo honore ſuſpiciendi ſint ſacerdotes edocet clariſsimè Eccleſiaſt. [z] his verbis. *In tota anima tua time dominum & ſacerdotes illius ſanctifica. In omni virtute tua dilige eū qui te fecit & miniſtros* [a] *eius non derelinquas.* Præceptum equidem ſolenne & religioſum ſed non nouum, quod ſæpius in Deuteronomio præcipitur 12. quo diuinus cultus, & maiorum reuerentia coniungūtur, vt intelligamus eadem ferme pietate qua Deum colimus, quodammodo eius ſacerdotes quaſi diuinum aliquod reueremur. Sicut enim Deus ob immenſam celſitudinem ſuam venerandus, ita & ſacerdotes eius propter miniſterium eius ſuſcipiendi ſunt & in veneratione habendi. Quamobrem ſcitè opinatur Gregorius in ſcriptura ſacerdotes plauſibile illum ſortiri modo Angeli, modo Dei, modo principis nomen. [b] Nam per Moſem [c] de eo qui ad iuramentum deducendus eſt, dicitur applica illum ad Deos videlicet ad ſacerdotes & rurſum ſcriptum eſt: Diis non detrahes. Inſignis autem huius nominis cauſa inde propagata eſt quod ſacerdotes cuiuſdam diuini numinis efficiantur participes, nam Deus verbo ſuo Deum generat & producit ſacerdos diuina verborum [d] expreſsione Deum ſub ſpeciebus panis adeſſe facit in auguſtiſsima Liturgia, cuius admirandæ functionis & poteſtatis priuilegio ipſi etiam angeli non gaudent. Venerentur ergo ſacerdotes ſicut ipſius ſacerdotij dignitas poſtulat. Amentur vt chariſsimi regis ætherei à conſiliis & clauicularij regem cœli è lecto altaris leuantes. Suſpiciantur tanquam fortiſſimi milites Salomonem cuſtodiētes & habentes gladium ſuper femur ſuum: vt inquit ipſe, En lectulum Salomonis ſexaginta

u *Inſigne Sacerdotum munus.*

x Ignatius in Epiſt. ad Smyrnæos.

y *Chriſto iniurius eſt qui contēnit Sacerdotem.*

z Eccl. 7.

a *Non caret animaduerſione lectio Græca quæ pro Miniſtros legit* λειτουργοὺς *quod non ſignificat quoſuis miniſtros ſed eos qui ſacra operantur.*

b *Plura de ſacerdotij dignitatis laude habentur in Epiſtola Nicolai primi Papæ ad Michaelem Conſtantinopolitanum Imperatorem.*

c Exod. 22.

d *Germanus ad Chriſoſtomi Liturgiam huius cū cæteris Theologis ſententiæ eſt author vbi tractans momentum conſecrationis dicit ſolos ſacerdotes id à Chriſto in mandatis accepiſſe quod vi ſacerdotij perficiant.*

ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſsimis Iſrael, omnes tenentes gladios & ad bella doctiſsimi. Laudentur tanquam noſtrarum cauſarum patroni qui efferunt hoſtias[e] pro delictis populi, atque tale præſtitiſſe munus Moſes ipſe teſtatur Deuteron. 5. *Ego inquit, fui medius inter Deum & vos.* Reminiſcamur ingentem eſſe afflictionem ſacris carere miniſtris qui precibus exorẽt Deum, quique habent gladios nempe poteſtatem ad ſcindendos funes peccatorum de quibus inquit Regius Pſaltes[f] Funes peccatorum circumplexi ſunt me. Itaque ſi patres corporis ſunt honorandi, magiſtri morum colendi & abſque dubio ſuſcipiendi non erunt? Si denique tam religioſè plebs antiqua[g] ſuos venerata eſt ſacerdotes, quid nobis agendum erit qui non Aaronis infulas veneramur, ſed Chriſti, ſãcti nouę legis ſacerdotij, inſtitutoris, habemus miniſtros? quos tantis præconiis hic videmus piorũ hominũ cõcentu extolli, à nullis niſi perfidiſſimis apoſtatis & hæreticis vituperari.[h] Gratulemur nobis qui longè excellentius & ſublimius habemus ſacerdotium ipſis antiquæ legis Patribus. Vtrumque autem diſcrimen clariſsimum ex eo videre licet quod ſynagoga quidem dicta ſit regnum ſacerdotale, Eccleſia autem Chriſti regale ſacerdotium. *In his enim Petri verbis* (ait ſanctus Thomas in commentar. ad eum locum) *innuitur prærogatiua noui teſtamenti reſpectu veteris. In nouo enim teſtamento ſacerdotium præeminet regno, ſicut ſpiritus corpori, in veteri verò regnum præeminebat ſacerdotio. Ideo ibi regnum, hic ſacerdotium in ſubſtantiuo ponuntur, eo quod ibi ex regno, hic ex ſacerdotio quaſi ſubſiſtat religio.* Omnia iam noua facta ſunt. Templi velum iam olim Chriſti morte diſciſſum eſt legis inuolutum volumen ſedens in ſynagoga Chriſtus explicuit. Non eſt quod inſipidem literæ corticem cum Iudæis rodamus, quod durum erat Chriſtus mutauit, in paſsione aquam conuertit in ſanguinem. Antiquatum eſt Chriſtiana Ierarchia veteris legis ſacerdotium[i] ceſsit Melchideci Aaron. De huius autem ſacri ordinis Encomiis hæc paucula præfari voluimus. Iam ſequentem diſcutiamus paragraphum.

e Heb. 7.

f Pſalm. 118.

g Ariſt. 7. Pol. 8 *ſacerdotes (inquit) eſſe neceſſarios vt ciuitas conſtare poßit.*

h *Pro ſacerdotum venerentia decretũ vtile Synodus Aquiſgranenſis ſub Ludouico Pio Imp. c. 7. ob potiſsimum de cauſa quod ſacerdotũ contemptus ad iniuriã Chriſti pertineat cuius vicem & miniſterium gerũt.*

i F. à Victoria *de hac re doctè ſic argumentatus eſt 1 Relect. de poteſt. Eccleſ. Poteſtas ſpiritualis veteris teſtamẽti expirauit in lege Euãgelica, nec Sacerdotes noui teſtamẽti ſunt ſucceſſores illorũ ſed eſt noua poteſtas omnino, quia poteſtas Euangelica deriuata eſt à Sacerdotio Chriſti, qui non fuit ſacerdos ſecundùm ordinem Aaron, ſed ſecundùm ordinẽ Melchiſedech, ergo ſequitur ex Paulo eſſe aliam legem, quia eſt aliud ſacerdotiũ, & antiquum illud ſacerdotium penitus periiſſe.*

DE SACRAMENTO ORDINIS.

§. II.

ANTIQVIS ea ſemper fuit conſuetudo Philoſophis & Oratoribus operum inſtituta ab ipſis primordiis & definitione [a] auſpicari, quo faciliùs ſtudioſorum ad apertiorem rei perceptionem proueherentur animi. Quidam tamen huius tempeſtatis ſcriptores vt eloquẽtes videantur verboſitatis conglomerant farragines priuſquam ſubiectum tractandum adoriantur, alij ex culicibus creant Elephantes & Camelos. Ne itaque in ſimilem callem verborum inuolucris congrediamur, noſtri iniſtituti baſim ab ipſius ſacri ordinis diuinitus inſtituti definitione ſtruemus, vt ſit ſacramentum [b] ſanctæ Dei Eccleſię in quo ordinatis ad publicum & commune Eccleſiæ miniſterium, datur ſigno externo gratia quæ miniſterium eorum certum faciat & probatum quàque ſacramentorum conſecratio eorum denique adminiſtratio ipſis commiſſa, ſit efficax: quem in numerum ſeptem ſacramentorum cum vniuerſali Eccleſia retulit Auguſtinus [c] varijs in locis & præcipuè lib. 2. contra Epiſtolam Parmenianam cap. 13. & prout Lucius III. diffinit in cap, Ad abolendam. De hæreticis lib. 5. decretalium. Cuius ſacramenti ordinis meminit Apoſtolus dicẽs [d] Noli negligere gratiamquæ data eſt tibi cum impoſitione manuũ presbyteri. [e] Et cap. 5. admonet Timothæum Epiſcopum diſcipulũ ſuum vt non niſi idoneo ordinis ſacramentũ miniſtret. Et ad Titũ 1. Huius rei gratia reliqui te Cretæ vt conſtituas præsbyteros, &c. Eius autem ordinis tres ſuntgradus ſubordinati ſupra quatuor minores, Nycenũ cõciliũ Subdiaconos, Diaconos, & Presbyteros nominat referente Gratiano in decretis diſt. 31, cap. Nicęna ex lib. 2. Hiſtoriæ Tripartitæ cap 14. Natiuo explicationis genere Iſidorus [f] Hiſpalenſis Epiſcopus in Epiſtola ad Ludifredum ſcripta officia vnicuique ordinum gradui propria recenſens, quid ad Subdiaconum, Diaconum & Presbyterum ex officio pertineat docet, cuius præclari Epiſcopi non minùs vtilis quàm neceſſaria inſtructi

a *Ciceronis & Platonis præceptum in Phædro, cuius meminit Bald. in Prælud. feud. colum. 3. & Vlpian. l. 1. ff. de dolo.*

b *Concil. Trid. Seſſ. 32. cap. 3. can 3. anathemate percuſſit omnes qui negant ſacram ordinationem non eſſe verè & propriè Sacramentum.*

c Auguſt. lib. quæſtionum veteris & noui teſtamenti. q. 93.

d Pau. 1. ad Thimot 4.

e Vide Chriſoſtomũ hom 13. in Epiſt. 1. ad Timoth.

f *Iſidor. 7. Ethimolog. ca 12. & in Decret 21. diſtin. can. cleros. Rabanus libr. 1. de inſtitut. clericorum. cap. 6. & ſequent. Amalarius lib 2. de officiis Eccl. 7. Aug. libro 2. de ſacramentis c 5. Mag. ſent. lib. 4. diſt 25.*

instructio in Decreti 24.dist.cap.Perlectis,habetur. Septenarium illum numerū g ab initio nascentis ipsius Ecclesię fulxisse meminit Ignatius coætaneus Apostolis cum in Epistola ad Antiochensem sigillatim ipsos ordinibus distinctis constitutos salutat his verbis. Saluto sanctum presbyterum vestrum, saluto sanctos Diaconos, saluto subdiaconos, lectores, cantores, ostiarios, & exorcistas. Calixtus, Papa & Martyr qui hoc nomine primus Apostolicam sedem maxima sanctitatis & vitæ admiratione conscendit dist. 25 .cap. presbyteris, omnibus in sacris ordinatis perpetuum cœlibatum inhibuit, eósque specialius nominat dicens, presbyteris, diaconis, & subdiaconis, & monachis matrimonia contrahere penitus interdicimus. Ampliore quicunque percipiet firmari ratione, scripta beati Cypriani reuoluat, & liquido comperiet illis temporibus omnes ordines extitisse in domo Dei, nec tamen tunc suos duxisse ortus & initia. Nam vt de re antiqua & vbique recepta loquuntur auctores illius temporis qui sanè floruerunt in ipso beato Apostolorum senio aut nō diu post superstites fuerunt. Cyprianus inquam noster lib.2. Epistola decima, Exemplaria, inquit, eadem nunc quoque per Mettium hypodiaconum à me missum, & Nicephorum acolutum transmisi. libro 2. epist. 5. & libro 4. epist. 5. scribit se ordinasse lectores Aurelium & Celerinum libro 5. epistola 14. presbyter, inquit, de clero, & exorcista, & lector Lucianus scripsit. Hæc ordinum distinctio non latuit Concilium Carthaginense 4. quod fuit 214. Episcoporum, in quo ordinationis modus per gradus consuetos disponitur, & subdiaconorum hordinatio decernitur 5. capit. dicti concilij. Sexta Synodus generalis quæ Constantinopolitana dicta est, can.4. de subdiaconis agit. Eiusdem autem subdiaconatus ordinis meminit quadragesimustertius Apostolorum canon cui nec refragari nec contradicere impunè licet. Denique Cornelius Papa in epistola ad Fabianum apud Eusebium lib.6. Hist.cap.33. dicit in Ecclesia Romana suo tempore id est ante annos mille trecentos fuisse presbyteros XLVI. Diaconos septem, Acolutos XLII. Exorcistas cum lectoribus & ostiariis quinquagintaduos. Sed aliquis

curiosiùs,

g Apostolici canones testantur ordines distingui in maiores & minores. Quibus coherent quæ retulit Dionysius in Ecclesiastica Hierarchia c. 5. Cyprianus epist. 5. lib.2. Ambrosius in epist. ad Ephe. c. 4. Concil. Laodicense can. 23. & 24. Concil. Rom. sub Sylvestro cap. 3. Concil. Florentinum in instructione Armenorū & Trident. sess. 23. cap 2.

h Passim apud sacrum Concilium Laodicenū occurrit mentio Subdiaconorū quos can. 20. 21. 22. & maxime 25. scribit ins acros ecclesias stetisse pro foribus. Illic autē vocantur obsequentes assistentésque. Græci & Latini Hypodiaconi, quemadmodum & in Concilio Elibertino, c anc 30. & Romano cā. 7. Subdiaconi. dicūtur. Cuius quidē sacri ordinis typus habetur apud Hieronymum ex Nethineis quorū est Historia Paralip. cap. 6. Et Esdr. cap. 7.

curiosiùs forsam quàm par est subdiaconatum è numero illo euellere tentabit, aut Vrbani [i] Papę aut Gratiani sententiæ innixus dicenti. *Diaconatum & præsbyteratum sacros ordines dicimus, hos siquidem solos habuisse legitur primitiua Ecclesia* [k]. aut Innocenti [l] 3. iudicio cap. miramur. de seruis nõ ordinandis, quod de subdiaconali ordine non sit mentio in patrum statutis. Huic mox sana tantorum Pontificum consideratio satisfaciet, hoc enim duntaxat intendunt, quod in primitiua Ecclesia raró expressus sit subdiaconatus ordo, hac potissimum ratione, quia ministrorum sacrorum, sæuientibus vndique in fidei assertores Tyrannis, & persecutoribus paucitas, qui diaconum agebat subdiaconi itidem vicem supplere cogebatur, & sic hij officio cohęrebant quamuis semper gradu discreparent. Quemadmodum enim Paulus 1. ad Timotheũm 4. & 5. cap. Episcopos simplicibus præsbyteris nomine pares fecit vtrosq; præsbyteros vocando, tamen illos gradus qualitate distinxit, his manuũm impositionem tribuendo, aliis hoc ipsum negando. Sic diaconos à subdiaconis, officio distinctos, primitiua Ecclesia raró expresit quos tamen ordine, & gradu semper habuit & intellexit differentes. Fatebimur itaque cum cõmuni Ecclesię, & sanctorũ patrũ necnõ Cóciliorũ cõsẽsu ex hoc septenario numero tres maiores [m] ordines, & quatuor minores, potestate, officio & gradu selectos & ab inuicem distinctos, ipsum autem ordinem esse potestatem quandam ab antistite in homine indelebiliter impressam ad sacros actus circa Christi verũ corpus exercendos, & cum triplices tantum in specie sint huiusmodi sacræ actiones circa Christi corpus verum ideò dicũtur tres sacri. A quibus rem omnem cœli fauentibus auspiciis aggrediemur & diligentem illam præparationem quę accedentibus ad hoc Sacramentum requiritur explicabimus vt intelligant omnes quanti sit negotij & hac in parte piè versari & quàm grauiter aberrent à vero virtutis & salutis tramite quicunque præcipites carne & sanguine stimulati in hæc sacra adyta irrumpunt, vnde tot exitia venerandi & excelsi ministerij quotidie suboriri non sine lachrimis videmus.

PRÆPA-

i *Idem senserũt Anacleoni epist. 3. & Cai9 ad Felicem sed aequim eorũ fuit de sacris ordinibus iudicium, vt dicant non semper in cunctis Ecclesiis extitisse omnes ordines, sed in paruo fidelium grege Episcopi sacerdotes & diacons sacra subiisse munera.*

k dist. 60. cap. nullus. de etat. & qualitat.

l *Innocentium hæc potissimum ratione dixisse Hypodiaconatũ non fuisse sacrũ ordinem fatemur, quod in primario ipsius Ecclesia exortu Diaconi omnes subibant officiorum functiones quæ vere Subdiaconis debentur. Ideò Laodicens patres ca. 22 vetant eos deserere stationem prosoribus & sacra vasa tractare quasi id muneris pertinebat ad Diaconos.*

m *Maiores ideò dicuntur quod circa sublimiora mysteria Missæ sacrificii propius versentur, Minores quòd non perinde necessariũ ad rem omnium sacerrimam.*

PRAEPARATIO AD SACROS SVSCIPIENDVM ORDINES.

§. III.

NIHIL magis præposterum in quouis actionis instituto quàm rem aggredi imparata mente, & Andabatarum [a] more pugnare, factúmve quoduis clausis veluti oculis tentare. Vsu enim & rationis ipsius ita comparatum est instinctu, nihil prosperè exequi posse animum cæco veluti impetu præcipitem in his quæ diurnam nocturnámq; meditationem postulant. Quot ruinæ? quot flagitia? inepti Ducis peperit consilium præceps? Quot infœlices successus inconsulta tulit Principum voluntas? Sed quot insignes clades Christi cinxerunt Ecclesiam ministrorum imparato ad sacra subeunda misteria animo? Solet paterfamilias sagaci studio explorare qua fronte, qua modestia, & quo affectu serui suos penates ei famulandi causa ingrediantur, solet Deus ille ter maximus altiùs considerare quo zelo, qua intentione, nos suorum ministeriorum legitimi in sua sacra & amplissima OEconomia Christiana dispensatores esse velimus. Vero ergo & ab omni mundi fæce & peccatorum sorde purgato animo suos vult ad sacra promoueri, & huius promotionis legitimæ finem sui nominis honori & totius Ecclesiæ spirituali vtilitati referendum iubet. Decet ergo in primis eos qui sacris cupiũt irrigari liquoribus cœlestis gratiæ, animarum vasa purgare & mũdare ne ob vasis spurcitiam atque pollutionem quod infundetur acescat vt ethnicus scribit poëta.[b] Sed mea sententia culpandi sunt illi omnes qui vitam sacerdotalem expectant ad ocium & liberiores delicias, quíve per saltum ouile Christi ingressi nihil retinent sacerdotis dempto titulo. Prouentus vberrimos ambiunt, parúmque officij memores illis sufficere arbitrantur salutari, videri, & apud ouiculas, timeri potius quàm amari. Falluntur, cœlo & terra aberrant qui mundi derelictis opibus vt sequantur Christum pauperem,[c] sese nouis curis & sollicitudinibus locupletari volunt, eáque ratione sola hanc vitam ingrediuntur. Veterem hominem exuat quicunque ille fuerit qui clau-

a Andabatæ populi clausis pugnãt oculis. Prouerbium taxat eos qui aliquid nulla praeuia cõsideratione tentant.

b Horatius Epist. 2. ad Lolium. Sincerum est nisi vas quicquid infundis acescit. Idẽ fere scripsit Lucret. lib 6. in Principio de Epicuro. Epictetus solebat discipulis aliquid scientiarum genus meditãtibus dicere ἄνθρωπε πρῶτον βάλλειν σκέψαι τίχεῖον ἐστὶν ἀγγεῖον. Homo vbi iam mittas considera nunquid purgatũ vas sit.

c Scribit Hieronymus ad Heliodorum multos possidere opes sub Christo paupere quas sub locuplete diabolo habere non poterãt, vt sustiret eos Ecclesia diuites quos mundus tenuit ante mendicos.

sis compresisque corporis sensibus, atque extra carnem & mundúmque positus cœlestia semper meditetur qui diuinas species & imagines puras cotéplari studet nullis terrenis ac crrabūdis formis permixtas, se ipsum probet prout inquit Apostolus,& cœlesté imploret opé, cū Angelis versetur,& adhuc in terris agens terram deserat, atque à spiritu in cœlum euehatur quisquis tremendo terribilique Deo sacrificare proponit. Seriò perpendat quanta sit laurea eorum qui legitimè præsunt, quantus sit huius officij ab ipso limine metuendus ingressus si nephario proposito ducatur volūtas quantumque à veritate aberrent qui illud vt sordidum & otiosum contemnunt. Reminiscantur enim D. Bernardi sententiā, Otiosum non est vacare Deo sed negotium negotiorum omnium. Non leue ergo piaculum facere existiment audaculi quidam & imprudentes iuuenes, qui estuantes, sese ferunt ad hæc sacra suscipiēda munera, & multum de officio hausisse decus opinantur, si elementarias quasdam quæstiuncularum solutiones in penore recōdant, quas vbique iactent, nulla prorsus de mentis & animæ munditia cura habita. Vtinam tales mouerentur Ethnicis [e] saltem exēplis aut Mosaicis legibus quibus nefas fuit limina sacra tangere ante absolutissimas manuū lotiones & aquę inspersiones. Sacrū itaq; suscepturus ordinē debet à mundi illecebris abdicari, totúsque vitę huius perfectioni addici, curas omnes in hāc vnam curam, desideria cuncta in hoc vnum desiderium, gaudia omnia in hoc vnum gaudium commutans. Generalius hæc omnia præcepta perstrinxit Dominus dum inquit [f] *Sancti estote quoniam ego sanctus sum Dominus Deus vester.* Præuia nisi confessione, contritione saltem, nemo tantum sibi meriti irroget, hæc sacra subire onera, ne percutiat eum Dominus. Experientia enim monemur & Angelici doctoris D. Thom. [g] assertione tempus implendi præceptum de confessione esse quando eminet aliquis casus in quo necesse est, hominj quod confiteatur, puta si eminet ei articulus mortis vel necessitas accipiendi eucharistiam, aut sacrum ordinem vel aliquid eiusmodi. Si enim omnis de stirpe Aarō qui accessisset ad ea quæ consecrata erant in quo erat immunditia aut

d Inextricabiles linquat mundi affectus qui Deo seruire desiderat, hæc enim prima est mentis præparatio. Vide Proclum libro de antiquis & de monte & Iamblicus libro de mysteriis Aegyptiorū, docēt soli animo libero & ab omni vitiorum sorde purgato superiora contemplari licere.

e Moris erat antiquis sacerdotibus in symbolum puritatis & integra mentis candoris antequam ad sacra peragenda accederent variis vti manuū lotionibus à quibus rem diuinā auspicabantur hinc fit vt χέρνιβον tam crebra fit mentio apud Homerum. Idem narrant Virgilius & Herodotus.

f Leuiti 19. 10.

g S. Th. quodlib. 1. art. 11.

aut qui maculam habebat perire debebat corá domino in Leuitico vbi per glossæ sensum macula pro vitio sumitur quantò magis sacrilega offensam & culpam & æternæ damnationis periculum incurrit qui ad tam sacra in peccato accedit. Præterea ex prisco Ecclesiæ ritu ab Apostolis exorto, tam ordinans quàm ordinãdus præsertim in sacris [i] ieiunus accedat, quod testatur scriptura Apostolos fecisse Actuum 13. [h] Et ex eo id obseruandum dicit Leo primus Papa epistola 9. quæ est ad Dioscorum. Hæc ampliore non indigent probatione, nemo enim tam suiipsius inscius est qui non probè norit cœlestem gratiam animæ pulchritudinẽ [i] semper postulare, quod citra plurimos authores sacros & prophanos magnus rex & philosophus Salomõ, asserit. [k] In maleuolam animam nõ introibit spiritus sapientiæ, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Hactenus de digno accessu ad sacrum characterem suscipiendum.

DE PROMOVENDORVM PRAEVIO EXAMINE.

§. IIII.

NON opinor quempiam latere à quibus sacri ordines [a] conferri debeant, sed multi crassiùs ignorant quid antequam suscipiantur intra diuina & humana effla-gitent. Quibus virtutum insigniis, quáve gloria integritatis & famæ præstare debeant sacris initiandi, tanti officij Celsitudo planè ostendit. Sed quibus cautelis talia exordienda sint ne quid temerè suboriatur docet Paulus ad Timoth 3. de examine diaconorum loquens cum inquit, Hi probentur primùm, & sic ministrent nullum crimen habentes. Eiusdem epistolæ cap. 5. manus cito nemini imponendas asserit, ac ipsum Timotheum alienis ideò peccatis cõmunicare dehortatur, quasi optimus præceptor explicatiùs suo discipulo episcopali pedo insignito diceret. Peccata illius communia erunt tibi si parum idoneum ordinaueris. Caue ne ad hoc sublimè ecclesię munus ignaros & ineptos obtrudat, vel fauor, vel ambitio vel auaritia,

h Ex hoc loco elucidè elicitur probatio huius sacri instituti ministerij de ordinandis sacerdotibus quò intelligatur Ecclesiã sequi vestigia Apostolorum tum in ieiunio tum in ministerio & orationibus tum in ordinationib. ministrorum.

i Insignis ille diuinæ sapientiæ Sol faciliùs sese communicat iis qui mentis candore pellucent, nam quamuis omnibus pateat tamen mali splendorem minimè concipiunt, non secus ac crassa et lutosa quadã mole Solis radios non transmittit cùm tamen purissima & limpidissima corpora vt stellæ, ignis, aqua, aer vitrũ, Christallum, diaphanáque reliqua luminis radios excipiant.

k Sapien. 3.

a Ordinum collator est Episcopus. c. quanto. extra. de consuetu. Sed minores ordines etiam à minoris dignitatis Patribus vtpote Abbat. rité cõferri possunt. 28. d. c. 1. & 2 vt 7 69. c quoniã Et de ætat. & qual. §. cũ cõtingat & c. Abb de Priu. li. 6

vel ſpes otij, quia tale nefas in te cuderetur vt probè autumat Leo Papa [b] huius nominis primus epiſtola ſua 85. Quid eſt (inquit) cito manus [c] imponere, niſi ante maturitatem ætatis, ante tempus examinis, ante tempus emeritum obedientia, ante experientiam diſciplinæ, ſacerdotalem honorem tribuere non comprobatis? Et quid eſt communicare peccatis alienis niſi talem effici ordinatorem qualis eſt qui non meruit ordinari? His verò potentiora ſunt Hieronymi in Michæam verba hæc. *Hij quoſcunque de affectis ſuis ordinantes & vitam veram i ſcandalum populi exponentes rei ſunt infidelitatis eorum qui ſcandaliza t r.* Huius meminit 1. q. 1. c. hi quoſcunque. Verùm quoniam Epiſcopalis poteſtas tantùm ſibi iuris tribuere nequit, vt debeat aliquem ordinare ſine præuio & diligenti examine, optimè & ſapienter ideò Concilium Nicænū can. 9. diffinit, [d] Ordo eccleſiaſticus non recipit eos qui ſine examinatione ordinati ſunt. Qui generis & natalium ſplendore non virtutis & pietatis gubernaculo præditi ſunt, niſi prius diligenti examini reſpondeant, dignè promoueri nequeunt. Conſtātinopolitana Sinodo, [e] cuius hic verba expreſſa referā. Decernimus, inquit, vt deinceps nō liceat ad eius cui manus imponitur genus reſpicere, [f] ſed examinantes an digni ſint expoſitis in ſacris canonib. decretis eos in cleri cathalogū referre & eccleſiaſticé promoueri ſiue ſint ex maioribus ſacerdotib. ſuis, ſiue non. Hinc exorta eſt Innocentij tertij determinatio quod epiſcopus promoturus ſubdiaconum vel diaconum aut presbyterum inquirat ab archidiacono [g] an nouerit illum idoneum ad eum gradum, ad quem illum offert promouendum.. Concilij [h] Namnetenſis [i] eadem fermè mens fuit quando epiſcopus ordinationes ſuas facere diſponit à latere ſuo eligere debet ſacerdotes & alios prudentes viros gnaros diuinæ legis exercitatos in eccleſiaſticis ſanctionibus qui ordinandorum vitam, genus, patriam, ætatem, inſtitutionem, locū vbi educati ſunt, ſi ſunt bene literati, ſi inſtructi in lege Dei, ante omnia diligenter inueſtigent, ſi fidem Catholicam firmiter teneant, & verbis ſimplicibus aſſerere queant. Ipſis autem quibus cura committitur cauere debent ne aut fauoris

b 85. d. Miram. 2.

c *Qui ceremoniam iſtā de impoſitione manuū altiùs conſiderare velit, conſulat Cyprianū lib. 3. epiſt. 14 15. 16. 17. & ſerm. de lapſis* Cōc. Carthag. ca. 78. 81. Arelatens. can. 9. *Auguſt. lib. 3 ca 16. contra Donatiſtas. quibus non incongruum videtur addere libros Burchard.*

d 81. diſt. cap. qui ſunt line.

e Sexta Synodus Conſtantinop. can. 33.

f *Generis aut parentum ſplendor facultatum copia & fauorum ambitus non poteſt quicquā in promotione ad ſacra Eccleſiæ myſteria, ſed virtus morum cādor & eruditio.*

g Extra. de ſcrutinio in ordinib. faciendo. c. vnico.

h 24. diſt. c. quando Epiſcopus.

i *Sacrum illud Namnetenſis Cōcilij vel vt manuſcripta exemplaria vocāt Namnetenſis decretū ab Iuone, Burchardo & Gratiano in ius Pontificium non ſolū relatum eſt verumetiā à Trid. Synod. Seſſ. 23. ca. 7. renouatum eſt.*

ris gratia, aut cuiuscúmque muneris cupiditate illecti, à vero deuient vt indignum & minus idoneum ad sacros gradus suscipiendos manibus episcopi applicent. Quod si aliter fecerint, & ille qui indignè accesserit, ab altari remouebitur, & illi qui donum sancti spiritus vendere conati sunt, coram Deo iam condemnati Ecclesiastica dignitate carebunt. Igitur per tres continuos dies diligenter examinentur, & sic sabbato qui probati sunt episcopo repræsententur alias autem sine clericorum videlicet consilio & populi testimonio nullum episcopus ordinare præsumat. Et refert Gratianus [k] dist. 24. ca. quando episcopus. Multum autem roboris & virium inconcussã præbet testimonia hominum prudentum existimatio, quæ consulenda est quo liberiùs ordinandus accedat, quod decernit concilium 4. Carthaginense.[l] Episcopus sine consilio clericorum suorum clericos non ordinet, ita vt Ciuium sententiam & testimonium quærat. Eiusdem concilij prima celebratio Carthagini habitata can. 8. prohibet ne implicati negotiis secularibus ordinentur clerici. Nihil turpius quam spiritualia dona terrenis immiscere, & prætiosam gemmam vili metallo includere. Trãsferendus est amoris affectus à visibilibus ad inuisibilia, & quamuis mundana illa singulis horis nostris luxurientur oculis longiùs abdicanda sunt, quo facto nec eorum prouentu gaudebit, nec earum iactura cruciabitur. Examinis itaque potior pars inniti debet in exploranda vitæ conditione, & ideò perspicaciùs animaduertat ordinator ne promouendus ex vita infami aut scandalosa veniat, aut ex hæresi, néve seditionarios clericos, vsuraries iniuriarum suarum vltores promoueat, quos & similes nunquam ordinandos statuit Helibertinum [m] concilium can. 81. & Carthaginen. [n] 4. can. 67. idem vult & statuit Leo papa huius nominis primus d. epist. 85.[o] Debet præterea episcopus ordinator promouendos de scientiæ sufficientia examinare, an sciant quæ ad eorum officij conditionem pertinent. Nam vt inquit Gelazius papa[p] illiteratos nullus præsumat ad clericatus ordinem promouere, quia literis carens, sacris non potest esse aptus officiis.[q] Iniurius profectò ille sibi & populo

k 24. dist. c. Episcopus.

l Hic referendus est æquissimus Meldensis Concilij canon. quo iubetur vt in loco sacro, coram multitudine teste & arbitra, morum, fama, doctrina futuri clerici ordinetur, et quod potissimum istud fiat in ciuitate vbi clericus ad minimum per annum degerit & vita suæ specimen ediderit.

m distin. 46. c. Seditionarios.

n 85. dist. cap. miramur.

o Hoc docet Gratianus ex Isidoro in cap. Perlectis dist. 25.

p 6. distin. cap. Illiteratos.

q Aurelianã Synodus can. 6 indoctos sacerdotes à sacris mysteriis repellit nec eos tolerat, in officio maximè qui non intelligunt quæ geruntur.

pulo est qui impudentissima audacia, & impudentia audacissima ignarus q & inscius sese ingerit ad hoc sacerdotis officiũ, qualis autem illos eruditio deceat Paulus 1. ad Timothæum 3. docet dicens *Sciat quomodo oporteat eum in domo domini conuersari*, consentit & D. Hieronymus in epistola ad Nepotianum quæ est de vita clericorum & sacerdotum epistola 2. primi tomi. Primum clericus interpretetur vocabulum, & nominis diffinitione prolata nitatur esse quod dicitur. Si enim clericus[r] Græcè dicitur sors latinè, propterea vocantur clerici vel quia ipse sors, id est pars clericorum est, qui autem pars domini est vel dominum partem habet, talem se debet exhibere vt ipse possideat dominum & ipse à domino.

Concilium 4. Toletanum can. 8. in hunc modum decreuit, proinde sollicitè constituitur atque decernitur vt nullius cuiúsque dignitatis ecclesiasticę gradus deinceps percipiant qui non totum Psalterium vel Canticum vsualium & hymnorum, siue baptizandi perfectè nouerint supplementum. Sequitur in eodem canone, Nullus igitur ad sacra Dei misteria tractanda veniat, indoctus aut ignorantiæ tenebris cæcutiens, sed solus is accedat quem morum innocentia & literarum splendor reddunt illustrem.

Ecclesiasticarum sanctionum canones & [s] regulas nullatenus ignorare debent viri sacrandi, potissimum sacerdotes dicente Leone papa[s] Ignorare vnquam licuit sacerdotem, quòd canonum fuerit regula definitum. Propter quod quorundam bigamorum ignorantiam sic promotorum excusabilem illic non admittit, idcirco episcopus debet promouẽdis ad sacros ordines postquam illos examinauerit ordinationes Ecclesiæ circa obligationem ad quam per ordinationem sunt astringendi declarare, ita statuente 4. Concilio Carthaginense, Placuit vt ordinandis episcopis vel clericis prius ab ordinatoribus suis decreta Conciliorum auribus eorum inculcentur, ne se aliquid contra statuta Concilij fecisse pœniteant.[t] Ignorantiam Sacerdotum arguit Osseas ex diuino ore dum ait quia tu scientiam repulisti repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi. Dolendum enim est tãta incuria sacerdotis muneris

r Clerici vt habetur dist. 21. ca. cleros à Κλη-ρ(ῶ) dicuntur Græcè Latinè sors, siue hæreditas vel portio quæ sorte obtigit ὅτι τὸν κλῆρο-ν ... adire hæreditatem Plato. de legibus Propterea ergò dicti sunt clerici quia de sorte Domini sunt vel quia Domini partem habent.

s Leo. 1. Epist. 1. cap. 2.

t Elegantissime hũc Osseæ locum interpretatus est. F. Hieronymus Guadalupensis et pulchrè exornat similitudinibus cum inquit. Ad construendã domũ Dei non Iudæos elegit Salomon, sed quæsiuit qui scirent ligna cedere. 2. Paral 2. Quid nos sumus teste Apostolo nisi templum Dei? Vt ergo ædificetur hoc templum quærendus est artifex qui sciat ligna videlicet virtutes cedere & aptare non insipiens & imperitus.

tantum decus contemni. In cęteris námque functionibus quæ ad ciuilem administrationem pertinent indefessum adhibetur opus, ne quis perperam magistratus curam suscipiat, in ecclesiastico vero regimine traditur sæpius sacerdotium ignaris scientiæ Dei, quæ gradus esse debet vt quis summi huiusce honoris fastigia conscendat. Hinc nunquam veteris legis ornamenta sacerdotum à populari vestitu distincta temerè in rationali, siue in pectorali sacra hæc verba miro lapidum preciosorum fulgore rutilantia ferebant *HAVRIM & HATHVMIM* quod Hieronimus vertit *DOCTRINA & VERITAS* quia primùm inquirendus est sacerdos futurus an in pectore habeat doctrinam scilicet scientiam Dei, hoc est præcipuum sacri ordinis fundamentum quo si careat, indignus est venerandis hisce titulis. Et Chrisostomus huius dicti fautor, acerrimus ait Sapientissimum esse oportere Sacerdotē & perspicacem in omnibus, & mille vt dicitur ex omni parte oculos habentem quippe qui nō solum sibi sed etiam populo viuit. Non est quod diutius immorer in recensenda clade maxima quam rudis ignorantia multorum sacerdotum nostris protulit temporibus, & quot sannis & conuitiis occasiones dederit Aduersariis in bonos debacchandi, adeo vt ferè omnes qui in hoc digno & augusto statu versantur plurimorum odium contraxerint. Dum hæc paulo placidiùs meditari soleo, nescio quomodo veluti scribæ docti in regno y cœlorum proferre poterunt de thesauro suo noua & vetera, si nihil didicerint, nihil quoq; discere aut scire satagant Sacerdotes. quomodo scientiam vitæ aut interitus boni & mali habebunt? quomodo inter pollutum & sanctum, inter leprā & lepram discernēt, quomodo interrogati z respondere valebunt qui pigro & pudendo ocio stertere potius cupiūt quam sacrę paginæ monumenta reuoluere? Hinc Concilium Tholetanū Ignorantiam a cunctorum errorum matrem maximè in Dei sacerdotibus euitandam esse consulit. Ast quispiam Sacerdos ex eorum grege qui plus aleis quam Bibliis student hac futili excusatione se tueri vollet, quod nimirum non assumat Sacerdotium ad animarum

v Vide Iosephū lib. 3. antiq. cap. 11, & Rabi Dauid Chimi in libro radicum.

x Chrisostomus. lib. de dignitate Sacerdotali

y Matth. 13.

z Diuus Hieronymus super Aggæum breuibus verbis Sacerdotis officium ita complexus est. Considera Sacerdotis esse officiū de lege interrogatum respondere, si Sacerdos est sciat legem domini si ignorat legem Domini ipse se arguat non esse Sacerdotem Domini. Sacerdotis enim est scire legem & ad interrogationem respondere de lege.

a 38. distin. cap. Ignorantia

marum

marum curam & regimen, ſed tantum ad ſimplicis ſacerdotij officium. Huic inani excuſationi reſpondet Innocentius [b] dicens ad obtinendum eccleſiaſticum beneficium eos debet idoneos reputare ordinator Epiſcopus quos ad ordines ſuſcepit. Propterea idem Innocentius in Cōcilio generali Lateranēſi dilucidiùs rem explicat his ferme verbis. [c] Cum ſit ars artium regimen animarum diſtrictè præcipimus vt epiſcopi promouendos ſacerdotes diligenter inſtruant & informent vel per ſeipſos vel per alios idoneos viros ſuper diuinis officiis, eccleſiaſticíſque ſacramentis qualiter ea ritè valeant celebrare.

[b] c. accepimus de ætate & qualitate præficiend.

[c] De ætate & qualitate præficiendorum. c. cum ſit ars artium.

DE PERPETVA COELIBATVS ET CONTINENTIAE OBLIGATIONE SACRIS INITIANDIS

§ V.

PRIMA voti conſideratio eſt caſtitatis & continētiæ [a] à qua ſemel profeſſa reſilire non atur dnec ad matrimoniū cōtrahēdū nequaquā licet aditus, & ideò Paulus diuino illo genio quo afflatus fuerat preuidens incorruptum illum florem aliquando hominum libidine violatum iri, ſummæ continentiæ & caſtitatis obligationi epiſcopos, presbyteros, diaconos & ſubdiaconos cæteris nubendi libertate conceſſa aſtrinxit. Ne verò quidam vocis diſſidium vrgerent optima diſtinctione iis prouidit, duplicíq; nominis differentia vſus quem σώφρονα, [b] in 3. cap. 1. ad Timothæum, eundem ad Titum 1. σώφρονα καὶ ἐγκρατῆ eſſe præcipit, inter caſtum & continentem id diſcriminis ex ipſius vocis cognitione ſtatuens quod verbum ἐγκρατὴς propriè & natiua ſignificatione ſine appoſito continentem declaret eius rei cuius aliquis continens [c] eſt (omnis enim ſuperbiæ, ſiue libidinis, aut iracundiæ motus temperans con tinere dicitur) & tunc ad ſenſualē illum voluptatis appetitum compeſcendum refertur. Vult ergo Paulus ex hac verborum emphaſi presbyterum caſtum ſimul & continentem & quamuis carnis illicio, aut libidinis motu irri-

tetur

[a] Canon Apoſtolicus 26. hac vocula voti non vſus eſt aperta ſignificatione, ſed ſolum vetat quēpiam ſacris initiari qui ſeriò cōtinentiā non profiteatur, ſolíſque cantoribus & lectoribus nuptiis indulgere permittit, reliquis talē imponit neceſſitatem vt contractum matrimonium dirimi & reſcindi iubeat.

[b] Σώφρονα Græcis ſobrium, Ambroſio prudētem, Hieronymo caſtum.

Ἐγκρατῆ continentem Hieronimo abſtinentem.

[c] Caſti & continentis diſcrimē componit Ariſtoteles in priore libro magnorum moralium.

tetur siue non, ab omni se concubitu contineat, in quo sensu ἐγκρατὴς vocabulum accepit, pro omni videlicet Veneris & muliebris amplexus cõtinentia, etiam viri qui ab vxoris congressu se abstinet, vt facilè ex cap. 7. epistolæ prioris ad Corinthios facilè perspicitur vbi iis quidem qui nolunt esse ἐγκρατεῖς [d] id est continentes nubendi facultatem cõciliat εἰ οὐκ ἐγκρατεύονται γαμησάτωσαν *si non se continent nubant*, & ab alienis se abstineant, quod melius sit nubere quàm vri. Iis verò qui vxorem habent cõcedit vt postquam ad tempus communi & reciproco cõsensu se ab ea continuerint reuertantur in idipsum ἵνα μὴ πειράζῃ ὑμᾶς ὁ σατανᾶς διὰ τὴν ἀκρασίαν ὑμῶν *ne propter incontinentiam* inquit, id est, qui nolunt se ab omni copula continere *tentet eos Satanas*. Idcirco continentem esse nulli in tota noui testamenti historia præcipitur nisi ministris sacris qui in hoc primo sacerdotalis honoris gradu Deo continentiam profitentur, eósque sibi non dissimiles esse supremo pietatis affectu adhortatur idem apostolus. θέλω πάντας ἀνθρώπους εἶναι ὡς καὶ ἐμαυτόν. *Volo omnes vos homines esse sicut meipsum*, exemplo suipsius virginitatem & continentiam suadens. Si igitur optimus hic episcopus qui primarias ostenderat præsulis de grege Christiano bene meriti partes, vxoriis nunquam illaqueatus est vinculis, qua dementia opinantur quidam eum coniugalem copulam aliis iniunxisse episcopis, & non habẽdos dignos ecclesiasticis dignitatibus qui vxoriæ rei non famularentur. Si inquã necessariũ iudicauit episcopos ducere vxores cur non & ipse quod erat necessarium fecit? Quam miserè delusi isti homines in his locis impingunt! Sed vellem eos sedato vultu, & absque furiosis vociferationibus mecum considerarent, num cuncta illa sacerdotum peculiaria munera & officia [e] maximum illud seruitij genus quod matrimonium comitatur non refugiant & quasi prima fronte exhorreant. Poscit vxor dandum, vocat veniendum, eiicit abeundum, minatur extimescendum, quomodo tantis curis liberari poterit sacerdos coniugatus vt sui muneris vicem quæ est semper pro populo orare exequatur? quomodo vigilabit super gregem sibi creditum si tota nocte lateri vxoris adherere cogitur? Infœlici nos

d Vocis rationem his cõperies auctoritatibus. Plut. de fortuna. ἐγκρατεῖς τῇ πενίᾳ in paupertate continẽ sum. Xenoph. ἐγκρατὴς ἀφροδισίων, rei venereæ abstinens 1. Corint. 9. πάντα ἐγκρατεύεται in omnibus temperans est.

e Summum ad deum adferret impedimẽtum iis qui spiritualibus addicti sunt officiis res vxoria. Idq; secundùm Tertullianũ duabus rationibus euenire solet. Vix enim fieri potest, vt hæc cohabitatio vxoris sine libidinis fœditate, atque immunditia exerceatur, quæ omninò ab ara domini arceri debet. Quies denique animi & tranquillitas in coniugio potissimum turbatur, cùm tamen vacuum sanè eum esse deceat qui rerum cœlestium studio deuouetur.

experientia didicimus nullum tetrius aut pestilentius vitium inferri ecclesiæ ipsa sacerdotum auaritia quæ si tam exitialis est in cœlibe quanta est futura in coniugato? Impudens tamen ille apostata Lutherus [f] vt salaces suos asseclas magis alliceret ad omnem vitæ spurcitiam, tanto scurra dignum suis scriptis consilium reliquit vt inultò omnibus sacerdotibus nubere liceret, nec posse cessare à re vxoria non minus quàm à cibo & potu. O pudor! nónne facilè ex hoc vno quis spiritus eorum mentes & corpora obsederit, potest homo prudens & fidelis plusquam certo deprehendere? Verùm redeundo ad rem vnde nos hic Incubus abstraxerat, quis est qui obtuso quantumuis iudicio falsa & mera hæc omnia portenta esse non credat, quibus nos obstringere conantur ad nubendum, cum Christus castitatis & continentiæ exemplar voluerit S. Apostolos [g] omnibus etiam vxoribus renunciare, quod & fecerunt, apostolatus suscepto [h] charactere. Vnum libere ita vt ingenuè addam, si in hæc vsque sæcula permissum fuisset sacerdotibus coniugium, exitiosissima fuisset in ecclesiam introducta tyrannis. Quis enim principum & magnatum qui omnia illis solis viribus impunè licere putant, cum pulchra vxore opimo gaudere sacerdotio noluisset? Quod si in promouendis ac conferendis iam sacerdotiis multum imò plurimum peccatur, etiam si non conferantur nisi cœlibem vitam pollicentibus, quanto turpius collaberetur si ipsis sacerdotibus legitimi essent filij quibus amplissima designarentur & venarentur beneficia etiam ante quam natalem viderent diem; Quàm optimè prouisum fuisset ecclesiasticis ordinibus, quàm religiosè incessisset episcoporum pietas, si eo tempore quo ad excubias nos inuitat Christus, cogeremur inter fœmineos sinus delitescere? Sed iam particulariùs ad authoritates progrediamur, quibus retundere possimus reprobos istos homines, qui dicunt priscos patres à primis Christi ecclesiæ incunabulis vsque ad hunc diem à verò scripturæ tramite aberrasse, & se solos sapientes. Triplicem sacratorum ministrorum ecclesiæ in continentiæ voto statum inuenimus, cúmque vario rationum appendice discutiemus. Primus, cuius continentiam

f Vide F. Ambrosiũ Catharinum Polità Archiepiscopum Compsanum in turpissimam Lutheri sententiam.

g Hos primæuos Ecclesiæ Christi cultores sequuti sunt totius orbis Christiani patres in Conciliis suis in Neocæsariensi sub Syluestro Papa c. 1 in Concil. Romano sub eodem Pontifice canone 7 in Concilio Arelatensi.

h Hieroni li. 1. contra Iouin. & in epist. ad Iul. consol. sic dicit: Inter Apostolos de solo Petro legimus vxorem habuisse, de aliis verò nihil tale constat. Quod si concedamus, omnes habuisse, ambigi non debet ipsis annuentibus castitatis votum emisisse, iuxta illud Petri Ecce nos relinquimus omnia.

tia non erat olim ſub pręcepto aut ex neceſsitate, voluntarius dicitur, his potiſsimum qui prius coniugalem ducebant vitam, vt accedit primitiuę eccleſiæ temporibus propter paucitatem eorum qui continere volebant vt teſtatur Hieronymus in epiſtola ad Marcellum neceſſe erat coniugatos & vxoratos promouere maritos, de quibus loquens apoſtolus dicit, Oportet epiſcopum [i] vnius vxoris virum, quod præceptum non ſolum ipſis epiſcopis ſed omnibus ſacris miniſtris extenditur, variaſque ſortitum eſt interpretationes quas nos fuſiori tractatu alibi enarrabimus. Hæc autem multis placet, quod epiſcopus non vnam tantum habuerit vxorem ſed vt factus epiſcopus eam non tanquam vxorem, ſed vt ſororem habeat, contentus ſcilicet vxore ſua ſpirituali nempè eccleſia, quæ ſententia quamuis non omnium ore dependeat valdè tamen probabilis eſt vt patet ex Epiphanio [k] qui Hæres. 59. dicit hunc eſſe apoſtolicum & eccleſiaſticum canonem, atque ad ſuam vſque ætatem ſeruatum, ac tum etiam vbique ſeruari vbi canones eccleſiæ non eſſent corrupti, docet & idem ad finem lib. 3. tom. 2. eccleſiam non ſolere ſacerdotes aſſumere, niſi vel ex numero virginum, vel monachorum vel continentium, vel eorum qui ſi haberent vxores ab eis ſeſe abſtinerent. Quotieſcunque autem in eccleſię exordio cœlebs ad epiſcopatum aut presbyteratum aptus inueniebatur, nunquam ordinabatur coniux. Cœlibes autem quàm coniugatos longè melius epiſcopali functos munere totius antiquitatis declarant exempla, nam ex infinita propè epiſcoporum multitudine dempto vno Cynerio nihil memoriæ commendatum ſcriptis accepimus. Cœlibes autem omnia quæ nũc extant ediderunt monumenta. Referenda ſunt hæc vt antea diximus ipſi neceſsitati temporum, quod Eccleſię primordiis ad epiſcopatum aſſumebantur ij qui ante baptiſmum philoſophi erant & coniugati, at hoc tempus alios ritus poſtulat, cum enim in tanta chriſtianorum multitudine tot inueniantur cœlibes iidémque aptiores quid opus eſt vt coniugatos eligamus, ad ſacra tractandum miſteria? Hic primus continentiæ ſtatus (probamus dictorum ſeriem innumera teſtiũ [l] cohorte) in miniſtris ſacratis

i Μιᾶς γυναικὸς ἄνδρα. 1. ad Tim. 3.

k Temporis neceſsitas in ipſa Eccleſia infãtia, & fidelium bonorum raritas viros vxoratos cogebat ad ſacerdotij ordinem conuocare, ſed monogamos duntaxat, hinc nullibi in ſcriptura noui teſtamẽti legitur ſacerdotem Euangelicum poſt ſuſceptum ordinis characterem duxiſſe vxorem licèt antea acceptam retinuerit.

l Præſidium huius ſententiæ de ſancta cœlibatus aſſertione ex ſequentibus ſumitur.
Origenes in 5. c. Ioel.
Gregorius Niſſenus in libr. de virginitate.

valuit à primitiua ecclesia vsque ad Nycenam Synodum & amplius vt patet ex historia tripartita lib.2.cap.14. quod refert Gratianus dist.31.cap.Nycena.Imò huiusmodi liberæ continentiæ status in coniugatis vsque ad tempora Syricij papæ perseuerauit hoc est vsque ad annum trecentesimũ octuagesimum tertium, qui Syricius immediatè successit Damaso papæ in quo continentiæ statu multi episcopi & sacerdotes coniugati extiterunt,sed nũquã concessa est facultas superiorum ordinum munere insignitis,ad connubia transeũdi,vnde ca. Apostolorũ sic cautum est,in nuptiis autem qui ad clerum prouecti sunt præcipimus vt si voluerint vxores accipiant sed lectores, cantoresque tantummodo. Et octaua generalis synodus quæ orientalibus regulam viuendi præscripsit, can. 8.sic habet.Quoniam in apostolicis canonibus dictum est eorum qui non ducta vxore in clerum promouentur solos lectores & cantores posse vxorem ducere, & nos hæc seruantes decernimus vt deinceps nulli penitus hyppodiacono,vel diacono, vel presbytero post sui ordinationem coniugium contrahere liceat,si autem hoc facere ausus fuerit deponatur. Si quis autem eorum qui inclerum accedunt velit lege matrimonij coniungi antequam hyppodiaconus vel diaconus vel presbyter ordinetur hoc faciat. Hæc sacra sexta synodus. Cuius decretum recenset & venerabiliter suscipit post Vrbanum 2. Innocentius tertius dum inquit ad similitudinem Diaconi & presbyteri debet subdiaconus continentiam obseruare sicut & in sexta Synodo constitutum est, contracta verò huiusmodi matrimonia personis disiungi, & personas ad pœnitentiam redigi debere iuxtà sacrorum canonum diffinitionem statuit multò antea Calixtus primus.

Secundus continentiæ status fuit specialis præcepti quantum ad omnes sacratos. Syricius siquidem papa circa annum domini trecentesimum nonagesimum primũ traditur cœlibatum & perpetuam continentiam præcepisse, atque vetuisse ne quis coniugatus promoueretur ad sacros ordines postquam Innocentius interstite duntaxat Anastasio primo, ipsi Syricio succedens circa annum qua- dringen-

Clemens Petri discipulus Epist. 2. ad Iacobum fratrem Domini.
Eusebius libr. 2. demonstrationis Euangelicæ.
Calixtus 1. apud Gratianum. dist. 27. can. presbyteris.
Siricius in Epist. ad Himericum. cap 7.
Innocentius 1. in Epist. ad Victoricum ca. 9. & ad Exuperium c. 1.
Leo in epist. 82. ad Anastasium Episcop. Thessalon c. 4.
Gregorius 1. in Epist. 42 lib 1.
Zacharias Papa in Epist. vlti. ad Bonifacium Episcopum German.
Sixtus. 2 Pontifex lib. 1. de cast. c 7.
Chrisostom hom. 2. de patientia. Iob
Epiphanius ad finem operis contra Hæreses.
Cyrillus cathechesi duodecima.
Oecumenius in c. 3. prim. ad Timotheum.
Cyprianus in libro de singularitate clericorum
Ambrosius lib. 1. de officiis c vlt.
Hieronim. ch. in Vigilantiũ circa initium.
Augustinus lib. 2. de adulterinis coniugiis.
Gregorius Turonicus li. 4. hist. cap. 4.

dringentesimumoctauum, constitutionem illam de sacrorum perpetua continentia ministrorum, prohibitionémq; eorum à nuptiis sancitam per vniuersas ecclesiæ prouincias transmissam confirmaui dist 31.cap.tenere. & 81.cap. proposuisti. Post quas sanctiones Innocentij primi, nulli coniugio obstricti admissi sunt deinceps ad sacros ordines suscipiendos, licèt idē [m] Syricius prædecessor concessisset coniugato promoueri ad eosdem vt patet prima sua epistola ca.91 Hieronymus in calce epistolę ad Pammachium de more sui temporis loquēs ait, Episcopi, presbyteri, diaconi, aut virgines eligantur aut vidui, aut post consecrationem in æternum pudici. Syricio superuixit beatus Augustinus [n] qui epistola 187.cōmemorat omnes summos pontifices à Petro vsque ad Anastasium tunc in cathedra Petri sedentem cui successit Innocentius eiusdem temporis reuolutionibus ad quem epistolas dedit Augustinus & ab eodem accepit. Sic liquet in hoc secundo statu continentiam omnibus in sacris constitutis præcepto speciali & ab ecclesiæ decreto extitisse à temporibus Innocentij vsque ad beati Gregorij florentissimam caniciem annis scilicet centum & octuaginta diebus. Orientalis verumtamen ecclesia annis Syricij & Innocentij primi hoc de cœlibatus obligatione præceptum non acceptauit, annuente & asserente sexta generali Synodo canonibus suis [o] 13.& 30. post Pontificatum Innocentij celebrata, nunc verò legitimo prius contracto matrimonio vti possunt, Lateranensi teste concilio cap.14.vt relatum est in decretalibus de vita & honestate clericorum.cap.Vt clericorum mores.

Tertius huiusmodi continentiæ status in ecclesia Occidentali sacra Christi & apostolica lege tum œcumenicis conciliis [p] & à Gregorio primo hucusq; sic institutus est vt scilicet obliget ex priori præcepto ecclesiæ currente & ex voto in susceptione sacri ordinis emisso & eidem annexo hoc etenim statuit beatus ille Pōtifex, quod Innocētij tertij testimonio ratum credimus vt nullum facere subdiaconum præsumant episcopi nisi qui se castè victurum promiserit, in cuius ordinis sacri susceptione votum solenne emittitur impediens matrimonium contrahendum & di-

Isidorus lib.2. de officiis diuinis c. 10.
Anselmus in epistola 8.
Beda lib.3 de tabernaculo cap.9.
Arator in actis Apostolorum. ca 30.
m Syricius alias vrsinus Romanus dict° Papa max. sed.an.15.mens 11.ann.388. Genebrard.
92.
n Aug.epist.91.
o De clericis coniugatis c. cùm olim.
p Nulla fermè sacra Orthodoxa fides sanctio celebrior & religiosior inuenitur, ipsa quæ sacerdotum cœlibatum asserit & probat. Huius rei citra innumeram testiū nubem fidem faciunt Oecumenica Concilia quæ hic adscripsimus.
Concilium Ancyranum celebratū ante annos 1200. ca.10.
Nicæ ca.1.
Nycenum can.3.
Trullanum. can. 6 & can.48.
Carthaginens.2. can.2.& 5.can. 3.
Affricanum can. 37.
Romanum cā. 8.
Arelatense.2. can.2.
Turonense.1. ca. 1.& 2 can. 10.
Agathense c.9.

 rimens

rimens contractum vt determinat Bonifacius 8. extra de voto & voti redemptione.cap.vnico.

Aurelian.3.c.2. Elibertin.can.33. Toletan.2.c.1.& 4 c.26.& Toletan.8.cap.6. Aquisgran.1.c.6. Vormaciense c.9. Moguntinum ca. 10. Rata autem hæc omnia habentur Concil. Trident. Sess.24.can.9.

QVADRVPLEX RATIO PERPETVI COELIBATVS.

§. VI.

VERITATIS Ecclesia alumna non abs re censuit non nisi continenter victuros præciosis hisce sacrorum ordinum margaritis exornare, Apostolos potissimum imitata qui primi legis nouæ fuerunt sacerdotes à Christo instituti & continentes, quique solenni edicto prohibuerunt sacerdotibus vincula matrimonij vt ex constitutionibus eorum edocetur, cuius hæc sunt verba. Episcopum & presbyterum ad diaconatum ordinari præcipimus qui sint monogami, id est vnius vxori viri, siue vxores eorũ superstites sint, siue non, post ordinationem tamen si vxores non habent præcipimus vt non liceat amplius ducere aut si antea duxerāt non alias in matrimonium accipere, sed potius quòd cùm [a] haberent ad ordinationē venerūt contentos esse: hæc est Apostolica constitutio. Vnde B. Hieronymus libro primo contra Iouinianum tale perhibet testimonium, Petrus & cæteri qui vxores habuerunt postea ad Apostolatum assumpti reliquerunt coniugale officium, Petro coram domino asseuerante se & suos condiscipulos omnia reliquisse, quod verum nō fuisset nec à Christo approbatum si adhuc cū suis vxoribus remansissent. Et quamquam eodem Petro excepto non sit manifestè relatum de ceteris Apostolis quod vxores habuerint, & cum de vno scriptum sit ac de ceteris tacitum intelligere debemus, sine vxoribus eos fuisse, de quibus scriptura nihil tale significat. Et in calce epistolæ ad Pammachium, Apostoli inquit vel virgines vel post nuptias continentes fuerunt, Exemplo etiam aliorum primitiuorum sacerdotum, nam in primitiua ecclesia multæ personæ vtriusq; sexus se perpetuæ consecrabant continentiæ vt refert Eusebius lib. 2, ecclesiasticæ Historiæ cap. 17.

a Quidam ex huius loci malè intellectâ intentione ingentes de cœlibatu sacerdotum excitant controuersias, sed vt inquit. F. Turrianus. Quis est tam tardus, aut tam contentiosus, cum apostolica doctrina iubet ministris sacris qui vxores habēt vt contenti sint quòd habentes vxores ad ordinationē venerunt, qui non intelligat, iubere, vt deinceps ab vxore abstineant. Etenim si vt prius, hoc postea vti eis liceret, quod nouum, aut contrarij Apostolica cōstitutione sancit, vt dicat, sed cōtentos esse, quod habentes ad ordinationē venerunt. Hic locus aduersus omnē Græcorum libidinē & quorundam pœnitentium, id quod optimè concedi non potest discutitur per eundem Turrianum.

Secundo

Secundò cœlibatum ita statuit ecclesia vt curis omnibus rei domesticæ solutus sacerdos liberiùs sese deuoueat ad continuum cui deputatur orandi officiū,* hinc Gratianus rectè inquit causa huius institutionis fuit munditia sacerdotis,vt cunctis diebus vitæ suæ orationi vacare posset. Si laicus, inquit Diuus Hieronymus & quicunque fidelis orare non potest nisi officio careat coniugali, sacerdoti cui semper orandum est,semper illi erit ergo abstinendum à coniugali debito. Interest etiam ministris animum diuinæ appulere legi,quæ totum hominem requirit, proinde dignū est vt à mulierū consortio pellantur si enim nō potest homo liberis & vxore pressus philosophię vacare vt dicit Theophrastus Arist. discipulus ,& si populo magnus ille legislator Moses præcipit lauare vestimenta sua, dicitque eis estote parati in diem tertium & ne appropinquetis vxoribus vestris quantò magis sacerdos diuinæ legi assiduus debet à mulierum consortio esse remotus? Quantum sacrilegium imò quàm horrendum facinus immani expiandum supplicio duxisse putemus, si homines nocturnam venerem somniantes aut libidinis illum furorem adhuc spirantes viderētur tractare sacra? Permittant hæretici libidinosos,olentes, & salebrosos suos hircos pseudoministros suum panem tractare, qui indignè omnia conspurcant, nos autem in antiquitatis ecclesiasticæ fideique schola edocti, decentissimum esse putamus vt non nisi à sanctis sancta peragantur.

Tertiam itaque hic rationem institutionis figamus propter ministerij ad quod assumitur quotidie tractandi dignitatem, excellentiam [c] & sanctitatem scilicet consecrationis corporis & sanguinis Christi ,oblationis eiusdem & sanctissimæ communionis,vnde Ambrosius in primam epistolam ad Timotheum [d] inquit,veteribus Leuitis & sacerdotibus idcircò concessum est vxores ad vsum habere quia per multum tempus ocio vacabant à ministerio aut sacerdotio, at nunc necesse est ministros quotidie præsto esse in ecclesia,. & addit: Si enim plebeis hominibus orationis causa ad tempus præcepit abstinere Apostolus vt vaccent orationibus quantò magis Leuitis & sacerdotibus quos

* Hæc minùs commodè præstātur à coniugatis quàm à viris iugum vxorium excutientibus. Quomodo (inquit D. Ambrosius) potest hortator esse viduitatis qui ipse coniugia frequentauerit?

Exod.19.

c Reuocandus est hac in parte Apostolicus canon e(?)usque fidelissimus interpres Epiphanius in Catharum & Characlere Ecclesiæ. Reuerà inquit non suscipit sancta Dei prædicatio post Christi aduentum eos qui à nuptiis mortuis ipsorum vxore, secundis nuptiis coniuncti sunt, propter excellentem sacerdotij honorem ac dignitatem. Et hæc certò sancta Dei Ecclesia sincerè obseruauit.

d 1.Timoth.2.

dienoctúque pro plebe sibi commissa oportet orare, præterea nullus in veteri lege [e] carnes agni pascalis comedere præsumpsit qui renes non præcingeret, nec panes propositionis sacerdos Achimélech [f] dare Dauid petenti cum pueris suis voluit donec se ab vxoribus continuisse profiterentur. Hæc Ambrosius. Cùm ergo & historiæ veritate, & tanti doctoris testimonio sit certo certius antiquos Iudaismi sacerdotes quoties ad sacras erant functiones reuocandi, non solùm à re vxoria, sed etiam ab exquisito ciborum delectu, vino pariter cæterísque illecebris pudicitiæ naufragium mouentibus procul stetisse, non putabimus nobis diuino charactere insignitis tantundem præstandum esse, tam augusta sacramenta tractaturis, in quibus Christus est ipsa victima? Pares rationes Innocentius I. in epistola ad Victorinum Rhothomagensem episcopum & idem ad Exup. Tholos. episcopum tradit, quas refert Gratianus in suis decretis dist. 31. cap. tenere. & distin. 82. cap. proposuisti. Eandem tertio loco positam rationem cœlibatus in ministris sacratis proponit Alexander tertius vt habetur lib. 3. decretalium tit. de Clericis coniugatis cap. Quod ad te. Ob similem rationem indicitur continentia & separatio à consortio thori ad tempus coniugibus ad sacramentum Eucharistiæ accessuris, id docente Gratiano ex Augustino & Ambrosio 33. q. 4. cap fratres Tametsi silerent hæc omnia inconcussa & irrefragabilia testimonia solius Christi de virginitate commendatio [g] nos ad tantum florem seruandum allicere & inuitare debet, laudat enim continentiam eorum Matth. 19. qui se castrauerunt propter regnum cœlorum. Hoc suadet & consulit Paulus postquam nos sui similes esse cupit. De virginibus præceptum non habeo consilium autem do. Augustinus libro de sancta virginitate (quem totum in Encomium virginitatis edidit) efficacissimè probat quàm videlicet propria sit hæc virtus Euangelicæ gratiæ à B. virgine primo cœpta & quantæ excellentiæ sit. Quid plura? omnes sanctorum doctorum Latinorum & Græcorum lucubrationes virginitatis & continentiæ laudibus refertę sunt. In quarum inuidiam fanaticus aliquando debacchatus est inter ipsa

Apostolici

e Exod. 12.
f 1. Reg. 21. Noluit sacerdos Achimelech Dauid & pueris eius dare panes sanctificatos priusquam seipsum & illos non solùm quidem ab alienis, sed etiam à propriis vxoribus mundum esse testaretur. Tantò igitur castitate maiore debet pollere Christi sacerdos cum sanctissimũ Christi corpus sumit, sacrísque exornatur mysteriis quanto vetera sacrificia minora & inferiora Euãgelicis reperiuntur.

g Virginitatis commendatio sublimis & angelica admodũ auditur apud sacros fermè authores omnes Greg. super Ezechielem August. de Virg. Hieronym. in Epist. Ambros. de viduis. Bernard. super Missus est. Climach. Grad 14. Voluerunt pariter legislatores æquissimi suis legibus precium pro meritis referre castitati. Iustinianus Cæsar. in §. autem. de Deo amabilibus quomodo oport. Episc. in auth. coll. 1. 6.

Apoſtolici cœlibatus initia [i] Nicolaitarum furor ſed noſtris temporibus ſuſcitauit cacodęmon Eraſmũ & Bucerum magnas quærelas effundentes in virginitatis conuicium, quod nimium excefferint antiqui patres in euehenda continentiæ gloria, quódve nimium authoritatis Tacianorum hæreſi dederint, & reliquorum hæreticorum nuptialẽ conſuetudinẽ dãnantium errorẽ. Sed quia omnes iſti qui talia per furoris interualla exaggerant, caſtitatis iudices nimis ſuſpecti cenſentur, & ideò votifragi omnia ſecundùm carnem exiſtiment, nos firmiùs & grauiùs Sacroſanctæ patrum ſententiæ quæ tam longo tempore tanta cum laude in eccleſia Chriſti permanſit aſſentiemus. Illa enim ſpiritum ſcripturæ ſacræ ſecuta eſt, à qua recedere impium & piaculare eſt.

Quarta ratio noſtri cœlibatus eſt propter bonorum eccleſiæ quæ pauperum ſunt vitandam alienationem.[k] Præfatis rationibus diligentiùs cõſideratis & decretis dictam perpetuam continentiã, præcipientibus maturè perpenſis non eſt quod huius cœlibatus oſores reclament præceptis Propterea leuis iudicij et ſententiæ reus damnatur Panormitanus [l] qui incõſideratè ſcribit, ſalubre fore reuocare huiuſmodi præceptum continentiæ & relinquere libertatẽ volentibus continere ob ſcandala quæ ex multorum miniſtrorũ Eccleſiæ impudica vita emergunt. Quodquidem non minori auſu quàm excæcata dementia aſſerit Eraſmus in Epiſtola Apologetica de interdicto eſu carnium & in quodam opuſculo de laude matrimonij. Omnes autem quotquot ſunt hac impura doctrina excantati opinantur patrocinio Paphnutij [m] foueri & tueri eius tamen ſententia nihil infenſius habere poſſunt. Sed vt prolixiora non trahantur huius paragraphi ſtamina eorum obiectis & rationibus (vt futiles & vanæ omnibus cõſtent) virili marte reſpondeo, ingenuè primùm faſſus, multa quidem ſequi ſcandala & ſcelera legem cœlibatus eccleſiaſticorum, non quidem per ſe ſiue ex natura & ratione illius legis ſed per accidens, & per aliud ſcilicet ex corruptis & indiſciplinatis quorundam (quibus indicta eſt lex illa) moribus. Ad illa autem quæ propter aliud & per

d accidens

i Fabula huius hæreſis cuditur multorum iudicio in Nicolaum vnum ex ſeptem primis Diaconis ſed quicquid de hoc ſit cõſtat Vigilantium hunc errorem expreſſè docuiſſe vt annotat Hieronym. Hoc ſomniũ denuo hæreſiarcha neoterici renouarunt & publicis ſcriptis profeſſi ſunt vtile eſſe ſi ſacerdotibus vsus coniugij concederetur. Quæ eſt mera hominum Epicureorum & voluptuariorum ſententia.

k Innocẽ. 4. c diuerſis. de clericis cõiugatis.

l Turpiſſimus error Panormitani Catholici alioqui & docti authoris in ca. cum olim. de cleric. coniug.

m Cũ in Concilio Niceno de interdicẽdis vxoribus ante ſacros ordines acceptos tractaretur vir ſanctus Paphnutius ſuaſit Concilio ob graues fornicationes fugiendas ab iis qui nuptiæ erant experti, vt nihil ſuper hoc definiretur. Acquieuit Concilium, ſed nunquã permiſſum eſt vt ſusceptis ordinibus ducerentur vxores.

accidens veniunt, non respicit legiſlator vt prudenter affirmat Ariſtoteles 2. Politicorum ad ſimile argumentum Socratis & Platonis volentium res temporales & mulieres debere eſſe communes, eò quòd multa mala ſequuntur ex rerum & vxorum appropriatione & proprietate. Sed reſpicere habet legiſlator ad bona quæ inde ex lege ſequuntur & ad multo plura mala vitanda quæ ex contrario ſequuntur. Non ergo propter tranſgredientium multitudinem m & ſcandala reuocanda eſt, aut abroganda lex huiuſmodi continentiæ, cum non ex ipſa lege oriantur huiuſmodi tranſgreſsiones, quin potius ex ipſa lege continentiæ in ſua integritate ſeruata maxima profluunt bona, in rationibus ſuę inſtitutionis ſuperius adductis explicata, nec huius legis obſeruatio in hęc vſque vlteriora tempora eſt ipſis obſeruationibus noxia, non enim huius legis cœlibatus aſsidua obſeruatio ingerit iacturam reipublicæ, ſed magis illius neglectus & pręuaricatio, ſi enim ab omnibus eccleſiaſticis integrè ſeruaretur ingentem vtilitatem & eximium decorem adferret nobis. Quod ſi ſcandala & tranſgreſsiones vitare velis legis extirpatione & ablatione, abroganda eſſet idemtidem lex coniugij, auferendę eſſent diuinę prohibitiones fornicationis, furti & vitiorum omnium, in quę tam ſeuerè animaduertunt diuina & humana iura. Pontificum conſtitutiones, & regum placita ſpernerentur, ne horum pręuaricatores inuenirentur, quod mali remedium niſi penitus malus nemo conſulere audebit His omnibus ad amuſsim conſideratis non dubito quin omnes ſacris eccleſiaſtici ordinis titulis decorati, quibus cor non fuerit vel hęreſi vel carnali illa voluptate occœcatum vel digitis tangere poſsint diuino iure ſe obligari ad continentiam & caſtitatem. Manifeſtum ergo cunctis cordatis fecimus quantum fallantur hęretici omnes qui impotenter vrgent omnibus ſacerdotibus & epiſcopis non modo liberum ſed etiam pręceptum eſſe vxores habere. Hæc ſomnia non mouebunt quidquam catholicos ſacerdotes quia infandum & ementitum eſt ſicut pleraque omnia quę odio Vatiniano in Chriſti ſponſam viſibilem inuiſibilis dæmonis aſtutię euomunt & effutiunt.

DIFFICVL-

An Arguit Libidinoſos quorundam hominum affectus. qui vt fucata quadam virtutis opinione luxuriem defendãt hæc argumẽta ſuggillant. Si omnes velint à thoro & prolis procreatione vacare, quomodo poſſet propagari mundus? Reſp. Auguſt. Vtinam omnes hoc velint duntaxat in fide & charitate, quia multò citiùs Dei Ciuitas impleretur & accelerataretur terminus ſeculi. Cũ autem videant nullos parum ſubſiſtere ad ſcandala quædam ex Epicureorũ quorũdã periuriis cõtracta cõfugiũt vt his ſacerdotũ cœlibatum damnent, & exclament hinc plurima adulteria pullulaſcere. Sed his reſpondere opus eſt. Quod nam ſit tantum ſcelus quod non cõtrà legem Dei committatur. Abrogentur & peſsũdẽtur cœleſtis Dei mandata, violẽtur Principum ſanctiones quia multi ſunt fures, periuri, ſicarij, adulteri. Lex bona & ſancta eſt malus qui contrà agit.

DIFFICVLTATIS OPNIONEM A CASTITATE NOXIAM REMOVET GRATIA DEI.

§ VII.

Nos in ea ętate deuenimus vt quidam calorem ardētissimum arguant cùm tamen ignem in sinu gestare, materia fouere incendium, & flammis superaddere flammas securum existiment, & in lupanari de temperanda voluptate conquerantur His tamen non desunt innumeræ de cōtinentia querimonię. Volunt vinci ab iis à quibus statim victores euaderent. Hinc libidine succensi pręposterum quorundam consilium imitantur, qui morbum ciborum ingluuie curare satagunt. Quotidiè vociferantur continentiam rem esse arduam [a] & contra naturam tum difficilem & quę humanis viribus non posit exhiberi. Fateor equidem magni grauisque laboris esse frœna dare petulanti carni, at nemo destituitur ope diuina. Omnia possum in eo qui me confortat. Hęc cōtinentiæ facultas naturali potentię eius qui vult non refragatur, casti igitur si non sumus, inquit, Augustinus [b] non est quia non possumus, sed quia non volumus, nam qui te hortatur vt voueas, ipse adiuuabit vt reddas, alioquin culpa illius esset si quod imperaret, efficere nequires. Neq; igitur culpandus est Deus, qui pręcepit, vel qui non adiuuat, quia non pręcepisset, nisi adiuuare vellet, culpa igitur tota in te est qui dicis te nolle neque tamen te promoues, dicis te non posse nunquam tamen vt posis conaris. Constitutus est in [c] arce huius corporeæ molis dux veluti animus qui imperio suo omnem lasciuientem carnis voluntatem cohibere posit, sed si delitiis, illecebris veluti compedibus deuinctus & illaqueatus teneris, ab iis ægrè liberaberis: si mulierum spectacula, [d] fabulas, & alloquia demulcentia pectus, ames, si temperantiam & ieiunium negligis, non est profecto quod mireris te non posse continentiam amplecti.

Conandum est igitur & forti constantíque mente retundendi sunt stimuli illi, in otio & turpi veterno pungen-

a S. Sixtus Pontifex 3. cōtra eos qui dicebant continentiā esse contrà naturam acriter pugnauit olim, & dixit gratiam non deesse facienti quod in se est.

b August. lib. 2. c. 77. de meritis & peccat. remiss.

c Cyprianus extremo libro de pudicitia animum humanum instar esse cuiusdam auriga qui Deo domine regnum in corpus acceperit, vt imperio premere cuiusque impetus refrenare valeat.

d Augu super Psal. 131. Chrisostomus super Epist. 16. ad Hæbreos. Origenes homil. 9. super Leuit.

tes. Deinde inuocandus & exorandus est Deus, asiduis & frequentissimis precibus qui vt solus nos condidit ita solus plena suppeditat auxilia. Opponantur prauis cogitationibus, præmeditationes: illiciis titillantibus, sacrarum literum studia: euocentur castra cœlestia aduersus impuras voluptatum phalanges, vigiles preces semper sint in mentis excubiis, sic profecto frangentur omnes difficultatum & hostium conatus. Quę viribus humanis impossibilia sunt Dei adiutorio facilia [e] fient. Exeant ab ore piorum hominum argumenta illa salebrosa quæ ex illibatis sacræ scripturę adytis desumuntur in authoritatem fornicationis, incestus & sacrilegij. Quàm indignæ sunt conclusiones illæ. Nemo continens esse potest nisi Deus dederit Sapient. octauo. Pulchrum & probabile assumptum, sed infirma & claudicans omninò consequentia illa. Ergo nemo potest. Fides Dei donum quoq; est, nec quisquam credere potest nisi diuina virtute edoctus, ergo nemóne potest esse fidelis? Excusationes sunt in peccatis. Omnes hæretici quotquot antiquitùs fuerunt hanc continentiæ difficultatem nescio vnde conceperunt, vt impossibile autument ab illa venerea pollutione & fœditate quemquam continere, sed perinde necessariam ac magis necessariam quàm edere & bibere: sic Satan in multos porcorum hereticorum greges intrare permittitur. Hoc vnum est vitium omnibus apostatis [f] commune, se illico volutare in fœdo luxuriæ luto. Taceo horrendos & nefandos [g] congressus ipsis etiam feris & brutis alienos, quibus hæreticorum synagogæ, & conuenticula commendantur. Et ni vererer hunc sermonem castis auribus plus damni & tædij quã emolumẽti adferre, insignes huius hæreticæ libidinis tragedias referre non grauarer: his profecto nihil magis exosum ipsa cœlibe vita. In hoc conueniunt Nouatores, schismatici cum priscis hęreticis vt dum cõtinentiam omninò impossibilem esse clamitant sacramenti matrimonij vincula soluant, & qui cœtibus eorum præsunt omnes ferè deserto continentiæ voto excucullati monachi incestas nuptias amplexãtur. Ne ergo quicquam peccetur in Christum virginitatis & pudicitię amatorem tum in apostolicas leges,

[e] Ambrosius contra eos qui propter infirmitatem putabant non esse vouendam castitatem, inquit, Ergo nemo muniet, ne aliquãdo vincatur, nec pedes vtatur beneficio qui gradiendi periculum reformidat.

[f] Hæc catholica sententia Diuum Hieronymum non latuit cum inquit in 9 cap. Oseæ. difficile hæreticum inueniri qui diligat castitatẽ. Cyprianus epist. 18. quosdam sua tempestatis vocat stupratores virginum, & matrimoniorũ corruptores ac depopulatores. Tertullianus Martionẽ propter stuprum virginis illatum ab Ecclesia motũ fuisse asserit. Manifesta sunt omnibus Nicolaitarum lenocinia.

[g] Tanti facinoris indignitatẽ primus notauit Clemens Alexan. 3. Stro. dum scribit. Carpotianos ad cœnas conuenientes viros simul, & mulieres amoto lumine commisceri quomodo & cum quibus voluissẽt. Paria de Florianis ante Augustinum scriptis mandauerat Philastrius.

leges, continentiam ſuſcipiant & redament, omnes qui ſpretis mundi illecebris & excuſſo mundi conſortio vitam merè ſydeream & ſpiritualem profitentur Sic fiet proculdubio conſule Origine *ὡς πᾶσαν ἐπιθυμίαν ἀπὸ τῆς διανοίας αὐτῶν ἐξελόντες τὸ θεῖον εὐχαῖς θεραπεύωσι.id eſt,vt omni libidine ex mente eiecta Deum precibus colant.* Temperentur licentiores animi paſsiones quæ degenerem reddunt hominem & brutorũ propemodum animãtibus ſequacem.Quę cum in omnibus turpes & exoſæ ſint, in ſacerdotibus turpiſsimæ & fœdiſsimæ cenſentur atriore quoque notantur cromate. Rariùs euenit vt ab iis qui mundi capiuntur voluptatibus, qui nihil præter carnem & ſanguinem ſpirant, quidquam ex[h] aurire poſsimus frugis, & commodi. Qui libidine æſtuant vix de animæ officio cogitant, ſentiunt, enim furorem illum vehementiſsimum, vt inquit Plato qui homines grauiſsimè vrit. [k] Is idẽ Philoſophus eſt ſpurcitiarum Apoſtaticarum Ethnica ſua quantumuis indole alieniſſimus qui nunquam impoſſibile Continẽtiæ legem adegit, eamque totis viribus ad aſſequendum virtutis trophæum amplectendam ſuaſit.Cuius paranæticum eulogium poſt grauiſſimos quoſdam primæ claſsis authores hic referre non grauabor.An (inquit) non fama & auditione accepimus, Iccum Tarẽtinum propter Olimpia,alioſque ludos,& artem in eis certandi tantum robur animi ſimul cum temperantia comparaſſe,vt nunquam fœminam, neque puerum, quãdiu exercitatione valuit, tetigiſſet?imò eadẽ de Criſ-ſone & Aſtylo ac Diopompo,aliiſque quamplurimis fama eſt, qui animos quidem multò peius inſtitutos quam noſtri,aut tui etiã ciues Clinia, habebãt,corpora verò multò magis coercebant. Quid igitur?illi curſu aut lucta vt vincerent auſi ſunt à re in qua multi vitam beatam ponunt, abſtinere, & noſtri adoleſcentes propter victoriam multò pulchriorem nõ poterunt?Neſcio quis Chriſtianius loqui poſſet, & vereor profectò ne in multos Chriſtianos exurgat aliquando priſcus [i] iſte philoſophus qui ſolius naturæ eruditione à libidine & omni voluptate abſtinendum eſſe meminit, & penes naturam [k] caſtitatẽ poſſe manere contra Lutherum monuit. Antiquum eſt illud diſsi-

[h] *Libidinis vim atque fomitẽ nõ ignorauit Plato qui poſt duas appetentias cibi & potus quas famẽ & ſitim vocauit, li.6.de leg. dixit, libidinem ὀξυτάτην καὶ διαπυρωτάτην τοὺς ἀνθρώπους μανικῶς ἀπεργάζεσθαι, id eſt, vehementiſsimam eſſe, quaque furore homines inflammaret.*

[i] *Calculum dederunt huic de continentia colenda ſententiæ plurimi ſcriptores Ethnici vt eſt Menander in Thaide, Epimenides, Callymachus, Cyrneus de Cretenſibus, Aratus Aſtronomus, & Homerus.*

[k] *Id proprio & vero authori referendum eſt, Gregorio Nazianzeno ſcilicet qui in libro de ſpiritu ſancto ἐκείνη γὰρ ἔχει τὸ σωφρονεῖν id eſt, penes naturam enim eſt caſtum eſſe.*

diū hæreticis cū temperantia, permittent vinci & abiectissima fieri mācipia potiùs quā de curāda cuticula, de incestuosis contrahendis nuptiis priuilegium perdere. Norūt vsu infortunatissimo quam tristes ex exitiales sint eorum nuptiæ, cùm tranquillum cœlibatus dereliquerunt votum & fidei & castitati professę valedixerunt, vt intolerabile mulierum imperium sustineant quo quidem nullum tormenti genus grauius experti fuerunt & cum passim clamitent se ideò ad nuptias cōuolasse ne flammis[l] Venereis ardentiùs flagrarent, quare propriis vxoribus noncontenti vt salaces satyri per proxima cubilia vagantur libidinis explendæ gratia? Sed ad hoc vnum solum euibrabo telū, vt vel conuincantur vel dicant non soliùs matrimonij remediis libidinem vinci, sola enim vxor iis non sufficit qui exteras vxores ambiūt. Cum autem vel infirmitas vel pertinax morbus alterum è coniugibus surripit quale conceditur violandæ castitatis diploma: Licétne viro scortari vicatim & cōpitatim, aut infandum Adulterij crimen ad refrenandum carnis impetū perpetrare. Proh! vbiqueaudiētur cædes, iniuriæ, homicidia, & ipsis Barbaris & Ethnicis verecundiores & castiores nunquam haberentur qui christianum pofitentur titulum, quibus germana veluti & innata soror debet esse castitas, & pudicitia, cum omni modestiæ venustate. Exibilentur ergo apostatæ illi omnes, qui vel Neronis opinione[m] cōtra naturam continentiam esse præsumunt vel qui Epicuri de grege porci in voluptate corporea summum bonum collocant. Iam vno verbo huius dubij claudit terminos Apostolus dum apertè testatur eos qui connubio deuincti sunt, aut Cypriis ardent facibus non expeditos esse ad ea obeunda quę Dei & Christi sunt. Vos ergo hortabor eadē charitate qua & Paulus Thimoteū alloquitur (fratres in Christo qui sacros Ecclesię lares ingredi cupitis) vt derelictis falsis imposturis & oblectamentis de gratia diuina nunquam diffidentes, omnibus votis pulchrum continentiæ florem illibatum seruare studeatis. Omnes profectò qui diuini verbi præconiū spargunt, nihil habent vberioris neque locupletioris thematis, ipsa eximia virginitatis, & continentiæ commen-

l Libidinem Pseudoministrorum prosussissimus suis scriptis arguit Matthæus Lannaus testis incorruptus & oculatus. Hic autem Lector potueris consulere. Annotationem Iacobi Gorscij vbi accuratè depinguntur petulantes hæreticorum Rabinorū spurcitiæ, his verbis Videmus inquit vestros ministros adulteriis & frāgēdæ fidei versutiam edoctos, adeò vt plerique ob adulteria vrbibus in quæ vestrā confessionem complectuntur, proscribātur & eiciantur, ne dicam scopis prosequantur è quibus etiam sunt qui quem in locum venerint vxores ducant, & quot parochias mutarint totconnubia meant.

m Nero neminem castum esse posse dicebat libidinibus ita deditus vt ne à ma re quidem, vel furore abstineret. Vt refert Suet. Tranq. Orosius. 7. De hac eius infanda voluptate plura scripsit ... I. xxiiii.

commẽdatione à qua hi ſceleſti homines receſſerunt qui[m] Circeo quadam voluptatis fœdiſſimę carmine deluſi & in beſtias conuerſi horrenda monſtra pepererunt. *Virginitas cælũ veneris chorus implet auernũ, Hæc ſuperis ſimiles* [m] *nos facit, illa feris.* Optaret animus iterũ inſtituti explicare vela Virginitatis verſus Encomia & faſtigia ſed timeo ne in tãto laudum palago hoc opus noſtrum immergatur. Suſcipite inquam hoc niueum continentiæ munus de qua & præceptum & conſilium iampridem habetis. Præceptũ [n] inquam quod impune poſt ſuſceptum caſtitatis votum à nemine violari & negligi poteſt. Cæteris conceditur vel nubendi vel continendi facultas, illiſque cœlibem vitam agere virginem manere non præceptum eſt, quod cõgat ſed conſilium ſaluberrimum quod vt meliora & tutiora ſpretis mundi cupiditatibus eligant ſuadeat. Qui nuptiarum præceptum negligunt dum continuis Cupidinis flãmis incenduntur & libidinis œſtro ſemper ſunt perciti, peccant profectò in Pauli præceptum qui melius eſſe nubere quam vri exiſtimat. Ne tamen quiſpiam conſilij ſui æquitati reclamaret altiùs illud euchit dicens dico autem non nuptis & viduis bonum eſt illis ſi ſic permaneãt ſicut & ego. Non diceret (inquit Ambroſius) bonũ eſt innuptis vt ſint ſicut & ego niſi eſſet integer corpore. Nec diceret omnes homines volebã eſſe ſicut meipſum, ſi enim habuerit vxorem, & hoc dixit virgines eſſe noluit, ſed abſit. Sic enim à pueritia ſpiritui ſeruiuit vt huius rei ſtudiũ nõ haberet quippe cum iuuenculus anticipatus ſit à gratia Dei poſtquam dixit vnumquemque proprium donum habere à Deo oſtendit in qua re melius eſt eſſe propenſiorem, quia in eo adiuuatur quis quod videtur auiditate mentis appetere. Fuit Diuus Paulus diuini conſilij ſapientia inſtructus ita vt inſigne vas electionis meruerit apellari, nihil docuit, nihil conſuluit niſi quod Dei placitis conſonũ & gratũ habetur. Prætulit autẽ cœlibatum matrimonij vinculo quẽ pij omnes & ſequi & venerari debent. Bonum vtrumque, ſed hoc melius, ſed expeditius ſed ad ſeruiendum domino, quæ vera fœlicitas noſtra eſt, aptius præbet enim facultatem ſine impedimento dominum obſecrandi

[m] *Voluptas [illegible] ſtiterit [illegible] minum virus, ac te ſuis homines faſcinat, adeò vt brutis minimè diſsimiles corruptiſsimis moribus videãtur, vt hoc diſticho Michaelis Verini lepidè oſtenditur, [illegible] di poteſt quod ſcripſit Homerus Odyſſ. K. de Circe.*

Ἠμὲν ἅπαντας. Ἠ σῦς ἢ λύκους ποιήσετας ἢ λεόντας

Si quidem omnes, fecerit illa, ſuéſve, lupóſve trucéſve Leones.

[n] *Duo ſunt Euangelicæ doctrinæ ſummæ & præcipua capita, alterũ quod conſilia alterũ quod præcepta complectitur. Præcepta infirmari non poſſunt. Conſilia verò non cogunt ſed ſuadent. Vtriuſque exemplum propoſuit Paulus, tùm vel matrimoniũ præcipit, vel ſuadet cœlibatum, vtrũque ex verbo Dei inſtitutum tamẽ hoc poſterius multò melius & precioſius. Illius enim cauſa eſt libido in fornicationem æſtuans, hoc libera volutatis eſt, illud multa incõmoda comitantur, hoc multis commodis cumulatur.*

obſecrãdi ait Apoſtolus. Cũ is qui vxori adhæſerit diuiſus ſit & domino & mundo ſeruiat, quorum vtrique ſatisfacere arduum magnique negotij eſt, quod nemo vnquã præſtitit. Iniurij ſunt multi Paulo & reliquis Apoſtolis qui ex collectione illius loci 1. Cor. 9. ° *Nunquid non habemus poteſtatem ſororem mulierem cirumduci, ſicut & cæteri Apoſtoli* in hunc turpiſsimum errorem collabuntur vt Apoſtolos coniugij coluiſſe munus, & mulieres procreandæ ſobolis cauſa per varios mundi circuitus ſecum duxiſſe exiſtimẽt. Nihilominus tamen conſtat cœlibatus tunc temporis ius inuiolabile permanſiſſe. Piæ mulieres omnia ea quorum cauſa connubia iunguntur abiecerant, et obſequio Chriſti & Dei ſe totas mancipauerant ſubſidióque viris in prędicando Euangeliũ fuerant. Extinctus erat vigiliis, precibus continuis, ieiuniis libidinis ardor. Comparatur ſiquidem precioſa illa margarita caſtitatis & continentię multis laboribus, nec vnquam otio liberiore conſopitis, delectatur. Odit temulentos deſides & ſardanapalicos omnes nam vt inquit Diuus Hieronymus in Epiſtolis venter mero æſtuans citò ſpumat in libidinem & Bernardus [p] luxuriæ currum quadriga vitiorum trahi ſcribit, quæ primum ſuperanda ſunt vt liberius in hac arena gladiatoria caro cedat ſpiritui. Magna opus eſt animi contentione & conſtantia qua crudeles carnis aculei penitus vincantur. Corpus petulcum & rebelle pharmacis priſcorum Anachoretarum dometur. Aſperitas cilicij, & temperãtiæ adhibeatur. Metu mortis, & extremi ſupplicij cohibeantur effrẽnes pectoris æſtus. Sic paratu facilis erit virginitatis & continentiæ virtus quæ cum multis decora ſit & vtilis Sacerdotibus ſummopere neceſſaria eſt, qui primatum tenent dignitatum, qui in arce Eccleſiæ ſedent qui ſal terræ, qui lucernæ ſunt mundi qui in candelabro vt lumina cæterorum poſiti ſunt, & ideo aliquid maius præter cęteros habere debent quod eos & commendet, extollat, & à vulgi fęce popularíque ſorde ſeparet, quódq; cæteri admirẽtur & ſuſpiciant. Hoc ſatis eſto, pro huius paragraphi poſtrema periodo. Aperiamus iam ſequentis veſtibulum ex quo egredientur grauiſſimæ cælibatus authoritatse.

° *Apoſtoli à Chriſto ad miniſterium Euãgeliũ vocati omnia ſua ita vxores etiam reliquerunt, ac impedimento eas ſibi eſſe noluerũt. Nam quod circunduxiſſe e[a]s à Paulo quidẽ dicuntur, laborum comites illæ non libidinum inſtrumenta fuerunt. Deſiderio ſiquidem Doctrinæ Dominicæ auidæ et cupidæ virtutũ ſequebantur Apoſtolos & miniſtrabãt eis et ſũpe⁹ ſeruiebãt ſicut et ſaluatorẽ ſuũ ſecuti miniſtrantes ei de facultatib ſuis, manente connubio thorũ diſſoluerant, & corpore; & ſpiritu ſe eſſe caſtas voluerunt.*

[p] *Luxuriæ curr⁹ quadriga voluitur vitiorũ, ingluuie videlicet ventris, libidine coitus, mollitie veſtium, otij ſoporiſque reſolutione trahitur equis æquè duobus proſperitate vitæ & rerum abundantia & qui his præſident duo, ignauiæ torpor & infida ſecuritas. Bernard. ſuper. Cant.*

C OE-

COELIBATVS AVTHORITAS ET COMMENDATIO.

§. VIII.

ELVCESCVNT quotidie inter præclara authorum monumenta, elegantiſsimæ cœlibatus commendationes quæ Bibliopolarum officinas illuſtrant, ſed ſi Philoſophię rationalis inſtitutis docemur & ipſa rerum experientia veritatem dubiorum omnium ſolutionem præbere, fruſtra videor huius controuerſię paginis ſuperaddere paginas cum enim vtriuſque teſtamenti teſtimonio & ipſius ſacroſancto Eccleſiæ iudicio ita commendetur continentia vt nihil ſupra poſsit addi in tanti muneris aſſertionem, victos ſatis arbitror omnes libidinis tutores ex tot probatiſsimis monumentis. Ne tamen putent aduerſarij nos carere digniſsimis teſtibus operæprecium eſſe duxi antiquorum patrum ordine recenſere ſententias quæ plurimum habent effectus in retundendis ſchiſmaticorum telis. Mei non eſt inſtituti ſuppetias modernorum authorum, catholicorum quantumuis implorare, qui de hac re copiosè & eleganter ſcripſerunt quos Lector ſtudioſus nocturna diurnáque manu reuoluere poterit, priſcis tantum modo vtar auxiliis quibus & gloriâtur patrũ noſtrorum trophæa aduerſus impuras hominum fœdè luxuriantium cauillationes & furias qui nos quotidie vrgent poſt cœleſtes nuptias, poſt ſponſalia ſyderea, poſt emiſſum caſtitatis votum, fide violata irrita mentis conſtantia ad matrimoniũ humanum & carnale accedere. Vt ergo in promptu haberẽt arma tutiſſima clerici continentiæ & cœlibatus amantes nos hic ſubſcripſimus grauiſsima teſtimonia patrum antiquorum qui votum caſtitatis omnibus regularibus aut ſecularibus expreſse ſolenne & inuiolabile tutantur & defendunt. Quamprimum enim quis ſubdiaconatus auſpicatur ordinem illico niſi ſit votifragus perpetuam nubit caſtitatem cui tamen non ſe penitus deuouere debet niſi optimo firmetur continendi propoſito, optimè enim Eccleſiæ clementia conſtitutum eſt vt tot gradibus atque ordinibus

a Authores catholici huius temporis præclariſsimas ſcripſerunt lucubrationes in cœlibatus defenſionem quæ ſumma omnium admiratione inter manus doctorum leguntur, & quibus ſtudioſus lector aduerſus omnes hæreticorũ impetus maximè opitulabitur, inter cæteros ſuſpiciendi ſunt qui in hoc periſtylio notantur.

Petrus de Soto. lib. de Iuſt. ſacerdot. lect. 18.

Fran. Horantius locor. Cathol. lib. 5 cap. 35.

Fran. Turrianus pro Epiſt. Pontif. lib. 5 c. 12.

Thomas Campegius Bononienſis Epiſcopus.

Feleriſ in libello de Cœlib. tu ſacerdotum non abrogando.

Iaco Rabus contra Germanicam Epiſcopalem concionem.

Bartholomæus a Martyribus Archiep. Bracharenſis in ſtimulo Paſtorum.

Franciſcus Caſterus in Enchiridio cõtrouerſiarũ noſtri temporis.

Iacobus Gorſ. in animaduerſione ſiue Cruſi...

Matthæus Galenus Catheches. 193.

nibus aſcendatur ad ordinum ſacrorum faſtigia vt multorum annorum experiētia quiſque de ſe periculum faciat. Vtinam (inquit Beatus Bernardus) turrim inchoaturi ſedentes computarent ne fortè ſumptus non haberent ad perficiendum, vtinam qui continere non valent perfectionem temerariè profiteri, aut cœlibatui dare nomina vererentur. Fluctibus variis agitantur multorum mentes qui ſi exactiùs cōſiderarent ſacra encomia virginitatis & quibus cautelis obligentur ad caſtitatis perenne votum nunquam inter hæreticorum cœtus nutantem præberent animum audiant ergo patres qui ordine conſpicuo cœlibatus præſidium circumuallant.

Prodeat in primis honos pontificij ſolij celeberrimus LEO. I. [b] Omnium (inquit) Sacerdotum tam excellens eſt electio, vt hæc quę in aliis membris Eccleſiæ vacant à culpa, in illis tamen habeantur illicita. Cùm enim extra Clericorum ordinem conſtitutis nuptiarum ſocietati, & procreatĭoni filiorum ſtudere ſit liberum, ad exhibendam tamen perfectæ continentiæ puritatem, nec ſubdiaconis quidem carnale connubium conceditur, vt & qui habent, ſint tanquam non habentes, & qui non habent, permaneāt ſingulares & innupti. Quòd ſi in hoc ordine, qui quartus exſtat à capite, dignum eſt cuſtodiri, quanto magis in primo, vel in ſecundo, tertióue ſeruandum eſt, ne aut Leuitico miniſterio, aut Presbyterali honore, aut Epiſcopali excellentia quiſquam idoneus exiſtimetur, qui ſe à voluptate vxoria, necdum frenaſſe detegitur?

ORIGENES. [c] Certum eſt (inquit) quia impeditur ſacrificium indeſinens iis, qui coniugalibus neceſſitatibus ſeruiunt, vnde videtur mihi quòd illius ſolius eſt offerre ſacrificium, qui indeſinēti & perpetuæ ſe deuouerit caſtitati.

TERTVLLIANVS [d] O ſacrilegæ manus quæ dicatū Deo habitum detrahere potuerunt quid peius aliquis perſequutor feciſſet ſi hoc à virgine electum cognouiſſet.

EVSEBIVS [e] Verumtamen (inquit) eos qui ſacrati ſint, atque in Dei miniſterio, cultúque occupati, continere deinceps ſeipſos à co mmercio vxoris decet, &c.

EPIPHANIVS [f] Sanctum (inquit) ſacerdotium ex virginibus

Michael Medina lib. 4. de Continentia. Lopez in inſtruc. conſcientiæ. Alphonſus Virueſius Philipp. uicesſima. Ioannes Bundeniusin ſuo cōpēdio concertationum nē 34. Cōrardus Callim in euerſione Epithalamij Lutherani. Ioānes à Danentria in refutatione confeſſionis Auguſtanæ. Gulielmus Lindanus lib. 4. cap. 98 Panopliæ. Franciſcus Agricola in appendice Robertus Belarminus controuer. 5. de clericis.

[b] Leo. I in Epiſtola ad Anaſtaſium. & 90. ad Ruſticum Narbonenſem Epiſcopum c. 13.

[c] Origenes ho. 23. in lib. Num.

[d] Tertullianus libr. de velandis virginib. & lib. de monogamia vltra medium.

[e] Euſebius lib. 1. demonſtrat. Euangelicæ. cap. 90. & libr. 4. de vita Cōſtantini.

[f] Epiphanius ad finem operis contra hæreſes. & Hæreſi 59. quæ eſt Catharorum & 61. Apoſtolicorum.

virginibus, vt plurimum, aut ex solitariis, aut sibi ad ministerium non suffecerint, de his qui se propriis vxoribus continent, & si quis ab initio continens viduus fuerit, habere potest locum Episcopi, Presbyteri, Diaconi, Hipodiaconi. *Item* Sed (inquit) & adhuc viuentem & liberos gignentem vnius vxoris virum Ecclesia non suscipit, sed eũ, qui se ab vna continuit, aut in viduitate vixit, Diaconum, & Presbyterum, & Episcopum, & Hypodiaconum: maximè vbi synceri sunt Canones Ecclesiastici. At dices mihi, in quibusdam locis adhuc liberos gignere Presbyteros, & Diaconos, & Hypodiaconos. At hoc non est iuxtà Canonem, sed iuxta hominum mentem, quæ per tẽpus elanguit.

CHRYSOSTOMVS.[g] Dixit (inquit) vnius vxoris virum, non ea ratione, vt id nunc in Ecclesia obseruetur, oportet enim omni prorsus castitate Sacerdotem ornatum esse.

GREGORIVS [h] NYSSENVS. Quomodo (inquit) Dei sacerdotio fungeris, qui ad hoc ipsum, vt munus offerres, vnctus es? Quomodo hæc ipsa Deo offeres, qui legi nõ obtemperas prohibenti, ne sacra impurus faciat? ac si Deũ tibi apparere expetis, quid causæ est cur Mosem non audias, qui populo edicit, vt à nuptiis purus sit, quo Dei aspectum comprehendat.

GREGORIVS Nazianzenus. Vt enim (inquit) nos Deo vouimus discrimen effugeremus ita periculo defuncti nosmetipsos contulimus, &c. Gregorius enim vt ipse in poëmate de vita sua scribit à matre Deo cõsecratus fuerat, antequam nasceretur & ipse postea cum in mari periclitaretur iterum vrbum continentiæ & religionis emisit quod etiam seruauit.

CYRILLVS.[k] Si (inquit) qui apud IESVM bene fungitur sacerdotio, abstinet à muliere, ipse IESVS quomodo ex viro, & muliere proditurus esset?

BASILIVS.[l] Itaque (inquit) qui à mundi vinculis liber esse cupit nuptias veluti quasdam pedicas fugit, his autem relictis vitam suam Deo consecrat & castitatem profitetur, vt neque facultas ipsi sit conuersionis ad nuptias.

g Chrisostomus Homil 2 de Pœnitentia lob. & hom. 15 in priorem ad Timo. & & Epist. 6 ad Theodorum Lapsum.

h Gregorius Nyssenus. lib. de virginitate cap. vlt.

i S. Gregorius Naziãzenus oratione de obitu patris sui vltrà medium.

k Cyrillus Catechesi 12.

l Basilius in Proœmio constitutionum monasticarum. Idem in quæstionibus fusè explicatis quæstione 14. & 15. multa de voto solenni castitatis disputat.

ATHANASIVS [m] Poſtquam continentiam profeſſus es corpus tuum ſanctificaſti.

m Athanaſi⁹ li. de virginitate. idem retulit Petrus Athanaſij ſucceſſor in Epiſtola quadã quæ extat apud Theodoretum libr 4. Historiæ Eccleſiaſt. c. 20 21. 22.

SIXTVS.[n] Interrogo te (inquit) cui potiſsimum placere ſtudeas, vxori an Deo? ſi vxori, videberis Deo præpoſuiſſe luxuriam, ſi Deo vxorem habere quomodo poteris, quam qui habuerit, non ita, vt cœlebs Deo placere poſſe, Apoſtolo dicente, ſentitur, ſi & vxori & Deo, ineptam, & difficilem, & non ſecundùm Apoſtoli definitionem videberis protuliſſe ſententiam, & te cœlibi propoſuiſſe, qui Deo tantùm placet, ſi tibi, & Deo, & vxori ſimiliter placere poſsibile ſit nihil proderit non accepiſſe vxorem, ſi accepiſſe nihil oberit, nihil enim obeſſe poterit ſi Deo tã vxoratus quàm cœlebs placebit. Et paulò pòſt. Nam illam ſententiam, quam ignorantibus proferre moris eſt. Quj nubit, bene facit, & qui non nubit, melius facit, nuſquam Apoſtolum dixiſſe inuenies. Sed neque fieri poterat, vt alibi nubentem laudaret, qui dixerat alio in loco, Bonum eſt homini, mulierem non tangere. Dic planè benefacere, qui luxurioſam filiàm nuptum tradiderit, ne quid deteriùs exerceret, pater ergo laude dignus eſt, qui filiæ incontinentiæ prouiderit, quo modo & Apoſtoli ergà incontinentes, laudanda prouidentia eſt. Illi verò laudandi non ſunt, quatenus, quod erat melius perdiderunt.

n Sixtus. 3. explanans illud. Apoſtoli qui ſine vxore eſt ſollicitus eſt, quomodo placeat Deo, in lib. 2. de caſtitate ante 1200. annos hæc ſcripſit.

CLEMENS Eſt [o] ergo continentia corporis deſpicientia conuenienter pactis conuentis cum Deo mitis Dominus dixit qui vxorem duxit non repudiet eam, qui non duxit non ducat qui autem profeſſus eſt ſe nunquam ducturum ſine vxore perſeueret.

o Clemens Alexandrinus ſtromat. 3 initio. & in fine.

HILARIVS.[p] Deo ergo (inquit) vouenda ſunt cõtemptus corporis, caſtitatis cuſtodia, ieiunij tolerantia.

p Hilarius in Pſalm. 64.

ŒCVMENIVS [q] Non ſtatuit (inquit) vt ab vxore pendeat Epiſcopus, aut vxorem neceſſariò habeat, ſed ſi fiat, inquit, è mundanis, non ſit ſaltem bigamus, ita tamen vt vocatus ad Epiſcopi munus, illud compleat, quód qui habent vxores, ſint tanquam non habentes.

q. Oecumenius in cap. 3. primæ ad Timotheum in illud, vnius vxoris virum.

AMBROSIVS [r] Inoffenſum (inquit) exhibendum, & immaculatum miniſterium, nec vllo coniugali coitu violandum cognoſcitis, qui integro corpore, incorrupto pudore,

r Ambroſ. lib 1. de officiis c vlt. et Epiſtola 82. ad Eccleſiam Vercellenſem.

dore, alieni etiam ab ipso consortio coniugali, sacri ministerij gratiam recepistis, quod ideo non prætermiui, quia in plerisque abditioribus locis, cùm ministerium gererent, vel etiam sacerdotium, filios susceperunt.

HIERONYMUS [s] Quid facient (inquit) Orientis Ecclesiæ? quid AEgypti, & sedis Apostolicæ, quæ aut virgines Clericos accipiunt, aut continentes, aut si vxores habuerint, mariti esse desistunt.

AUGUSTINUS [t] Solemus (inquit) eis proponere continentiam Clericorum, qui plerumque ad eandem sarcinam subeundam capiuntur inuiti, eámque susceptam vsque ad debitum finem, Domino adiuuante perducunt.

GREGORIUS [v] TURONICUS refert quendam comitem, qui dimissa vxore fuerat sacris initiatus, quia post ea ad vxorem redire voluit, ab omnibus Episcopis excommunicatum fuisse.

ISIDORUS. [x] Placuit (inquit) sanctis Patribus, vt qui sacra mysteria contrectant, casti sint & continentes ab vxoribus, & ab omni carnali immunditia sint liberi. Hæc de Subdiaconis dicit, similia docet de Diaconis, & Presbyteris cap. 5. & 8. quibus locis intelligi possunt ea verba capitis secundi. Castimoniam corporis perpetuò seruent, aut vnius matrimonij vinculo fœderentur. Hæc enim dicuntur de Clericis in vniuersum, tum maioribus, tum minoribus. Debent enim omnes Clerici aut perpetuò esse continentes, si maioribus ordinibus initiati sint, aut vnius matrimonij vinculo copulari, si minoribus.

D. ANSELMUS [y] asserit rectè à Gregorio VII. prohibitum fuisse, ne vlli interessent sacris sacerdotum coniugatorum.

BEDA [z] Nemo potest (inquit) vel sacerdotium suscipere, vel ad altaris ministerium consecrari, nisi aut virgo permanserit, aut contracta cum vxore matrimonij fœdera soluerit.

[a] ARATOR denique, vt recentiores omittam, Subdiaconus Vigilij Papæ ante annos mille posteaquam explicuit rationem, cur sacerdotibus veteris legis permitteretur, vt solùm ad tempus ab vxoribus se continerent, Poeseos lepore quo eximiè insignis fuit, subdit.

s Hieronymus lib. in vigilantium circa initium, & in fine Apologiæ pro libris contra Iouinianum.

t August. lib. 2. de adulterinis coniugiis c. 20.

v Gregorius Turonicus lib. 4. Hist. cap. 4.

x Isidorus lib. 2. de officiis diuinis c. 10.

y Anselmus in Epist. 8.

z Beda lib. 3. de tabernaculo c. 9.

a Arator in acta Apostolorum c. 30.

Ecclesiæ nunc alma fides sine fine pudicos
Pontifices iubet esse suos.

Si hæc testium summæ fidei, & authoritatis qualitas tantum commendetur apud eos qui nomen Christianæ Philosophiæ profitentur quíque in albo fidelium numerantur, non minoris erit energiæ apud sacerdotes qui vasa domini ferunt quíque tantis exornati sunt cœlestium donorum thæsauris. Verumtamen vt eò magis exardeant in zelo charitatis & diuini amoris, puritate & integritate mẽtis, superatis carnis impetibus, nos continentiæ & cœlibatus votum sequentium Conciliorum Orthodoxorum & Catholicorum iudicio probare conabimur.

b Concilium Ancyranum can. 10. in auth coll. tit. 6. cap. 13. & coll 4. tit. 1 cap. 22 & coll 9. tit. 15. c. 19.

Habemus ergo Ecclesiæ Orientalis Concilium ANCYRANUM [b] celebratum ante annos M. CC. vbi dicitur, Diaconos qui in ipsa ordinatione non protestantur se velle vxorem habere, non posse post ordinationem eam ducere. Si autem protestentur, posse ducere, quia tũc censetur Episcopus cum eis dispensasse.

c Concil. Neocæsariense cap. 1.

Item Concilium NEOCÆSARIENSE [c] paulò pòst celebratum, Presbyter (inquit) si vxorem duxerit, ordine suo moueatur.

d Concil. Nycenum. 1. can. 3.

Concilium NICÆNUM [d] I interdicit Episcopo Presbytero, & Diacono ne domi mulierem vllam habeát prętermatrem, sororem, amitam. Nulla vxoris mentio fit, quæ tamen primo loco poni debuit, si cum ea habitare liceret. Item, cur prohibetur Clericis cohabitatio mulierum, si vxorati esse possunt? Nónne vxores ancillas habere possunt in eadem domo?

e Synod. Trullana. can. 6. & can. 48.

TRVLLANA [e] Synodus denique prohibet ne Episcopi, Presbyteri, Diaconi, aut Subdiaconi post ordinationem suam vxorem ducant, & præcipit, vt Episcopus non cohabitet vxori.

f Conci. Cartha. 2. can. 2. & 3. can. 3. & Africanum. can. 37.

Ecclesiæ Affricanæ habemus insigne testimonium. Concilium enim CARTHAGINENSE [f] II. canone secundo: Omnibus placet (inquit) vt Episcopi, Presbyteri, Diaconi, vel qui Sacramenta contrectant, pudicitiæ custodes etiam ab vxoribus se abstineant, Et ratio ibi redditur: Vt quod (inquiunt) Apostoli docuerunt, & ipsa seruauit antiquitas

tiquitas nos quoque custodiamus. Hoc testimonium non solùm refellit Lutheranos, sed etiam eos ex Catholicis, qui volunt hoc decretum de sacerdotum continentia à Siricio incœpisse, isti enim Patres ab Apostolis incepisse dicunt. Item Concilium CARTHAGINENSE V. canone tertio, & Concilium Affricanum canone 37. idem constituunt.

Ecclesiæ Italicæ habemus Concilium Romanum [g] sub Syluestro I quod prohibet Subdiaconis ne vxores vllo modo ducere audeant.

g Concil. Romanum. can. 8.

Ecclesiæ Gallicæ habemus Concilium ARELATENSE [h] II ante annos M.CC. celebratum in quo, cauetur ne vllus coniugatus ad sacerdotium assumatur, nisi continentiam ab vxore promiserit. Item Concilium TVRONENSE I canone primo & secundo, & Turonense II canone vicesimo, Agathẽse capite nono, & AVRELIANENSE III canone secundo, vt nullus (inquit) Clericorum à Subdiacono & suprà, propriæ, si fortè iam habeat, misceatur vxori.

h Concil. Arelatens. 2. can. 2.

Ecclesiæ Hispanicæ habemus Cõcilium ELIBERTINVM [i] ante tempora Siricij, Placuit (inquit) in totum prohibere Episcopis, Presbyteris, Diaconis, ac Subdiaconis abstinere se à coniugibus, & non generare filios. TOLETANVM II capite primo, & Toletanum IV capite vicesimo sexto, & Toletanum VIII capite sexto, etiam Subdiaconis vsum vxorum prohibent.

i Concil. Eliber. can. 33.

Denique Ecclesiæ Germanicæ habemus Concilium AQVISGRANENSE [k] tempore Ludouici I Cõcilium VVormaciense capite nono, Placuit (inquit) vt Episcopi, Præsbyteri, Diaconi, & Subdiaconi abstineant se ab vxoribus, & non generẽt filios. Denique Concilium MOGVNTINVM tempore Arnulphi Imperatoris capite decimo statuit, vt nulla penitus mulier, ne soror quidem, aut mater cum Ecclesiasticis habitare permittatur.

k Concil. Aquisgranens. 1. c. 6.

Præterea multorum Romanorum Pontificum [l] sancita & decreta quæ cum in ius Canonicum digesta sint frustra hic repeterentur in nostri operis grauiorem sarcinam.

l 27. q. 5. vt lex. extra de clericis coniug. c. 1. & 4 Calixtus. epist. 1. Sozimus. epist. 1. Innocentius primus. epist. 2 & 3. Gregorius epist. 40. lib 8 Clemens epist. 2. Siricij epist. n cap. 12.

Harum

Harum authoritatum grauitas & celsitudo non parui sunt momenti ad effugandas Hereticorum omnium suasiones de frangenda castitatis & continentiæ fide, quibus adstipulabitur tota Ecclesiasticę Ierarchiæ authoritas, quæ à multis ab hinc sæculis nunquam passa est sacros suos ministros indulgere coniugij legibus, vt & apud Iustinianum [m] legitur & Eusebium ex principum placitis. Id autem liberè addam tolerabilius equidem esse Sacerdotem fornicari aut domi concubinam fouere quãuis ingentis sacrilegij sit reus, quam matrimonium cõtrahere (vtrunque autem illicitum & grauissimis scelus expiandum pœnis) sicut leuiorem videtur contraxisse culpam maritus qui libidine vaga scortatur aut adulterium cum stabili meretrice committit, quam si repudiata & dimissa vxore aliam sibi matrimonio secundo (matrimonium non dicitur tale adulterij genus) copularet. Si hæc autem inuicem conferãtur prima specie non carebunt pari facinoris indignitate. Primò vir facit iniuriã priori matrimonio & Sacerdos solennis castitatis voti contemptor & sacrilegus est. Secundò vxor per insuperductam aliam grauius læditur. Sacerdos Ecclesiæ grauissimũ infligit vulnus cum qua perpetuò contraxit coniugium. Tertiò per publicum hunc contractum cum adultera inuerecundiùs maiorique aliorum offensione & scandalo peccatur, Sacerdos vero inuerecundius scortatur cum ea quam pro sua haberi voluit. Quartò publica ista fides & promissio indicat animum in peccatorum scabritie & proteruia pertinacius induratum qui non virium imbecillitate sed deliberatè immane scelus committit sic sacerdos præfracta voluntate peccatis indies irretitus est & excęcatus perseuerat, tum hæresi fascinatur existimans matrimonium quod merum adulterium sacrilegio peius est. Ne in hac tristi lectione caligent diutiùs lectoris oculi, prouehamur iam tandem ad sequentis capitis enarrationem.

DE

[m] Iustin. in Nouell. § sed & si quis. Eusebius scribit abrogatã fuisse Constantino Imperatore legem de sterilibus & orbatis liberis priuandis à iure successionũ, propter eos qui religionis & pietatis gratia ex voto cælibatum colebant, ne videretur lex politica pietatem velle punire. Rursus cum tempore Iuliani Apostatæ cœpissent quidam sacratas virgines in coniugium petere Iouinianus Imperator Christianus qui Iuliano successit legẽ tulit, vt capite plecteretur qui sacram virginem vel ad coniugium petere, vel etiam impudicè aspicere deprehensus fuisset: & scribit hanc Historiam Zozomenus lib. 6. hist. Eccles. & extat adhuc ea lex. æ de epis. & cler. l. si q uis.

DE DEBITA ET LEGITIMA ÆTATIS ET QVALITATIS AD SACROS ORDINES PROMOVENDORVM HABENDA RATIONE.

CAPVT SECVNDVM.

§. I.

AEtas ordinandorum.

ETSI sacra scriptura nusquam exprimat ætatem & annorum numerum in sacrandis ecclesiæ ministris debitum, attamen Conciliorum orthodoxorum placitis is præclarè sancitus habetur: nec desunt optimi quoque authores tum Theologię tum Iuris canonici [a] professores, qui rem omnem accuratè ita & breuiter comprehenderunt, ad hæc autem non parum ponderis habent apostoli verba ad Timotheum, Cito nemini manus imposueris, quibus exigere videtur maturam ætatem prudentiæ & cani pectoris indicem. Quid (inquit) Chrisostomus sibi vult cito? non ex prima statim probatione, nec secunda nec tertia. Sed vbi consideratio diuturna præcesſit, exactiſsimáque discuſsio, tunc imponito manus. Hoc præcepto poterat statim Timotheus abiicere importunos sollicitatores qui citiùs ipsum scholarum puluerem excutientes & implumes euolare volunt ad sacerdotij culmen & ad sacros ordines promoueri, & multi ô scelus! fauoris aut munerum pretio mercantur, quòd arte nec dignitate præstare nequeũt. Obliniunt os Episcopis, manè rudes ingrediuntur metropolim, penetrant fucorum pręsidio ad censores, perendie sacris absque ętatis discrimine promouentur, & quod multi temporis specimen perquirit die vno absoluitur Beatus Hieronymus [b] plerique (ait) nostrorum *χειροτονίαν id est ordinationem* clericorum, quę non solùm ad imprecationem vocis, sed ad impositionem imple-

f tur

[a] *Sacris ordinibus insigniri nemo potest ante legitimam ætatẽ* Conci Trid. Seſs. 23. c. 11. *& seq. ac iure Pontificio diffinitã cle. generalem de ætate & qualitat. vbi gloſs. inquit in verbo obseruantiam. susceptum ac promotum ad sacros ordines ante legitimam ætatem non posse ordines illos exercere nisi accedente ipsius legitima ætate* Archidiac. & Præpos. in c. placuit 77. dist. Im. in d. Cle. general. nu. 8. Henric. in cap. consultationi de temp. ordin. Florent. in 3. par. tit. 14. cap. 16. §. 15. Card. in cap. vel non est compos. in fin.

[b] Hierony. in 85. cap. Esaiæ

tur manus,ne ſcilicet, vt in quibuſdam riſimus, vocis imprecatio clandeſtina,clericos ordinet neſcientes ſic intelligunt vt aſſumant teſtimonium Pauli ſcribentis ad Timotheum Manus cito nemini impoſueris, neque communicaueris peccatis alienis.Non eſt enim peccatum leue mittere margaritas ante porcos, & dare ſanctum canibus: aut ordinationem clericatus,nequaquam ſanctis & in lege Dei doctiſsimis,ſed aſſeclis ſuis tribuere, & vilium officiorum miniſtris,quodque his dedecoroſius, muliercularum precibus. Sicut ergo in malorum ordinationibus particeps eſt peccatorum qui tales conſtituit: ſic in ordinatione ſanctorum particeps eſt eorum iuſtitię qui bonos elegit, Noluerunt itaque ſanctiſsimi Patres conniuere iis qui perperam ſacras ordines immeritis aut imprudentibus conferunt, canonibus enim æquiſsimis pœnę [c] parantur tam ordinantibus quàm illegitimè ordinatis. Potior autem tanto malo medendi facultas excerpitur ab ipſius ętatis conſideratione, quę tutiſsima ſit eruditionis & experientię nuncia & comes. In antiquis ſcientia eſt & in multo tempore prudentia. Eccleſ.cap.25. Natura enim (vt elegantiſsimè docet Cicero) vnicuique ſuam tempeſtiuitatem dedit,infantium puerorum & adoleſcentium infirmitas eſt,fœrocitas iuuenum grauitas iam conſtantis ętatis,maturitas ſenectutis,ſenij autem labor & dolor. Atque inter illas ætates quædam Conciliorum expertes ſunt vt infantia, pueritia, decrepita ætas quædam conſilia habent,ſed eá fragilia & infirma,vt adoleſcentes, quędam firma quidem ſed necdum vſu & experientia corroborata vt iuuentus. Quędam matura & ſolida, multáque rerum cognitione,vſu & exercitatione firmata vt media ætas & ſenectus.Hinc enitendum eſt epiſcopis vt clericis pro ætatis qualitate ordines & officia conferantur,minores, ætate minoribus,maiores ætate grandioribus. Idcirco ne ad hoc munus tam ſanctum minus idoneos, vel ambitus ſollicitatio, vel munerum corruptela citius offerat, nos tempus à Tridẽtinis Patribus conſtitutũ ſeruãdũ duximus,vt ad primam tonſurã[d] clericalem idonei cenſeantur ſeptem annos nati, ad minores ordines duodecim, [e] ad ſubdiaconatum [f] 22.ad

c Qui ignaros imprudentes & ætate minores promouent ad ſacros ordines pœnis canonibus decretis ſubiiciuntur, quæ quidẽ tam in male ordinantes & malè ordinatos varia ſunt, ſicut explic. gloſſ. in c. nihil. in verbo ſuſpendatur. Et ibidem Io. Andr. & Ancharanus vberem admodũ adferunt diſtinctionem. Pœna aliquando ex iudicis arbitrio ei infligitur. gloſ. in d. c. nihil. in verbo. grauiori de Election.

d c. vltim. de temp. ordin. Clem. eod. vbi gloſſ. de ætat. & qualitat.

e c. in ſingulis 77. diſt.

f Conceditur ſubdiaconatus. 16. annor. Clem. de æta. & qual. Quia hac ætas perfecta eſt ad ſubeunda Eccleſiaſtici officij primordia, ſed reformatione Concil. Trid. ante 22. annum nemo promouetur.

22. ad Diaconatum. 23.[g] ad Presbyteratum 25.[h] Cuius legitimæ ætatis hodie distincta præscriptio pluribus fastidium tulit, eámque moram perutilem damnarunt & ad commenta fugerunt sed vtinam audirent & intelligerent quid ab illis expectetur, quid præstare debeant initiati, quàm sit ardua prouincia quam ambiunt, & quid patres olim fecerunt, vt illam obtrusam subterfugerent, si hęc prouiderent, paterentur, sat scio, frænum iniici petulanti & properanti desiderio suo Nam si demũ is est verus Presbyter, qui quantumuis fortè iuuenis, pręfert morum canitiem, & grauissimis actionibus, prudentia, integritate canos animi palam ostentat, profectò qui tam inepta cupiditate, puerilique desiderio mentis adolescentiam declarant meritò censentur indigni. Deinde si Christus ipse qui à primo momento fuit summus sacerdos expectauit, quieuit, dissimulauit traditam sibi functionem in tricesimum plus minus annum, quid est (obsecro) cur eius sectator Christianus fragilis peccatorum suorum sibi conscius anhelet, ac prorumpat huc antequam vocetur, inuitetur, tolleretur? Quid pluribus opus est verbis, omnes iuris pontificij scriptores causas iustissimas adferunt cur in lubrica ętate constituti, debeant pręscriptum tempus expectare.

Gregorius vniuersis per Ilerdiam Prouinciam constitutis episcopis hęc scribit. Estote in ordinatione & ad sacros ordines pręcipuè solliciti, nisi prouectiores ætate & mundos opere nullatenus admittatis. Vnde antiqui Patres neminem promoueri ad sacerdotium voluerunt ante trigesimum ętatis annum, ita enim statuit Fabianus decretorum suorum can. 10. & Bonifacius primus. Sexta Synodus generalis Constantinopolitana canonibus suis 14. & 15.[i] vetat ne Hypodiaconus ante vigesimum, diaconus ante vigesimum quintum, Presbyter ante trigesimum annum creetur. Cuius sextæ Synodi fragmentum recenset Gratianus [k] quantum scilicet ad Subdiaconos.

Concilium etiam Agathense cap. 17. & Cõcilium Tholetanum prohibent aliquem sacerdotem fieri ante annum trigesimum de quibus Conciliis Gratianus [l] loquitur. cap.

g Iure Pontificio diaconatus confertur habenti ætatẽ 20. ann. clem. vlt. de ætat. & quali. Quæ ætas adeò idonea est, vt olim ex lege antiqua, ad Leuitarum officium eligebantur illi qui vigesimum attigissent annũ, vt legitur lib. 1. Paral. c. 23. 3. Esdr. 5 num 1.. Pariter apud Romanos in senatorium ordinem adipisci poterãt l. 2. vbi gloss. pen. C. de iis qui veniam ætat. impe.

h Confirmatur d. cle. vlt. de ætat. & qual. Sed notandum in his ordinibus conferendis multorum iurisconsultorum sententia sufficere annum esse ad vltimũ diem perductum, dum in fauorabil. dies cœpta habeatur pro perfecta l. qua ætate vbi gl. Bal & Aret. ff. de testa. & Alcia. l. anniculus, nu. 1.. ff. de ver. signi.

i 1. q. 1. cap. Estote.

k dist 78. c. 1.

l 77 distinct. c. Subdiaconus.

 Placuit

Placuit epiſcopum. Hæc tamen vtiliſsima decreta paſsim infirmantur & irritantur, ita vt fruſtra tot ſacri canones renouentur, tot pœnæ [n] proponantur, irregularitatis & ſuſpenſionis & excommunicationis. Ipſa quoque Synodus Neocæſarienſis non patitur illum, quantumuis doctum ac pium nominari, qui non ſit annorum triginta cauſámque hanc allatam ſubiungit, nimirùm quod dominus in trigeſimo anno Baptiſatus eſt, & tunc prædicauit, & Iohannes Baptiſta & Ezechiel & nonnulli Prophetarum non legũtur ante hoc tempus prophetaſſe vel prædicaſſe.

Præfata ſequutus eſt Honorius 3. vt lib. 1. Decretalium habetur titulo de Temporibus ordinandorum cap. vel non eſt. Alia verò ſtatuta decreuit ætas illa in qua quotidie fidelium numerus creſcebat, & compendioſior datus ordinandorum terminus, nam vt ex Concilio Neoceſarienſi prius citato edocemur, Hieremias & Dauid, ante iuuenilem ætatem leguntur ſpiritum Prophetię accepiſſe. Dauid quoque & Salomon in adoleſcentia vncti inueniuntur & Iohannes Euangeliſta cùm adhuc eſſet adoleſcens à domino in Apoſtolum eſt electus & cum aliis ad prædicandum miſſus. Paulus quoq; apoſtolus in adoleſcentia à Domino eſt electus & ad Euangelij prædicationem ſe appulit. Similiter Eccleſia neceſsitate exigente nonnullos ante triginta annos ordinare cõſueuit. Hæc Cõcil. Neoceſarienſe. Hinc Zacharias Papa ad Bonifaciũ ſic ſcribit, Si triginta annorũ non reperiuntur, & neceſsitas expoſcit à viginti quinque annis & ſacerdotes ordinentur. Ideò in Concilio generali Viennenſi titulo de ætate & qualitate præficiendorum cap. Generalem. in Clement. tale edictum eſt decretum, Generalem Eccleſiæ obſeruantiam volentes antiquis iuribus in hac parte præferre decernimus vt alio non obſtante impedimento canonico poſsit quis liberè in 18. ad Subdiaconatus, in 20. ad Diaconatus, in 25. ætatis ſuæ anno ad presbiteratus ordines promoueri. Hæc ſacrum Concilium. Vbi notat gloſſa quod ſi quis ante prætaxatam illic ætatem ordinetur quod ordinans ſuſpenditur à collatione ordinum & ſic ordinatus ab executione ordinis ante maturam & legitimam ætatem ſuſcepti ex deciſis in cap. vel non eſt

[m] 78. diſt. ca. Presbyter.

[n] Qui hodie ordinatur ante legitimam ætatem, vt extra tempora, vel ordinatur abſque ſui ordinarij licentia, & abſque literis dimiſſoriis ab alieno Epiſcopo, eſt ipſo iure ſuſpẽſus, & celebrans interim efficitur irregularis à ſolo Pontifice abſoluẽdus, & beneficio ipſo iure permittente priuari poteſt, vt habetur in extrau. Pii. 2. exordiente, cùm ad ſacrorum ordinum, quam refert Syluest. in ſua ſum. verſ. irregularitas. §. decimo quæritur. et Rebuf in praxi de beneficiis par. 2. tit. de cler. ad ſacros ordines malè promotis. gl. 4. & extrauag. iſtam obſeruari iuſsit Leo. 10. in ſuis reg. Cancell. reg. 22. & Paul. 3. reg. 23. eam quoque infra addimus.

vel non est. De temporibus ordinandorum,nec putat glossa Episcopum circa ætatem hanc dispensare posse.

CORPORE *VITIATI* NON ORDINANDI.

§. ·II.

SAPIENTISSIMI rerum naturalium indagatores è corporis Phisionomia & certis habitus indiciis latẽtis animi conditionem iudicabant, eiusdem fuit opinionis Pergamenus[a] Medicus cui adstipulatus est Vlpianus Iurisconsultus[b] in l.4.ff.de ædilit.edicto. Idcirco apud antiquos non parum religiosa erat illa obseruatio in eligendis sacerdotibus,vt corpore integro nõ gibboso,turpi,& mõstruoso eligerentur idonei ad sacros Deorum gentilium titulos venerandos.Cuius moris meminit Dyonisius Halicarnassæus lib.2.antiquit.Rom.dum testatur eam legem electionis cõcessę Curiis de legendis sacerdotibus à Romulo impositam fuisse.Quamobrem patres nostri qui sacra Ecclesiasticæ Ierarchiæ scriptis decreta retulerunt solertissimè[c] sanxerunt ne quis corpore vitiatus admitteretur ad ordinis sacri functiones:nec caret pia & legitima illa sanctio veteris testamenti authoritate nam Leuit. cap. 21. arcentur à Dei ministerio næuis & macula notati, cœci,claudi, lippi, paruo vel magno vel torto naso existentes, gibbosi & scabiosi. Eadem Deuteronom. cap.15. relata, idémque statutum in Synodo Nicena.1.ca.1. Plena sunt Talmudistarum[d] & Rabinorum huius mandati volumina , sed omnia solita superstitione deuenustata , quorum , seriem loculpletissimam enumerant in libris מצות לא תעשה *mitzoth lo tachaschéh* præceptorum negatiuorum,quibus recẽsentur quot corporeis maculis inutiles & penitus inhabiles reddantur homines ad cultus diuini functionem suscipiendam.Plato suarum legum lib.6.breui dicterio complexus est quicquid ingenti vocum congerie coaceruatur. *Ille* inquit *ex electis ad sacerdotium est probãdus,qui integer sit & legitimus & ex domo munda expers cædis.* Idipsum & Philo Iudæus tradit in Decalogo.

[a] *Galenus. lib. artis medecinalis de discrasia corporis.*

[b] *Vlpianus Iurisconsul. in l.1. §. interdum. & in l.4. de ædilit. edicto. lib. 21. ff. ait 1. scribit interdum vitia corporis ad animum vsque penetrare.*

[c] *Habetur in iure Pontificio titulus de corpore vitiatis non ordinandis. tractatur & de eo tit. 55. dist. & 49. distinct. Decret. Bonif. xiij.*

[d] *Rabinorum priscorum religio numerat 50 maculas quæ hominẽ inutilem, & pecus reddunt cultui diuino,aurium palpebrarũ duas, nasi tres, oris sex, mẽbrorum seminalium, duodecim, manuum & pedum sex & corporis quatuor, & hæ erant in propatulo exteriores.*

Concinnam corporis Symmetriam in promouendis ad ſacros ordines obſeruare voluit Eccleſia, iuſsitque canone [e] 22. Apoſtolorum edocta, ne ſeipſum abſcindens aut eunuchans clericus fiat, [f] ſecus autem ſi in ægritudine vel à medicis vel à Barbaris ſectus fuerit: Cauetur autem Apoſtorum can. 77. ne ſurdus aut cœcus Epiſcopus non efficiatur, non quia oblæſo eſt corpore ſed ne Eccleſiaſtica impediantur munia, & licet corporales defectus, per ſe non impediant promotionem ſed propter decentiam, ita habente canone apoſtolorum 67. Si quis oculo defectus aut obtuſo crure exiſtat & dignus ſit, Epiſcopus fiat, non enim mutilatio corporis ipſum polluit ſed inclinatio mentis: Tamen ob quoſdam difformes prohibetur promotio, ſuper quibus pro iuſta cauſa diſpenſat Eccleſia vt videre eſt libr. 1. decretalium tit. de corpore vitiatis ordinandis vel non.

e Ex Conci. Nyceen can. 1.

f Ordinari prohibētur, qui ſa nt ſe abſcindunt quia quaſi homicidæ ſuiipſius iudicantur & Dei conditioni inimici 55 diſt. ſi quis abſciderit. & quia præſumitur quod omne turpe in aliũ faceret, qui hoc in ſeipſo auſus eſt attentare l. cum autem. § excipitur ff de ædil. edict.

QVI NON SVNT SVI IVRIS.

§ III.

APOSTOLICO canone ſerui [a] arcētur à ſuſceptione ſacrorum ordinum. Serui ſi in clerũ promoueantur citra dominorum voluntatem hoc ipſum operatur redhibitionem, ſi quando vero ſeruus gradus ordinatione dignus videatur, qualis & noſter Oneſimus apparuit & Domini conſenſerint manúque emiſerint & domo ſua ablegauerint efficitor. Stephanus Papa Primus & martyr Epiſtola ſua prima ex duabus eiuſdem ad Hilarium Epiſcopũ thomo primo Conciliorum ſic habet. Nõ licet promouere ſeruos [b] nec pœnitentes, nec bigamos recipimus ex Concilio Triburienſi. & decretum Leonis Papæ docet ſeruos non eſſe ordinandos, id idem monſtrat liber primus decretalium titulo de ſeruis non ordinandis per multa capitula.

a Cã. 81. ſerui.

b Clericus fieri non permittitur niſi ante clericatum ingenuitatis dignitate potiatur. c. inſtrumenti de ſer nõ ord. Et qui ordinatur ſine manumiſsione ignorante Domino vel contradicente, deponendus eſt. 54. diſt. ex antiquis. conſule Panorm lib. 3. tit. de ſer. non ord. ca. 1. & poſt conci. Later. ſub Alex. 3. par. 50. c. 56. & c. 1. eod. tit. in 1. compil.

BIGAMI POLIGAMI RATIOCINIIS OBLIGATI.

§ IIII.

CANONE Apoſtolorum 17. ſi quis poſt Baptiſmum ſecundis nuptiis fuerit copulatus aut concubinam habuerit

habuerit non poteſt eſſe Epiſcopus,non præsbiter aut Diaconus aut prorſus ex numero eorum qui ſacro miniſterio deſeruiunt. Et can.requiret.[a] Si quis viduam aut eiectam acceperit aut meretricem ancillam aut aliquam de his quę publicis ſpectaculis mancipantur non poteſt eſſe Epiſcopus aut presbiter aut Diaconus aut ex eorum numero qui miniſterio ſacro deſeruiunt præfati autem duo Apoſtolorum canones approbantur & confirmantur à ſexta generali Synodo quæ fuit Conſtantinopolitana can. eiuſdem 3. de ea re lib.1. Decretalium [b] titulo de Bigamis agitur, vbi tria ad hoc propoſitum differuntur, Primò quis Bigamus dicendus ac pro Bigamo ſit habendus. Secundò quemadmodum Bigamus nullatenus eſt ordinandus. Tertiò qualis pœna ordinatoris & ordinati ſi fortè Bigamus fuerit ordinatus. Nec diſcerno an Bigamia præceſſerit Baptiſmum nec ne, etſi de ea re certent Diui Hieronymus [c] & Auguſtinus. Vnum autem aſſero cum D. Thoma in 4. Sententiarum diſt.37.& in quodlib.ſuo 4 art.13.Quod Papa poteſt diſpenſare in Bigamiæ irregularitate,licet diſpēſare non debet niſi ex magna & euidenti neceſsitate ſicut diſpenſaſſe Syricium Papam ſcribit Gratianus diſt. [d] 50. cap. Quicunque 2. Verum quod Bigamus clericus factus nu datur priuilegio clericali decreto generalis Concilij Lugdunenſis didicimus, vt patet extra,de Bigamis cap. vnico.in 6.Non ordinantur pariter Curiales qui propter aliquod officium Curiæ ſunt obligati, [e] nec qui ratiociniis variis adſtringuntur vt ſunt procuratores,actores, pupillorum tutores & curatores. Vt extr. de obligatis ad ratiocinia ordinandis vel non cap.Vnico.lib.1.Decretal,

a 94.diſt. ca.ſi quis viduam

b De bigamis nō ordinandis decretum ex concilio Aurelianenſi deſumptum videtur c 6.tum ex Arelatenſi.3.c.3. quibus locis eadem eſt ſententia, ſed diuerſis verbis conſcripta quod quidem ratū habetur Trid. Synod.ſeſſ 23.de reform c.8.

c D.D Hier.& Aug. 26.d.c. per totū,& 28. q.3.

d De bigamiæ diſpenſatione conſulendus eſt Soto qui ancipitem & arduam illam quæſtionem enucleatius diſſoluit.4. ſent. diſt. 17.q.3 art.3.

e Ratiociniis obligati non promouentur.ar.11. q.3.c 1.& 2.nec clerici vel monachi concil. Carthag.1.c.8.

DEFECTVS NATALIVM.

§ V.

PRÆSBITERORVM filij & cæteri ex fornicatione nati ad ſacros ordines non promoueantur,niſi aut monachi fiant vel in congregatione canonica regulariter viuentes.Vt decretum fuit in Concilio Pictauienſi, & refertur libro 1:Decretal.tit.de filiis præsbiterorum ordinandis vel non. Bonifacius 8.ita ſtatuit ſuper his. Qui defectum patitur

a Tribus petiſſimū rationibus conſtare cenſeo, decretum de non promouendis ſpuriis ad ſacros ordines. Primò ob excellentem, & eximiā clericalis togæ celſitudinē & ſacramentorum, quæ turpes & infames ſpernit perſonas.cap.

patitur natalium ex diſpenſatione poteſt Epiſcopi licitè ſi ei aliud canonicum non obſtat ad ordines promoueri minores & obtinere beneficiũ cui cura non imminet animarũ,ad ordines autem maiores vel beneficia ſuper quæ nequit Epiſcopus diſpenſare ſine diſpenſatione ſedis Apoſtolicæ promoueri non poteſt. Et habetur extra. de filiis presbiterorum & aliis illegitimè natis cap. 1. in 6. Innocentius 3. ſtatuit quod infamatus ſuper defectu natalium non debet promoueri niſi ſe prius purget de purgatione Canonica cap. accedens.

inter. de exc. ſſ prel & reg. infamibus. de reg. iur. in 6. l. neque famoſis. C. de dignit. li. 12. Secunda ratio eſt in deteſtationem criminis paterni cuius etiam rei cenſentur. lij, vt etiã pœnæ ſubiiciantur tẽporis. cap. quæro. cum ſeq. 6. q. 1. & l. quin quin. C. ad l. Iul. maieſtatis. c. vergentis, & ne diffametur Eccleſia Cardi. in c. præſentium. de filiis Presb. Tertio natura & vſu comparatũ eſt filium patrios imitari mores adeò vt ex parente libidinoſo, vix continens filius naſcatur. c. ſi gens Anglorum. 56. diſtinct. Gofred. in ſum. de fil. presbyter. Io. And. in reg. ſemel. de reg. iur. in 6.

CENSVRIS ECCLESIASTICIS IRRETITI.

§ VI.

QVEMADMODVM executio ordinis ſuſcepti prohibetur cenſura aliqua Eccleſiaſtica irretitis vt liquet lib. 5. Decretal. tit de Clerico excommunicato, depoſito vel interdicto miniſtrante ſic earundem cenſurarum vel alicuius earum vinculo irretitus ab ordinis ſuſceptione eſt priuatus.[a] Addimus etiam in numerum eorum qui canonicè ad ſacra iſta munera euehi non poſſunt, neophytos hoc eſt recenter in fide catholica eruditos, ignotos & peregrinos, infames, hermaphroditos,[b] coniugatos niſi velint ingredi religionem habito conſenſu vxorum, hiſtriones quia inter turpes perſonas connumerantur. Denique qui per ſaltum vel furtiuè contra voluntatem epiſcopi promoti ſunt vel duos ordines ſacros eodem die ſuſceperunt, vel quatuor minores cũm ſubdiaconatu eodem die. Omnes hi prohibentur ordinari & ſi ordinati fuerint prohibentur in ſuſcepto ordine miniſtrare. Reliqua ſacri ordinis impedimenta ex prauis ordinandorum moribus, tum conditionis intemperie & flagitiis abundè leguntur apud Hoſtienſem à quo decerpſimus hos verſus.

Primùm præcipitur, quòd ſit ſine crimine præſul,
Monogamus, ſobrius prudens, ornatus, & hoſpes
Caſta docens, non percuſſor, non litigioſus,
Non cupidus, bene diſpoſitus, non neophitúſve,
Talis Apoſtolica, quò d præſit regula iuſſit.

a Extr. de cler excom.

b Cap fin. de tẽp. ord. lib. 6. diſt. 4. q. 1. c. 1. de iis qui not. infam.

c Promo- ti per ſaltum qui a ſubdiaconatu ſaliut ad Sacerdotium quod accipit ſine diaconatu c. ſolicitudo. 52. diſt.

d Hoſt. in ſum. de tem po §. & cui. refert hos verſus de his qui regulariter poſſunt promoueri.

ABSQVE

ABSQVE DIMISSORIIS LITERIS NEMO PROMOVENDVS.

§ VII.

EPISCOPVS clericis in aliena diocæsi ordinibus initiari cupientibus dimissorias [a] literas concedit, quas propriore vocabulo commendatorias appellamus, ne vocis similitudo confundatur cũ his quę apud ius ciuile [b] idẽ sortiuntur nomen & aliquando Apostoli dicuntur vel dimissorij libelli. In illis ergo dimissoriis literis mores & sufficientia promouendi commendantur ab ordinario, causáque explicatur cur à proprio Episcopo non promoueãtur. Solis Episcopis in eorum diocęsi interest dimissorias dare literas, non prælatis inferioribus nisi hoc eis priuilegio singulari indultum sit, aut Episcopo mortuo quia tunc potestas penes capitulum [c] remanet, vel Episcopo publico commodo Ecclesię apud exteros delegato Vicarius generalis id iuris exequi potest, tota autem constitutionum & canonum Ecclesię authoritas eò contendit hac in re vt nullatenus excipiantur ad sacros ordines qui dimissoriis non cõmendantur literis quod pręclarè fælicis memoriæ Pius II iussi & præcepit. Cuius cõstitutionem summopere profuturam hic adscribẽdam ęquum fore iudicauimus.

Pius Episcopus seruus seruorum Dei ad futuram rei memoriam. Cùm ex sacrorum ordinum collatione character inuisibilis animę imprimatur, sacra mysteria dispensentur, & ipsarum cura tribuatur animarum in eorum susceptione, excessus graues tantò magis plectendi sunt quanto ex illis maiora in mentibus fidelium scandala generantur. Cùm itaque sicut fide dignorum relatione (nen nisi molestè) accepimus, nonnulli clerici extra tempora à iure statuta, quidam ante ętatem legitimam, alioqui verò sine dimissoriis literis contra sanctiones canonicas se faciunt ad sacros ordines promoueri, nos eorundem temeritatem tali castigatione reprimentes, vt aliis in posterum committendi similia aditus pręcludatur, authoritate Apostolica, hac constitutione perpetuò valitura statuimus, & ordinamus, quod omnes & singuli, qui absque dispensatione

a Cap. 1. & c. cum nullus. de temp. ord. in 6.

b L. post appellationem. ff. de libel. dim. tit. l. iudicibus. C. de appel. & l. dimissoriæ. ff. de verb. sign. fic.

c ca. cum nullus. de temp. ord. in 6 Io. Francis. in tracta. de officiis & potestate cap. de vacante in 1 par. q. 3. & q. 8.

d Suspensi sunt ab executione ordinum, ad actos ordines sine literis dimissoriis promoti, & si interim in eisdem ordinibus sic suscepti ministrent, iure ipso irregularitatem incurrunt, vt dilucidè traditur in motu proprio Pij 2 hic adscripto. Et hoc intelligendum est de sacris ordinibus, de quibus loquitur nõ de minoribus, quibus talis pœna non decernitur, quia vnũ exprimendo alterum, negare videtur. l. cũ prætor. ff. de iudiciis, quamuis in quibuscunque ordinibus suspensionẽ contrahi scribat Syluester in summa in ver. irregularitas. q. 9. quod à iure non recipitur.

 tione

tióne canonica, aut legitima licentia, siue extra tempora à iure statuta, siue ante ætatem legitimam, vel absque dimissoriis literis, etiam citramontani à citramontanis, præterquam si in hoc vltimo casu per camerã Apostolicam iuxtà illius stylum ordinati fuerint, & ad aliquem ex sacris ordinibus se fecerint promoueri, à suorum ordinum executione ipso iure suspensi sint, & si huiusmodi suspensione durante in hisdem ordinibus ministrare præsumpserint eo ipso irregularitatem incurrant, prętereà vltra alias pœnas in tales generaliter à iure inflictas beneficiis ecclesiasticis possunt iure priuari. Volumus autem quòd presens nostra constitutio in Rom. Curia existentes post quindecim dies, absentes verò Italicos, post duos menses, alios verò vltramontanos post sex menses ab ipsius in audientia contradictarum, & Cancellaria Apostolica publicatione, & affixione ligare incipiat. Nulli ergo omninò hominum liceat hãc paginam nostram, statuti, ordinationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum Anno ab incarnatione dominica millesimo quadragentesimo sexagesimo quinto, decimo Calendas Decembris, Pontificatus nostri anno quarto.

TITVLVS BENEFICII PENSIONIS AVT PATRIMONII.

§ VIII.

NON desunt qui merito patrimonialium [a] titulorum abusum in conferendis ordinibus accusent, sed miserum est Sacerdotem vndique penuria cinctum in sordido lucro, aut mechanica arte victitare vel domesticatim stipẽ quęrere quod in ordinis sacri conteptũ cedit. Propterea prouiderat olim Ecclesia in sacro generali concilio calcedonensi ne quisquam ad sacros ordines admitteretur sine titulo, hoc est nisi ad alicuius prefecturam Ecclesię aut ministerium esset vocatus aut titulo possessionis siue patrimonij sufficientis prouisus. Hinc Vrbanus Papa primus ita statuit

a Gentianus Heruetus in orat. de reparand. Eccles. disciplina. Patrimoniales titulos indoctorum ignauorum, incertisque sedibus errantiũ peperisse multitudinẽ, vt ex iis possint in extraneas regiones iusta deduci colonia scribit. Quod autem tam multi ordinẽtur, hæc est inprimis causa, quod cum satis iustus videatur titulus ad hoc vt ordinetur, si quis habeat vnde viuat, sunt autem à tributis immunes sacerdotes, ad assequendam immunitatẽ curant plurimũ se referre in numerum sacerdotum. Plurimi cũ sint indoctissimi ac etiã omnium rerum planè egeni sperant se sacerdotiũ vẽdicaturos in otium, ideircò prædium aliquod seu rusticum, seu vrbanum precario tantisper accipiunt, dum sacris fuerint initiati, quod re perfecta statim reddant. hactenus Heruetus.

ſtatuit Sanctorum canonum ſtatutis cõſona ſanctione decernimus vt ſine titulo facta ordinatio irrita habeatur propter quod ordinatus ad ſacros ordines ſine titulo ab ordinatore iuſte petit titulum, & illi prouidere tenetur ordinator vt vult Innocentiùs 3. & Bonifaciùs 8. determinat quòd Epiſcopus qui de licentia alterius Epiſcopi & illius vice ordines in ſua diœceſi celebrat nullis perſonis in genere ſibi expreſſis ſi ad ſacros ordines quempiam promouerit titulum non habentem tenebitur ordinator tali vitę neceſſaria miniſtrare donec ſibi per eum vel alium de competenti beneficio ſit prouiſum, dans autem licentiam ordinandi certas perſonas titulum non habentes is Epiſcopus qui licentiam dat tali ordinatori & promouendo tenetur de titulo illi prouidere verũ dum huius ſæculi corruptela ſacrorum canonum authoritas hac in re contemnitur & Epiſcopi ordinatores ab ordinandis mendaciis & periuriis in ſacrorum aditu falluntur,[b] rectè huic malo prouideretur ſi deinceps nullus admitteretur ad ſacrum ordinem niſi literis publica manu ſcriptis conſtaret de ſufficienti & competenti titulo & de nullitate fraudis inter dantem & accipientem titulum & de nullitate pacti in futurum reſtituendi rem titulo acceptam prohibeatúrque diſtrictè ne ordinatus ad titulum patrimonialem eundem vendat aut alienet ſine permiſsione ſui epiſcopi quouſque Beneficium aut patrimonium præfati valoris fuerit aſſequutus vt in Prouinciali Synodo Senonenſi legitimè decretum patet. In hac autem cautela perſiſtat quod ſub patrimonij titulo vel penſionis non alios ordinare debet epiſcopus, quam quos maximè neceſſarios vel vtiles iudicauerit Eccleſiæ. Præterea ſi nouam dignitatem creare vult debet ei in reditibus prouidere, multo magis ſi nouum miniſtrum promouet. Et ſicut epiſcopus non debet Eccleſiam benedicere niſi certo dotatam. 1 q. 2. cap. Placuit ita nec debet clericum ordinis ſacri benedictione ornare, niſi certo titulo ſit donatus, ne victus difficultate & rerum anguſtia oppreſſus ſacerdos, aut obliguritis omnibus ab equis [c] vt aiunt ad aſinos tranſire cogatur.

b Notiſsimus eſt multorum circuitus qui vt Epiſcoporum iudicium excæcent multos teſtes in medium producunt, qui ſolenni præſtito iuramento aſſerant eorũ facultates ad ipſos alendos ſufficere, cũ tamen ipſi certo ſciãt ſe peierare adeo vt quod olim apud Græcos nunc apud ordinãdos, multis in locis vſurpetur illud, da mihi teſtimonium mutuum.

c A priore Parœmia vti non poteſt, qui videt inopẽ ſacerdotem rerum anguſtia inſtructũ mechanicas exercere artes ad leuandũ pauperiem ſuam derelicta ſacerdotij reuerentia, & grauitate. Vſurpatur autem prouerbium in eos, qui è conditione pingui & honeſta ad abiectiora deueniunt, quo vſus eſt aliquando Procopius τὸ ἀπὸ ἵππων ἐπ᾽ ὄνους μεταβεβήκαμεν, id eſt, iuxta prouerbium ab equis ad aſinos tráſiuimus.

ANIMADVERSIONES CIRCA ORDINANTEM ET ORDINATVM.

§ IX.

a Episcopus excommunicatus suspensus interdictus, vel hæreticus, schismaticus non poterit tonsuram vel alios ordines conferre, nec conferunt ordinato c. quod sedem. de offi. ordi.

QVÆ videbantur ordinis sacri institutioni, & ornamento necessaria esse profusè perstrinximus, nunc aliò nequit sermo deuolui quam in enarrationem eorum quę certis conditionibus summoperè requiruntur pro sacerdotij muneris decoro & ordine seruando. Primù vt à legitimo fiat Episcopo, non ab eo qui renuntiauerit Episcopatui, nec symoniaco symonia pactionali vt inferiùs abundè dicetur nec ab Episcopo quomodocunque suspenso. [a]

b Suspensus est qui plures ordines vno die assumit c. literas. & cap. dilectus. de temp. ord.

SECVNDÒ expetit quod huiusmodi ordinatio fiat gradatim & non per saltũ [b] alias promotus esset irregularis & suspensus ab executione ordinis suscepti vt patet de eo qui ignoranter per saltum de subdiacono fit Presbyter qui post pœnitentiam ordinatur in diaconum postea in Sacerdotio dispensatur, vt vult Innocentius 3. lib. 5. Decretal. tit. de clerico per saltum promoto.

c Ordines sacri ante Gelasiũ tãtũ conferebantur in decembri, at ille videns Apostolos indicto prius ieiunio sacros ordines perfecisse voluit etiã aliis ieiuniorum temporibus eos celebrari Iuo Carnotensis. lib. 4. Perperam Ecclesiæ honori consulitur cum sacri ordines extra tempora conferũtur. c. 2. de tem. ord. imò etiam ordinans quiam ordinatus peccat mortaliter. 25. q. 1. Florent 3. p.

TERTIÒ non temerè ad ordinationem temporis ratio est habenda ea præcipuè quæ ab Ecclesia præscribitur nam qui ordinatur extra tempora decreta suspensus est ab executione, nisi dispensetur cum eo per summum Pontificem vt pat de temp. ordinandorum. cap. cum quidam, & c. literas etsi videatur dispensare posse Episcopus ex cap. consultationi tit. eodé. Ex doctrina vero Apostolorum [c] tempus certum concessum est huius ministerij functioni, eorum namque acta testantur quod ieiunantes & orantes imponẽtesq́ue manus dimiserunt Saulum & Barnabam in opus ad quod assumpserat eos spiritus sanctus vnde colligimus primos illos Ecclesiæ Domini cultores frequenter ieiunasse & orasse cum alias quando diuina operarentur, tum etiam quando ministros Ecclesiæ presbyteros eligebant aut emittebant. De quo cap. 14. eiusdem historiæ actuũ sic legimus, & cùm cõstituissent illis per singulas Ecclesias presbyteros & orassent cum ieiuniis, commendauerunt eos domino in quem crediderunt. Ex his intelligis

vnde

vnde Ecclesia feriis quatuor temporum eligat Ecclesiæ ministros, intelliges inquam Eccesiam sequi vestigia Apostolorum, tum in ieiuniis, tum in ministerio & orationibus, tum in ordinatione ministrorũ, modernos vero hęreticos ab hoc exemplo esse quam alienissimos & remotissimos.

QVARTVM requisitum est puritas conscientię [d] de qua superius explicatius disseruimus & à libro pontificali eius est petenda instructio, quę his ferme verbis componitur. Moneat Episcopus eos vt dignè accedãt ad ordinationes puro corde & consciencia munda, confiteanturque peccata sua & qui ad sacros promouendi sunt ad communionem se parent, si cõfirmandos ieiunos [e] & confessione purgatos ad confessionis sacramentum accedant ne illotis vt aiunt manibus & polluto corde sacris istis ministeria inaugurentur.

QVINTÒ gratis est celebranda ordinatio ne in tetertimam Simoniæ [f] labem proruant ordinans & ordinatus, nam in pœnas & censuras Ecclesiasticas excommunicationis scilicet suspensionis & irregularitatis incidunt qui per simoniã propriã sacros ordines adipiscuntur qua quidẽ fœdius aut turpius nihil accidit Ecclesiæ. Vbi enim prætio & ambitu sacri ordines honores & dignitates conferuntur, ac non meritis personis & iusto examine necesse profecto est vt omnis ordo & inter homines iustitia subuertatur. Infinitas malorum clades attulit pestis hæc, & scãdala deplorãda aduexit quãdo in Ecclesię ministros irrepsit, ita vt qui parere debet iubeat, qui doceri doceat qui sanctificari sanctificet. Hoc monstrum primum peperit Simon magus à quo nomen sumpsit nam vt narrant Apostolorum chronographię cum vidisset quod per manuum impositionem daretur spiritus sanctus obtulit eis, pecuniã dicens, date & mihi hanc potestatem vt cuicunque imposuero manus accipiat spiritum sanctum, ad quem Petrus dixit pecunia tua tecum sit in perditionem quoniam donum Dei existimasti pecunia possideri. Idcirco si quis Episcopus aut præsbyter aut Diaconus per pecunias hanc obtinuerit dignitatem deiiciatur ipse & ordinator eius & à

d Qui suscipit ordines in peccato mortali est sacrilegus. F. à Victeria in summa Sacramentorum.

e De consecrat. dist 5. c. vt ieiunij.

f Dominicus de Soto de iust. & iur. lib. 9. q. 6 in Episcopos qui quæstum corradunt ex impositione manuum hæc scripsit. Absurdum est (inquit) vsum & sacrilegè simoniacum pro ordinum exhibitione pecuniã cuspiã munus aliquod exigere, quiquidem per titulares Episcopos inuectum est, nam cum proprij & legitimi aut nõ sint residentes, aut celebrare ordines, quod pudendum est, non dignentur titulares ad id muneris accersunt, & quod absurdius est, nõ tantum iustũ eis stipendium pendunt, vt possint illos ab omni exactione prohibere. Est ergo iniquũ exigere illos, qui ordinarentur, vt non modo cãdelas verũ & pecunias offerant, imò verè arbitrer, neque pro lucerni æstimabilibus quidquam posse exigi.

communione ab omnibus repellatur, ſicut Symon magus à Petro.

Concilium generale Chalcedonenſe ſexcentorũ triginta patrũ can. 2. ſic ſtatuit, [g] ſi quis Epiſcopus per pecuniam ordinationem fecerit ordinaueritque præsbyterum aut Diaconum vel quemlibet de his qui cognominantur in clero promouerit, is qui hoc attentare probatus fuerit periculo ſui gradus ſubiacebit, & is qui ordinatus eſt nihil ex hac ordinatione vel promotione quæ eſt pro negotiatione facta proficiet, qui verò mediator extiterit tam turpis & nephandi dati & accepti, ſi quidem clericus fuerit à proprio gradu excidat, ſi verò laicus aut monachus anathematizetur, hæc ſacrum concil. Chalced.

g Idem inbetur in extrava. Mart. 5. quæ extat inter acta Cõcil. Conſtantienſis ſeſs. 43. vt ordines, electiones poſtulationes, & quæcunque prouiſiones ſimoniacæ nullæ ſint ipſo iure & c. presbyter. ſi per pecuniam. & c. ſi quis Epiſcopus.

SEXTA ſynodus generalis can. 22. ob pecuniam promotos ſiue Epiſcopos ſiue clericos deponi iubet, nomine autem pecuniæ intelligit quid datur vel accipitur pro ſpirituali vt in ſequenti tractatu dicetur.

OCTAVA Synodus generalis. Qui per pecuniam quemquam conſecrauerit vel ab alio conſecratus eſt alienus à ſacerdotio fiat. Concilium generale Lateranenſe ſub Innocentio 3. ca. 61. huiuſmodi ordinationes & promotiones Symoniacas ſub interminatione maledictionis æternæ vetat.

SACRORVM MINISTRORVM OFFICIA.

§ X.

FVNCTIONES & officia [a] ſacrorum Eccleſiæ miniſtrorum diſtributa ſemper fuiſſe ſcribit Areopagita, & Anacletus Epiſtola prima ordine ſingulari ab ipſa Apoſtolica conſtitutione promanaſſe & primordia cœpiſſe. Vt ergo breuiter de his ſacris miniſteriis eloquamur, Hippodiaconis intereſſe ſacri dicunt canones inſeruire Diacono aſsiſtenti ſacrificio & porrigere calicem, patenam, aquã & panem, (nam inter alia monet pontifex ne plures imponant hoſtias quam ſint communicaturi) ad hæc peluim & manutergium. Porrò ad legendas Epiſtolas potiſsimum creari videntur, quod tamen Diaconorum fuiſſe quidam putant. In formulis quoque pontificalibus iubentur dare-

a De officio & ordine hyppodiaconorum reuolue canones concil. Carthag. 4. can. 5. Toletan. 4. can. 27. Remenſ. can. 4.

operam

operam diligentem ne quid vitij aut putredinis in theca reperiatur, debent præterea pallas & altarium operimenta vestésq; sacras distinctis peluibus abluere. Sed de his satis. Vtinam esset qui in tantis sordibus quas sacri patres verè do anathematis fulgure percellunt sui curiosiùs meminisset officij.

Diaconorum nomen vel solum copiosè probat quibus functionibus vel ad quæ munera destinentur creati Diaconi nimirum, vt in sacrificio & sacramentorum administratione & scripturarum tractatione partim episcopis partim presbyteris ministrent. Diaconorum igitur primum esto munus vt calicem tractent, Christíque sanguinem dispensent, agant tunc turpium morum seueros sed modestos censores, vitiorum strenuos profligatores. Perquirant quid rerum agatur in quaque Ecclesia, qui confluant, quomodo ibi se gerant, quid publicè quid priuatim fiat, qui viuant secundùm leges Christianas, qui secus, quibus in locis ebrietas, adulteria, scortatio, fœnus, blasphemiæ regnẽt vbi ieiuniorum festorúmque vigeat obseruatio, cæteráque eius generis vt digni pro meritis laudibus, scelerati pro vitiorum infamia cognoscantur.

b Quæ spectant ad Diaconum abundè leguntur concil. Nicæn. can. 14. Laodicen. can. 20 Toletan. 4 can. 18. Cyprian lib 3. Epist. 9. Hieron. in Epist. 81. ad Euagrium. & Bernar. lib. 5. de consideratione. Clem. lib 2. cap. 14. constit. Tertulli. de baptis.

Sacerdotalem Benedictionem inter officia & destinata presbiterij retulerunt Ecclesiasticæ historię scriptores, nos proprium sacerdotis munus, munera & sacrificia offerre Deo dicimus. Et licèt hoc sit hodie variis litibus agitatum negantibus hæreticis nobis vel sacerdotes vel sacrificia superesse, prolixissimè quidquid ad hanc rem facere visum est in authentica nostra Euangelici sacrificij probatione satis enucleatum constat. Sacerdotibus ergò propriè spectat conficere corpus Domini & benedicere Dei dona & si cuncta cõplecti volumus omnium sacramentorum perfectio duobus tantum exceptis ordine scilicet & confirmatione quæ ad Episcopum pertinent. Ipse enim vt proprius minister baptizat solenniter, non Diaconus nec alius inferior, Eucharistiam, absolutionem & sacramentum pœnitentiæ impartitur. Extrema vnctio ab illo administratur infirmis, & matrimonij benedictio coniugibus. Debet ideo iugiter in lege Domini meditari, & iis quæ legerint

c Munus sacerdotum benedicẽdi & precandi populo antiquũ est, quod in primitiua ecclesia, non solùm initiati, sed & catechumeni maximi faciebant, sęque ad Episcopos, vel sacerdotes aliquid operis paulò magis arduus tentaturi conferebant, vt Dei illorũ conatus bene fortunaret, quod fecisse Nectarium liquet ex historiis. in Rhegiẽsis concilij can. 4. statuitur vt sacerdotibus per agros ad omnẽ occursum bene precari ne rei tam vtilis vsquam deesset copia petẽtibus.

rint credere, quæ verò crediderint in populum refundere re fusa moribus exprimere, nec Pharisaica philautia & suiipsius existimatione totum onus à Christo sibi creditum in alienos humeros deuoluere atque interea nolle subire ferréque sarcinam aliis impositam, ac sic pergere ad rationem subducendum Deo Optimo Maximo. Quamobrem vt propositum sequamur iter prius de clericorum priuilegiis differemus antequam ad cæteras curas prouehamur quæ sacrum hoc munus comitantur.

PRIVILEGIA CLERICORVM.

§ X.

DICTVM est qua via Clericus euehatur ad sacerdotij culmen, & quibus dotibus illustretur cum sanctè & piè suo fungitur munere in eiusque cura diu perseuerat, Non enim sat est à primis initiamenti sacri diebus habitum & vitam componere nisi finis eximio coronide reliqua commendet.[a] Principiò siquidem dum sumus initiati, vno aut altero mense præ nobis feribus occultum quendam sensum suscepti muneris, mox officij obliti, & characteris immemores ad illecebras & mundi oblectamenta præcipites ruimus. Quodquidem à nobis non fit sine extrema ingratitudinis labe cum à Domino tot insignes, susciperimus gratiarum aceruos in sorde vitiorũ delectari volupe esse putamus. Vt hæc ideò liberius officij pensa persolueremus summi pontifices, atque inuicti Cæsares nos eximiis ditarunt priuilegiis quibus indigni penitus sumus nisi ea præstemus pro quibus ipsa concessa sunt. Hæc autem hic referre non inconsultum fore arbitror, quo tepidi sacerdotes qui negligentiùs togæ sacræ dignitatem curant saltem succendantur ad melioris consilij callem & puritatem vitæ suscipiendam.

Primùm in numerum egregiarum personarum retulerunt sacerdotes [b] & Diaconos idque meritò propter insignem Ecclesiastici officij dignitatem, quam primo prioris capitis §. luculenter descripsimus, voluerunt insuper vt Clerici remitterentur à Iudice [c] laico ad forum ordinariũ absque aliqua honoris & dignitatis iactura. Pari gratia & fauore

[a] *Primitiæ officij sacerdotalis non fucata debent esse, sed in melius proficiendum est, ne sacrũ munus morum corruptela vilescat. In multis sacerdotibus experimur quod dum se ad omnium libidinem fermentumque nimis quam fermiter obuciat, cõtemptibile, & seruile reddunt sacerdotij decus.*

[b] *Spec. in tit. de test. §. sequitur. versic. quod de Presbytero.*

[c] *Pau. de Cast. in l. 3. summus. C. de Episc. & cler. Mars. sing. 180. Clar. q. 36. vers. quæro.*

fauore priuilegia quæ ſequuntur ordine perſpicuo indulta ſunt.

Clericus æris alieni debitor, vndique inopia preſſus & egeſtatis pondere non poteſt conueniri [d] niſi inquantum facere poteſt abſque ceſsione & ductis neceſſariis alimẽtis ne cogatur mendicare in contemptum & opprobrium clericatus ſecundùm gloſſ. Bart.in l.1. alias in l.miles ff. de re iudicata gloſſ.in c.ſtudeant.50 diſt.

Clericus teſtamentum condendi priuilegium à ſummo pontifice impetrare poteſt, & poteſtatem diſponendi de rebus & reditibus eccleſiæ cum hoc Papa ex cauſa concedere poſsit quia ad illum Eccleſiarum perſonarum, dignitatum aliorúmque beneficiorum Eccleſiaſticorum plenaria diſpoſitio pertinere noſcitur [e].c.licet.de præb.li.6.cle.1. vt lite pendente.l.ſi quando.C.de inofficios.teſtam.l. ſi miles:ff.de teſtam.

Clerici & eorum coloni ſunt immunes à muneribus perſonalibus & aliis ſecundùm communem per Burſ. cõſ. 24.num.1.lib.1.

Clericus habet omnia priuilegia conceſſa militibus armatæ militiæ [f] l.miles.ff.de re Iudic.

Clerici & perſonæ Eccleſiaſticæ, licèt generaliter ad ſubeunda munera perſonalia iuſta, qualia ſunt quæ exhibent corporali obſequio alienis ſumptibus & abſque erogatione proprij patrimonij cogi non poſſunt; ſiue ſordida ſint ſiue non [g] c.1.de immunit.Eccleſ.lib.6.l. placuit. C.de Epiſcop.& Clericis.

Clericus in patrimonialibus non fraudatur priuilegiis, conceſsis Eccleſiæ, niſi in caſibus Iure expreſsis.

Plures alias prærogatiuas inſignis muneris conſtat apud V.I.peritos conceſſas fuiſſe clericatus ordini, quaſquidem non ſine dedecore multi ſacerdotes paruifaciunt, illíſque minimè gaudent quia nolunt aut quia officij rationem negligunt in cuius gratiam hæc data ſunt. Priuilegia enim & prærogatiuæ, conceſſæ ſunt his qui actu ſua officia exercent, per Felyn, in c.pro tuis. propè finem de maior. & obedient. Vt ergo tantis gaudeant inſigniis, eorumque dignitati reſpondeant ſacerdotes pro virili contendant vires

h ſua-

d Staphil. de litteris gratiæ & iuſtitiæ fol 154. col.2. Fely in c. cum ex officij. col.1.de reſcrip. Dec. in c.reprehenſio.num.28. & ſeq.de appel. Nauarr. conſil. 59.nu.1.

e Soc.ſen in conſ.21.2. vol. Alex. de Imol. conſ 15.lib.2. Dec.conſ.157.

f Iaſon in l. miles. num.13. ff.de re iud.

g Clariùs hoc diſcutitur ſi diſtinguamus priuilegium infirmari, quando clerici haberent bona poſſeſſionis à Principe: quia tunc ad onera perſonalia qualia ſunt angaria & parangaria tenentur. vt not. in c. non minus.de immunit eccl per Innoc. & Ancha.

h Bal.in tract. praeſcrip.5.q.5. num.2

suas diligentius extendere, & sequētia quę Spheram velati & circulum sacri officij inuoluūt non tantum memoria tenere sed in opus quod perfectius est deducere.

> a Interdum στέφανον, id est, lauream, vel coronam, eam vocant scriptores.

CLERICALIS TONSVRA,

§ XL

FIDEI Christianę extorres & profugi miris siccophantiis derident nos quod clericalem tonsuram & a Trulliana synodo [a] Κούρα ἱερατική nominatam, credamus in nostra Ecclesiastica dignitate non carere præclaro mysterio nec solum propter orbicularem formam omnium perfectissimam, verum etiam in memoriam ac Symbolum eius coronæ quam crudelissimis modis præcioso saluatoris nostri vertici imposuerunt olim Iudęi, qui quod in ludibrium faciebant, hodie hæretici in nostri contumeliam execrantur. Verum qualis semper hæc fuerit tonsura ab initio sacri cultus Ecclesiæ, & ministrorum institutione ex duobus non aspernandæ authoritatis doctoribus licet intueri, alterô Græco, altero Latino. Diuus enim Germanus ad liturgiam D. Chrisostomi dicit duplicem in ecclesia tonsuram vsurpari monachicam eámque latiorem, & alteram clericalem angustiorem, & illam quidem factam ad imitationem D. Iacobi episcopi Ierosolymitani qui monachicam vitam gessit cum esset etiam Nazaræus, hanc autem ad Petri similitudinem qui clericorum exemplar edidit in se luculentissimum. Is enim hac ab infidelibus affectus iniuria atque in coronæ modum attonsus, veluti mortalium stultissimus deinceps hoc dedecus in gloriam Christi conuertens, per totam vitam sic tonderi voluit vt spineam seruatoris isto saltem modo coronam repræsentaret. Hoc imitati postmodum clerici externo cultu demonstrabant se ad trophæi cœlestis coronam pertendere, quod autem B. Germanus de tonsura scribit accipiendum est de forma. Nam cap. 1. Aquisgran. dicit Pauli factum eodem pertinere. Testis Latinus Beda venerabilis cap. 14. lib. 4. Anglicæ Historiæ vbi narrat Petrum apparuisse puero peste laboranti insignitum clericali tōsura. Nedum ergo audiendi sunt nasuti isti nebulones qui hanc aut à Simone Mago, aut à chara-

> b Nomina, typos, & originē clericalis tonsura probant olim Ecclesiæ varia concilia. Aquisgran. nomina sua can 1. Trullian. can. 21. Carth. 4. Syno. can 44. Tonsura autē tantam religionem fuisse legimus can 27. Toletan 1. Synod. & 5. Mogūtin. vt qui tonderi se passus esset, etiā nulli addictus religioni, nunquam postea nutriēda comā potestatem, habere, sed, si quidē cuipiam Ecclesiæ aut monasterio sese dedicasset eò reuersus, profugus cogeretur, sin minus, per totam vitā cogebatur gestatione coronæ merè ferre voti violationem, aut temerè vsurpatū, vsque perferre. Quod verbū opus est? non erat minus infame resilire à tonsura proposito quàm nunc probrosum habetur votum eius institutum monachorum deserere.

ctetibus

ctoribus Romanorum pictis institutam esse falsò conqueruntur, cùm sit apostolica & religiosa priorum patrum obseruatio. Hinc Anicetus Pontifex Maximus rei misterium clariùs & religiosiùs venerari voluit, vt patet epistola quàm ad episcopos Galliæ scripsit, hoc stilo, Prohibete fratres per vniuersas regionum vestrarum ecclesias vt clerici qui laicis & simplicibus, virtutis, honestatis, pudicitiæ & grauitatis exempla esse debent ac seipsos tanquam signum purioris vitæ rudioribus ad imitationem prudenter exhibere iuxtà Apostolum Timoth. 4. comam nòn nutriant sed desuper caput in modum sphæræ radant, quod præceptum patres Concilij 4. Carthaginensis non neglexerunt; eáque ratione quia gratia impositione manuum concessa quæ oculis exterioribus videri nequit, signo illo intuetur, & discrimen ordini conuenientissimum inter laicos & sacerdotes constituit hac apparenti tonsura in vertice capitis, Alexandri Papæ authoritàte hoc institum tantis patribus probatum fulcitur, vult enim vt clerici qui comam nutriũt & barbam etiam inuiti à suis Diaconis tondeantur non autem existimãdum hoc esse futile & inane hominum inuentum à quibusdam Flaminibus aut Dialibus exortum sed apostolica lege introductum. Nec iure subsistunt qui contrarium tueri putant argumento sumpto ab exemplo Christi & Apostolorum qui barbas rasisse nõ dicuntur aut ex vsu summorum põtificum & Cardinalium tum ex priuatis commodis promissæ barbæ, nam parum hæc faciunt si altiùs facti causas trutinauerimus. Quid enim designant capilli rasi nisi cogitationes vanas & curas huius mundi penitus ex cordibus nostris auulsas, ideo in Deuteronomio iussit Dominus vt homines cultui diuino addicti non haberẽt hæreditates aliquas seu possessiones ne videlicet cum ipsis distraherentur, & ab illa deuotissima intentione aut turbarẽtur inextricabili curarum molestia Quo ergo ostendant cunctis se omnibus renuntiasse presbyteri hoc digni muneris & vere regij officij insigne gestant vt ipse Diuus Hieronymus sentit qui scribens ad Sabinianum ait eos qui mundum fastidientes suam virginitatem Deo consecrant, ponere capillos. Notandum est ta-

c Ægyptiorũ sacerdotes religiosius obseruabãt capitis tonsurã, eámque nisi æneo cultro tondebant velut turpissimo facinore tenebãtur, quod à Sabinis sumptum credit Alexander ab Alexandro. Hic addendum illud Apuleij loquentis de huiusmodi sacerdotibus lib. vlt. Asini aurei. Hi capillum derasi funditus vertice prænitentes, magnæ religionis terrena sydera, æreis & argenteis, imò vero aureis etiam sistris argutum tinnitum constrepentes. Quinetiã Lampridius de Imperatore cõmodo scribens, sic (inquit) Sacra Isidis coluit vt & caput raderet, & Anubin portaret.

men instar voti esse huiusmodi tonsura & pro voti emissione frequenter vsurpari quemadmodum ad sext. canon. Concil. Carthaginen. & vt susceptus alicuius professionis monasticę habitus, ita quondam gestata tonsura portendebat hominem tendere ad castitatis & arctæ disciplinę propositum. Gregorij Papæ sententia anathemate percutitur Clericus quicunque relaxans comam. Hæc testimonio ampliore non indigent etsi nostris dictis summo applausu faueat Anicetus [d] qui Sanctum Policarpum Romę vidit & multi alij fide & authoritate conspicui, Diony. Areopagita, Phociō Cōstantinopolitanus, Basilius, Epiphanius & Abbas Babylonius Barbam autem ideò radendam esse dicunt vt sacerdotes admoneantur oblectamenta mundi & fugaces illas delicias quærere non debere & simul omnia quæ cultui diuino aduersantur quæque sacris misteriis peragendis obstaculo esse possunt resecare & repudiare. vt taceam quod quotidie aut saltem frequenter diuina præstare mysteria & sacrosanctum Christi sanguinem ex vero calice haurire tenentur, quod à barbatis non sine periculo & vix absque certa irreuerentia diuini cruoris fieri posse & experientia testis & omnes cordati ac pij viri fateri coguntur. Hunc morem olim inualuisse per totam occidentis plagam testatur Gregorius septimus libro 8 regis Epist. 10. ad gloriam iudicem Carolitanum: nolumus inquit, prudentiam tuam molestè accipere, quod Archiepiscopum vestrum consuetudini sanctæ Romanæ Ecclesiæ obedire coegimus scilicet vt quemadmodum totius Ecclesiæ occidentalis clerus ab ipsis Ecclesiæ Christianæ [e] primordiis barbam radendi consuetudinem tenuit, ita & ipse frater noster vester Archiepiscopus raderet. Vnde eminentię tuę quoque præcepimus vt ipsum ceu pastorem & spiritualem patrem suscipiens & auscultans cum consilio eius omnem tuæ potestatis clerum radere facias atque compellas, res quoque omnium renuentium nisi demum cōsenserint publicas, id est iuri Carolitanæ Ecclesiæ tradas, & ne vlteriùs inde se intromittant constringas, neque non ipsum ad honorem Ecclesiarum defendendum promptissimè adiuues.

DE

d Tonsura clericalis institutum ab ipsis Apostolis profectū fuisse asserit, Anicetus per epistolam ad Episcopos Galliæ, quod & testantur plurimi auctores & antiquitatis Ecclesiasticæ primatos, dignissimi Præsules ante 90. annos Isido. Ispalensis, & eum sequutus Rabanus Maurus. Geofredus Abbas in Epist. ad Naitanū regem Pictauorū in Britannia, quæ est in 5 lib. Histor. Anglicæ venerabilis Bedæ.

e Canōs aperitur clericalis tonsura, ex eo quod significatur requiri à tōsis sacerdotibus, vita mūdissima vt resectis omnibus illecebris, aut carnalium stimulis voluptatū iugi affectu & cogitatione perpetua, nō in caducis aut terrenis rebus versentur. vt ea tamen cogitēt quæ Domini sunt sancti corpore & mente

DE SACERDOTIS IN DIVINIS OBLIGATIONE ET EXERCITIO

CAPVT TERTIVM.

§ I.

Horarum canonicarum inſtitutio.

AVGVSTÆ ſui officij dignitati detrahit ſacerdos ſeriùs edoctus quātopere ſit obſtrictus ex ſacri ordinis ſuſceptione ad præſtādū officiū & quidē religioſiſsimè, quod cum & aliunde conſiderari queat non tamen fiet commodiùs quam ſi cogitent Deum quantumuis hominum amantiſsimum decreuiſſe ſua elargiri & prębere dona ineffabilia orantibus, petentibus, pulſantibus. Hinc in Euangelio: Querite, petite, pulſate quaſi ſuam ille precibus noſtris liberalitatem adligaret. Adde quod diuino iure ad maiorē & diuturniorē orationis cultum ſacerdotes tenētur [a] quàm cæteri fideliū qui variis diſtrahuntur negotiis. Legimus quàm ſerio admonuerit Moſes Aaron pro populo orare. Scimus ibidē ex lib. Regum 12. quid Samuel ſummus Sacerdos dixerit Abſit hoc peccatum à me in Domino, vt non orem pro vobis Omnes ſacræ paginæ pios commendant viros pro populo orantes, innuuntque non ſolum docere ſed etiam orare & ſacrificium offerre pro ſubditis debere Sacerdotes. Teſtatur D. Paulus quàm ſedulo quámque diligenter & quam inceſſanter pro ſuis ouibus orauerit. Rom. 1. PPhil. 1. a. Col 1. a. 1. Theſſ a. 2. Theſſ: 2. c. d. & Col. 4. c. commendat Epaphram quòd pro Colloſſenſibus ſemper ſollicitus fuerit in orationibus, & præterea qui perdius & pernox orauit ad inſtructionem ſuorum diſcipulorum. Chriſtus imitatio noſtra, nos ad hoc pium exercitium ſponte conuocare debet Et meritò atque adeo neceſſario debent intelligere & æſtimare

a *Fortior ratio nulla hic poteſt ſuppeditari ad orationes, obligationemque ſacerdotes præcepto tenentur, quam cum inter cætera republica munia, clerici altiùs apicem honorum & dignitatū teneant, potiórque religionis decor, ſit cultus diuinus, inter Chriſtianos clericis deputantur, vt non ſolùm ſacramentis populum ſanctificent, doctrináque & exemplo promoueant: verùm inceſſanter precibus & laudibus triſtia cœli omina auertant & pro peccatis populi Deum exorent velut neceſſarij mediatores.*

æſtimare Sacerdotes non ſatis eſſe quod aliquando pro concione doceant populum, verumetiam teneri ſeſe ex officio tam pro ſeipſis quam pro ſibi commiſsis indeſinenter offerre, ac vti D. Pau. loquitur ſine intermiſsione, Deum exorare. Hac de cauſa vt ſacerdotes iuxtà exemplar & præſcriptum verbi diuini ſuo ſatisfacérent muneri & preces nocturnas diurnáſque pro ſe ſibíque concreditis atque adeo omnibus hominibus maximè Chriſtianis perſoluerēt, meritò & grauiſsimis iuſtiſque de cauſis iuſtè piè & ſanctè horas precarias quas canonicas vocant inſtituit eáſque ſingulis diebus, quoad poſsibile fuerit, piè deuotè attentè & integrè à ſacerdotibus perſolui ſeriò & ſub interminatione iuſtiſsimi ac horrendiſsimi Anathematis mandauit & præcepit Eccleſia. Grauiſsimè igitur & quam periculoſiſsimè peccant imo certiſsimo ſe excommunicationis atque adeo æternæ damnationis reatu obſtringunt, qui ex negligentia aut quod peius eſt, ex contemptu & infidelitate, horas ſuas canonicas, ad quas non Eccleſiaſtico tantùm ſed etiam iure diuino [b] (quia Deus Eccleſiam audiri iuſsit & tam diſertè in S. Scriptura, partim exemplis partim præceptis Sacerdotibus indefeſſam orationem iniunxit) aut nullo pacto, aut vt debent & poſſunt perſoluunt & exequuntur. Taceo & hac vel ſola de cauſa deſinenter debere ſacerdotes orare pro ſe & Chriſti fidelibus quia victitant & ſuſtentantur Eleemoſynis & contributionibus fidelium. Mortuorum ſatius tibi eſſet veſci carnibus carúmque deuorare oſſa, quàm bonis pauperum gaudere, & Eleemoſynis eorum viuere quorum immemor & ingratus pro incolumitate & animarum ſalute non oras. Si pro Eleemoſynis acceptis tenetur quilibet quantomagis ſacerdos? [d] Et ſi illi ſemper Eleemoſynarum pingui fruuntur, quam nepharium & immane ſacrilegium profundunt ſi fideles ocioſa charitate precibus quotidianis & igne diuini amoris ardentibus defraudant? Si Chriſtus agnus immaculatus tam ſeriò tam ſedulò orauit, nō vt alicuius auxiliis indigens ſed vt Pater cœleſtis noſtri miſertus noſtros ſanaret languores? [c] Síque neſcientibus apoſtolis aut efflagitantibus orationis modum illos tam ſeriò docuit támque peruigiles

preces

b Horarum canonicarum obligationem naturali iure, & vtriuſq; teſtamenti diuino, ac humano conſtabilitam oſtendit copioſis exēplis, & rationibus Dominicus de Soto de iuſt. & iur. lib. 10. q. 5. art. 2.

c Id authoritate certiſsima Iſidori probatur lib. 1. de officiis c. 8 dicentis preces nobis Dominū deprecari Chriſtus Dominus & docuit, et conſtituit. Cum enim Apoſtoli neſcientes orare peterent à Chriſto, dicentes, doce nos orare, id eſt, compone nobis preces, quas Chriſtus ſtatim docuit exinde productum, iſta eſt conſuetudo Eccleſiæ, ſ. vti precibus: inſtar earum quas inſtituit Chriſtus, quas quidem primi Græci cæperunt componere.

preces adhortatus est quod nobis faciendum esse censemus? Si Sancti Apostoli, si Martyrum Chori, si Virginum Sanctarum cætus, si Confessorum pura & illibata mens sanctè precibus sacris inuigilarunt: quid meritò facere debemus nos tam infirmi atque fragiles & tam multis nominibus Apostolis inferiores ac miselli peccatores qui lauream illam Sacerdotij adepti sumus? Voluamus infatigabilimente sacros illos modulos tam pulchrè & sapienter à maioribus in orationum compositionem contextos. En nobis Ecclesia officij Ecclesiastici & orandi ritum edocet per horas canonicas. Verùm teste Guillielmo Durando in suo opere quod rationale diuinorum officiorum intitulatur, lib. 5. cap. 2. In primitiua Ecclesia diuersi diuersa quisque pro suo velle cantabant, quod ad laudem Dei pertineret licet conuenirent omnes in oratione dominica à Christo edita & in Symbolo ab Apostolis compacto. Succedentibus vero temporibus & sollicitante Theodosio Imperatore Damasium Papam vt per aliquem Ecclesiasticum virum diuinum ordinaretur officium, Diuus Hieronymus eruditissimus Damasi præcepto & iussu ex Psalmis, Euangelia quoque & Epistolas de nouo & veteri testamento in Ecclesia legi magna ex parte ordinauit. Tandem apostolicus hic orandi modus in septem [d] partes conuenientissimè distributus diei sibi meliorem partem vẽdicat dilucu-lum, primam lucem, meridiem, vesperum & silentis noctis initium diuinis precibus & laudibus partitur, & illa sacrarum horarum instertitia Matutinæ, prima, tertia, sexta, nona, Vesperæ & Completorium ex Concilij Agathensis iudicio nominantur, vbi dicitur, presbyteri mane matutinario officio expleto pensum seruitutis suæ scilicet primam tertiam, sextam, nonam, Vesperámque persoluát, ita tamen vt horis competẽtibus aut à se aut à scholaribus iuxtà possibilitatem publicè compleantur. Horarum Canonicarum communi voce hæ preces nomen adeptæ sunt, quod certis horis ex Sanctorum Canonum institutione sacri Dei ministri diuinis laudibus sese conferre debeát, & ideò canonicæ ab his qui priscorum patrum & Conciliorum canonibus hoc sacrum institutum seruandum dederunt.

[d] *Septenarius numerus horarum canonicarum, vt antiquissima est Ecclesiæ institutione, & cognomentissima, atque decentissima, nempe vt post matutinum nocturnum officium hora diurnæ sex sint numero. Et auctoritate D. Hieronymi credimus nocturnum officium ab Apostolorum sancito originem duxisse: Hic enim clarissimus auctor hanc notum fecit, super illud Matth. 25 Media nocte clamor factus est, dicens, quod cum traditio Iudæorum esset Messiam media nocte venturum, in similitudinem Aegyptij temporis, quando Pascha celebratum est, & exterminator venit, traditio Apostolica, vt retinetur permansit, vt in die vigiliarum Paschæ, ante noctis [illegible] dimittere [illegible] liceret spectantes aduentum Christi.*

Ecclesia

Ecclesia cuius iustitia abundat super iustitiam scribarum Phariseorum, sic & eius diuinorum ministeriorum cognitio, statuit septenariũ istud officiũ (quod æquè in Orientis e ac Occidentis plagis excolitur) perculsa tribus rationibus. Prima vt omnia secundùm ordinem fierent vt vult Apostolus, si omnia, ergo oratio secundùm ordinem fieri debet, non esset autem ordo nisi aliquod tempus orationi deputaretur quo ad Ecclesiam conueniret Chorus orationibus peruigil. Secunda ad imitationem perfectorum qui variis & distinctis horarum interuallis leguntur oraße. Septies in die laudem dicebat Dauid, Media nocte surgebat ad confitendum domino, nec vna aut altera nocte tantum id faciebat sed per singulas vt idem ipse fatetur dicens Lauabo per singulas noctes lectum meum, & ad hoc nos hortatur Psal. 133. cum inquit in noctibus extollite manus vestras in sancta & benedicite Dominũ, nam cum illis temporibus præsertim Leuitæ interdiu ministeriis vacarent quò pertinebunt precedentia, noctu verò custodiis quò sequentia dauidicæ Psalmodiæ in toto illo Psalmo cuius est initium Ecce nũc benedicite dominum, qui statis in domo domini. Dum noctu custodiis templi vacatis procul à populi conspectu Deum sanctè collandate attollendo in sancta loca manus, adeo etiã vt pro absenti & dormiente populo precemini, quem pium orationis affectum imitatur Sacerdos, exemplo Pauli & Scillæ de quibus Actuum 16. dicitur Paulus & Scillas media nocte adorantes laudabant Deum & audiebant eos qui in custodia erant: de Christo autem dicitur quod ipse erat pernoctans in oratione. Cætera horarum canonicarum tempora ex ipsius sacræ scripturæ authoritate insignita pulchrè exornantur, de prima habetur Eccles. 39. Iustus cor suum tradidit ad vigilandum diluculo ad eũ qui fecit illum, de eadẽ & aliis cecinit Regius Psaltes Vespere mane & meridie De hora 3. Actuum. 2. Respondens Petrus dixit Viri Iudæi nõ enim sic vobis existimatis hij ebrij sunt cum sit dici tertia. Et hora tertia missus est Spiritus Sanctus super Apostolos vt testatur Ecclesia horaque tertia crucifixerunt Christum Iudei vt testatur Marcus 15. cap. De hora sexta act. 11. Petrus

e Horarum canonicarum religiosa est obseruatio in Ecclesia orientali, ad regulam in ea- [illegible] quã vocant, descriptam, & propositamq; a Græcis nominib. appellant, illi [illegible] nos nocturnos, [illegible] illi, nos matutinas laudes, licet illi [illegible] coniungãt cum prima, vt nos matutinas laudes cum nocturnis, illi [illegible] nos primam, tertiam, sextam, & nonam, [illegible] illi nos vesperam, [illegible] vocant completorium quasi post cenã adhiberur, nos completorium ab hora vndi completis.

Petrus ascendit in superiora vt oraret circa horam sextam. Et Iesus fatigatus ex itinere sedebat supra fontem erat autem quasi hora sexta Iohan.4. Et hora sexta tenebræ factæ sunt super omnem terram vsque ad horam nonam Matth.27. De hora nona Actuum 3. Petrus & Iohannes ascendebant in templum ad horam orationis nonam & hora Nona Iesus expirauit. Iohan.19. Matth.27. De Vesperi hora David Psal 45. Vespere & mane & Psal.140. Sacrificium vespertinum scilicet eleuatio manuum mearum. Item vespertina oratio ascẽdat ad te Domine nam ad Vesperam depositum est corpus Christi de Cruce & hora completorij sepultum. In singularem autem cuiuslibet horæ gratiam hos versus retulit Cassianus.[f]

[f] Cassianus lib.2. & 3. Benedict. cap.15.

Hæc sunt septenis propter quæ psallimus horis
Matutina ligat Christum qui crimina purgat,
Prima replet sputis, causam dat tertia mortis,
Sexta cruci nectit, latus eius nona bipertit
Vespera deponit, tumulo completa reponit.

Tertia ratio propter quam Ecclesia instituit septem horas Canonicas, est in significationem & repræsentationem diuinorum beneficiorum septẽpliciter nobis donatorum & in eorum laudem & glorificationem quorum beneficiorũ primum est creatonis quod in septem diebus completum est Genes.1. Secundum est beneficium incarnationis quod septem misteriis impletum est, quæ septem sigilla vocat Iohannes Apocalypsis 5. Tertiũ eius singulare beneficium est Passionis & nostræ redemptionis quod septem misteriis perfectum est & septem horis inchoatum, continuatum, & consummatum est.[f] Adeò vt horæ diuini officij illis horis correspondeant teste Cypriano in expositione orationis Dominicæ. Quartum beneficium Christi in cuius commemorationem laudem & gratiarum actionem dicuntur septenæ horę est beneficium iustificationis quod in septem donis spiritus sancti perficitur. Hæ sunt potenciores & prçstantiores causæ Institutionis horarum canonicarum, quæ in Ecclesia Dei audiuntur & decantantur,

[g] Quibus de causis septẽ horæ canonicæ, in—quiens institutæ sint, narrat gl. sup. c. presbyter. de celeb. miss. quodquidẽ est cõcilij. Agathen. celebr. sei sedente Zozimo Papa, sub anno D. 420. vbi prædicta omnes horæ, tam nocturnæ, quàm diurnæ, persolui iubentur.

Vnde D. Ambrosius auium modulationem nostris Psalmodiis referebat vt quemadmodum vesperi læto cantus persoluto munere ætera dulcisono vocalíque gutture mulcere solent, quod velut à surgente & occidente die semper instaurare consuerunt, vt vel decursu vel adorto nocturnodiurnoque tempore iustas laudes suo referant creatori. Vnde magnum incentiuum excitandæ deuotionis sumere debemus.

QVI TENEANTVR AD HORAS CANONICAS.

§ II.

a Ad sacri officij lectionem obligantur omnes Sacerdotes, diacони subdiacони & quicunque habent beneficium, omnes itē religiosi professi, & ad chorum deputati, ac similiter sanctimoniales. Hæc autem obligatio partim est de iure diuino, partim de positiuo, nā in genere, quod omnes clerici sacri iniunctum ad aliquod officium diuinum persoluere teneantur, iure diuinum est, super quo Papa dispensare non potest. Quod autem hoc ad illud dicatur ius est positiuum Ecclesiasticum super quo Papa ratione id legitima exigente, dispensare potest.

CLARISSIMI Doctores qui sacra Adyta Theologię scholasticæ scrutantur asserunt quempiam teneri ad horas canonicas dicendas, duplici ratione scilicet ordinis sacri & beneficij Ecclesiastici vnde D. Thomas quodlibet. 6. art. 8. Sic (inquit) Clericus ex hoc ipso quod est clericus & præcipuè in sacris ordinibus constitutus tenetur dicere horas canonicas, videntur enim tales spiritualiter assumpti ad laudem diuinam secundùm illud Esayæ 42. Omnem qui inuocat nomen meum in laudem meam creaui illum. Dominus Cardinalis Caietanus in summula sua de peccatis titulo *horarum Canonicarum omissio*, sic docet Quamuis ex præcepto in iure contento soli presbyteri expresſi inueniantur qui scilicet teneantur ad horas canonicas, communiter tamem tenetur quod quicunque in sacro ordine constitutus absque rationabili causa omittit illas peccat mortaliter: hæc ille. Solū autem presbyterū ad hoc teneri exprimitur 91. dist. can. presbyter ex Concilio Namnetensi & de celebratione missarum. cap. presbyter ex Concilio Agathensi. Quod verò Ecclesiastico beneficio cuiuscunis generis aut prouentus prouisus adstringatur horas canonicas siue sit in sacris siue non probatur ·, quia propter officium datur beneficium vt inquit Bonifacius 8. extra. de rescriptis cap. final. in 6. & ita Sanctus Thomas loco iá citato & togati ordinis iuris Pontificij plerique canonistæ in c. presbyter de celebratione miss. sentiūt post Theologos dicentes quod beneficiatus non excusatur ab horis dicendis

dicendis propter suffectionem Vicarij quia est opus personale quod per alios solui non potest, & vt inquit Panormitanus Episcopus non potest in illo cum beneficio dispensare nec aliud commutare.

MODVS PSALLENDI ET LEGENDI HORAS CANONICAS.

§ III.

IN Ecclesiis Collegiatis voce sonora & alta oratur & laudatur Dominus instar Elogij Dauidici præcipientis Cantare Dominum canticum nouum, & bene psallere in vociferatione. Et Psal. 46, Iubilate Deo in voce exultationis Vnde Damasus [a] Papa primus constituit vt Psalmi die noctuque canerentur per omnis Ecclesias qui hoc præcepit Episcopis fieri atque monasteriis & vt in fine Psalmorum Gloria Patri & Filio diceretur vt testis est Hieronymus. Idcirco statuit Martinus Papa quod si presbyter aut Diaconus vel quilibet clericus Ecclesiæ deputatus ad quotidianum psallendi officium matutinis vel vespertinis horis ad Ecclesiam non conuenerit deponatur vt testatur Gratianus 92 dist. cap. Si quis presbyter. Idque ab antiquitate Christiana obseruauit Ecclesia quod & obseruandum obtulit nobis Concilium Lateranense his verbis. Hæc igitur & similia sub pœna suspensionis penitus inhibemus districtè [b] præcipientes in virtute obedientiæ vt diuinum officium nocturnum pariter & diurnum quantum eis dederit Deus studiosè celebrent pariter & deuote. Hæc notent sacerdotes qui tempus inani colloquio proterunt, qui syncopes verborum indebita prolatione committunt & vario discursu irreuerenter Deum alloquuntur.

Diuini officij ritum persoluendum pariter iubet Generale Concilium Viennense in hunc modum dicens. Sacri approbatione concilij omni negligentia vel incuria penitus relegata in cathedralibus regularibus & collegiatis Ecclesiis horæ debitè psallatur in aliis verò conuenienter & debitè celebretur diurnū & nocturnum officium si Dei & Apostolicæ sedis indignationem vitare voluerint hæc ibi. [c] Propter quod Gregorius x. in Concilio Lugdunensi

a De celeb. miss. c. dolentes.

b *Verba illa districtè in virtute obedientiæ planissimè ostendunt præcepti vim, obligantis sub reatu mortali, neque vllius est apparentia, (inquit Soto) eiusmodi cauillatio, quod præceptum illis non fertur super modum attentè, deuotéque orandi, sed super substantiam vt diuinum officium integrè persoluatur. Nullius vnquam est apparentiæ, nam cum præceptum illud iā pridem in Ecclesiis extitisset, nulla erat in concilio oborta de illo quæstio, sed quia modus dicendi sensim in præceps ibat, probatum est sub præcepto illum instaurare.*

c Extr. de celeb. miss. c. 1. in clement.

prius ſtatuit quod ſi canonici ceſſauerint à diuinis forms illic expreſſa prætermiſſa, priuentur ipſo facto fructi bu quos poſſeſsionis tẽpore receperint. Et ipſos reſtituere teneantũr [e] vt patet extra.de officio Iudicis ordinarij cap. Si Canonici. in ſexto. Et Bonifacius octauus titulo eodem. ca. quamuis, prohibet ceſſationem à diuinis in ſeculari vel regulari cap. Collegio ſeu conuentu Eccleſiæ cuiuſcunque niſi pro cauſa illic expreſſa.

De pſallendi diuinum officium debita ratione in Eccleſiis definit Concilium Agathenſe hunc modum. Conuenit ordinem Eccleſiæ æqualiter ab omnibus cuſtodiri, & refert Gratianus, & ſimile ex Concilio Gerondinenſi ritus pſallendi & miſſas celebrandi ſit ſecundùm Metropolitanam Eccleſiam de conſecratione diſt.2.cap. Inſtitutio.

Statuit autem Eccleſia ipſum diuinum officium alta voce per Eccleſiæ miniſtros cum pſalmis Antiphonis Hymnis & canticis à variis inuẽtis & digeſtis [f] propter quatuor præcipua rationum capita decantandum. In primis ad imitationem ſuperni chori Hieroſolymæ & triumphantis eccleſiæ de qua Pſal. 83. Beati qui habitant in domo tua Domine in ſæcula ſeculorum laudabunt te. Et Pſal. 149. Exultabunt ſancti in gloria lætabuntur in cubilibus ſuis. Exultationes Dei in gutture eorum. Duo Cherubin clamabant alter ad alterum Sanctus, Sanctus, Sanctus, & in Chriſti Genethliaco cecinerunt Angeli Gloria in Excelſis Deo: Luc, 2. Cœleſtis autem Hierarchiæ imitatrix [g] eſt & eſſe debet Eccleſiaſtica iſta Hierarchia tereſtris vt dicit Diuus Dionyſius Areopagita libro de Eccleſiaſtica Hierarchia. Vnde Ignatius Eccleſiæ Antiochenæ tertius poſt Petrum Epiſcopus Ioannis diſcipulus. Quia audiuit choros angelorum antiphonas laudes, Deo & ſanctiſsimæ Trinitati decantantes & hymnos ideò hunc modum tradidit Eccle ſiæ Antiochenæ à qua ad alias emanauit Eccleſias vt habetur lib. 10. Hiſtor. tripartit. cap. 9. Chriſoſtomus. homel. prima ſuper illud Eſaiæ 6. duo Cherubim clamabant vnus ad alterum ſic habet. In ſuperis exercitus angelorum canunt Deo gloriam, in terris homines, in Eccleſiis chorum agentes ad illorum exemplũm eiuſdem canunt gloriæ laudes &

e De conſecr. diſt. c. 5. conuenit & c. id ſemper.

f *Cantus Eccleſiaſtici varij fuerunt authores. Antiphonas (vt Iſidorus. lib. 1. de offic. cap. 7) Græci primi cõpoſuerunt, quos poſtea Ambroſius imitatus Latinas excogitauit, ſicut & Hymni, vt Euſebius li. 1. Eccl. hiſt. c. 18. refert in conuentibus, ſ. Marci in Alexandria compoſiti ſunt multi, quibus & idem Ambroſ. & Hilarius plures addiderunt, Reſponſoria verò Iſidorus ibidem c. 8. tradit ab Italis longo ante tempore fuiſſe reperta, & inde ſit vocata, quod vno canente chorus conſonando reſpondebat.*

g *Ad concinendas diuinas laudes nos hortatur exemplo angelorum D. Gregorius his verbis circa fin. 2. lib. de Epiphan. Cum paſtoribus (inquit) venerare, cum angelis hymnum dicito, cũ archangelis choros ducito. Sit nobis iſta cõmunis ſolẽnitas terreſtribus cũ cœleſtibus.*

des & hymnos. Secundò exemplo Christi & Apostolorum & primitiuæ Ecclesiæ de Christo scribitur Matth. 26. Hymno dicto exiit, in montem oliueti: propter quod Concilium Tholetanum 4. can. 12. sic habet. De hymnis canendis & Saluatoris & discipulorum habemus exemplum, nam & ipse Dominus Hymnū dixisse perhibetur Matthæo Euangelista attestante. Et hymno dicto exiit, in montem oliuarum. Et Paulus Apostolus ad Ephesios 5. cap. Implemini spiritu sancto loquentes vobis ipsis in psalmis & hymnis & canticis spiritualibus & refert Gratianus. [h] De Paul. & Sylla habetur Actuum 16. quod media nocte adorantes laudabant Dominum & audiebāt eos qui in custodia [i] erant. De primitiua Ecclesia scribit Dionysius 3. cap. Eccles. Hierarc. Porrò psalmorum sancta modulatio quæ omnibus fermè sacerdotalibus misteriis iniungitur, & substantiæ ratione coheret, summo omnium misterio deesse non debuit. Philo Iudæus in suo quem de vita Theorica supplicum intitulauit libro sic habet. Est autem in singulis eorum locis consecrata orationi domus in qua secedentes honestæ & castæ vitæ misteria celebrant vbi vnus ex omnibus consurgens, in medio psalmum honestis modulis concinit, cui vnum versiculum præcinenti omnis multitudo respondet. Hæc ille. Et refert Eusebius. lib. 2. Ecclesiasticæ Historiæ. ca. 17. Plinij secundi eodem Eusebio [k] teste opitulari testimonio possumus apud quem sic legimus. Tam immensæ martyrum cateruæ quotidie iugulabantur vt Plinius 2. qui tunc Prouinciam administrabat multitudine interemptorum permotus referret ad Imperatorē Traianum quod innumera hominum millia quotidie obtruncarentur, in quibus nihil omninò sceleris deprehenderetur commissum aut aliquid contrarium Romanis legibus gestum nisi hoc solum quòd antelucanos hymnos Christo cuidam canerēt Deo [l] hęc ille. Et idem Plinius commemorat Epist. 2. Hilarium Pictauorum Episcopum in hymnorum carmine Ecclesiastico primum floruisse.

Tertiò ideo statuit Ecclesia diuinum officiim cum horis canonicis publicè decantari ob inde sequentem fructū triplicem vt scilicet Deus fusiùs & ampliùs laudetur, Rex

[h] De consecratione. dist. 1. de hymnis.

[i] Hasūt Christianæ militiæ excubiæ quas ab Apostolorum sæculo clerus in tres partes distribuit, quarū vna in prima vigilia primū canebat trium Psalmorum nocturnum, & alius in secunda secundum, atq; alia in tertia tertium, vt cum in singulis, quā in omnibus Trinitatem profiterentur, ac deniūm diluculo in quarta vigilia omnes simul ad laudes concinendas conueniebant.

[k] Euseb. hist. eccl. lib. 3. c. 32.

[l] August. lib. 9. de confes. c. 7. refert quemadmodum tempore Mediolanensis Ecclesiæ genus hoc consolationis, & exhortationis celebrare susceperit, vt fratres vocibus, & cordibus magno studio concinnerēt ad depellendum mœrorem quo propter hæresim Tyrannorum Christiani animi tabescebant.

Dauid in sacris literis commendatur ob id quod cantores in domo domini ordinauerit qui tempore officiorum diuina cantica personarent vt habetur primo Paralipomenon. 25.cap. Præterea huiusmodi decantatio ad mentis in Deum confert attentionem & affectus promptitudinem & maiorem deuotionis feruorem, secundùm illud Apostoli ad Colloss. verbum Christi habitet in vobis abundanter in omni sapientia docentes & commonentes vosmetipsos in Psalmis & Hymnis spiritualibus. Rabanus lib. de Institutis clericorum cap. 76. Psalterium inquit cum melodia, ideo in Ecclesia frequentatur quo animi ad compunctionem flectantur facilius Augustinus lib 9. Confessionum cap. 6. de seipso loquens sic habet. Quantum fleui in hymnis & canticis tuis suaui sonitus Ecclesiæ tuæ vocibus acriter commotus. Nam voces illæ influebant auribus meis, & eliquabatur veritas tua in cor meum & ex ea æstuabat inde pietate affectus, currebant lachrymæ & mihi bene erat cũ illis, hæc ille. Proinde ex huiusmodi Ecclesiæ cantu Dæmonum insultus & insidiæ superantur, nam quemadmodum olim septem tubis clangentibus sacerdotibus muri Hierico corruerunt Iosue 6. sic his septem horis canonicis altisonè decantatis quasi septem diuinarum laudum buccinis diaboli & mundi machinæ euertuntur. Et quemadmodum audito à Philistæis in castris domini cantu & iubilo dixerunt Philistini væ nobis quia Dominus venit in castra filiorum Israel, & territi sunt. 1. Regum 4. Et sicut canente Dauid Cithara m cuius spiritu maligno corripiebatur Saul, sic tãtam Ecclesiæ harmoniam ferre nequeunt maligni spiritus. Postremò ob id decantando & psallendo persoluitur diuinum officium vt toti populo innotescat, communi illi & clero sancta laudatio, nam clerus populi vice deum laudat & orat, hanc rationem ponit S. Thom. 2. 2. q. 83. artic. 12.

m. Ad surrorem compescendum Sauli regis furor Dauidis Harmonia crebro redi temperabatur, vt ad pristinam reduceretur quietem victo illo malo dæmone & melãcholica furia, tanta erat vis, & oblectatio diuinarum rerum concentus. De hoc consule nuncupatoriam Epistolam Georgij Veneti Minoritani in Harmoniam mundi ad Clementem 7. Pontificem Max.

Alius est orandi modus ex eiusdem instituto Ecclesiæ, quo quicunque in sacris constitutus officium Ecclesiasticum ore tenus proferre & pronuntiare tenetur, nec sufficit tantum corde meditari aut aure audire, sed oportet ore confiteri quod offerendum corde concipit vt pro fidei &

Ecclesiæ

Ecclesiæ populo fructum labiorum suorum Deo offerat dicente Apostolo ad hæbreos 13. Per ipsum offeramus hostiam laudis semper Deo, idest fructum labiorum confitentium nomini eius. Et vt satisfaciat debito ordini qui est candidatus beneficio & nec non inuestitus, tenetur obligatur altero modo persoluere suum diuinum officium scilicet aut psallendo in Ecclesia aut priuatim dicendo. Quocunque autem modo id fiat debitè fieri debet vt innuit & iubet Concilium Lateranense. Attentio itaque summè necessaria quo celerius pulset aures Dei oratio nostra, námque ornamentum illius attentio est & meditatio. Idcirco, vt diligentiore attentione tepidi quidam animi incalescant, Theologi cum Sancto Thoma 2. 2. q. 83. art. 13. triplicem asserunt attentionem quæ orationi aduocari & adhiberi potest. Vna est qua attenditur ad verba ne quis eis erret aut omittendo vel syncopando, sed vt distinctè & integrè dicat vt hæc attentio communis est doctis & indoctis maribus & fœminis nisi quod ignorantes possunt materialiter errare articulatè non proferendo, quod non refert modo id non intendat & attendat ne erret. Et hæc attentio requiritur in diuino officio & in qualibet vocali oratione. Verum non debet esse nimia quia eodem Thoma authore Nimia cura in verbis proferendis excludebat attentiones. Secunda attentio est ad sensum verborum vt mente percipiat id quod significatur & ad illud applicet affectũ, & hæc attentio non est omnibus communis sed solis intelligentibus quibus vberrimus consolationis fructus hinc inde largitur, de quo Apostolus *Si orem* lingua tantum supple *mens mea sine fructu est.* Et Colloss. 3. Docentes & commonentes vosmetipsos in psalmis hymnis & canticis spiritualibus vt supra diximus. Tertia attentio ad finem propositum vergit scilicet ad Deum & ad id pro quo oratur & quod per orationem postulatur scilicet gratiam, fidem, spem diuinam, opera virtutum incrementum, peccatorum antidotum, perpetuam beatitudinem & alia huiusmodi peti solita & debita, quæ quidem attentio summopere necessaria est in oratione tam ab idiotis quam à doctis & à qua attentione actuali vel virtuali debet procedere oratio & di-

n *Aristoteles 4. Metaphisic. bifariã aliquid esse necessarium docet. Vno modo per quod melius & decẽtius peruenitur ad finẽ, sicut equus ad peragendum, iter atque altero simpliciter vipote sine quo res suum finem attingere nequit, veluti cibus ad vitam. Pars modò attentionis necessitas ambobus modis existimatur. vno vt cum diu perseuerat, quã diu ratio durat, atque altero, vt cum quis ad orandum se accõmodat, attendat quod facere aggreditur.*

o Tho. in 4. sent. dist. 15. 4. ar. 2.

& diuinum officium: ideò inexcuſabilis eſt quiſquis talia mente vaga, & tepido affectu precatur.

POENA NEGLIGENTIVM HORAS CANONICAS.

§ IIII.

OMISSIO precum & horarum canonicarum tam ingrata eſt ſacris canonibus vt ab omni fructu prouentuum beneficij ſacerdotem priuet.[a] Quis enim ignorat Beneficium proprer officium dari, & indigni mercede gaudere qui quæ mercedem merentur non præſtat. Nónne reſtitutioni toties tenetur clericus quoties id quod debet non facit? Optimè huic malo medetur Lateranenſis concilij Seſſ.9. in qua decretum eſt, vt qui diuinū officium canonicè non perſoluerit pro rata teneatur perceptos fructus reſtituere quod ſi ſupra dimidiatum annum in eadem negligentia perſtiterit beneficio priuetur, quippe quod propter officium datum erat. Huius decreti æquitas varijs gloſſematis illuſtrata eſt Clariſsimorum virorum ſtudio, inter quos primas conſequitur partes Dominicus de Soto lib. 10. q. 5. art. 6. col 5. cuius ſententia quanuis mirum in modum ſuſpicienda veniat, nos tamen hac in parte dilucidiorem aliorum ſequimur conſenſum, nec farraginem moleſtam authoritatum aut ſummiſtarum veſtibula perſcrutabimur, ſolius ſumma & inuiolabili Pij V. pontificis Maximi conſtitutione contenti quæ his verbis legitur.

a Clerici tenentur omnes ad reſtitutionem beneficiorum, quæ poſſident ſi horarum canonicarū recitationem neglexerint, vt fermè omnes ſcholaſtici, & Canoniſtæ fatētur. Cald. in c. 1 de celeb miſ Decius in c cum omnes. 2. lec. col. 2. Hadrian. in 4. ſent. in tract. de reſtit. Rips. in l. vlt. q. 66. C. de reuoc don. Ang verſ. hora canonica. §. 11. Geminiā. in cap. 142. & in c. vlt. col. 1. de reſcrip in 6. Claſius in ſua ſum. in verbo Hora canonica.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

Ex proximo Lateranen. Concilio pia, & ſalubris ſanctio emanauit, vt quicunque habens beneficium eccleſiaſticum, cum cura, & ſine cura, ſi poſt ſex menſes, quam illud obtinuerit, diuinum officium, legitimo ceſſante impedimento, non dixerit, beneficiorum ſuorum fructus pro rata omiſsionis officij, & temporis, ſuos non faciat, ſed eos tantum iniuſtè perceptos in fabricas ipſorum beneficiorum, vel

vel pauperum eleemosynas erogare teneatur. Verumtamen multorum animi suspensione teneantur, cuiusmodi ratæ prædictæ ratio sit habenda. Nos huic rei euidentiùs, atque expreßiùs prouidere volentes, statuimus vt qui horas omnes Canonicas vno, vel pluribus diebus intermiserit, omnes beneficij, seu beneficiorũ suorum fructus, [b] qui illi, vel illis diebus responderent, si quotidie diuiderentur qui vero matutinum tantum dimidiam, qui cæteras omnes horas, aliam dimidiam, qui harum singulas, sextam partem fructuum eiusdem diei amittat; tametsi aliquis choro addictus non recitans omnibus horis Canonicis cum aliis pręsens adsit, fructúsque distributiones forte aliter assignatas sola pręsentia iuxtà statuta, consuetudinem, fundationem vel alias lucrifecisse prætendat. Is etiam præter fructuum, & distributionum amißionem. Item ille, qui primis sex mensibus officium nõ dixerit, nisi legitimum impedimentum ipsum excusauerit, graue peccatum intelligat admisisse, Declarantes præstimonia, præstimoniales portiones, & qualiacunque alia beneficia, etiam nullum omninò seruitium habentia obtinentes, cum prædicta pariter contineri, At quicunque pensionem, fructus, aut alias res ecclesiasticas vt clericus percipit, eum modo prædicto ad dicendum officium paruum Beatæ Mariæ Virginis decernimus obligatum, & pensionum, fructuum rerúmque ipsarum amißioni obnoxium. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, declarationis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri, & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romę apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ 1571. duodecimo Kal. Octobr. Pont. nostri anno sexto.

[b] Pius Quintus hac extrauagante non recitantibus beneficiariis prohibet fructus facere suos absolutè sine exceptione tanti, vel quãti esse restituendos statuit fabricæ, vel pauperibus, sed ea mẽte potest intelligi, vt de his beneficiariis tantùm loquatur illa, aliis obligationibus non deuinctis præter obligationem canonicas horas recitandi, quia qui in aliis præoccupantur officiis suis beneficiis annexis planum est ad omnes fructus integrè restituendos, non eos teneri sed ad quotam moderatã, vt & intelligatur, de quota tantum obligationis persoluẽdi diuinum officium correspondente, & non de omnibus fructibus.

Multi in huius statuti interpretanda intentione egregia protulerunt ingenij experimenta quæ tamen aliquantulum inter se discordant sed egregiè apud Lopæsium 2. parte Instructorij conscientiæ vniuntur & conciliantur.

Placet autem hac in re ex placitis Iuris Vtriusque peritorum certis vti distinctionibus quibus restitutionis rigor

vel moderatur, vel excuſatur, tum authorum quorundam ſubobſcure loquentiū eluceſcit ſentētia. Menochius [c] Patauinæ Academiæ certiſsima lampas, certos caſus conſtituit huic noſtro inſtituto accommodatiſsimos.

c Iaco. Menoch. de arbitr. iud. libr. 2. Cent. 5. caſ. 429. Quibus afficiantur pœnis clerici qui horas canonicas non dicunt. num. 5.

Primus eſt quando Clericus horas canonicas malè dicit, ſeu malè pronuntiat, vel aliquos verſus intermittit, atq; abſcindit non id quidem dolo & malitia, ſed ex negligentia quadam. Hoc in caſu, non tenetur is clericus reſtituere fructus perceptos. Ita affirmauit Soto in d. art. 6. col. 4. verſ. Subtexitur nihilominus quarta cōcluſio. Ea eſt ratio, ſi teneretur Clericus facere hāc reſtitutionem, eſſet nimium irretire hominum conſcientias: cùm vix caduca labiliſque hominum vita ſine huiuſmodi negligentiis tranſigi queat. Et huic caſui rectè adaptatur illa conſideratio moderni Pariſienſis in §. 30. num. 35. cùm dixit non eſſe bonum ſtatuere, quod Clerici omittentes dicere horas canonicas, teneantur ad reſtitutionem fructuum, ne laqueus multitudini iniiciatur, quod in legibus condendis, & maximè animarum periculum concernentibus ſummoperè vitandum eſt. [d]

d Cordub. in q. 187. in addit. ad tract. de caſibus conſcientiæ. Nauarrus Sum. Lat. c. 25. num. 122. Metina Salmant. Inſtr. confeſ. fol. 15 pag. 2.

Secundus eſt caſus, quando Clericus matutinale officium vel aliam horam ſine culpabili obliuione, ſiue dedita opera prætermiſit, vel etiam ſi integrum diem omiſit, quod non vacauerit muneri huic ſuo. Hoc ſanè caſu (inquit idem Soto) peccat quidem mortaliter, ſed non tenetur reſtituere hos fructus. Et eſt ratio, quod etſi ratione officij conſequutus ſit beneficium; non tamen adeò minutatim reſpondere debent impēdij portiunculæ ſingulis canonicis horis, vt cuiuſque prætermiſsio ad reſtitutionem illius portionis obliget. Nam & in ciuilibus familiis tam exactè non requiritur ſeruitium. Nec ſpiritus ſanctus, cuius nutu eccleſia regitur, tales voluit ſuis miniſtris ſcrupulos iniicere. [e] Et huc etiam pertinent rationes, quas ſuperiore caſu commemoraui. Et idem eſt dicendum quando clericus prætermiſit dicere horas canonicas per integrum biduum vt exiſtimauit ipſe Soto in d. ar. 6. col. 5. ver. quod ergo conſilium, clericum non teneri reſtituere hos fructus.

e Cap. de viduis. 17. q. 1. & copioſè differit Ioan. Gerſon in lib. de vita ſpiritual. lect. 2.

Tertius eſt caſus, quando Clericus omiſit dicere horas canoni-

canonicas vltra biduum. Hic casus dubitationem habet. Nam Doctores affirmantes absolutè Clericum omittentem dicere horas canonicas teneri restituere fructus, hoc etiam in casu multo magis idem sentiunt, & illis maximè fauet constitutio Concilij Lateranensis, sub Leone X. cuius verba hæc sunt, Statuimus & ordinamus, quod quilibet habens beneficium cum cura, vel sine cura, si post sex menses ab obtento beneficio diuinum officium non dixerit, legitimo impedimēto cessante beneficiorum suorum fructus non faciat suos pro rata omissionis officij & temporis, sed eos tanquam iniustè perceptos in fabricas ecclesiarum huiusmodi beneficium, vel pauperum eleemosynas erogare teneatur; si verò vltra dictum tempus in simili negligentia contumaciter permanserit, legitima monitione præcedente, beneficio ipso priuetur: cùm propter officium detur beneficium. Intelligatur autem officium omittere quò ad hoc quòd est beneficio priuari posse, qui per quindecim dies illud bis saltem non dixerit. Hactenus concilium. Quam sanè constitutionem credere debemus fuisse promulgatam spiritu diuino. Non credendum est Concilium hoc tam repentè insigne hoc præceptum statuisse nulla præcedente ratione, vel Ecclesiæ antiquæ vsu, sicuti Dominicus Soto [f] rectè perpendit in d. art. 6. colu. quarta in principio. Cæterùm vt animaduertit ipse erroneè scriptum videtur in contextu Concilij in illis verbis, si post sex menses, &c. rectius enim legendum est, si per sex menses, vt sensus sit. Quod qui per sex menses ab obtento beneficio, vel quamlibet eorum partem officium non dixerit, solùm teneatur ad restitutionem pro rata, elapso verò semestri, si post admonitionem in 15. diebus bis non orauerit beneficio priuetur, est ergo conclusio quod quæcūque horarum omissio cum primum quis habet beneficium, eum ad restitutionem fructuum obligat. Existimauit tamen ipse Dominicus Soto, hanc constitutionem rigore non carere; & propterea in ea opinione fuit, quòd possit clericus compositionem habere cum summo Pontifice, vel Episcopo, vt aliqua fructuum quantitas pro eius voluntate & arbitrio fabricæ ecclesiæ applicetur, & hoc illud est quod etiam

f Hæc sunt verba Dominici de Soto. Salua ea authoritate quæ Concilio summa debetur, nescio an sit omninò necessarium ad rigorē Sessionis huius omittentes vnum aut duos dies ad restitutionem obligare. Enimuerò neq; altera pars nēpe quòd, qui vltra semestre officium diuinum non soluerit, priuatione beneficij mulctetur in vsu (quod audierim, vsitatum est) neque admonitio illa quæ illic fieri iubetur, fieri conuenit. Haud enim est ipso facto priuatus, vt de illo suprà diximus, qui in animo non gerit ad sacerdotium promoueri, aut non intra annū promouetur: sed si Concilium seruaretur, esset priuandus.

sensit ille Modernus Parisien.in d.§. 30. num. 35. cùm dixit hunc Clericum pro iudicis arbitrio puniri.

ORATIO ET MEDITATIO.

§ V.

MENS humana cœlorum penetralia perscrutatur cum profunda cõtemplatione & orationis alis Deo offertur.[a] Est enim scala veluti oratio qua prouehimur ad rerum diuinarum culmina: oratione accenditur Dei amor vitæque huius contemptus roboratur. Orationis quasi lumine mens illustratur & ad adorandam maiestatem Dei omnipotẽtis tanquã manu ducitur. Idcirco iubet Christus omnibus fidelibus orationis necessitatem dicens, Oportet semper orare & non deficere Luc.18. Et Paulus 1.ad Thes. 5. Sine intermissione inquit orate, quanto magis sacerdotes qui pro populo orandi officium in Ecclesia profitentur debent orationi inuigilare. Arma clericorum vt censet Ambrosius sunt orationes. Lachrymæ meæ (inquit) mea arma sunt, talia enim sunt munimenta sacerdotis, aliter non debent nec possunt resistere: orationibus suis sacerdotes & clerici portent peccata populi.[b] Quemadmodum Saul ad Samuel[c] dixit peccaui quia præuaricatus sum sermonem Domini, sed quæso porta peccatum meum, id est tuis precibus auerte vindictam.[d] Ioel.2. Inter vestibulum & altare plorabunt sacerdotes ministri Domini & dicent parce domine populo tuo & ne des hæreditatem tuam in opprobrium vt dominentur eis nationes. Sic de Abraham dixit Dominus ad regem Abimelech orabit pro te & viues, Genesis 20. Num. 18. filiis Leui mihi in tabernaculo seruientibus & peccata populi portantibus decimas dedi. Comedant quoque suis orationibus peccata populi secũdum illud Oseę[e] 4. peccata populi mei comedent & ad iniquitatem eorum subleuabunt animas eorum. Docet hoc venustissima similitudine Chrisostomus sacerdotis officium in grege Christi, stomachi functionẽ in corpore referens, & quemadmodum medicus quando febri aut alio quouis symptomate elanguentem visitat statim de stomacho eius interrogat, & eum componere festinat, quia si stomachus sanus

a In oratione animum semper deuouere præcipua hominis est fœlicitas, nihil enim hoc cœlesti exercitio gratius dari potest, nam licet vt (inquit) Bernardus in Epistolis omni hora, & omni loco oculo Domini nos speculentur, maximè tamen in oratione, licèt enim semper videamur, sed tunc etiam præsentamus nos, & ostendimus quasi facie ad faciem cũ Domino colloquentes.

b 23.q.8. cap. conuenior.

c 1.Reg 15.

d Ioël 2.

e Sacerdos comedit bostiam pro peccato, quod profecto condimentum est acerbissimum iis qui negligunt orare pro populo, & exequi piũ & grate sacerdotis munus. Dulce quidem est alienis laboribus frui colligere fructus quos non seminasti: quid hoc dulcius? (inquit Guadalupensis) Cæterum attẽde salsamentum quo hæc cõdiuntur, pro peccato sũt cum amaritudine peccati tibi comedenda sunt quo nihil est amarius.

ſanus fuerit maxima ſpes proximæ ſalutis affulget, ſi autem diſsipatus fuerit & deuius ac contumax concoctioni corpus debile periclitatur, ita ſi ſacerdotium integrum fuerit tota floret eccleſia, ſi autem corruptum fuerit tota fides marceſsit & infirmatur. Et ſicut ſtomachus accipiens cibum coquit in ſeipſo, ita tantus eſſe debet charitatis ardor in ſacerdote vt etiam ipſas viperas & ſerpentes venenatos peccatorum non ſecus ac ceruus huiuſmodi mandit, laniat & in ventriculum traiicit, & non reſupinus vitia plebis deleat. Peccata itaque ſunt iugulanda & comedenda nam quemadmodum Strutiones lapides ipſos ac ferrum deuorantes concoquunt ob nimium ventriculi calorem ita muneris ſacerdotalis eſt peccata populi traiecta calore charitatis abſumere. Audiamus quid dicat Moſes ſacerdotibus. Cur non comediſtis hoſtiam pro peccato in loco ſancto, quæ ſancta ſanctorum eſt & data vobis vt portetis iniquitatem multitudinis & rogetis pro ea in conſpectu domini. Vaticinium illud Oſeæ exponens Alexander Papa primus ſic ait. Ipſi ſacerdotes pro populo interpellunt & peccata populi comedũt [f] quia ſuis precibus ea delent & conſumunt qui quanto digniores fuerint tanto facilius in neceſsitatibus pro quibus clamant exaudiuntur & habetur. 1. q. 1. c. Ipſi ſacerdotes. Et 3. q. 1. cap. nulli. Vbi gloſſa. comedũt peccata id eſt pro peccatis oblata vel quia ſuis orationibus peccatorum deletionem impetrant vel fortè quia exemplo bonæ operationis & verbo prædicationis corrigunt homines, vel illi dicuntur comedere peccata populi qui cum de ſuis poſſent ſuſtentari de Eccleſiaſticis prouentibus perceptis ſaginantur. Hæc gloſſa. Leuit. 4 habentur. Quod ſi populus ſi Princeps ac quicunque per ignorantiam contra Deum peccauerit; rogabit ſacerdos pro peccato eius & dimittetur ei. Præterea fructus fermè innumeros ſibi proximo & populo conciliet ex orationis ipſius priuilegio quo nihil vel vtile vel neceſſarium [g] magis humanę vitæ inuenitur multorũ authoritate. Subleuẽt ergo ſacerdotes precibus oneroſam illam peccatorum ſarcinam, & conſiderent eorũ dapes peccatorum amaritudine conditas eſſe. Si hoc condimentum haberent

f Hunc locum Oſeæ interpretatus eſt, aliquando Cyrillus in commentarius propheta, quem refert ad hircũ pro peccato oblatum, quando iratus eſt Moyſes contra Ithamar, & Eleazar, & ad illud quod Nu. 19. præcipitur pro offerenda vacca ruffa.

g Orationis neceſsitatẽ ex noſtra imbecillitatis magnitudine declarat Granatenſis per elegantem ſimilitudinis inductionẽ. Omnia quæ infirma ſunt, alieno ſubſidio egent, quo fulciantur. Ægrotus qui vix pedibus conſiſtere valet, aſſidua eget alimonia, qua nutantia membra ſuſtentet. Cæcus qui pariter difficile graditur, continuo eget ductore qui eũ in via dirigat. Arbor in arido plãtata ſolo frequentibus eget aquis, quibus irrigetur, vt fructum proferat. Nos infirmi, nos cæci, nos in arido mundi huius ſolo plantati, nos fomitem intra nos peccati geſtantes noxios variorum

cupiditatum, fœtores exhalamus. Præsentissima verò remedia sunt sacra lectio oratio meditatio, frequens sacramentorum vsus.

multi ex prælatis ante oculos non ampliores & ditiores Episcopatus ambirent. Viderent enim quo pinguiores & plures hostias accipiunt eò plus amaritudinis & fellis peccati sibi esse hauriendum.

DE SACRAE MISSAE CELEBRATIONE.

§ VI.

CVM Isidori sententia præcipuum sacerdotis [a] munus videatur sacrificium corporis & sanguinis domini in altari conficere, non incongruum nostri instituti rationi erit de sacra Missæ celebratione, & de requisitis ad dignè hoc sublime officium exequendum aliquid adferre quo posit sacerdos sanctè disponi ad comedendum purissimam Christi carnem & sacrum corpus quod fabricante spiritu sancto fuit exortum de gloriosæ virginis Mariæ vtero, appensum in cruce, positum in sepulchro & glorificatum in cœlo. Lætemur & exultemus cum catholicam hostiam omnium excellentissimam ipsum Deum creatorem omnium suspicimus, tunc æquum est nos esse bono animo habereque persuasum nil posse Deo magis gratum offerre quemlibet, pro capite suo, & charorum suorum, quo faciliмè nos diuinæ misericordiæ insinuamus, quo nil vel salubriùs vel elegantius vel honestius. Procul enim abest pædor omnis nidor & cruor vt olim in antiquis holocaustis nec præter mundissimum nitidissimúmque panem ac vinum, quod Deū ac hominū oblectat offertur.[b] Denique vt patres Concilij Tridentini definierunt quod vitio nullius ministri contaminari nequeat, vnde non immeritò Chrisostomus angelicum, Malachias purum mundúmque sacrificium nuncupauit. In quo excelcissimo sacramento quæ partim Apostoli partim Ecclesia præter illos tres principales partes, puta, consecrationem, oblationem, sumptionem Eucharistię, successu temporis per instinctum spiritus sancti addiderunt, quia cum ad memoriam Christi viuacius excitandam tam ad hoc sacrificium eò decentius deuotius, ac honestius atque adeo fructuosius peragendum mirificè conducunt, nec vel in minimo vsi bo Christi repugnant sed illi & exemplo ipsius Christi [illegible] in hac cœna [illegible] m

a Primariis officij sacerdotalis cura est venerandi Christiani sacrificij ministerijs inseruire, quæ nobis post fontem cruentum saluigena relicta sunt, & quorum cultus, cum ipso salutis exordio splenduit, vt omnes sacra restantur pagina. Philo Alabarches in lib. de Therapeutis hoc est primus Christianis dicit in prore parte templi, hoc est, ὥσπερ ἀνεῖσθαι τὴν ἱερὰν λειτουργίαν, hoc est, sacerdotium publicum ministerium. Vide Ioseph in antiq. lib. 18. c. 2. agens de Essenis, id est, Christianis Iudæis. Areopagitam lib. de eccl. Hierarchia c. 5.

b Lias vna ex

etiam nobis ceremoniarum ſanctorum imitationem reliquit per omnia conſonant & conformia ſunt, quæ vt iure omnia conſeruentur quædam ſtatuimus præmonere celebraturis ſacerdotibus quibus ſolis eſt tam immenſum priuilegium conceſſum vt & teſtatur & iubet Concilium Lateranenſe vt habetur de ſum. Trinit. & fid. cath. cap. firmiter. § vna. Hoc ſacramentum nemo poteſt conficere niſi ſacerdos qui ritè fuerit ordinatus, ſecundùm claues Eccleſię quas ipſe conceſsit apoſtolis eorúmque ſucceſſoribus Ieſus Chriſtus, propter huius poteſtatis ordinis defectum, non poſſunt miſſam celebrare ſancti angeli alioqui digniſſimi nec mulieres quãtumuis excellentes, nec Laici etiam ſanctiſsimi. Neceſſaria eſt pariter facultas ſermonis vt ſcilicet formam conſecrationis proferre poſsit, nam Euchariſtiæ conſecratio cum materia expreſſam exigit formam dicente Auguſtino Homel. 80. accedit verbum ad Elementum, ſi alterum illorum deficit nõ fit conſecratio, nam hoc ſacramentum integratur ex materia quæ eſt panis & vinum & forma ſacerdote cum debita intentione prolata. Demum integritas intentionis requiritur vt intendat facere quod Chriſtus fecit & faciendum inſtituit, cum dixit hoc facite in meam commemorationem Matth. 26. & quod Eccleſia intendit ſcilicet conſecrare panẽ in corpus Chriſti & vinum in ſanguinem & vtrumque offerre ſcilicet tam pro viuis quam mortuis. Hæc itaque intentio conſecrandi & offerendi debet ſemper eſſe in ſacerdote conſecrante actualiter aut virtualiter, non enim ſemper requiritur actualiter intentio quod eſt actuale velle conſecrandi ſed ſufficit virtualis quæ ex virtute actualis intentionis tanquam ex radice procedit in opus modo talis virtualis non fuerit interrupta per contrarium actum quia poſtea requireretur actualis, ſi de nouo verba ad conſecrationẽ proferret. Illud oſtenditur ex doctrina Sancti Thomæ qui tertia parte q. 64. art. 8. ad tertium ſic habet. Habitualis intentio ſufficit ad perfectionem Sacramẽti, puta cum ſacerdos accedit ad baptizandum & intendit facere quod facit Eccleſia vnde ſi poſtea in ipſo exercitio actus cogitatio eius ad alia rapiatur ex virtute primæ intentionis perficitur ſacramentum

ſingularibus catholici ſacrificij præſtantiis excedent vetera omnia ſacrificia propter meritũ infinitũ ex infinita dignitate rei oblatæ. Antiqua ſacrificia tametſi ſatis fecerint illa quidem pro delictis, aut immunditiis legalib. velut pro immunditia leproſi, attingentis mortuũ puerpera, &c. Nullum tamen poterant expiare peccatum niſi virtute huius ſacrificij, idque per fidem, & orationem quæ efficacior reddebatur ex ſacrificij Chriſti per mortem hoſtiarum, & ſuſum ſanguinem repreſentatione.

mentum quamuis studiosè curare debeat sacramenti minister vt etiam actualem intentionem adhibeat sed hoc non est totaliter positum, in hominis potestate, quia præter intentionem cum homo vult multum intendere incipit alia cogitare secundùm illud Psalmi 39. Cor meum dereliquit me. Hæc sanctus Thomas. Nec malitia intentionis ministri qua intendit sacramento abuti siue ad veneficia siue ad irrisionem impedit effectum sacramenti cum per se non repugnet sacramento & cum talis malus minister intendat perficere sacramentum.

Adhæc tria adhuc requiruntur iure diuino sed non de necessitate sacramenti. Primum est puritas ministri & immunitas à peccato mortali secundum illud primæ ad Corinthios 11. Probet seipsum homo & sic de pane illo edat, quæ probatio dupliciter fieri debet. Primò quantum ad fidem & fidei integritatem debitam, circa hoc sacramentum, Vosmetipsos tentate si estis in fide ipsi vos probate. Secundò quantum ad cõscientiæ discussionem. Videte ne sit in aliquo vestrum cor malum incredulitatis discedendi à Deo viuo. Heb. 3. De vtraque probatione rectè cõuenire potest quod Christus dixit Mtath. 13. Videte vosmetipsos. Et 2. Iohan. Videte vosmetipsos ne perdatis quæ operati estis sed vt mercedem plenam accipiatis. Quanta circa hoc debeat adhiberi probatio scribit Scotus in 4. distinct 17. q. 1. Et D. Gerso in suo tripartito. Quia [c] solus sacerdos actum sanctissimum & sacratissimum est acturus nempe Christi corpus & sanguinem consecraturus & idem sacramentum ac sacrificium solenniter oblaturus, nec non sanctissimum sacramentum communicaturus & recepturus duplici præcepto diuino tenetur sacerdos Lithurgicus immunis esse à mortali peccato. Ne duplex sacrilegium incurrat, duo diuina præcepta distincta transgrediendo. Vnum, quo sanctè sanctum tractet, & conficiat alterum quo sanctum sacramentum sanctè suscipiat, quapropter ante missæ celebrationem, & sacram communionem tenetur sacerdos post mortale commissum, confessionis sacramentalis, & absolutionis sacramento purgari dicente Augustino libro de Ecclesiasticis dogmatibus dogmate 53.

[c] Nemo est præter quam Sacerdos qui efficaciter & legitimè huius sacrificij munus obeat: & pro hac re facit Dionysius Eccles. Hierarchiæ c. 3. ar. 5. Eusebius Pamphilus. lib. 5. c. 3. Euangel. demonstrat. Epiphanius in Nazaræis, in Aetio, in Melchisedecianis, & charactere Ecclesiæ. Chrisostomus de dign. Sacerdotum libr. 3. cap. 5. Hieronymus ad Euagrium contra Luciferianos. Germa. in commentario ad Missam Chrisostomi. Adde Nycenum Concil. can. 18.

tom. 3.

tom. 3. quem mortalia peccata premunt hortor prius publica pœnitentia satisfacere & ita sacerdotis iudicio reconciliatum sociari communioni, si non vult ad iudicium & condemnationem sui Eucharistiam percipere. Hæc ille. Sed superius [d] diximus vita iniqua ministri nihil minuit dignitati sacri ministerij, tamen mentis & corporis puritas requiritur. Hinc libro de salutaribus documentis sic habet Augustinus. Quando corpus Christi accipere debemus antea ad pœnitentiam & confessionem recurrere debemus & omnes actus nostros curiosiùs discutere, & peccata si in nobis comperimus citò festinemus per confessionem & veram pœnitentiam abluere ne cum Iuda proditore peccata nostra intra nos celantes pereamus. Cyprianus sermone 5. de lapsis quorundam sui temporis errorem reprehendit pertinaciùs asserentes ad hoc sacramentum non esse præmittendam conscientiæ purgationem. Sed audiamus eleganter de his disserētem Hugonem de Sanct. Victore: [e] Audacter dico (inquit) si ante sacerdotis absolutionem ad communionem corporis & sanguinis Christi quis accesserit pro certo iudicium sibi manducat & bibit etiam si eum multum pœniteat & vehementer ipse doleat & ingemuscat. Scotus [f] docet quod post mortale cōmissum non confessus accedens ad hoc sacramētum peccat mortaliter, cuius ratio est quia nō tantum Deo debet reconciliari sedetiam Ecclesiæ vt accipiat sacramentum vnitatis dignè. His astipulatur S. Thomas consulens vt ad dignam susceptionem sacri ordinis prærequiratur sacramentalis confessio & idem esse dicit iudicium de alijs sacramentis.

Secundùm est consecrationis totalitas & perfectio scilicet vt plenè commemoret actionē Christi in vltima cœna qui cum in hoc sacramento minister Christi existat actioni Christi se conformet Et cum repræsentatio Dominicę passionis ac commemoratio agatur per sacerdotem in consecratione, non debet corpus sine sanguine consecrare propter quod præceptum de perfectione huius sacramenti maioris ponderis esse inquit S. Thomas quam præceptum quod hoc sacramentum à ieiunis sumatur.

Tertium est communionis sub vtraque parte integritas

d Sanctitas atque dignitas ministri licet exigatur ad meritum consequendum, atque indignè vtitur concessa potestate, & grauiter peccat, attamen si desit dignitas, atque sanctitas malitia non impedit, aut inefficacem facit potestatē sicut de Caipha legimus. Manet ob id potestas in sacerdote, quantumcunque excommunicetur, suspendatur, degradetur, aut sit fornicarius, auarus, ebriosus, & c. Quia talis potestas non fundatur super sanctitatem, & gratiā ministri, sed super charactere indelebili, id est, præcepto, & ordinatione Christi, ex quibus absurda patet hæresis illorum, qui dicunt malum sacerdotem nō consecrare, absoluere, orare, &c. aut missam sacerdotis, mali etiam esse malam. Malitia procuratoris nō nocet ubi modo causam suam rectè expediat.

e Hugo. de Sāct. Vict. li. Ecclesiast. off.

f Scot. in 4. sent. dist. 9.

in ſacerdote celebrante,vt in tali myſterio tanquam Chriſti & Eccleſię miniſter Dominicam Paſsionem integrè repreſentet tam in conſecratione quam in ſumptione corporis & ſanguinis Chriſti & ab eius corpore ſanguinis ſeparationem,ad quod apte deſignandum fiũt ſeparatim etiam ſub diuerſis ſpeciebus conſecrationes & communiones quod teſtatur Gelazius [g] Papa dicens Comperimus quod quidam ſumpta tantummodo corporis Domini portione à ſacrati calice cruoris abſtineãt, qui proculdubio quoniam neſcio qua ſuperſtititione docentur aſtringi aut integra ſacramenta percipiant aut ab integra arceantur, quia diuiſio vnius eiuſdem miſterij ſine grandi ſacrilegio non poteſt prouenire.

Tria adhuc ſuperſunt requiſita in celebrante humano ſolùm inſtituta iure.

Primùm eſt officij matutinalis perſolutio de qua Beatus Anthoninus [h] autumat quod dicere miſſam contra cõſuetudinem generalem Eccleſiæ ante matutinas ſit peccatum mortale. In his enim ſeruanda eſt Eccleſiæ conſuetudo,quia ſicut præuaricatores diuinarum legum, ita contemptores Eccleſiaſticarum conſuetudinum coercendi ſunt,vt dicit Auguſtinus in Epiſtola ad Caſulanum preſbyterum. Hanc tamen rationem generalis conſuetudinis efficacem eſſe ad obligandum ad mortale dicit Syluester [i] his verbis expreſsis : non omnium conſuetudo habens vim legis obligat ad mortale ſicut nec omnis lex. Vnde quando emineret ſcandalum graue monaſterio ex dilatione poſſet (non dictis matutinis precibus) quis celebrare. Gabriel Biel [k] ſequitur ſententiam B. Anthonini dicitque eam eſſe communem doctorum vſu approbatam. De primis vero mitius fert iudicium quod nimirum non peccet mortaliter celebrans antequam dixerit primas niſi eſſet contra præceptum aliquod ſpeciale vel ſtatutum, additque credo tamen quod congruit in talibus attendere morem Eccleſiæ Cathedralis vel Collegij aut regularis cuius eſt pars vel ſubditus. [l]

Secundum eſt ieiunium naturale. Auguſtinus ad Ianuarium,hoc commendat, placuit ſpiritui ſancto vt in hono-

rem

g De conſecrat. diſt. 2. c comperimus. Ex hoc Gelaſij decreto hæretici,qui omnis ignorantes blaſphemiis conuerti nunc voluerunt damnare communionem ſub altera ſpecie ſed ſatis hac hæreſis cauis corruit. Non enim illic communio Catholicorũ ſub altera ſpecie,ſed hæreticorum & Manichæorum improbatur. Cũ enim illi docerẽt Criſtum phantaſtico corpore in hunc mundum veniſſe, & illud ſanguine caruiſſe, abſtinere ſolebãt a ſacro calice non ad reuerentiam, ſed ad defenſionem errorũ. Horũ ſanè cõmunio ſub altera ſpecie ſacrilega fuit, & errorũ pleniſſima. Quemadmodũ de eadẽ etiã teſtatur S. Leo Papa ſerm. 4. de Quadrageſima.

h S. Anthon. 1. par. Sum. 8. tit. cep 1. c. §.

i Syluest. tit. Miſſa. § 6.

k Gabriel Biel ſ. b can lec. 13.

l De cõſecr. diſt. 2. c. liquido. 83.

rem tanti sacramenti prius in os Christiani Dominicum corpus intraret quam cæteri cibi.[m] Ex Concil. Carthag. ca. 8. quod refert Gratianus de consecrat. dist. 1. c. Sacramenta altaris non nisi à ieiunis hominibus celebrantur excepto vno die. Concil. Tholet. 7. Nullus post cibum potúmque quemlibet minimum sumptum missas facere præsumat. 7. q. 1. cap. Nihil.

Innocentius dicit quod vinum superinfusum aliam impedit Missæ celebrationem.

Tertium est ab omni censura exemptio, sed supponimus quod censura Ecclesiastica dicatur pœna iuris siue canonis seu per sacros canones inflicta prohibens & arcens aliquem ab actu Ecclesiastico alias sibi licito & appellatione censuræ Ecclesiasticæ comprehenditur interdictum, suspensio, excommunicatio vt declarat Innocentius 3. in ca. quęrenti de verborum significatione, quisque ergo harum aliqua censurarum vinculo ligatus celebrat mortaliter peccat nisi ignorantia non iuris sed facti eum excuset hinc in pœnam iuris incidit.

TEMPVS CELEBRANDI MISSAM.

§ VII.

MEMORES facit Apostolus omnes ordinis Ecclesiastici charismatis & gratiarum muneribus dotatos his verbis ne in vacuũ ea suscepisse putẽt: hortatúrque Timot. ne sit negligens gratiæ quæ illi data est cum impositione manuum presbyteri. Et D. Petrus gratiam sicut boni dispensatores in alterutrum administrari iubet. Cúmque Christus præceperit sacerdotibus ordinis sacerdotij vsum dicens hoc facite in meam commemorationem sitque data nobilissima potestas sacerdoti, reus erit negligentiæ & abusus nisi illa dignè vtatur ad gloriam Dei ac suam ac suorum salutem. Quamobrem sacrum generale Cõcilium Lateranense [a] vehementer excandescit & grauiter reprehendit quosdam Ecclesiasticos quod missam ter aut quater tantum in anno celebrent. Vnde S. Thomas. 3. parte. q. 82. art. 10. ait quod licet sacerdos non teneatur quotidie celebrare non potest tamen etiam si curam animarum non

[m] Ieiunium celebraturu sacrũ synaxim ecclesia iubet, hinc falsò criminatus fuit Chrysostomus quod nõ ieiunos ad communionẽ acceperat, vnde aduersus suos Sycophantas hæc scribit, confingunt Contra me, quod non ieiunos ad communionem acceperim, & si hoc feci expungatur nomen meum ex albo Episcoporum, imò expellat me Christus à regno suo hæc ille Epistola 3. ad Cyriacũ.

[a] Lateran concil. sub Innocen. 3. c. 17. argum. Sacerdotes qui minus frequenter sacrũ celebrant Sunt qui missarum solẽnia vix celebrant, quater in anno, et quod deterius est interesse contemnũt, & si quando dum hæc celebrantur, intersint, chori silentium fugientes intendunt exterius collocutionibus laicorum, dúmque auditum ad indebitos sermones effundunt aures intentas non porrigunt ad diuina.

habeat à celebratione Missæ cessare. Sed saltem rationabiliter videtur quod teneatur celebrare in præcipuis festis & maximè in illis diebus in quibus fideles consueuerunt communicare. Sed heu hodie verificatur illud quod 2. Mach.4. dicitur Sacerdotes iam nō circa altaris officia dediti erant contempto templo & sacrificiis neglectis. In hāc morum corruptelam collapsa est nostra ętas vt parua ne dicam nulla feruentis antiquorum patrum deuotionis in sacerdotibus vestigia remaneant. Ventri indulgere, pergræcari [b] vicatim compitatímque discurrere multi laudi tribuunt, neglectis pietatis & officij professi operibus. Perpendant hæc plebeij sacerdotes sacro munere indigni qui nihil nisi inuiti aut oscitantes & negligenter ex officij ratione exoluunt, aut si illis non sit dies mercenarius aut ad sacra celebranda obligatorius maximum sibi fore detrimentum putant canonicis adesse precibus, & liberiùs diuertunt ad pocula quam ad templa, excurrunt ad illecebras & precipites feruntur ad vitia. Quis miraretur sacerdotalem dignitatem adeo à pristina pietate & dignitate degenerasse, qui sacerdotes pro magna parte ad preces fundendas tam deprehendat negligentes atque adeo abhorrentes etiam: Quomodo possent istiusmodi sacerdotes cum fructu in Ecclesia esse aut præesse aut ab vlla peccati enormitate sibi cauere qui Deum pro se sibique commissis sedulò exorare cessant, negligunt & contemnunt? Mirum est illos omni auxilio & spe gratiæ diuinæ, sine qua nihil possumus quæque non nisi sedulò & semper orantibus donatur destitutos & priuatos ac præterea excommunicatione ac anathemate innodatos, de peccato in peccatum, de flagitio in flagitium, de immunditia in immunditiam, de sacrilegio in sacrilegium indies descendere. Grauissimè profectò peccant isti qui hanc sibi tam necessariam & æquissimam iniunctam prouinciam pro populo orandi aut nunquam aut non nisi segniter aut negligenter exequūtur. Qui tam raro hoc augustissimum Missæ sacrificium celebrant cum possint aut debeant, & non solum quantum in se Sanctam Trinitatem honore, seipsos fructu communionis sed & vniuersam Ecclesiam

[b] Presbyterorū luxus, & voluptates quæ postponere faciunt sacrarum obligationum officia damnātur. Hæc autem Parœmia cum similibus eiusdem momenti, sunt χαλκιδίζειν λεσβιάζειν κυπρίζειν nihil aliud innuit quàm genialem agere vitam, & curare cuticulam.

Ecclesiam suis debitis priuant suffragiis. Pro omni gradu [c] Ecclesiæ siquidem funduntur illo sacro mysterio preces, & nobis inde saluberrimum peccatis paratur remediũ, nam vt summum illud Theologiæ luminare Augustinus inquit. Iteratur quotidie hæc oblatio licet Christus semel sit passus pro nobis, quia quotidie peccamus peccatis sine quibus mortalis infirmitas viuere non potest. Et quia quotidie labimur quotidie immolatur Christus mysticè.

Non quod opinione falsa Schismaticorum contendere velimus ex frequenti hac celebratione aut meritis duntaxat sacrifici nobis salutem enasci, non enim sacerdos cum mysteria sancta corporis & sanguinis offert, sicut dominus vt offerret constituit, se mediatorem inter Deum ac filium facit, neque petit vt filio suo sit propitius, sed Christus est mediator, quiquidem se offert Deo patri per ministrum. Hæc est firma totius Ecclesiasticæ Hierarchiæ sententia quam totis nisibus infirmari, & viperinis morsibus dilaniare putarunt hæretici, eius tamen veritas omnibus propugnaculum fidelibus munitissimum facit, vt retundat inanes istorum Pigmęorum conatus quos alibi satis amplè damnauimus. Testem singularem adferam sed probatissimum in huius dicti assertionem Simonem [c] Archiepiscopum Thessalonicensem qui pulchrè sacrificij Missæ ministerium descripsit his verbis c. 45. de misteriis Ecclesiæ

μεσίτης ἐγένετο θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ἀλλ' οὐ λόγοις τισὶ καὶ εὐχαῖς, ἀλλ' ἑαυτῷ· ἔστι γὰρ θεὸς ὁ αὐτὸς καὶ ἄνθρωπος ὤν, θεὸν ἀνθρώποις συνῆψε, κοινὸν ὅρον ἑαυτὸν ἀμφοτέραις ταῖς φύσεσιν ἐμβαλών. τὸ δὲ νομίζειν αὐτὸν διὰ τῶν ἐν τῇ ἱερουργίᾳ εὐχῶν ἀεὶ μεσιτεύειν βλασφημίας ἁπάσης καὶ ἀτοπίας ἐστὶ μεστόν. ἄνω γὰρ καὶ αὐτός ἐστιν ὁ τελῶν τὴν ἱερουργίαν, ἀλλ' οὐ πάντα τὰ ἐκεῖ γινόμενα καὶ λεγόμενα αὐτῷ ἀναθήσομεν. τὸ μὲν γὰρ ἔργον τῆς μυσταγωγίας καὶ τὸ τέλος, ἤτοι τὸ ἁγιασθῆναι τὰ δῶρα καὶ ἁγιάσαι τοὺς πιστούς, αὐτός ἐστι μόνος ὁ τελῶν. αἱ δὲ περὶ τούτων εὐχαὶ καὶ δεήσεις, καὶ ἱκεσίαι τοῦ ἱερέως, ἐκεῖνα μὲν γὰρ δεσπότου, ταῦτα δὲ δούλου. καὶ ὁ μὲν εὔχεται, ὁ δὲ τελειοῖ τὰς εὐχάς. καὶ ὁ μὲν σωτὴρ δίδωσιν, ὁ δὲ ἱερεὺς ὑπὲρ τῶν δοθέντων εὐχαριστεῖ· καὶ ὁ μὲν ἱερεὺς προσάγει, ὁ δὲ κύριος ἐκδέχεται τὰ δῶρα· προσφέρει μὲν γὰρ καὶ ὁ κύριος, ἀλλ' ἑαυτὸν τῷ πατρὶ ἐν τὰ δῶρα ταῦτα ὅταν αὐτὸς γίνεται, ὅταν εἰς τὸ αὐτοῦ σῶμα καὶ αἷμα μεταβληθῶσι. ὅτι καὶ ἑαυτὸν προσφέρει, διὰ τοῦτο ἄνω λέγεται ὁ αὐτὸς καὶ προσφέρων καὶ προσφερόμενος, καὶ προσδεχόμενος, προσφέρων μὲν καὶ προσδεχόμενος ὡς θεός, προσφερόμενος δὲ ὡς ἄνθρωπος. ἄρτον δὲ καὶ οἶνον ἔτι ὄντα τὰ δῶρα προσφέρει μὲν ὁ ἱερεύς,

[c] Conuincuntur Protestantes omnes Theologi qui malè hactenus senserunt de sacrificij Catholici fine, & effectu Simeonis Archiep. Thess. authoritate quæ præterea quæ in textu citantur sequentia, descripsit eod. lib. & capite.

περὶ τῆς τοῦ χριστοῦ μεσιτείας· μεσίτης γὰρ ἐστὶ δι' οὗ πάντα γέγονε τὰ παρὰ τοῦ θεοῦ δοθέντα ἡμῖν ἀγαθά, μᾶλλον δὲ δίδονται ἀεί. οὐ γὰρ ἅπαξ μεσιτεύσας, καὶ παραδοὺς ἅπαντα ἡμῖν ὅπερ ἂν ἐμεσίτευσεν ἀπηλλάγη, ἀλλ' ἀεὶ μεσιτεύει· οὐ λόγοις δὲ ποιῶν δεήσεις ὥσπερ οἱ πρεσβευταὶ ποιοῦσιν, ἀλλὰ πράγματι· τί δὲ τὸ πρᾶγμα; τὸ συνάπτειν ἑαυτῷ, καὶ δι' ἑαυτοῦ τὴν οἰκείων μεταδιδόναι καρπῶν κατὰ τὴν ἀξίαν ἑκάστου ἡμῶν τὸ τῆς καθάρσεως μέτρον. mediator, (inquit) est per quem omnia bona data sunt nobis à Deo, ammodantur semper: non enim mediator factus

προσδέχεται δὲ ὁ κύριος. καὶ τί ποιῶν τὰ δῶρα προσδέχεται, ἁγιάζων αὐτὰ εἰς τὸ ἑαυτοῦ σῶμα καὶ αἷμα μεταβάλλων, τοῦτο γὰρ τὸ δέχεσθαι τὸ οἰκειῶσαι κατὰ τὰ προειρημένα. οὗτος ὁ τρόπος καθ' ὃν ὁ χριστὸς τὴν ἱερουργίαν ταύτην ἱερουργεῖ ταῦτα ἐστὶν ἃ τὴν ἱερωσύνην αὐτοῦ ποιεῖ. Interpretemur ad verbum: mediator, inquit, Dei, & hominum factus est, non sermone & precibus, sed seipso. quia enim idem erat Deus & homo, Deum cum hominibus copulauit, se communem terminum ambabus naturis immittens, existimare autem Christum per preces, quæ in Missa fiunt, semper mediatorem agere, plenum est blasphemia & absurditate. Etsi enim ipse est qui sacrificium Missæ operatur, non tamen omnia quæ illic fiunt & dicuntur, ipsi sunt attribuenda: opus enim Missæ, & finis, sanctificari, inquā, munera, & sanctificare, fideles, ipse solus est qui hæc facit. [d] Orationes verò, & obsecrationes, ac supplicationes, quæ in his fiunt, sacerdotis sunt, illa Domini, hæc ministri: minister orat, Dominus cōsummat orationes: Saluator dat, sacerdos agit gratias pro datis, offert quidem sacerdos; sed Dominus suscipit munera: offert quidem & Dominus, sed seipsum patri offert, postquàm natura sunt in corpus & sanguinem eius, quia enim seipsum offert, idcirco dicitur esse idem offerens, & oblatus, & suscipiens; offerens quidem, & suscipiens, vt Deus, oblatus vero, vt homo. munera verò cùm adhuc sunt panis & vinum, offert quidem sacerdos, suscipit verò Dominus sed quomodo suscipit munera, qui ea facit, nempe sanctificando illa, & in corpus suum mutando, hoc enim significat suscipere, facere sua, secundum ea, quę antea dicta sunt. hæc Simeon, quæ ille in Ecclesia Orientali ex sanctis Patribus Græcis secundum traditionem Apostolicæ doctrinę didicerat, distinguit igitur, quid in Missa fiat à Christo per ministerium sacerdotis, & quid sacerdos per se, & nomine totius Ecclesiæ faciat: quomodo, inquam, Christus seipsum offerat Deo patri per ministrum; & quomodo minister per se offerat Deo munera panis & vini consecranda. & orationes, ac gratiarū actiones, & postea offerat consecrata, id est, facta corpus & sanguinem Christi propter nos, vt nobis illa in sanctificationem, & salutem dentur. Licentiore calamo digressa est oratio, vt hinc sacerdotes intelligant quid iuris habeant in sacri mysterij celebratione.

& omnes nobis lar..eus, pro quibus mediator fuit, officio mediatoris defunctus est: quin potius semper mediatorem agit, non quidem verbis & orationibus, vt legati faciunt, sed re, vniendo, vniquè secum, & per se gratias suas impartiendo: vt quisque dignus est, & secundū mensuram purgationis.

d De hoc mediatoris officio quod ad hunc modum semper Christus facit in cælo quidem inuisibiliter nobis in Ecclesia verò per ministros suos visibiliter. Apost. meminit in epi. ad Hebr. cum ait. Necesse est ergo exemplaria quidem cælestium his mundari, ipsa autem cælestia melioribus hostiis quàm istis; cælestia vocat, quæ ad Ecclesiam Christi pertinēt illa enim cælestia Sanctorum Spirituum non indigent illis hostiis.

MYSTE-

MYSTERIORVM MISSAE EXPOSITIO.

§ VIII.

NIHIL est in tota sacra Lythurgia, quod æquè sacris Apostolorum institutis non conueniat, siue ceremoniarum ritum spectes, siue orationum, & postulationum vota quod nos amplissimè docuimus in Tractatu nostro de Christiani sacrificij probatione, vbi cum sola scripturæ sententia nitamur relicta authoritatum omnium congerie, id voluimus hac in parte præstare quod illic omisimus, vt omnibus credibile sit singularia omnia quæ sacrificij cultui adhibentur legitimis constare testimoniis, nullatenus explodendis aut contemnendis. Fateamur ergo totius Missę mysterium repræsentationem & imaginem quādam præ se ferre passionis Christi, criminentur quantumuis hæretici sacras vestes [a] hæ tamen mysterij dignitate non carebunt, à principe Apostolorum Petro, ordinatæ, non vulgares sed honestæ & eximij cultus reuerentiæ accommodatæ, quas & sanctis Patribus & liberalitate principum ac Imperatorum nostra recepit Ecclesia non in prophanos vsus, sed in diuinum obsequium & decus. Sacri cultus religione amantissimi erāt Patres qui inter Oecumenici Laodicensis Cōcilij & Aruernensis piè & sanctè decreuerunt summo studio vestes sacratas ac vasa sancta à fidelibus, cauta religione obseruanda esse, vt neque passim à quouis tangi, neque defunctorum corpora etiam presbyterorum velo, vel pallis obuolui licere quo pacto statuāt, quod & in Antisidiorensi & Bracharensi primo ac secundo communibus suffragiis comprobatum est. Hinc religiosissimi ac potentissimi Principes magnis sumptibus, amplissimis donationibus rem sacram auxerunt atque etiam lege [b] sanxerunt ne sanctæ vestes aut sacrata vasa cæteráque diuina vllo modo redēptione captiuorum excepta impignorentur aut alienētur.[b] His itaque sanctis decretis instricti nos adhibemus sacris nostris Lithurgiis propria quædam ornamēta in Ecclesiis tam Gręcis quam Latinis quibus cruenti illius Christi sacrificij accuratius memoria recolitur. Vt

[a] *De vestibus precensis pros. sacrificio, vide Conci. Cartha. 4 c. 41. & Matisconensi 1 c. 6. & Tolet. 4. cap. 27. & Brach 3. c. 3. & Brac. 1. c 27. & Remen. c. 23. Anacleti epist. 3. Stephani Epist. 1. ad Hilarium. Eusebiū de vita Const. lib. 3. Hist. trip. lib. 5 c. 37.*

[b] *Vasa sacra & vestes sacrae non possunt pignorari, vel alienari, praeterquā in redemptionē captiuorum, alias a recipiente vindicāturomni exceptione remota Bal. l sancimus. C. de sacros. eccl vide Epist. 2. Clem. & c. nemo per ignorantiam, & c. vestimenta. de consecr. dist. 1. & cap. omnis presb. de cōsecr. dist. 4. & c. sacrata. 23. dist.*

c Illirico primus sua Ecclesia albas vestes mysticas, quæ in Græcorum supellectile enumerantur, vt docet Penalon Ioannis insula Tertulliani, colobiō Iacobi, & Stephani & Euphremi, stola Machæro. Et quæ nos pluuialia, vel cappas vocamus, eas partim φελόνας partim ἀμπεχόνας, partim δαλματικὰς τρίβωνας partim κολοβίωνας scriptū appellāt, vt hæresibus 15. & 16. Scribarum & Pharisæorum docet Epiphanius.

Vt enim nos Albam, illi τὸ στοιχάριον, quod interprete .D. Germano diuinitatis splendorem, sacerdotisque mundissimam conuersationem indicat eiúsque vestis, qua Herodes Christum Dominum Histrionem existimatus opprobrij & publici ludibrij causa induit fidelibus symbolum quoddam exhibet. Nos amictum, illi ὠμοφόριον habent significationem prebens velaminis illius quo Iudæi faciem Christi aperiebant illudentes ei in domo Caiphę & dicentes, prophetiza nobis quis te percussit. Nos cingulum illi ζώνην quæ Christi maiestatem dignitatemque designat qua prę cinctus & ornatus vndique regnat vel hoc significat Ecclesia vincula quibus ligatus est saluator. Vnico vtimur manipulo Græci τὰ λώρια habebant quæ Christi nobis obuincti & variis cathenis constricti referunt imaginem. Pro ea quam stolam vocamus quanuis non ita proprio vocabulo illi gestabant ὡράριον, quæ vox non fuit decretis latinis ignota, nec Ambrosio in satyro. Hac indicatur crux quam humeris sustulit Christus.[c] Non mitiore mentis phrenesi hæretici debacchantur in reliquas sacrificij Missæ partes & ceremonias quas tāquam fasciculos dissolutos variis & cōfusis truncatisque sententiis expiscatas fuisse scribūt. Qua in re nimium falluntur & sibiipsis hostes quomodo suas debeant tueri partes ignorant. Criminantur hac in re constitutiones Apostolorum quæ pro rerum & temporis diuersitate non simul sed distinctis interuallis & succesiuis diebus compositæ fuerunt. Arguunt eorum Psalmodiam, cantus, orationes, preces, quæ indigno ausu promiscuè decerptæ sunt, quarum vsum ex Christi authoritate probare minimè possent. Preces & orationes illæ quæ sacris adduntur mysteriis, non vnius duntaxat sententia aut iudicio constitutæ sunt sed Apostolici senatus & Ecclesiæ decreto, sunt enim omnia mysteriorum plena, & quamuis Hugo lib. 2. de officiis Ecclesiasticis. cap. 11. prudenter dicat Missam in verbis consecrationis constare vbi Dominus suum corpus & sanguinem consecrans tradensque discipulis, iussit hæc in eius memoriam fieri, Apostoli tamen eam auxerunt. Quædam enim ante mysterium consecrationis, præmittuntur [d] alia verò ad consecrationem spectant,

d Missæ partes sunt δεήσεις, id est, obsecrationes προσευχαὶ quas Augustinus & Græci volunt rerum necessariarum esse petitiones, & ἐντεύξεις intercessiones, & postulationes.

ſpectant, ſed & alia poſt ipſam adhibentur. Atqui prima pars in duas diuitur, quarum prior eſt præpario quædam tam ſacerdotis quam populi quæ quatuor habet particulas tres ſcilicet quotidianas & vnam feſtiuam. Primò ergo incipitur ait S. Thomas ab introitu. Meritò enim confeſsionis, quæ fit ante gradus altaris, non meminit, quia illa non eſt pars Miſſæ, ſola enim ſacramentalis confeſsio debet præcedere de mortalibus, ſed propter venialia oblita vel neglecta fit illa generalis [e] confeſsio.

Introitus [f] aduentus Chriſti in hoc ſacrificio quoddam veluti nuncium adfert. Eſt enim ſacrificium hoc paſsionis eius memoriale, ad quam ſubeundam mundum ingreſſus eſt tanquam lumen, vt Luc. 2. ait Simeon, ad reuelationem gentium, quod accenſi cerei ſacerdotem comitantes ſignificãt. Ob idque ſacerdos ad altare accedens illud oſculatur connubium ſignificans Chriſti & Eccleſiæ, iuxta illud Cantico. 1. Oſculetur me oſculo oris ſui. Et ideò chorus pſalmum intonat, vocem illam priſcorum patrum commemorans. Emitte agnum Domine dominatorem terræ. Eſaiæ 16. & cap. 64. Vtinam dirumperes cœlos & deſcenderes. At verò S. Thom. non tam ad ſignificationem reſpexit, quam ad vocem laudis. Nam cùm hoc ſacramentum, non tantum quia ſacramentum, ſed ſacrificium, ſumma cum dignitate celebrandum ſit, & Eccleſ. 4. legitur, Cuſtodi pedem tuum ingrediens domum Dei. Eccleſiaſtici. 18. Ante orationem præpara animam tuam: ideò conſecraturus ſacerdos præparat ſeſe & totum populum. Quare prima pars miſſæ vſque ad offertorium illuminatio & præparatio dicitur. Atque ideò à diuina laude initium ſumitur, iuxta illud pſalmi Sacrificium laudis honorificabit me, & illic, iter quo oſtendam illi ſalutare Dei. Nec verò deeſt nobis exemplum Chriſti, de quo ait Paul. ad Hebræ 10. quod ingrediens in mundum cecinit illud Pſalmi 39. Hoſtias & oblationes noluiſti, corpus autem adaptaſti mihi. &c. Quapropter introitus plurimum ſumitur ex aliquo pſalmo, quia vt Dionyſ. 3. cap. Eccleſ. hierar. author eſt, pſalmi per modum laudis quicquid in ſacra ſcriptura continetur, comprehendunt. Antiquitus verò, vt refert ibidem Hugo, integer pſal-

e De hac generali confeſsione meminit Inno. libr. 2. myſter. miſſæ. cap. 13. quam fundat in illo. Pro. 18. Iuſtus in initio ſermonis accuſator eſt ſui, vbi recitatur Pſal. ille. 42. Iudica me Deus, & diſcerne cauſam meã.

f Introitus Sacerdotis ad altare ſignificat introitum, & aduentum Chriſti in mundum, cantus verò quẽ introitum diximus ſignificat voces, & pronunciationes Prophetarum prædicantium Chriſti futurũ aduentum. Quidam dixerunt Cæleſtinum Papam qui ſedit al.. aſ.. in Dom. anno 426. Introitum inſtituiſſe cantari in Miſſa, quod teſtantur Almaricus & Valerianus Hiſtoriographi, . . . Tho. VV.al. tomo. 5. de ſacramentis 4. c. 31. multo antiquius . . . cenſet.

mus canebatur: post verò consuetum est, vt vnus tantum versiculus dicatur loco psalmi, & tanquam versus subditur caput ipsius psalmi. Vt in missa Apostolorum. Domine probasti me. Et post iterato repetitus introitus ad significandum frequentiam clamorum, quibus patres antiqui identidem diuinam misericordiam excitabant, vt Christum mitteret, iuxta illud Esa. 28, Manda, remanda, expecta, reexpecta, modicum ibi, modicum ibi. In fine tandem additur, Gloria Patri & Filio & spiritui sancto, quod Nicena synodus cantari instituit, qua vtique clausula omnis Psalmus concluditur, in signum, quòd laus omnis in gloriam S. Trinitatis refertur. Et vt ait Hugo. Damasus in missa id quoque adiecit.

Introitum comitatur Misericordiæ postulatio sæpius recantata. Quamobrem ter supplicationem nostram congeminamus [g] Κύριε ἐλέησον adsingulas personas trinitatis, vel contra tres nostras miserias ignorantiæ, culpæ, & pœnæ quod canendum in sacro Missę sacrificio ad efflagitandam opem celestem statuit Syluester.

Post preces misericordiæ cantus diuinæ gloriæ subsequitur, omnis gaudij & exultationis plenus, quem Thelesphorus Papa qui sedit sub annum Domini centesimum quadragesimum hunc angelicum hymnum cani iussit in nocte natiuitatis [h] quando ipse missas celebrari instituit vt inter eius decreta refertur. Hilarius Pictauensis qui fuit tempore Concilij Niceni postmodum adiecit illa quę sequuntur ab illo loco Laudamus te, quia reliqua tantum præcedentia Thelesphorus cani iusserat.

Adduntur Collectæ [i] quæ significant orationes, laudes & vota eorum, quibus Christus primò est reuelatus quales fuerunt B. Virgo, Zacharias, Elizabeth, Pastores, Simeon, & Anna, Itémque Magi, vel hoc indicant quod tota vita Christi continua pro nobis & perpes oratio fuit. Innocentius ait collectas non nisi numero impari quo Deus gaudet dicendas esse, neque vltra septem. Anacletus [k] deinde qui sedit anno Domini centesimo Epistolas & Euangelia legi statuit, iussitque vt omnes adstantes audirent optimi nuncij præconium. Vtrunque autem legis nouæ & veteris

g Concil. Vasensis can. 3. celeb. an. 450. iussit Kyrie eleison iteratis vocibus in Ecclesia cantari, et Hugo li. 2. de offi. eccles. ait, Syluestrum circa annum D. 320 primum idiomate Græco suscepisse.

h Symmachus adiecit, vt in omnibus diebus Dominicis, & in festis martyrum præcipuis caneretur, quod perpetuò vsu receptum est.

i Huiusmodi orationes dicuntur collectæ, propterea quod sub istis fiebant collecta pecunia, & eleemosina quæ dabantur à fidelibus diebus Dominicis in vsus pauperum ministrorum Ecclesiæ. De consecr. dist. 1. c. omnis Christianus.

k Can. Apostolica de consecra. dist. 2.

ris

ris obseruantiam denotat.

Graduale [l] & Alleluia vitę actiuæ & contemplatiuæ perfectionem innuit.

Offertorium [m] contribulati spiritus sacrificium.

Secreta statum vitæ.[n]

Præfatio statum patriæ.[o]

Sanctus, Sanctus, Sanctus, exultationem Angelorum præsentium.

Canon [p] transitum membrorum in corpus Christi mysticum.

Pater noster [q] filiationem per gratiam.

Agnus Dei qui triplicatur significat liberationem per misericordiam à malis præteritis & futuris.

Communio significat boni operis consummationem quibus actis dimittit populum sacrificus. Cætera etiam me tacente satis elucescunt fidelium oculis,& scopum declarant suum.

LINGVA LATINA MISSAE CELEBRATVR SACRIFICIVM IN ECCLESIA ROMANA.

§ IX.

EVROPÆ regiones præcipuæ [a] quibus Ecclesia Latina definitur certò testātur peregrina omnia idiomata in sanctis mÿsteriis reiici, precésque nullo alieno sermone quam Latino publicè decantari, tanquam proprio natiuo & vernaculo qui in toto occidente communis fuit, sicut & Græci Græcam, Hebræi Hebræā, Armeni & Chaldæi Chaldæam habent, qui non vulgari populorum voce sed eruditiore illa lingua quę à Doctis tantum intelligitur, & sacrorum codicum monumentis veneratur. Idcirco satis mirari nequeo inscitiam eorum qui sacra mysteria à nobilissimis linguis in inconstantes & idiotarum linguas transferre satagunt. Iniurij siquidem sunt Apostolorum decretis qui id expeditius esse Ecclesiæ sanxerunt ne religiosus sermo & diuinitate plenus corrumperetur. Petrus cum sacrificij Catholici primitias Romæ habuit,[b] neque Vmbrorum aut Sabinorum, aut Tuscorum lingua vsus est sed nobilissima Romana, censens sacra illa nobili & com-

l Gregorius lib. 9. Registri Epist. 8.

m Alexand. 3. can. omnis Christianus de. consecra. d. 1.

n VVald. to. 5. de sacram. tit. 4 c. 3.

o Can. innotuimus de consecrat. dist. 1.

p Clichto. lib. de officio Missæ c. 18.

a Tribus linguis cum legem scribi diuinam tum tradi sacra & diuina officia voluerunt Apostoli, quod sint vniuersalissima, & maximè communes, & quæ se per plures regiones diffuderant, vt Hebraica per totum fermè orientem Græca verò per totā Asiam Latina ipsis Europæ plagis audiretur.

b Petrum Romæ Missam Latinè celebrasse scribit Isid. lib. 1. Officiorum c. 15 & Hugo de offi. eccles. Ac certum est sic eam semper habuisse Ecclesiam Romanam, & habere modo Latino sermone cōscriptam, hāc. Ambros. Latine quoque conscripsit.

muni lingua declarari oportere. Hæc insana consuetudo sacra euulgandi omnia prophanis & popularibus scriptis hæreticorum persuasionibus irrepsit in vituperium Catholicarum linguarum, quod tamen multis sanctionibus prohibetur ipsis etiam testibus Ethnicis, apud quos edicto publico cautum erat, sacra Deorum gentilium mysteria, vernaculis verbis aperire natura, enim veluti duce & magistra (vt Fenestella [c] scribit de Romanis) intelligebant diuina oracula occultanda esse. Hinc Cicero lib. 1. de legibus sacra putat melius in Republica conseruari si à patribus accepta deinde familiis prodantur. AEgyptios laudat Clemens Alexandrinus 5. Strômatum quod non omnibus sed præcipuę notæ viris qui secund erant à regia dignitate & probatissimis, rerum sacrarum mysteria concederentur.[c] Refert etiam Pythagoram, Platonem, Aristotelem& plerósque alios Philosophos & antiquos mysteriorum scriptores & Poëtas vetustissimos, multa secretioris doctrinæ documenta occultasse.

Aiunt certè Hipparchum Pythagoreæ Philosophiæ professorem accusatum quod apertè scripsisset decreta Pythagoræ expulsum fuisse è schola & propter ipsum, tanquam propter mortuum factam esse columnam.

Et non multò superius idem author in eodẽ libro. Propterea (inquit) certè per modum occultationis qui est verè diuinus, & maximè nóbis necessarius, in adyto veritatis repositum verbum re vera sacrum, AEgyptij quidem per ea quæ apud ipsos vocantur adyta, Hebræi autem per [illegible] lum significarunt licere solis iis adire qui erant ex ipsis consecrati, hoc est Deo dedicati quibus erant circuncisæ vitiorum cupiditates, per suam in solum Deum charitatem. Non mundo enim mundum tangere Platoni quoque videbatur esse necessarium. Hinc prophetię & responsa dantur per ænigmata. Nec ostenduntur mysteria iis qui temerè & impudenter accedunt, sed cum quibusdam expiationibus & prędictionibus. Et paulò pòst recẽset literarum religionem quibus AEgyptij [d] sua occultabant mysteria.

Plato qui ob insignem mentis in Philosophia aciem diuini nomen sortitus est scribens Dionysio de quibusdam sacris

c Antiqua Romanorum Respublica vt Fenestella. lib. 1. de magist c. 13. refert, Sybillinorum carmina tanta religione colulit & tanta tuitè veneratione, vt duobus tantum magistratibus, prudentissimis viris, ea legendi daretur facultas, ac deinde postquam duorum magistratus, in decẽ mutatus est, ij solũ decem præstantissimi viri, de medio omnium maturo electi, consilio legere poterant, & eu illorum lectioni solùm vacare licebat.

d Ægyptij literis arcana mysteriorum, & religionis insignia recondebant. Primùm quidẽ docentearum literarum viam ac rationem quæ vocatur ἐπιστολογραφικη, hoc est apta ad scribendas Epistolas, secundũ autem sacerdotalem, qua vtũtur ἱερογραμματεῖς id est qui de rebus sacris scribunt vltimam autem ἱερογλυφικην, id est, sacram quæ insculpitur scriptionem, cuius vna

sacris

ſacris myſteriis monet vt Epiſtolam è veſtigio concerpat ne in manus indigni vulgi perueniat. Tãtæ fuit olim vel Ethnicis curæ lumine ſolo rationis edoctis, diſciplinarum ſecretiora & maximè ſacra myſteria & à contemptu & à prophano vſu defendere. Exemplis quamplurimis hoc antiquum de non prophanandis ſacris oraculis inſtitutum probatur, vel vno duntaxat Tarquinio apud Valerium con firmatur Tarquinius rex Marcum Tullium Duumuirum quòd librum ſecreta ſacrorum continentem, eius fidei cuſtodiæque commiſſum, Petronio Sabino ſcribendum dediſſet, culeo inſutum in mare abiici iuſsit, ac Iuſtiſsimè id quidem quia pari vindicta parentum ac Dei violatio expianda eſt. Cùm ergo falſa Gentilium ſuperſtitio vt inquit Hermes [e] Triſmegiſtus tam ſeriò hanc legem coluerit quid nobis agendum eſſe putamus, qui cœleſtes archiuos habemus qui res non ludicras, ſed verè diuinas & ſacroſancta myſteria tractamus, ánne patiemur hæc ebriis mulierculis vulgari garritu exponi, aut vernaculæ linguæ commentariis torqueri & labefactari. Abſit. Nos documentum ſacræ huius religionis habemus ex ipſius Chriſti imitatione qui librum plicuit & clauſit ac miniſtro dedit. Quo facto nos voluit admonitos vt optimè inquit venerabilis Beda in idem Lucæ ca. 4. pauca quædam eſſe populo euulganda de diuinis rebus multa tamen occultanda, vt quæ captum eius longè ſuperent. Idem etiam Saluator hoc ipſum factis pluribus oſtendit qui pleráque populo in parabolis loquebatur quæ populus non intelligebat, quæque ipſe poſtea priuatim diſcipulis ſolis interpretabatur, vt in Euangelio refertur de parabola ſeminantis & ſimilibus. Vnde interrogantibus diſcipulis Luc. 8. quæ eſſet hæc parabola ait, vobis datum noſſe myſteria regni Dei, cæteris autem in parabolis. Et Marci 4. ait Euangeliſta quomodo loquebatur eis videlicet turbis, ſine parabola ſeorſum autem diſcipulis ſuis ediſſerebat omnia. Quiſquis autem altiùs perſcrutari volet nominis Myſterij rationem, originem & Ethymologiam, arcani quoddam & diuinitatis aliquid laterè facilè iudicabit. Eſt enim Μυστήριον [f] ſacrarum ſecretum ſub quo aliquid magni latet quódque nefas eſt

m 3 vulgò

quidem eſt per prima elementa κυριολογικὴν, id eſt, propriè loquens: altera verò Symbolica, id eſt, per ſigna ſignificans Symbolicè autem vna quidem propriè loquitur per imitationẽ, alia verò ſcribitur veluti tropicè, alia verò apertè ſumitur allegoricè per quadam ænigmata.

[e] Hermes Triſmegiſtus in Aſclepio cum de Deo, & diuinis rebus tractaturus eſſet, ſic ait, ipſum Aſclepiũ alloquens: nullum voca alterum, ne tantæ res religioſiſſimus ſermo multorum interuentu venientium, præſentiáq; violetur. Tractatum autem tota numinis maieſtate pleniſſimum irreligioſa mentis eſt multorum conſcientia publicare.

[f] Cœlius lib. 9 cap. 9.

vulgo efferre. Euulgata itaque myſteria [g] nomen perdunt. Cùm autem omnium Myſteriorum ſacratiſsimum atque diuiniſsimum ſit ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium vbi verus Deus & homo, immolatur,ac per manus ſacerdotum ipſi Deo patri omnipotenti offertur, meritò Eccleſiæ voluit authoritas & Apoſtolorum traditio,illud non vulgari ſermone ſed nobiliore & cultiore fieri & abſolui. Huius controuerſiæ rotas variis ſententiis agitarũt antiqui Theologi quos peruigili ſtudio ſequuti ſunt multi ex hodierna paleſtra Doctores in Lutheranos quoſdam prophanè omnia conculcantes,quorum argumenta pulchrè dirimentur in Authentica probatione ſacrificij Chriſtiani, vbi votis ſtudioſorum omniũ conſulimus qui huius rei ſollicitudine tenentur. Refricabitur duntaxat hoc in loco Lectoris memoria qui forſan apud paucos edoctus eſt,quibus precipuè,rationibus prohibeatur vernacula lingua in ſacris perſoluendis myſteriis,quas breui ſequentibus periodis complexi ſumus.

Prima eſt vnio fidei [h] quæ per omnes orbis Eccleſias in hac linguarum vnitate commendatur, non ſine maxima hominum conſolatione qui quantumuis à noſtro orbe ſeparētur,vnicum tamen orationum genus, nobili & eximio ſermone decantatum audiunt vbique,quod ſi ſecus fieret ipſa fidei harmonia coufunderetur promiſcuo multorum idiomate,&qui ex vna in alteram migraret regionem tanquam ad alterius fidei ac religionis homines accederet, cum nihil prorſus intelligeret eorum quæ dicerētur. [i] Heſum & tēporis huius miſeriæ teſtātur maximam cladem iniectam fuiſſe Eccleſiæ quamprimum cœperunt homines in vulgus ſacra ferre ſcripturæ oracula,& plebeio ſermone eius dignitatē cauponari, tumipſis mulieribus ac imperitis de tractādis ſacris literis priuilegium conceſſum eſt.

Demum ſi vernaculę linguæ fulgeret authoritas in ſacris myſteriis, quantis opus eſſet vocum renouatoribus, & Lexicographis?qui obſoleta verba ab interitu vindicarent;& noua inſtruerent cum ea ſit hominum mens, luxuriari in vocibus inuſitatis?ſplendidiore ſermonis apparatu, lingua enim paucis ſæculis immutatur,Idiomata illuſtrancur

g Myſteria diuina omnibus diuulgata myſteria non dicuntur. Ideo diuina diſpēſatione factum eſt, vt myſterio non vulgari peragēdo,lingua aptaretur non vulgaris.

h Communi omniũ Occidentaliũ Eccleſiarum conſenſu obſeruatum eſt. vt quemadmodum in tota noſtra Eccleſia vna fides eſt ſic miniſtri Eccleſiæ, tanquam quodammodo eius fidei & verbi Dei miniſtri, in vna lingua loquātur, quoties non vt priuati homines, ſed vt miniſtri fidei loquuntur, non quod fides varietur Hebreorum Græcorũ, aut Latinorum idiomate. ſed quod conuenientiſſimum videtur, vno veluti labio myſteria huius fidei tractare.

i Ex malè intellecto traductarum vernaculè Scripturarum ſenſu variæ hæreſes oriri cœperunt, vt Valdenſium, Beghardiorum, Turelupinorum Lutheranorum Adamitarum Anabaptiſtarum.

tur, augentur, aut etiam varietate corrumpuntur, adeò vt quædam apud Gallos, Germanos & Hispanos veterum volumina inueniuntur, ita antiquata vt à Barbaris conficta fuisse credas. Conducibilius enim est sacris adytis vnius linguæ callere vsum, quam inuolucris inextricabilibus cæterarum nationum immorari. Et cum hominum vita breuis [k] sit ars verò longa, oporteret Pylios aut Nestoreos superare annos antequam omnes has linguarum varietates adipisci & consequi potis esset.

Nemo est deinde qui apprimè non sciat variis digestum esse sacrum officium floribus exinde collectis in frondenti scripturæ sacræ viridario, [l] quæ latentem & mysticum sensum habent & multum leporis reconditi quod tamen non palam explicant, sunt etiam ex Canticis Salomonis versiculi aliquot qui Christi Paranymphum cum Ecclesia concinunt vulgari tamen & dilucida satis Phrasi, quæ carnalibus hominibus libidinem fortasis mouerent si ab illis interpretarentur. Ex pluribus vnum exēpli gratia proponimus. [m] Osculetur me osculo oris sui & læua eius sub capite meo, dextera illius amplexabitur me. Et, dilectus meus mihi & ego illi, inter vbera mea cōmorabitur. Et, ad contactum dilecti venter meus intumuit. Postremò plurima incommoda suborirentur si vernaculè tractarentur sacra mysteria, quæ nec paginæ angustia nec paragraphi ratio recēsere permittit. [n] Claudatur ergo hæc controuersia ex ipso Concilij Tridentini decreto Sess. 22. de sacrificio Missæ. cap. 8. Etsi Missa, inquit, magnam contineat populi fidelis eruditionem non tamen expedire visum est patribus, vt vulgari passim lingua celebraretur. Idem Concilium eadem Sessione 22. can. 9. Si quis (ait) dixerit Ecclesiæ Romanæ ritum quo submissa voce pars Canonis, & verba consecrationis proferuntur, damnandum esse aut lingua tantum vulgari Missam celebrare debere aut aquam non miscendam esse vino in calice offerendo, eò quod sit contra Christi institutionem, Anathema sit.

Huc referri potest decretum Pij quarti Pontificis maximi prohibens ne sacra Biblia vulgari lingua passim sine discrimine permittantur.

hominum imperitorū qui putantes se intelligere quæ in sua vulgari lingua audierāt in turpes sectas prolapsi sunt.

k Hippocr. Aphoris. 1.

l *Sunt in diuinis scripturis nonnulla quæ indocti, & instabiles deprauant ad suam ipsorū perditionem, sunt & plurimæ similitudines & parabolæ, quæ nisi altiùs enucleentur rudes, & vulgares videntur, cum tamen illis profundissima lateat sapiētiæ virtus.*

m Can. 1 & 2.

n *Quæ incommoda eueniunt ex euulgatis sacrorum librorū monumentis retulit Innocent. 3. vir doctissimus & Pontifex dignissimus ante annos trecentos, & amplius ad Abbatem Cistertiensem, & collegas eius acriter eos reprehendens qui Canonicos sanctarum scripturarū libros. Gallicè translatos passim laicis, & mulieribus permittebāt & legebant.*

PATRVM

PATRVM DE CHRISTIANO SACRIFICIO SENTENTIAE.

§ X.

POSTERIORES hæreticorum cateruę audacia quadam Sathanica validóque lacerto Christianum sacrificium funditus euertere conati sunt sed frustrà oppugnatur arx illa quæ nullis machinis, nullis telis, nullo ariete quantumuis fortissimo expugnari potest, cuius præsidium est Christus Ecclesiæ suæ sponsus, clypeus sacra scriptura, milites strenuissimæ fortitudinis antiqui Patres quorum sententias hic adferre non pigebit.

Habemus in primis ipsos Apostolos tum eos qui coetanei fuerunt Apostolis quique primum sæculum ab ipsis constituerunt Ignatium,[a] Irenæum,[b] Martialem,[c] Iustinum Martyrem[d].

Habemus testes secundi sęculi Tertullianum,[e] Cyprianum,[f] Hyppolitum martyrem,[g] Originem.[h]

Tertij sęculi Athanasium,[i] habemus Gregorium,[k] Nazianzenum, Eusebium,[l] Basilium.[m]

Quarti sæculi testis est Ambrosius,[n] Hieronymus,[o] Epiphanius,[p] Chrysostomus.[q]

Quinti sæculi Augustinus,[r] ambo Cyrilli,[s] Theodoretus.[t]

Sexti sæculi, Leo Magnus,[v] Gregorius,[x] Damasus,[y] Oecumenius.[z]

Quis auderet tam sanctas testium depositiones infringere, contemnere, aut pessumdare? Quis non nisi desperatæ fidei assensum tantorum virorum recipiet? Euoluantur antiqua & noua Authorum monumenta nunquam non inuenietur Sacrosancti Missæ sacrificij probatio. Ex priorum adytis selectiores quasdam sentētias decerpsimus quas nostri Sacerdotes vti poterunt aduersus tenebrionum Hæreticorum contumelias.

Prior ergo ordine antesignanus veluti in medium procedat Iacobus frater domini qui quod Missa sit sacrificium oblatio, aut hostia & cultus Deo gratus manifestè ostendit in Lyturgia sua, cuius Lyturgiæ meminerunt sexta Synodus.

a Epistol. ad Smyrn. & ad Trall
b Libr. 4. cap. 32. 34.
c Epist. ad Burdegal
d Dialog. in Tryph.
e De cultu fæminarum.
f De lapsis. & Epist 3. lib. 2.
g De consummat.
h Lib. 8. cont. Cels.
i Orat. pro defunctis quæst. ad Antiochen.
k Ad Heroem. in funere patris.
l Demonstrat Euang. lib. 1. ca. 10. & 5. c. 3.
m De spiritu sancto. c. 27.
n In exæmero lib. 6. & Epist. 21. ad Theod.
o In uigilantium & Iouinianum.
p 75. Hære. in vlt. 180. Hær. & compend.
q Lib 3. de sacerd. & in 2. ad Timoth.
r 2 Li. Retrac. 11. Epist. 23 de Ciuit. lib. 10. c. 8. & 21. c. 10.
s Hieros. Catechefes. Myst. 5. Alexan. contra Nestorium.
t In 8. cap. ad Hebræos,
v Epist. 81. c. 2.
x Lib. Dial. 4. cap. 58.
y Lib. 4. Orthod. Fid. c. 14.
z Epistol. ad Hebr. c. 10.

dus,Canone 32.ſanctus Proclus Epiſcopus, Nicolaus Methonenſis Epiſcopus,& Marcus Epheſinus, cum Beſſarione,in Lyturgia ſua. [a]

Andreas Apoſtolus in Epiſtola ad Eccleſiam Achaiæ, vbi dicit, Omnipotenti Deo (qui viuus & verus eſt) ego omni die ſacrifico, non thuris fumum, nec taurorum mugientium carnes, ſed agnum immaculatum quotidie in altari crucis, cuius carnes poſteaquàm omnis populus credentium manducauerit, & eius ſanguinem biberit agnus qui ſacrificatus eſt,integer perſeueret,& viuus. Hãc Epiſtolam ante annos quadringentos citarunt ſanctus Vuolphelmus Abbas Bernardus,ſiue Rabanus, & Algerus.

Martialis [c] Sacrificium(inquit)offertur Deo creatori in ara,non homini vel angelo. Nec ſolùm in ara ſanctificata, ſed vbicunque offertur oblatio munda ſicut teſtatus eſt, cuius corpus & ſanguinem in vitam æternam offerimus, quod Iudæi per inuidiam immolauerunt, putantes ſe nomen eius tollere à terra:nos cauſa ſalutis noſtræ in ara ſanctificata proponimus; ſcientes hoc ſolo remedio nobis vitam præſtandam & mortem effugandam.

Clemens [d] Martyr, de diaconis agens, ait eos reliquias fragmentorum corporis Domini accuratè ſeruare debere. Et calicem ad præferendum ſanguinem domini miniſtrorum cum tota mundicia præparare debere.

Ignatius [e] Neque voluptates (inquit)huius mundi deſidero,panem Dei volo,panem cœleſtem, panem vitæ, qui eſt caro Dei,qui natus eſt in nouiſsimo ex ſemine Dauid & Abrahæ,& potum volo ſanguinem eius,&c.

Alexander [f] In ſacramentorũ(inquit)oblationibus,quæ inter Miſſarum ſolennia Domino offeruntur, paſsio Domini miſcenda eſt: vt eius,cuius corpus & ſanguis conficitur,paſsio celebretur.

Dionyſius [g] Areopagita,Chriſti Martyr glorioſius,in lib. Eccleſiaſticę Hierarchiæ,de hoc diuino agens myſterio, id eſt,de ſacræ Euchariſtiæ celebratione, hoſtiam memorat, & altare, Antiſtitem, ſacerdotes,ſacrificium, oblationem. Dicit enim inter alia,ex interprete. Oportet igitur nos, vt

a De conſecra. d.2 .c.Iacobus.

b Huius Epiſtolæ auctor libelli de duplici martyrio meminit.

c Martialis qui Saluatorem noſtrum in humanis vidit Epiſt.ad Burdegal.c.3.

d Clemens Martyr diſcipulus ac comes Petri Apoſtoli.epi. 3.quæ eſt de officio Sacerdotis, & lib. 2. Apoſtolicarum traditionum.

e Ignatius Martyr. Epiſtol. ad Smyrnenſes, & ad Romanos ſcribens Epiſt.15.

f Alexan.Martyr. in Epiſt.1. ad omnes Eccleſias. de conſecr. diſt 2.c. nihil. Idem ſcribit Iulius primus in Epiſtola ad Epiſcopos per Ægyptum.

g Dyoniſius Areopagita diſcipulus D. Pauli Apoſtoli.cap 2. Eccleſiaſticæ Ierarchiæ.

reor,nudata primi,ac præcipui intelligentia ſigni, intra ſacroſancta tranſire diuinámque principalis huius ſigni ſpeciem intueri,ac Pontificem auguſtiùs cernere à diuino altari vſque ad phani nouiſsima;cum odoris ſuauitate pergentem ac rurſus ad altare ipſum conſummandi ſacrificij cauſa remeantem. Hæc ille. Infrà, Porrò Cathecumenos, & Energumenos,& eos qui in pœnitentia ſunt,ſacroſancta ſacerdotalis inſtitutio pſalmodiam quidem piam, & diuinam ſanctarum ſcripturarum lectionem audire permittit: ad ea verò,quæ deinceps in hoſtiæ ſalutaris oblatione geruntur contuenda, non hos planè, ſed perfectos & tantæ rei dignorum admittit obtutus.Hæc illæ. Qui planè poſtea,in eodem opere ponit, & explicat ordinem Epiſcopalem,ordinem ſacerdotalem & ordinem aliorum miniſtrorum eccleſiaſticorum,vtDiaconorum;eorúmque ordinum declarat officia, functiones, & munia.Idem in Epiſtola ad Demophilum, Quum eſſem aliquando ſecus Cretam hoſpicio me ſuſcepit ſanctus Carpus, vir ſi aliquis alius, per multam mentis mundiciem ad Dei viſiones diuiniſsimus. Qui non inchoabat ſanctus myſteriorum conſecrationes niſi ei prius oſtenderetur de ſupernis propitia viſio,oranti, ante oblationem ſanctiſsimi ſacrificij.

h *Anacletus Martyr passus pro fide anno. Domin. 90. in Epist. 1. scripta omnib. Ecclesiis.*

Anacletus [h] Martyr,Epiſcopus(inquit) Deo ſacrificans, teſtes ſecum habeat,& plures quàm alius ſacerdos. Sicut enim maioris honoris gradu fruitur, ſic maioris teſtimonij incremento indiget. Presbyteri dextra leuáque, contrito corde,& humiliato ſpiritu ac prono ſtent vultu,cuſtodientes eum à maleuolis hominibus, & conſenſum, eius præbeant ſacrificio.

i *Irenæus Martyr. & Archiep. Lugdunens. lib. 4. contra hæreses c. 34 claruit sub M. Anthonino an. D. 175.*

Irenæus,[i] Quomodo(inquit)conſtabit eis, eum panē in quo gratiæ actæ ſunt corpus eſſe Domini. Et calicem ſanguinis eius,ſi non ipſum fabricatoris mundi filium dicant idest,verbum eius? per quod lignum fructificatę defluunt fontes.Dat primum quidem fœnum, pòſt deinde ſpicam, deinde plenum triticum in ſpica.Quomodo autem dicunt rurſus carnem in corruptionem deuenire,& non percipere vitam,quæ à corpore Domini & ſanguine alitur? Deinde.Quomodo ergo,inquit,& mixtus calix, & factus panis

percipit

per cipit verbum Dei, fit Euchariſtia corporis & ſanguinis ex quibus, augetur & conſiſtit noſtræ carnis ſubſtantia, quomodo carnem negant capacem eſſe donationis Dei qui eſt vita æterna, quæ ex corpore & ſanguine Chriſti nutritur, & membrum eius? vt Apoſtolus ait ad Epheſios 5. Quoniam membra ſumus corporis eius & de carne eius & de oſsibus eius, non de ſpirituali aliquo & inuiſibili homine dicimus hoc: ſpiritus enim carnem & oſſa non habet ſed de ea diſpoſitione quæ eſt ſecundum hominem, quæ ex carnibus & neruis & oſsibus conſiſtit: quæ de calice qui eſt ſanguis eius, & pane qui eſt corpus eius, augetur, &c.

Optatus [k] Quid eſt, inquit, tam ſacrilegum, quàm altaria Dei, in quibus & vos aliquando obtuliſtis, frangere, radere, remouere? Quid enim eſt altare niſi ſedes corporis & ſanguinis Chriſti? Hoc tamen immane facinus geminatum eſt, dum fregiſtis etiam calices, Chriſti ſanguinis portatores, quorum ſpecies reuocaſtis in maſſas. O ſcelus nefarium, ô facinus inauditum, auferre Deo, quod idolis præſtes, ſubducere Chriſto, quod proficiat ſacrilegio.

k *Optatus Afer contra Donatiſtas lib 6.*

Theodoretus [l] Epiſcopus Cyri, Cùm autem (Maris videlicet Eremita) lõgo tempore deſideraſſet videre offerri ſpirituale, & myſticũ ſacrificium, rogauit vt diuini doni illhic fieret oblatio. Ego verò lubenter parui, & iuſſi ſacra vaſa afferri, pagus enim haud longè aberat, & pro altari vſus Diaconorum manibus, myſticum diuinum, & ſalutare obtuli ſacrificium. Ille autem omni ſpirituali implebatur voluptate, & exiſtimabat ſe, ipſum cœlum videre dicebátque ſe nunquam tantam cæpiſſe voluptatem.

l *Theodoretus Epiſcopus Cyri c. 20 Hiſtoria religioſa.*

Iuſtinus [m] Martyr in Colloquio quod habuit cum Triphone Iudæo, ita interpretatur illam oblationem mundam de ſacrificio Euchariſtię, quod offertur in omni loco à nobis gentibus, tum pane, tum poculo quo docet nos clarificare nomen Dei, quod à Iudęis prophanatur.

m *Iuſtin Martyr 2 Apologie. Vixit anno Do. 150. in Syria, & Italia.*

Tertullianus [n] in libro de cultu fœminarum, demonſtrans nos Chriſtianos habere ſacrificium, inquit, vobis nulla ſ procedendi cauſa non tetrica, aut imbecillis aliquis ex fratribus viſitandus, aut ſacrificium offertur, aut Dei

n *Tertullianus lib de reſurrectione carnis. & 3. contra Marcionem & in li. aduerſus Iudæos agens de Cruce, & in lib. de cultu fœminarum.*

verbum administratur. Qui auctor aduersus Marcionem diligenter notauit illud verbum Domini, Desiderio desideraui hoc Pascha manducare vobiscum antequàm patiar, non tantùm de agno illo typico quàm de nostro Agno vero, qui tollit peccata mundi, fore intelligendum. Quod & post ipsum adnotauit Eusebius; & post Eusebium, sanctus Thomas.

Cyprianus [o] Martyr, Quis magis sacerdos Dei summi quàm Dominus noster Iesus Christus, qui sacrificium Deo Patri obtulit, & obtulit hoc idem quod Melchisedech obtulerat, id est, panem & vinum; suum scilicet corpus, & sanguinem. Infrà, Vt ergo in Genesi per Melchisedech sacerdotem benedicta circa Abrahã posit ritè celebrari, præcedit ante imago sacrificij, in pane, & vino scilicet instituta; Quam rem perficiens, & adimplens Dominus, panem, & calicem mistum vino obtulit, & qui est plenitudo, veritatem præfiguratæ imaginis adimpleuit. Rursus, Quòd si & à Domino præcipitur, & ab Apostolo eius idem confirmatur, & traditur, vt quotiescunque biberimus, in memoriam eius faciamus quod fecit & Dominus, inueniemus non seruari à nobis quod mandatum est, nisi eadémque Dominus fecit nos quoque faciamus. Et si in sacrificio, quod Christus est, non nisi Christus sequendus est, vtique id nos obaudire & facere oportet, quod Christus fecit, & quod faciendum esse mandauit Et si Iesus Christus Dominus & Deus noster ipse summus sacerdos Dei Patris, & sacrificium Deo Patri ipse primus obtulit & hoc fieri in sui commemorationem præcepit: vtique ille sacerdos vice Christi verè fungitur, qui quod Christus fecit, imitatur. Et sacrificium verum & plenum tunc offert in Ecclesia Deo Patri, si sic incipiat offerre, secundum quòd ipsum Christum videt obtulisse.

o Cyprianus Carthaginensis Episcopus lib. 1. Epist. 2. & 3. Epist. 15. Et sermone de oratione dominica, & sermone de cœna Domini.

Laurentius [p] Martyr secundum hanc veritatem catholicam dixit Syxto Papæ eunti ad Martyrium, Quò progrederis sine filio pater: quò sacerdos sanctus, sine Diacono properas? Nunquam sine ministro offerre consueueras. Quid ergo in me displicuit pater, siue aliàs, paternitati tuę?

p D. Laurentij hoc Egregium dictum refert Ambrosius de officiis lib. 1 c. 41. quod canit sancta Ecclesia.

Fœlix [q] Papa Martyr, Non decuerat (inquit) vt ij qui corpus

q Fœlix Papa Martyr qui vixit sub Aureliano circa annum D 275. in responsione ad Athanasium, & vniuersos AEgyptios.

pus Christi quotidie proprio conficiunt ore, tantam paterentur persecutionem.

Origenes[r] ille antiquus super Leuiticum, latè prosequitur, quòd Apost. Paulus sacrificio illo expiationis antiquo, tanquam vmbræ veritatem applicat consummationem sanctissimæ victimæ crucis: dicens quód Christus suo sanguine in cruce, per proprium sanguinem ingressus est non in manufacta sancta, sed in ipsum cœlum, vt appareat vultui Dei quasi propitiatoriè pro nobis, donec secundo sine peccato appareat omnibus se expectantibus in salutem. Ibique interpretatur diem propitiationis nobis manere donec Sol occidat, idest, vsquequo mundus finem accipiat, quod Apostolus dicit, donec secundò appareat omnibus, &c.

Damasus[s] Papa, Non pœnitentē (inquit) sine præceptione episcopi sui, reconciliare: neque eo præsente, nisi illo iubente sacramentum corporis & sanguinis Christi conficere, audeat, &c.

Cyrillus[t] Episcopus Hierosolymitanus, Quemadmodum panis & vinum (inquit) Eucharistiæ ante sacram inuocationem venerandæ Trinitatis, panis erat & vinum merum, peracta verò inuocatione panis quidem fit corpus Christi, vinum autem fit sanguis Christi: sic cibi Idolotytorum suapte natura quidem puri: inuocatione autem dæmonum impuri efficiuntur. Et rursum Christus mutauit aquam in vinum, in Cana Galileæ, cur non potest mutare, vinum in sanguinem? Sub specie panis datur tibi corpus sub specie vini datur tibi sanguis, vt sumpto corpore & sanguine Christi, efficiaris Christi particeps.

Cyrillus[v] Alexandrinus Episcopus Non enim (inquit) horremus carnem & sanguinem apposita sacris altaribus condescendens Deus nostris fragilitatibus influit oblatis vim vitæ, conuertens ea & in veritatem propriæ carnis.

Ioannes Chrysostomus[x] Propter hoc imperauit, inquit, semper offerri propter infirmitatem, vt & mēmoria peccatorum fieret. Quid ergo nos? Nônne per singulos dies offerimus? Quidem, sed ad recordationem facientes mortis eius Et vna est hæc hostia, non multæ. Quomodo vna, &

r Origenes hom. 9. in Leuiticum.

s Damasus Papa qui claruit sub Valente, & Valentiniano circa annum Do. 370 Epistol. ad Stephanum Archiepiscopū.

t Cyrillus Episcopus Hierosolymitanus in Catechesi Mystagogica prima & 3.

v Cyrillus Alexandrinus contra Iulianum Apostatam: lib. 4. & 3. Thesauri. c 37. & lib. 4. c. 14. & lib. 10 cap. 13. lib. 12. cap. 50. & & 58. & Epist. ad Colosyrum.

x Chrysostomus hom. 51 in Matthæum, Homil. 60 ad populum Antiochenum hom. 24. prioris ad Corinth. 1. Hom. 3. in Epist. ad Ephes. sup Apost. ad Hebr.

non multæ: Quia semel oblata est. Oblata est in sancta sancta sanctorum. Hoc autem sacrificium, exemplum est illius id ipsum semper offerimus. Nec nunc quidem aliũ agnum crastin̄ alium, sed semper eundem ipsum. Proinde vnum est hoc sacrificium, hac ratione. Idem, Sacerdos altari assistens, pro vniuerso orbe terrarum, pro absentibus atque pręsentibus, pro his qui ante nos fuerũt, sacrificio illo proposito, Deo nos gratias iubet offerre. Idem, Ideo in mysteriis inuicem salutamus, vt multi vnum efficiamur, & communes pro non initiatis preces effundimus, & pro infirmis & terræ, & maris, & vniuersi Orbis fructibus sacrificamus Idem, Nostis profectò qui initiati estis, id quod dicimus, siue sexta feria, siue sabbato, siue dominica die, siue in celebritate Martyrum, eadem litatur hostia, idem sacrificium consummatur.

[y] Hyppolitus Martyr oratione de Antichristo.

Hippolitus, [y] Lugebunt Ecclesiæ luctum magnum, quia nec oblatio', nec suffitus fiet, nec cultus Deo gratus sed Ecclesiarum ædes sacræ tugurij instar erunt, preciosúmque corpus, & sanguis Christi, non extabit in diebus illis. Lyturgia extinguetur, Psalmorum decantatio, cessabit scripturarum recitatio non audietur. Tunc dicet his qui erunt à dextris eius, Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi, Venite Prophetę, propter nomen meum expulsi, &c. Venite Pontifices, qui purè mihi sacrificium, die noctúq; obtulistis ac preciosum corpus & sanguinẽ meũ immolastis quotidie.

[z] Eusebius Cæsariensis Episcopus lib. 1. de demonstra. Euang. ca. 10 & c. vlt. lib. 5. c. 3. lib. 8. cap. 2.

Eusebius [z] Cæsariensis Episcopus, Ab ortu solis vsque ad Occasum, nomen meum glorificatum est in gentibus & in omni loco in censum offertur nomini meo, & hostia munda. Sacrificamus igitur Deo altissimo, sacrificium laudis: sacrificamus Deo plenum, & horrorem afferens, & sacrosanctum sacrificium: sacrificamus nouo more, secundum nouum testamentum, hostiam mundam. Idem, Post omnia quasi mirabilem quandam victimam, sacrificiúmque eximium Patri suo operatus, pro nostra omnium salute obtulit, eiúsque rei memoriam vt nos ipsi Deo pro sacrificio offerremus, instituit. Idem, Et sanè oraculi exitus admirabilis ei qui contempletur, quemadmodum Saluator noster

noster Iesus,qui est Christus Dei,ipsius Melchisedech,ritu ea quæ ad sacerdotium in hominibus gerendum spectant, per suos ministros perficiat.Nam quemadmodum ille , qui sacerdos gentium erat,nusquam videtur sacrificiis corporalibus functus,sed vino solo, & pane , dum ipsi Abraham benedicit:ita planè primus ipse Saluator, ac Dominus noster , deinde qui ab ipso profecti sunt sacerdotes in omnibus gentibus , spirituale secundum Ecclesiasticas sanctiones sacerdotij munus obeuntes,vino,ac pane & corporis illius,& salutaris sanguinis mysteria representant. Quæ sanè mysteria,Melchisedech tanto ante spiritu diuino cognouerat , & rerum futurarum imaginibus vsus fuerat,sicut etiam Mosis scriptura testificatur,vbi ait, Et Melchisedechrex Salem protulit panem & vinum , Erat autem sacerdos Dei altissimi.

Thimothæus [a] Alexandrinus qui secundo Concilio Niceno interfuit, Hostiam mundam & incruentam offerri Deo quotidie in Ecclesia scribit εἰς ἐπιστροφὴν καὶ μετάνοιαν πάντων τῶν πιστῶν,id est , ad conuersionem & pœnitentiam omnium fidelium offertur.

[a] In prœmio narrationis miraculorum Menæ Aegyptij.

Gaudentius [b] Brixianus,D.Ambrosij familiaris,ipse(inquit)creator & Dominus qui producit de terra panem de pane rursus (quia potest & promisit).efficit proprium corpus,& qui de aqua fecit vinum , de vino etiam sanguinem suum fecit.

[b] Gaudentius Brixiensis qui vixit circa annum D.390.in Italia.

Ephrem [c] Syrus,Grande profectò,exclamat,miraculum aspicere me corporeos spiritus in terra carneos cibos edentes, sed omnem sanè admirationem , omnem mentem omnémque sermonem excedit,quod fecit nobis vnigenitus filius Christus Saluator noster , ignem & spiritum ad manducandum & bibendum præstitit nobis, corpus videlicet & sanguinem.

[c] Ephrem Syrus lib.de natura Dei non scrutanda.

Gregorius [d] Nazianzenus, Mox incruenti sacrificij oblatione manus commaculat,per quod nos Christo vnimur, nec non passionis,ac diuinitatis eius participes reddimur, sectionibus,& victimis res stabiliens regias,malis consiliariis in malo vtens principatu.

[d] Gregorius Nazianzenus oratione prima in Iulianum Apostatam.

Gregorius [e] Nissenus, Panis statim per verbum mutatur

[e] Gregorius Nissenus sermone Cathechetico de diuinis sacramentis.

vt dictum est à verbo, hoc est corpus meum.

Epiphanius [f] Visum est, vt in veteri sacerdotio sacerdotalis dignitas non constituatur: Verùm ad id, quod ante Leui, & ante Aaron fuit secũdum ordinem Melchisedech sacerdotium transferatur: quod sanè nunc in Ecclesia viget, à Christo & hucusque. Idem auctor memorat & probat, atque recipit octo libros Clementis de Apostolicis traditionibus, in quibus manifestè habetur de nostro sacerdotio, ac sacrificio Missæ, & insuper quòd saluator noster obtulit in cœna.

Ambrosius [g] Vidimus principem Sacerdotum ad nos venientem, vidimus & audiuimus offerentem pro nobis sanguinem suum, sequantur vt possumus sacerdotes, vt offeramus pro populo sacrificium, & si infirmi meritò, tamen honorabiles sacrificio, quia & si nunc Christus non videatur offerre, tamen ipse offertur in terris, quando corpus Christi offertur. Immo ipse offerre manifestatur in nobis, cuius sermo sanctificat sacrificium, quod offertur. Idem, In Christo semel oblata est hostia ad salutem potens. Quid ergo nos? Nónne per singulos dies offerimus? Et si quotidie offeramus, ad recordationem eius mortis, Sic & vna est hostia, non multæ. Quomodo vna, & non multæ? Quia semel immolatus est Christus. Hoc autem sacrificium, exemplum est illius idipsum & semper idipsum offertur; proinde, hoc idem est sacrificium. Alioquin dicetur, quoniam in multis locis offertur, multi sunt Christi: non, sed vnus vbique est Christus: & hic plenus existens, & illic plenus. Sicut quod vbique offertur, vnum est corpus, ita & vnum sacrificium.

Augustinus [h] Nos Martyribus (inquit) nostris nõ templa sicut diis, sed memorias sicut hominibus mortuis, quorũ apud Deũ viuunt spiritus, fabricamus, nec ibi erigimus altaria in quibus sacrificemus Martyribus, sed vni Deo & Martyrum, & nostro sacrificium immolamus, ad quod sacrificium, sicut homines Dei, qui mundum in eius confessione vicerunt, suo loco, & ordine nominantur. Ipsum verò sacrificium, corpus est Christi. Idem., Quod Dominus dicit leproso mundo, Vade: ostende te sacerdoti, & offer munus, &c.

f Epiphanius lib. 2 contra hæreses, hæresi. 55.

g Ambrosius in Psalm. 38. et in prima præparatione præparante ad Missam, & lib 4. de Sacramentis. cap. 5. & 6. & lib. 1. officiorum. cap. 10. 41. 48. & in sua Missa, & super Apostolum ad Corinthios, & ad Hæbreos, cap. 10 scribit, & in oratione funebri de fratre, siue de obitu Satyri, illum, periculum maris instantem euasisse, dum ferret corpus Christi in collo ligatum.

h Augustinus lib. 2. quæstionum Euangelicarum, & in de Ciuitate Dei. li 8. c. 27. & lib. 16 c. 22. & lib. 17 c. 20. & lib. 18 c. 35. & contra Faustum. li. 20 c. 18. atque cap. 21. & contra aduersariũ legis, & prophetarum lib. 1. ca. 18. & 20. Missam in exequiis matris suæ celebratam scribit lib. 9. confessionum. c 12.

&c. Videtur approbare ſacrificium, quod per Moſem præceptum eſt, cum id non receperit Eccleſia. Quod ideo iuſſiſſe intelligi poteſt, quia nondum eſſe cœperat ſacrificium ſanctum ſanctorum, quod corpus eius eſt. Idem, Honoramus memorias eorum (Martyrum) tanquam ſanctorum hominum Dei, qui vſque ad mortem ſuorum corporum, pro veritate certarunt, vt innoteſceret vera religio, falſis religionibus, fictiſque conuictis. Quis autem audiuit aliquando fidelium, ſtantem ſacerdotem ad altare, etiam ſuper ſanctum corpus Martyris ad Dei honorem cultúmque conſtructum, dicere in precibus, Offero tibi ſacrificium Petre, vel Paule, vel Cypriane: cum apud eorum memorias offeratur Deo, qui eos, & homines, & Martyres fecit, & ſanctis ſuis angelis cœleſti honore ſociauit. Idem, Cùm Melchiſedech Abrahæ benediceret, ibi primum apparuit ſacrificium, quod nunc à Chriſtianis offertur Deo toto Orbe terrarum. Impletúrque illud, quod longè poſtea hoc factum per Prophetam dicitur ad Chriſtum, qui fuerat venturus in carnem, Tu es ſacerdos in ęternum ſecundum ordinem Melchiſedech. Non ſcilicet ſecundùm ordinem Aaron, qui ordo fuerat auferendus: illuceſcentibus rebus, quæ illis vmbris prænotabantur.

Hieronymus [i] etiam vbique confitetur ſacerdotes noui teſtamenti, ac ſacerdotium Cchriſti ſecundum ordinem Melchiſedech. Manifeſtè enim aſſerit ſacerdotium Melchiſedech fuiſſe in pane, & vino, & de Saluatore noſtro ait, Poſtquam typicum Paſcha fuerat impletum, & agni carnes cum Apoſtolis comederat, aſſumit panem, qui confortat cor hominis, & ad verum paſchæ tranſgreditur ſacramentum: vt quo modo in præfiguratione eius Melchiſedech ſummi Dei ſacerdos panem, & vinum offerens, fecerat, ipſe quoque veritatem ſui corporis, & ſanguinis repręſentaret. Poteſt inſuper videri Pſal. 109. Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech. Et item in Epiſtola ad Hedibiam. Qui ſuper Leuit. ait, De hac quidem Hoſtia, quæ in Chriſti commemoratione mirabiliter fit, edere licet: de illa verò quam Chriſti in ara Crucis obtulit, ſecundum ſe nulli edere licet.

i Hieronymus ſuper caput. 26. Matthæi. & in 11 c. prioris ad Timotheum. Et de vit. ab eremi. tarum ad Heliodorum. In apologia pro libris aduerſus Iouinianum, & ad Theophilum aduerſus errores Ioannis Ieroſolymitani, in Oſeam, in c. 27. Matth. in cap. 5. ad Galath. in c. 3. 50, homia

Basilius dixit, [k] Attende Domine Iesu Christe Deus noster de sancto tabernaculo tuo,& de throno gloriæ regni tui,& veni ad nos sanctificandos, qui supra cum Patre sedes,& hic inuisibiliter versaris,[&] dignitate potenti manu tua impartiri nobis impollutum corpus tuum,& precio sum sanguinem & per nos toti populo.Fac panem quidem istum,ipsum honorificum corpus Domini Dei & Seruatoris nostri Iesu Christi,quod autem in calice isto,ipsum sanguinem Domini Dei Iesu Christi,qui effusus est pro mundi vita.Potest etiam videri eiusdem Basilij Lyturgia,& potest legi sanctus Amphilochius de vita Beati Basilij, Cano. 32.6.Synodi.tom.3.actione 6. Nicænæ Synodi.2. Et nos ita legimus in De consecratione, Iacobus frater Domini secundum carnem, cui primùm tradita est Hierosolymitana Ecclesia, & Basilius Cæsariensis Episcopus, cuius claritas per totum Orbem refulsit,in scripturis, addiderunt nobis Missæ celebrationem,id est,ordinem celebrandæ Missæ.

k Basilius Magnus in exhortatione ad sanctum Baptisma & lib. 1. de Baptismate.c.3. in fin. & lib. 2. q. 3. & de constit. Monachorum. in reg. 7. de fide & de oratione habẽda.

Sulpitius [l] Seuerus,Cùm hac igitur (Martinus) oblaturus sacrificium Deo, veste procedit.Quo quidem die(mira dicturus sum) cum iam altare,sicut est solenne, benediceret,globum ignis de capite illius vidimus emicare, ita vt in sublime contendens,longius collum, crinémque flamma produceret.

l Sulpitius Seuerus lib.2.dialogorum.c.2.

Arnobius,[m] Si vultis(inquit)Iudęi euadere mortem quam incurristis:bibite sanguinem quem fudistis.

m Arnobius super Psal. 8. hic author claruit, sub Diocletiano circa annum D. 309.

Damasus [n] Papa, Nec pœnitentem (inquit) sine præceptione episcopi sui,reconciliare : neque eo præsente, nisi illo iubente sacramentum corporis & sanguinis Christi conficere,audeat,&c.

n Damasus Papa Epistola ad Stephanum Archiepiscopum.

Fulgentius [o] etiam de hoc diuino sacrificio multa dixit, Ad Monimum enim scribens, grauiter eorum hæreticorum confutauit sententiam, qui sacrificium corporis,& sanguinis Christi, quod in Ecclesia celebratur, soli Patri immolandum existimarunt. In De fide autem ad Petrum,inquit,Firmissimè tene, & nullatenus dubites,ipsum vnigenitum Deum,Verbum carnem factum, se pro nobis obtulisse sacrificium,& hostiam Deo,in odorem suauitatis, cui cum Patre, & Spiritu sancto à Patriarchis,Prophetis,& Sacerdotibus,

o Fulgentius ad Monimum. lib 2. & de fide ad Petrum.c.19.

Sacerdotibus, tempore veteris testamenti animalia sacrificabantur, & cui nunc, id est, tempore noui testamenti, cum Patre, & Spiritu sancto, cum quibus illi est vna diuinitas, sacrificium panis, & vini in fide, & charitate, sancta Ecclesia catholica per vniuersum Orbem terræ, offerre non cessat: In illis enim carnalibus victimis, figuratio fuit carnis Christi, quam pro peccatis nostris ipse, sine peccato fuerat oblaturus, & sanguinis, quem erat effusurus in remissionem peccatorum nostrorum. In isto autem sacrificio, gratiarum actio, atque commemoratio est carnis Christi, quam pro nobis obtulit, & sanguinis, quem pro nobis idem Deus effudit. In illis ergo sacrificiis quid nobis esset donandum, figuratè significabatur: in hoc autem sacrificio, quid nobis iam donatum sit, euidenter ostenditur. In illis sacrificiis prænuntiabatur filius Dei pro impiis occidendus, in hoc autem pro impiis annunciatur occisus.

Philo [p] Alabarches Petri familiaris describens Ecclesiæ Apostolicæ mores sub Essenorum vel Iessæorum nomine adserit reliquos Iessæos vti vulgari pane & quidem fermentato cum hyssopo tempore magnæ hebdomadæ, at in ea parte templi quam πρόναον vocat esse quendam alium panem in mensa qui & sit, & habeat præmium sacerdotum. Et ne putes vanam esse coniecturam reduc in animum maiores nostros, in illa prisca antiquitate non nisi bis in hebdomada tempore quadragesimæ missam perfectam celebrasse reliquis diebus vsos προηγιασμένοις vt esset quidem communis ad horam nonam, non autem consecratio nisi certis diebus. Cum igitur eo tempore Philo in Christianos incidisset, vidit quæ tam fiebant & in literas retulit.

[p] Vt harum rerum certior habeatur fides, adeundus est Epiphanius in Nazoræis, Eusebius lib. 2 c. 10. & Nicephorus lib. 2. c. 15. Hieronymus in vita Marci, ex quibus facilè est conijcere Philonem agere de Eucharistia.

Dyonysius [q] Alexandrinus, Ait (inquit) Apostolus de Christo, quod cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, se esse æqualem Deo, id est, non sic quemadmodum qui per studium virtutis, & labores, ac certamina, regnum Dei rapiunt, sicut scriptum est, regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud, non sic inquam, Christus laboribus, & studiis virtutum comparauit, vt esset æqualis Deo, quin potius operuit cœlos virtus eius, & laudis eius plena est terra, splendor eius, vt lux erit, vt testatur ipse

[q] Dyonysius Alexandrinus in Epi. ad Paulum Samosf. quam diuus Hieronym. admirabilem vocat, cum de hoc magno auctore in scriptoribus Ecclesiasticis meminit.

 qui verè

qui verè est semper in patre, inquiẽs, ego lux mundi, id est, dominus mundi, habens in se ipso patrẽ, & viuificũ, ac dominum spiritum,, & tamen seipsum exinaniuit, vnde sacramentum inenarrabile sic ab eo appellatur nouum testamentum, dare seipsum in mystica cœna, non sicut secundùm legem sacerdotij Aaronici carnes pecudum aræ olim imponebant, scribit enim Moses inquiens carnes sanctæ imponentur altari, & comedet populus, & quicunque immundus eas tetigerit, peribit, nunc autem non sic, quin potius ipse dominus dicit, qui manducat me, ipse viuet propter me. Deus ergo est, qui habitat in nobis secundum testamentum, quod disposuit dicens nobis, accipite hoc, & diuidite inter vos, nouum testamentum est, hoc facite, hæc est Dei ad nos exinanitio, vt dimittamur ad capiendum eum: hoc enim tremendum sacramentum dicit Apostolus, cum ait, quod seipsum exinaniuit, non relinquens patrem, vt à nobis capitur, absit, immò ipsius verba proferam, ego inquit, & pater ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.

[r] Magnetes Ecclesiasticus auctor & seniorũ doctorum in numerum referendus lib. 3. apologiarum aduersus Theostenem Euangeliorum calumniatorem. qui cum Capharnaitis dicebat, durus est hic sermo, & quis potest eum audire, quodquidem dictum ξένον κ᾽ ἀφρώδες, id est, inauditum & horrendum non esse, respondet hic clarissimus senex.

Magnetes[r] Quando quidem inquit, corpus ex terra, existit, ex terra autem panis, item & vinũ, quomodo non est alius ausus dicere, caro mea est cibus, sanguis meus est potus? nempe, quia nullus est creator terræ, nisi hic; nullius est creatura, nisi filij Dei; idcirco dixit, hoc est corpus meum: mea enim post terram geniti sunt, corpus à me accipientes: ego verò ante terram, à nullo hanc accipiens, ex hac corpus, id est, ex mea creatura accepi, sumens carnem ex meo igitur meum propono vobis charisma, ex terra vobis panis ad alendum extitit, terra vero creatura mea est: ex terra similiter extitit corpus, & hæc mea massa, ex vnione igitur, qua vnitus sum sanctis cum terreno, do panem, & vinum, iubens esse corpus meum, & sanguinem. Etenim si Abraham, aut alius quispiam ex iustis, ac sanctis dixisset caro mea est cibus, & sanguis meus potus, valde mentiri ausus esset: aut si dixisset, hoc est corpus meum, & hic est sanguis meus, non enim hoc ipsius, sed alterius esset substantia, neque manducata vitam manducantibus præberet: siquidem quod non habet verbum viuens vnitum

cum

cum corpore, quod fuit terrenum, ad æternam vitam edentes non adduceret. Christus ergo proprium corpus, & sanguinem dedit credentibus immisso eis vitali pharmaco diuinitatis.

Damascenus[s] etiam non obscurè dixit, Pane & vino suscepit Melchisedech Abraham ex cæde alienigenarum reuertentem, qui erat sacerdos Dei altissimi: illa mensa, hanc mysticam præfigurauit mensam. Sacerdos ille Christi veri sacerdotis figuram præ se ferebat, & imaginem. Tu es (inquit) sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Idem auctor in historia duorum militum Christi, tradit manifestè, quòd obtulit Deo sacrificium sanctissimus Barlaam, & quòd communicans ipse, tradidit & Iosaphat incontaminata Christi mysteria, & exultauit spiritu.

[s] Damascenus lib. 4. c. 4. de fide Orthodoxa in c. de Mysteriis.

Photius[t] apud Oecumenium dicit de Saluatore nostro Quia sine sanguine hostiam obtuli t, deinde postmodum, suum ipsius etiam corpus; propterea ergo aptè dictum est, Christũ esse sacerdotem secundum ordinẽ Melchisedech.

[t] Photius apud Oecumenium.

Oecumenius,[v] Hic primus hostiam sine sanguine Deo obtulit, nempe panem, & vinum Et licet Christus non obtulerit carentem sanguinem hostiam, siquidem suum ipsius corpus obtulit, attamen qui ab ipso fungentur sacerdotio, quorum Deus Pontifex esse dignatus est, sine sanguine offerent. Nam hoc significat, *in æternum*, neque enim de ea que à Deo semel oblata est oblatione, & hostia dixisset, *in æternum.* Sed respiciens ad præsentes sacrificos, per quos medios Christus sacrificat, & sacrificatur, qui etiam in mystica cœna, modum illis tradidit huiusmodi sacrificij.

[v] Oecumenius explicãs locum Apostoli. Heb. 5. secundum ordinem Melchisedech.

Leontius[x] Eutholius, Demittens (inquit) se ad nostras infirmitates, in proposita, scilicet panem & vinum immittit virtutem vitæ, & transmutat ea ad energiam suæ carnis, vt habeamus illa in viuificam participationem, & tanquam semen viuificum inueniatur in nobis corpus vitę.

[x] Leontius Eutholius, quem Theophylactus pluribus in locis sequutus est in commentario Ioannis.

Seuerianus,[y] Panem (inquit) verbum Dei sumpta humanitate in mystica cœna sacræ illius operationis magni mysterij primus ipse accepit, & benedixit, & dedit discipulis in memoriam suæ mortis, & resurrectionis dicens, hoc est corpus meum, deinde subiungit, ὃ καὶ ἐσθιόμενον καὶ ἀπαθὲς καὶ

[y] Seuerianus Gabalonensis Episcopus quem Nicephorus scribit excelluisse tempore Chrisostomi in concionibus sententiarum, & testimoniorum scriptura sanctæ frequentia.

ἀθάνατον, καὶ ἀφθαρσίας πλῆρες, καὶ ἀναπιμπλῶν ἡμᾶς τῆς αὐτοῦ εὐλογίας καὶ ἀθανασίας, καὶ ἀφθαρσίας ὥσπερ τι σπέρμα τῆς μελλούσης ἡμῖν ἐπιγίνεσθαι θείας χάριτος καὶ δυνάμεως τῆς ἀναστάσεως, quid, inquit, & comedimus, eſt impaſsibile, & immortale & incorruptione plenū, & implēs nos benedictione, & immortalitate, atque incorruptione tanquam ſemen quoddam futuræ in nobis diuinæ gratiæ: & virtutis reſurrectionis.

[1] Theophilactus multis, & variis locis. in Epiſt. ad Hebr. cap. 5. & c. 10. ſuper Marcum. cap. 14. & ſuper Matthæum. cap. 28.

Theophilactus, [1] Teſtatur enim quòd Chriſtus tunc immolauerit ſeipſum, ex quo tradidit diſcipulis corpus ſuum. Tunc enim functus eſt ſacerdotio ſecundum ordinem Melchiſedech. Iterum, Quomodo accumbebat, quum lex præciperet à ſtantibus comedendum Paſcha; Veriſimile igitur primùm perfecta ea quæ ſunt legis, deinde recubuiſſe proprium Paſcha traditurum. Et paulò pòſt. Quum benedixiſſet, hoc eſt, gratias egiſſet, fregit panem, id quod etiam nos facimus preces adiungendo. Hoc eſt corpus meum, hoc inquam, quod ſumitis. Non enim figura tantùm, & exemplar quoddam dominici corporis, panis eſt, ſed in illum conuertitur corpus Chriſti. Dominus enim dicit, Panis quem ego dabo, caro mea eſt. Non dixit, figura eſt carnis meæ. ſed, Caro mea ea eſt. Alibi, ſuboritur hic quæſtio, Num & nos victimas exangues, & incruentas offeramus: Cui reſpōdemus, Omninò. Cæterùm memoriam faciemus mortis Domini: Eſtque vnum ſacrificium, non multa, quandoquidem ſemel oblatus eſt. Ipſum quidem ſemper offerimus, immo potius memoriam illius oblationis facimus, qua ſe ipſe obtulit, ceu iam nunc facta ſit. Proinde vnum eſt ſacrificium. Nam quod ad quæſtionem attinet. poſtquam multis in locis offertur, multi igitur Chriſti erunt? Non bene colligitur, nequaquam enim multi ſunt, ſed vnus eſt vbique: hic plenus, & iſthic plenus, & perfectus, vnúmque corpus. Quemadmodum enim in multis locis oblatus Chriſtus vnum corpus eſt, & non multa corpora, ſic & vnum ſacrificium. Nam illam hoſtiam offerimus, quæ tunc eſt oblata.

[a] Gregorius Hom. 37. in illud Lucæ c. 13. ſi quis non odexit patrem, & ibi de Miſſæ ſacrificio. & lib. 4. Epiſt. Epiſtol 49. & lib 7. Epiſtol 3. Sacrificium vocat corpus, & ſanguinem Domini, redditque rationem Epiſt 63. de his quæ in miſſa fiunt & aguntur.

Gregorius [a] etiam præter ea multa, quibus ſacerdotum ordinem, officiúmque declarat, ſpecialiter agens De virtute, ac myſterio victimæ Saluatoris in Miſſa, dicit manifeſtè in ſuis

in ſuis Dialogis, Habemus itaque præſens ſæculum vel quia iam conſpicimus defluxiſſe, tota mente contemnere quotidiana Deo lachrymarum ſacrificia, quotidianas carnis eius, & ſanguinis hoſtias immolare. Hæc námque ſingulariter victima ab æterno interitu animam ſaluat, quæ illam nobis mortem vnigeniti per myſterium reparat. Qui licèt reſurgens á mortuis iam non moritur, & mors ei vltra non dominabitur: tamen in ſemetipſo immortaliter, atque incorruptibiliter viuens, pro nobis iterum in hoc myſterio ſacræ oblationis immolatur. Eius quippe ibi corpus ſumitur, eius caro in populi ſalutem partitur, eius ſanguis non iam in manus infidelium, ſed in ora fidelium funditur. Hinc ergo penſemus quale ſit pro nobis hoc ſacrificium quod pro abſolutione noſtra paſsionem vnigeniti Fili ſemper imitatur. Quis enim fidelium habere dubium poſſit, in ipſa immolationis hora: ad ſacerdotis vocem Cœlos aperiri, in illo Ieſu Chriſti myſterio angelorum choros adeſſe, ſummis ima ſociari, terrena cœleſtibus iugi, vnũquoque ex viſibilibus, atque inuiſibilibus fieri? Idem auctor ſcribens Ioanni Epiſcopo Syracuſano, contra aliquod detractores, Miſſæ ordinationis rationem adducit, & fatetur nos oblationis Hoſtiam in Miſſa conſecrare, ſicut Apoſtoli conſecrabant. Multa de fructibus huius diuini ſacrificij affert quidem: Sed hac de re, inferius affatim ſuo priuatim loco loquemur.

Theodoretus [b] Melitinenſis Epiſcopus, Si igitur, inquit, videritis filium hominis, id eſt, me, qui videor vobis filius hominis propter carnem, aſcendentem humanitate ſcilicet poſt reſurrectionem, vbi etiam prius diuinitate, quid dicetis tunc, ſcilicet ab ipſa veritate coniuncti, etenim ſi exiſtimatis carnem meam non poſſe viuificare, quia non ineſt hoc in natura carnis, quomodo inſtar auis in cœlum aſcendet: hoc enim æquè impoſsibile eſt carni terrenę. Si enim ſupra naturam aſcendet, quid obſtat, quominus viuificet, quamuis non ſit naturæ eius inſitum viuificare? qui enim, quod terrenum eſt, facit cæleſte, planè viuificum etiam reddet, licet innatum inſitumque naturæ eius propriæ ſit interire, non polliceor verbis tantum, aſcenſurum me in

[b] *Theodorus Melitinenſis episcopus in Armenia minore libro eruditiſsimo explanationum in Euangelia, cuius opera extant in bibliotheca Vaticana.*

me in cœlum,ne rursus dicatis, illud quomodo ? quinimmo oculos vestros adhibeo testes verborum: vestra spectatio omnem contra dicentem flectet,méque è cœlo descendisse,& omnia facere posse planum faciet,tametsi enim maximè descensus meus è cœlo homines latere videtur:& ob eam causam dubius,vel etiam incredibilis putatur iis , qui audiunt:attamen ascensus meus in cœlos post resurrectionem in conspectu discipulorum factus omnem ambiguitatem dissoluet , & meum corpus viuificum esse demonstrabit,non enim ipsis cernentibus , ascendere in cœlum possem,nisi inde prius ad vos descendissem.

Arnobius [c] etiam ante mille trecentos annos,exponens illum locum , Tu es sacerdos in æternum &c. Ita dicit de Seruatore nostro,Hic qui per mysterium panis , ac vini sacerdos factus est in æternum secundùm ordinem Melchisedech, qui panem & vinum solus obtulit in sacerdotibus dum Abraham victor reuerteretur de prælio.

Abdias [d] discipulus Apostolorum Simonis & Iudæ,primúsque Babyloniorum Episcopus, in libro septimo Apostolicæ historiæ,interprete Aphricano de sancto Matthæo, docet disertè,non solùm ab Apostolis nomen Missæ receptum fuisse,sed & ipsos Missam celebrasse.

Sanctus [e] Nilus , Sæpè (inquit) vidit , vt valde διορατικὸς ferè omni tempore in Ecclesia Angelos, sed maximè tempore sacrificij Missæ. Itaque administratione & lætitia plenus amicis multum spiritualibus seorsum narrabat, quemadmodum cum sacerdos oblationem sanctam facere inciperet,plurimi Angeli è cœlo delapsi,splendidissimis stolis induti,nudo pede,aspectu intento, vultu demisso , circunstantes altare,magna reuerentia & quiete,ac silentio,vsque ad mysterij consummationem assistunt: deinde discurrentes huc atque illuc per totam Ecclesiam,Episcopus ac presbyteros,qui corpus & sanguinem distribuunt , adiuuant, & corroborant. Deinde subiungit. Ταῦτα γράφω ἵνα συνιέντες τὸν φοβερὸν τῆς λειτουργίας μήτε αὐτοὶ διατελῆτε ἀμελοῦντες τοῦ θείου φόβου διαχεόμενοι, μήτε δὲ ἄλλους τινὰς συγχωρῆτε ὁμιλεῖν ἢ ψιθυρίζειν ἐπὶ τῆς προσκομιδῆς, μήτε γελᾶν θαρσαλέως ἢ παρασαλεύεσθαι τῆς ἐμβριθοῦς στάσεως, καὶ μὴ δὲ ὅλως κενῶς περιβλέπεσθαι ἢ ῥέμβεσθαι ῥᾳθύμως καὶ

c Arnobius qui clarnit sub Diocletiano circa annum D.309. super Psalmum 8. Si vultis (inquit) Iudæi euadere mortem, quam incurristis , bibite sanguinem quem fudistis.

d Abdias Episcopus Babyloniius.

e Sanctus Nilus Monachus B. Chrisostomi discipulus ad Anastasium Episcopum. dicit angelos descendere de cælo cũ sacra peraguntur mysteria τοῖς ἐπισκόποις καὶ πρεσβυτέροις τὴν χορηγίαν ποιουμένοις τὸ σῶμα καὶ τὸ αἷμα τοῦ σωτῆρος συνεργοῦντες συναθλοῦσι καὶ συνεπισχύουσι.

καὶ χυδαίως. Hæc inquit ſcribo, vt intelligentes, quanti tremoris ſit diuina Miſſa, nec ipſi rem iſsi, timorem Dei negligatis, nec vllos alios loqui, aut muſsitare tempore oblationis, neque innuere audacter, aut à ſtatu grauitatis dimoueri. nec huc atque illuc circunſpicere, aut ignauè & diſperſè vagari permittatis. Dicit enim dominus Moyſi, ac per eum omnibus ſacerdotibus, facite filios Iſrael reuerentes, & non contemptores.

Higinus [g] Martyr, Omnes Baſilicæ, cum miſſa debent ſemper conſecrari. [g] Higinus Martyr. hoc habetur apud Leonem lib. 2.

Pius [h] Martyr, Vt de oblationibus, quæ offeruntur à populo, vel de panibus, quos deferunt fideles ad Eccleſiam, presbyter partes conciſas habeat, vt poſt Miſſarum ſolennia, qui communicari non fuerint parati, eulogias omni die Dominico, exinde accipiant. [h] Pius Martyr in decretis ſuis.

Soter [i] Martyr, Hoc quoque ſtatum eſt, vt nullus preſbyterorum, Miſſarum ſolennia celebrare præſumat, niſi duobus præſentibus, & ipſe tertius habeatur. [i] Soter Martyr in decretis ſuis.

Fabianus [k] Papa, & Martyr, Sacrificium non eſt accipiendum de manu ſacerdotis, qui orationes vel actiones, & reliquas obſeruationes in Miſſa, ſecundum ritum implere non poteſt. [k] Fabianus Papa & Martyr.

Macharius [l] Epiſcopus, Cùm ingreſſus fuerit Epiſcopus, aut presbyter ad Miſſarum ſolennia celebranda, niſi paſſio aliqua interuenerit, nullo modo audeat data oratione recedere, vt ab altero Epiſcopo vel presbytero Miſſarum ſolennia ſuppleantur. [l] Macharius Epiſcopus. de conſecra.

Epitheta & honorificæ nomenclaturæ, quibus vetuſtiſsimi ſancti patres Eccleſiæ, Miſſæ ſacrificium perpetuò appellarunt hic referre commodè viſum eſt.

Dionyſius Areopagita [m] Chriſti glorioſus Martyr, de Eccleſiaſtica Hierarchia. [m] Epiſtola ad Demophilum.

Sacroſancta & auguſtiſsima myſteria.

Venerandiſsima myſteria.

Cœleſte myſterium.

Sanctæ myſteriorum conſecrationes.

Oblatio ſanctiſsimi ſacrificij.

Conſtantinus [n] Magnus, epiſtola ad Tiri collectos. [n] Conſtantinus magnus.

P Sancta

Sancta debetis offerre mysteria.

o Eusebius li. 1. cap. 10. Eusebius [o] Pamphili in De demonstratione Euangelica.

Horrorem afferentia mensæ Christi sacrificia.

p Greg. Nazian. Oratione in Iul. Deo plenum & horrorem afferens, & sacrosanctum sacrificium.

Gregorius [p] Nazianzenus.

q Chriso. Hom. 21. in acta Apostol. Hom. 41. in 1. ad Cor. Incruentum sacrificium.

Ioannes Chrysostomus. [q]

Mortis Christi celebratio.

Hom. 18. in eand. epist. Ineffabilia sacramenta.

Sacra mysteria.

Serm. 3 in epist. Phil. Celebratio venerandorum mysteriorum.

Mysterium omnium maximè horrendum, verendúmque.

Lib. 3. de sacer. Ho. 6. ad Antioch. Tremenda mysteria.

Tremendum sacrificium.

r Theodor. In Exod. Theodoretus [r] Episcopus.

Sacrificium agni Dominici.

Oblatio spiritualis & mystici sacrificij.

In Religiosa hist. cap. 20. Oblatio diuini doni.

Oblatio diuini mystici, & salutaris sacrificij.

Sanctus [s] Cyrillus Episcopus.

s Cyril. contra Nest. Sancti ac viuifici & incruenti operatio sacrificij.

Ioannes Damascenus. [t]

t Damasc in vita S. Balaami. Tremendum, & impollutum, vitaléque sacramentum.

Incruentum sacrificium,

v Ign. in vita S. Tharasij Epist. Sanctus Ignatius [v] Episcopus Nicænus.

Sacrificium Christi, Agni, qui tollit peccata mundi.

Hæc, & alia similia, sunt nomina quibus sancti Patres doctissimi & antiquissimi, hoc nostrũ diuinum sacrificium nominarunt, ex quibus satis constat sua dignitas, excellentia, nobilitas, maiestas, continentia, virtus, potestas, efficacia vndique diffusa.

Plures alij de huius sacrosancti sacrificij approbatione ex sacrorum Authorum probationibus multifarias congesserunt suis scriptis authoritates quas nos hic superaddere parum vtile fore credimus vix enim superabuntur aliis telis hostes fidei si hos fortissimorum militum lacertos non reformident. Transeamus iam ad quartum caput.

DE

DE LITERARVM STVDIO, VITÆ MORIBVS OPTIMIS, ET INTEGRITATI CONIVNCTO.

CAPVT QVARTVM.

§ I.

Literis sacris vigilantia.

TEMPORIS iactura [a] nihil periculosius aut perniciosius esse, ex præclaris priscorum scriptis didicimus, tempus autem in inane elabi quod non impenditur lectioni aut orationi testes mihi sunt sacræ Theologiæ doctores qui ignauos & desides ad capescendam sciētiam arguunt & pudore suffundunt. Quotiescunque occurrit mihi diuinæ legis maiestas Dauidico præcepto & elogió celebris, miror quo veterno sopiti in volutabro ignorantiæ tamdiu remanere possumus. *Lex Domini* (inquit) *immaculata conuertens animas.* Per legem sacra scriptura intelligenda est quæ nos certa & fidelis auertit à malis & ex paruulis reddit homines sapientes. Quis enim lepore quātumuis mellifluo disertus sacræ scripturæ authoritatem, excellentiam & vtilitatem poterit explicare? Quam videlicet maximè & egregiè de diuinis & à materia abstrusis rebus sentiat, quam piis præceptis hominum mores studia informet, quam magna præmia virtuti proponat, quam horrendis suppliciis homines è scelerum exitio & impostura deterreat, quanta æquitate ea quæ variis personarum conditionibus debentur persoluere iubeat, quātopere cum rationis radiis cœlitus nobis infusis consentiat. quā spiritualibus amica rebus, quā carni carnisque cupiditatibus aduersa cum qua irreconciliabile certamen gerit? Nihil profectò in sacræ scripturæ sanctæ prædio colligitur quod non immēso fructu animæ non conferat. Torquetur quis libidinis cruciatu, æstuat quis Venereis facibus, dele-

[a] *Temporis parsimonia nihil charius, quicquid autem Sacerdotes habent suffurati ocij id impendere debent piis lectionibus, nam vt scitè, inquit Isidorus veluti pestem quandam vitare debent ignorantiam, cunctorum errorum matrē. cap. ideò. 37. dist. & c. 1. 38 dist. ex Concil. Toletan.*

ctatur quis inexplebili habendi desiderio: tabescit quis inuidia, hic pharmaca inueniet, hic præsentissima largiuntur remedia. [b] Sitit aliquis hic reperit fontẽ purissimum vnde qui biberit fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam nec amplius sitiet. Est námque scientia Dei arbor quædam cœlestis diuinis floribus ornata: ager ferax plenus frugibus pratum amenissimum gramine puro decoratum, & hortus abundans fructibus nihil nisi cœlestem Ambrosiam sapientibus. Quis ergo hos flores, hæc prætiosa & saluberrima gramina se legere recusabit? quis Sacerdos cui datum est præesse doctrina & veritate tot fructus cum animi auiditate non excipiet? Eia agite in Christo dilecti fratres, excutite ab animis antiquum illum torporem. Audite magni doctoris vocem. Sic luceat lux vestra coram hominibus vt videant opera vestra bona & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est. Pluribus in locis vobis prædixit vos fore contemptos ex sui verbi ignorantia. Sicut enim fatuatũ [c] sal nulli rei vtile est sed tanquam res vilissima in stercorarium profunditur & pedibus proteritur, ita Sacerdos qui doctrina & exemplo non salis hoc est vel à peccato reuocas vel à peccato præseruas & ad virtutum odorem & perseuerantiam excitas tibi commissos, sed potius corrupta tua vita ad morum quoque corruptionem percellis, nullo honore imò ne Sacerdotij quidem nomine dignus es sed ab omnibus contemni, exibilari & profligari mereris. Sed ne dedecus tantum tibi contingat, sacrum amplectere doctrinę munus, fac te scientię hospitem & labiis tuis sapientiam custodi vt & animæ saluti consulas. Quemadmodum apes ab herbis & Arboribus flores interdum dulces interdum amaros demetunt ad fauos conficiendos mellis, animalia in pratis nunc herbas, suaues nunc amaras pascunt, homines etiam ex fructibus quosdam legunt ad cibum, quosdam ad medicinam, in eundem modum confugere debes ad scripturam sacram & ex ea diuersitate florum fructuum & herbarum hoc est varietatem sententiarum & testimoniorum colligere, ad instructionem gregis, quorum quædam sunt dulcia ob promissiones præmiorum, quædam amara ob comminationes tormentorum & inde

b Sicut Deus est finis omnium rerũ, sic & Theologia quæ scientia est de diuinis cuiuslibet institutionis ad bonum tendentis scopus dicitur, soláque verò nomine sapientiæ digna. Quã etiam Mercurius Trismegistus cõsonus ad Asclepium Philosophus est in cognoscenda diuinitate frequens obtutus & sancta religio.

c Illustrior nullus est locus ad sacræ scripturæ, lectionem excitandos presbyteros isto dẽpto, quo salis proprium munus ostenditur, ipsis summopere necessarium: vt condiantur eorum pectora sapientiæ sale.

& inde quod expediat recipere ad diuinos quosdam fauos conficiendos mellifluæ deuotionis & salutiferæ doctrinæ Atque in cibum & medicinam animæ conseruare. Ad hoc excellentissimum studium nos inuitat Hieronymus dicens [d] Ama studia scripturarum & carnis vitia non amabis. Dent operam itaque diuinæ legi sacerdotes exemplo sacerdotum Aegyptiorum qui Methaphisicæ [e] vacabant & ob hoc à populo nutriebantur, vno quibus statuta cibaria ex horreis publicis donabantur adeo vt tempore famis compulsi non fuerint vendere possesiones vt dicitur Genesis 47. Præcepit Ezecchias rex populo habitantium Hierusalem vt darent partes sacerdotibus & leuitis vt possent vacare legi domini. 2. Paralipom. 31. Veteres sacerdotes qui cum Ionatha scribebant ad Romanos & Spartas miseriarum subsidium se habere sacram lectionem fatebantur his verbis. Nullo horum indigemus habentes solatio libros sanctos. [f] 1. Mach. 12. Idcirco Alexander 3. & [g] Honorius .3 prohibuerunt omnibus religiosis & omnibus habentibus dignitates aut personatus & omnibus presbyteris sub pœna excommunicationis latæ sententiæ ne audirent Iurisperitos [g] vel Phisices artem quo commodius nauarent Theologiæ omnium necessariæ, operam vt habetur lib. 3. Decre. tit. Ne Clerici vel monachi ca. super specula. Quam constitutionem approbans Bonifacius 8. extendit etiam ad rectores Ecclesiarum Parrochialium quæ sunt Plebaniæ id est quæ sub se habent capellas, vt legitur ext. ne Clerici vel monachi. cap. 1. in 6. vbi glossa dicit quod præcedens prohibitio Honorij tertij & subsequens Bonifacij Octaui ideò facta est vt liberius vacent studio Theologiæ & Iuris Canonici, quæ melius congruunt suo statui quam leges & Phisica vt etiam dicit prædictum cap. super specula Generale Comcilium Lateranense cap. 16. sic habet, Clerici se in Ecclesiasticis officiis & aliis bonis studiis exerceant diligenter. Et habetur de vita & honestate clericorum cap. Clerici officia. Habeant etiam sacerdotes & Clerici lectorem in suis mensis ex Concilio Tholetano tertio can. 7. ita statuente. Pro reuerentia Dei & sacerdotum id vniuersa constituit Synodus vt quia solent crebro mensis fabulæ

[d] Hyeronymus ad Rusticum Monach.

[e] Aristoteles 1. Metaphis.

[f] 1. Macch. 12.

[g] *Huic sententia repugnat constitutio, Alex. 3. in c. non magnopere, ne cler. vel monac. qua beneficiariis quibusdam iuris ciuilis studium interdixit, si quidem loquitur de monachis claustralibus, qui cum claustris addicti sint, & omnino rebus huius saeculi separati, sub eo praetextu, quod leges ciuiles ediscere vellent claustra egrediebantur. Quo circa intelligimus secundum probabile sententiarum iudicium ipsum Alexandrum non interdixisse clericis, vel monachis iuris ciuilis studia, sed solum, ea de causa egredi monasteria, & cum laicis conuersari. Et eadem ratione Honor. 3. in c. super specula. de priui. in 6. eod. tit. extendit ad Archidiaconos, Decanos, Plebanos, &c. Et non solum his leges audire, sed nec interpretari interdixit, quod quidem*

interponi in omni Sacerdotali conuiuio lectio diuinorum ſcripturarum miſceatur, per hoc enim & animæ ædificantur ad bonum & fabulæ prohibentur. h

ſana interpretatione vndiq; cuec intelligentium eſt generaliter vt leges interpretari non poſſint in publicis Academiis, ſed vt non poſſint explicari a monachis, Archidiaconis & ſimilibus, qui pontifici ſubſunt, atque ita intelligit Rebuffus in tract. nomin. q.5.nu.18. hodie Conci. Trident. Seſſ.22.c.2. omnis dirimitur contentio.

h 44. diſt. c. pro reuerẽtia.

VITA ET EXEMPLVM.

§ II.

QVANTVM homines hominum exemplis accendantur etſi exemplorum plena ſint omnia pauca nunc ſatis ſint Auguſtini lib. 8. de Trinitate cap. 9. Quid eſt (ait) quæſo quòd exardeſcimus, cum audimus & legimus, nullam in quoquam dantes offenſionem, vt non reprehendatur miniſterium noſtrum ſed in nobis commendantes noſmetipſos vt Dei miniſtros in multa patientia, in laboribus &c. quæ ſequuntur. 2. Corinth. 6. Quid eſt inquam quod accendimur ad dilectionem Pauli cum hæc legimus niſi quod credimus eũ ita vixiſſe?[a] Viuendũ autem ſic eſſe Dei miniſtris non de aliquibus auditum credimus, ſed intus apud nos vel potius ſuprà nos in ipſa veritate conſpicimus. Quem ergo ſic vixiſſe dicimus ex hoc quod videmus diligimus & niſi hanc formam quam ſemper ſtabilem & incommutabilem cernimus præcipuè diligeremus, non ideò diligeremus eum, quia eius vita, cum in carne viueret huic formæ coaptatam & congruentem fuiſſe fide retinemus. Sed neſcio qua veſania gregi noſtro prodeſſe optimis exẽplis tamdiu negligamus in his potiſsimum temporibus quæ tot ſcandala in religione Chriſtiana pariunt. Vitæ integritas magnes quidam eſt quo nos omnes ad virtutis & pietatis callem vel ſpontè ducimur. Magnus eſt etiam ſtimulus ad reſipiſcentiam morum venuſtas: & exempla bonorum virtutis iter monſtrant & facilem viam à multis tritam oſtendunt & non ſequentes arguunt atque pudore infami reiiciunt quod quidem, ſacra illa Ezechielis animalia nos docent, quæ ſeſe mutuo alis percutere & ad volandum incitare perhibentur. Vt enim Gregorius interpretatur is planè ala ſua me percutit qui exemplo ſuo me ad bene viuendum prouocat. Nec ad bene viuendum modo ſed ad ferenda quoque huius vitæ incommoda & labores

a *Vitæ probitas, & morum exempla plurimum summũt ſacerdotij decus, nã conſule Tridentino Concilio Seſſ.25.c.1. reform. ſactis ipſis, ac vitæ actionibus quod eſt veluti perpetuum quoddam prædicandi genus, ſe muneri ſuo conformes oſtendere debẽt, vt reliqui ab eis frugalitatis, modeſtiæ ſanctæ humilitatis exempla petant.*

labores exempla ſanctorum mirè adiuuant. In his ſacra Pauli paranæſis contendit vt fideles omnes ac potiſsimum Eccleſiæ miniſtros magis exemplo vitæ quam miniſterio doctrinæ fidei veritatem aſtruant.[b] Quod Pauli concilium quia fideles eo tempore ſequuti ſunt, fœcundos edidit fructus domini meſsis, modo autem cum in diuerſum & præpoſterum ordinem res commutata ſit. Et Eccleſiæ miniſtri ſuperbo magis honoris & doctrinæ apparatu quam probitate vitæ hoc negotium vrgeant adeo nihil partis adiecimus vt etiam quæ parta ſunt ſeruare non potuerimus cum noſtro infœliciſsimo ſæculo tam magna orthodoxę fidei ruina facta ſit. Cæteri verò fideles ita viuunt vt non modo bonorum operum exemplo Dei gloriam non illuſtrent ſed eius etiam nomen per eos blaſphemetur in gentibus. Paſtorúmque vita ſæpius vitio ipſo plebis [c] corrumpitur, vel ſaltem noſtra ætas adeò turbata meliores nõ meretur, cum nec pietati nec iuſtitiæ nec charitati apud nos aliquis ſit relictus locus. Veruntamen bono zelo perculſi precemur vt ad meliorem vitæ frugem redigantur iſti faſcinati homines dicamúſque cum Beato Hieronymo. Non ſolum Epiſcopos presbyteros & Diaconos debere magnopere præuidere vt cunctum populum cui præſident, conuerſatione ac ſermone & ſcientia præeant, verumetiam & inferiores gradus, Exorciſtas Lectores, Cuſtodes etiam Acoluthos & omnes omnino qui domino deſeruiunt, quia vehementer Eccleſia Deĩ deſtruitur cum meliores laici ſunt clericis. Quid verò cogitari indignius poteſt quam vt qui tanquam ſidera in firmamento poſita & lumina mundi aliis prælucere deberemus in carbones redacti tenebras mortalium oculis effundamus.

FVGA OCII LABOR.

§ III.

MISERAM conqueror eorum ſortem qui animos etiam illuſtres pudendo ocio conſumunt & fœda rubigine inficiunt vt eò celerius ad illecebras ferantur cum nihil aliud cogitare norint quam de eſcis atque de ventre. Ne ergo omnium vitiorum fomite ocio ſacerdos

ad

[b] E flagitioſis quorundam Eccleſiaſticorum exemplis plura orbi exorta ſunt, hac noſtra ætate incommoda, cum ſoleat plebs maiorum ſuorũ exempla imitari. Quamobrem ſicut cæleſtium orbiũ motus ordinatiſsimi ſunt vtpote qui nunquam præſcriptas à conditore leges prætereũt, ita qui præſunt populo & vniuerſalem cauſarum in Republica locum tenent ſumma moderatione, & conſilio totius vitæ curſum dirigere debent. Cum maiores voluptati deſeruiunt (vt inquit Gregorius in Paſtorali) minoribus laſciuiæ frena laxant.

[c] Sceleri quanquam nunquam cupiam patrocinari, fatear, grauius peccare, qui in poteſtate conſtituti publica, non meminerint officii ſui, tamen populi peruicacia ſæpenumerò in cauſa eſt, vt qui præſunt, alii ſint quam eſſe conueniret. Sic populus Iſraeliticus pro mitiſsimo Samuele accepit ſuperbum Saulem.

ad facinora turpia rapiatur [a] optimè Nanctense Cōcilium consentit vt persolutis horis Canonicis & suo in diuinis officio expleto & infirmis visitatis ad opus rurale exeat si voluerit. Et idem habentur, ex Concilio Agathensi sub parium verborum forma. Concilium Carthaginense 4. cap. 52. sic habet Clericus victum & vestitum sibi artificiolo vel agricultura absque artificij sui detrimento præparet. Nota verbum absque detrimento quia Clericus non potest per totum diem labori manum vacare nec operas suas indies locare, cum non debeat suo officio deesse & cap. 53. dicti quarti Concilij Carthaginensis. Omnes clerici qui ad operandum sunt validi, & artificiola, & literas discant. Septima Synodus generalis, quæ fuit secunda Nycæna canone suorum decretorum. 15. sic habet, ad huius vitæ vsum sunt diuersa studia, ex his ergo si quis velit ea quæ sunt corpori ad vsum necessaria comparet. Dicit enim Apostolus vsui meo, & his qui mecum sunt, manus meæ subministrauerunt. Act. 20. Et hæc quidem in hac regia ciuitate, his autem qui extra sunt locis propter hominum inopiam permittitur. hæc ibi. [b]

Et quia in fronte illius canonis prohibetur, ne clerici in duabus Ecclesiis collocētur, propterea maluerūt patres illius concilij, vt clericus & artificio, & opere manuum paret sibi victum, quàm quod in duabus collocetur Ecclesiis. [c] Gratum hunc laborem subiisse Paulum ex ipsius verbo credimus, Omnia ostendi vobis, quoniam sic laborantes oportet suscipere infirmos, & primæ ad Corinth. 4. Vsque in hanc horam esurimus, & sitimus, & laboramus operantes manibus nostris. Et 2. ad Thessalonicenses. 3. Ipsi scitis quemadmodū oporteat imitari nos, quoniam non inquieti fuimus inter vos, neque panem gratis manducauimus ab aliquo, sed in labore, ac fatigatione, die ac nocte operantes, ne quem vestrum granaremus, sequitur vt nosmetipsos formam daremus vobis ad imitandum nos, sic vertex Apostolorum Petrus cum sociis suis ad reuelandam suam inopiam piscationi operam dedit, dicente eis Petro, vado piscari, dicunt ei & alij, venimus, & nos tecum, 10. 21. vbi glossa ordina. sciendum non prohibitos fuisse Apostolos sua arte licita,

a De otij pernicie plura leguntur apud Cassia. l. 10. c. 3. Damasc. l. 2. de orthod. cap. 4. Hugo. l. 2. de sacram. Anthon. in 2 p. tit. 9 cap. 1. Pisa. verb Accedia. Gerson 2 p. in reg. moral idem in compend. Theol de 7. vitiis capital. Alexan. Alens 2. Tract. de Accedia Canisius tit. de peccatis.

b Arg. l. 2 C. de epis. & cler. l. nam mercari non potest. 88. dist. fornicari.

c Clericus cui non sufficiunt Ecclesiastica stipendia ad victum propriis manibus illum comparare potest, dummodo officium suum non negligat, nec vagetur per nundinas, quod si propter emptiones ab officio declinet, deponatur dist. 1. cap. presbyter. Burchar l. 2. ca. 101. Ino p. 6 c. 179. & 180.

licita victum querere apostolatus integritate seruata. Quoniam vnde viuerent non haberent. Huius laboris fructus præcipuus [d] est ocij & desidiæ fuga sic nos enim commonefacit Sapiens Mitte seruum tuum in operationem ne vacet, multam enim malitiam docuit Ociositas. Vnde Hieronymus ad Rusticum Monachum, *Semper aliquid boni operis facito vt te diabolus inueniat occupatum* & quod de opere manuali loquatur patet per id quod subiungit *vel fiscellam texe iunco.* Rursus. *In desideriis enim est ociosus.* Et paulò pôst *Aegiptiorum Monasteria hunc tenent morem vt nullum absque opere suscipiant.* Basilius magnus in regula Monachorum cap. 76. inducit monachos ad operationem manuum. Et Beatus Benedictus in regula sua ait Ociositas inimica est animæ & ideò certis temporibus occupari debent fratres. Nihil est denique quod magis rebellantem carnis lasciuiam compescat, nihil quod voluptuarios appetitus magis cohibeat ipso exercitio & labore, In vigiliis, in laboribus plurimis exhibeamus nos sicut Dei ministros. Vnde Augustinus librum de opere Monachorum scripsit ad Aurelij tunc Carthaginensis Episcopi instantiam, contra errorem eorum qui dicebant monachos non debere manibus operari vt ipsemet Augustinus in eiusdem libri rationibus testatur & vario orationis lepore hanc operam laudat & probat. Tandem pro huius paragraphi periodo nobis adest Diui Thomę [e] decretum quod operari manibus clericis interdum est necessitatis & præcepti scilicet ad victum sibi necessarium quærendum alio honesto medio sibi comparare impotentibus. Tunc enim qui non laborat non manducet, & etiam ad vitandũ in se peccatum, & peccati occasionẽ scilicet ocium & carnis concupiscentiam, [f] aliam viã honestam hæc vitandi non habentibus aut non eligentibus. His enim omnibus dicit Apostolus [g] Opera mini manibus sicut præcepimus vobis & vt honestè ambuletis ad eos qui foris sunt & nullius aliquid desideretis. A gusti- [h] nus improbum laborandi studiũ aut animi officiis, aut manuum diligentia ostendit, dicitque quod dum esset Apostolus Athenis vbi oportebat eum quotidiè prædicare, manibus non operabatur, sed veniens Corinthum vbi Iudæis

q solo

[d] D. Tho. 2. 2. q. 187. *laboris manualis operè recensset vtilitates, quod nimirum conferat ad victum quærendum ex diuino præcepto. Proteparents in dico, secundò ad otiũ, & desidiæ vitæ odium, tertio ad libidinis refrænandam concupiscentiã, quatenus labore corpus maceratur. Postremò ad Eleemosynas erogandas.*

[e] D. Thom. quod l. 17. & 18.

[f] *Otia si tollas, periere cupidinis arcus Ouid.*

[g] 1 Thes. 4.

[h] Aug. de opere monachorum.

ſolo die Sabbathi prædicabat labori manuum vacabat. Eximit autem Doctor eximius Auguſtinus à labore manuum occupatos his generibus operum ſpiritualium, ſi Euangeliſtæ ſunt (inquit) ideſt diuini verbi annuntiatores ad populum, ſi miniſtri altaris diuina cantica Domino perſonantes & miniſtrantes altari ſi diſpenſatores ſacramentorum ſi de Eleemoſynis pauperum ſuſtentari debent & poſſunt ſimiliter & principes præfecti militiæ, magiſtratus vrbium ad laboramdum manibus non adſtringuntur.

SACERDOTVM VESTITVS ET HABITVS

§ IIII.

COMÆ & clericalis Tonſuræ inſignia ſine quibus decreto Aniceti [a] Sacerdotes in mediũ prodere non debent diximus, ſed non ſolum piis moribus, & vitæ ornamentis ipſi ſui ſtatus decentiam probare debent verumetiam habitu & veſtium ornatu, dicẽte ſcriptura Amictus & riſus dentium & inceſſus hominis enunciant de illo. Ideò ſexta Synodus generalis can. 27 ita ſtatuit. Clericus veſtem ſibi conuenientem induat tam in vrbe quam in via, non quidem ad iactantiam ſed ad ſtatus reuerentiam Hęc dicit etiam Concilium Gangrenſe, parſimoniam cum veſte humili non reprobamus, ſicut & ornatum præter corporis diligentiam infricatum laudamus, diſſolutos autem & fractos veſtibus & inceſsu non recipimus, nota (infricatum) id eſt non pretioſè effucatum.

Quartum Concilium Carthaginenſe cap. 45. ſic docet Clericus ſuam profeſsionem & in habitu & inceſſu probet & ideò nec in veſtibus nec in calceamentis decorem quærat. Concilium generale Lateranenſe can. 16. circa hoc quatuor prohibet & duo præcipit vt habetur de vita & honeſtate clericorum cap. Clerici officia. Primò prohibet indecentem veſtitum ſcilicet in nimia breuitate, quod leuitatem arguit, in nimia amplitudine, quod faſtum denotat nec in nimia paupertatẽ, ne ſint pannoſi aut veſtibus laceri ne à plebe contemnantur. Secundò prohibet curioſam ornatus luxuriem dicens, Pannis rubeis aut viridibus necnon

[a] Anicetus ſub anathematis pœna clericos prohibuit, comam nutrire, ſed quod deſuper capite in modum ſphæræ radant c. prohibete. 23. diſt. huius conſtitutionis meminit Platina in eiuſdem Aniceti vita. Illam conſtitutionem confirmauit concilium Carthaginenſe 4. c. clericus. de vita & honeſt. cler. ſcribit tamen And. in rub. extra. de conſt. nu. 62. in ipſo Codice conciliorũ, ſic legi. Clericus neque comam nutriat, neque barbam radat, & rectè olim in lege antiqua hoc præcepit Dominus populo ſuo, Leuitice c. 19. Neque in rotundũ attondebitis comam nec radetis barbam. & c. 21. ad Sacerdotes, Aaron verba faciens, non radent caput, nec barbam. Ita etiã apud Romanos, olim etiam cautum erat. vide Gellium lib. 3. Noct. Attic. ca. 4. Alexand. ab Alexandro. lib. 5. dierum genialium c. 15.

nec non manicis aut ſotularibus conſuticiis non vtantur. Et generalis Synodus ſeptima can. 19.[b] Omnis ornatus corporeus eſt à Sacerdotali ordine alienus Epiſcopos ergò vel clericos qui ſe ſplendidis & inſignibus veſtibus exornāt corrigere oportet, ſin autem permaneant, ſuppliciis[c] tradantur: ſimiliter & qui ſunt vnguentis delibuti, quòd ſi inuenti fuerint qui vilem & modeſtum amictum improbè calumnientur ac traducāt, pœna corrigātur à ſuperioribus enim temporibus omnis Eccleſiaſticus ordo cum modeſto & moderato indumento verſatur. Hæc concilium. Non abſimilia Viennenſis Synodus ſtatuit & acriter punit clericos ſiue beneficiatos ſiue non, vtentes publicè virgata vel partita veſte ſubiiciens hæc verba. Hinc inſuper adiicimus ſanctioni vt clerici præſertim beneficiati caligis ſcacatis rubeis aut viridibus publicè non vtantur. His maximè quadrat quod refert Gratianus. 21.q.4. ex 7. & 8. Synodo à Zacharia Papa Leone & Innocentio ſecundo. Tertiò prohibet eadem generalis Synodus Lateranenſis Eccleſiaſticis ſuperfluitates & exceſſus auri & argenti in veſtimentis ſellis & frænis, calcaribus deauratis aut aliam ſuperfluitatem gerentibus. Sed ô mala tempora! impletur hodie illud Lucæ 7. Ecce qui in veſte pretioſa ſunt & deliciis in domibus Regum ſunt, tales enim videntur eſſe prælati quos Diuus Bernardus ſic alloquitur, Dicite Pontifices in fræno quid faciat aurum, quid nobis comminatur Dominus per Sophoniam Prophetam Viſitabo ſuper omnes eos qui induti ſunt veſte peregrina. Deus præcepit vt homo non induatur veſte mulier virili Deut. 22. ob ſcandalum & abuſum vitandum. Præcepit inſuper Iudæis propter ſuæ religionis excellentiam vt proprium (quo ab omnibus cognoſcerentur fideles) ferrent veſtimentum Leuit. 16. Ita eiſdem rationibus Clerici eis dato & ordinato ſemper vti debent veſtimento. Qui autem laicis & ſecularibus ſe occultant & ſe milites aut mercatores depingunt hoc in eis agit Dæmon quod agit Amon nuntiis Dauid ad eum miſsis præſcidit enim veſtes eorum medias vſque ad nates in regis & ipſorum ludibrium, ſic diabolus huiuſmodi veſtimentorum & exorbitationem ingerit in

b 21.q.4.cap. omnis iactura.

c In cōtemptores huius ſanctionis pœnam hanc ſancit in Clementina, ſi in dignitate poſiti ſunt per annum priuantur perceptione fructuum beneficiorum, quæ obtinent. Si dignitate non potiuntur, ſed inter inferiores connumerantur, per annum redduntur inhabiles ad quodcunque beneficium obtinendum, atque ita inferiores iſti non priuantur cōmodo fructuum beneficiorum, quæ eo tēpore obtinent. Qua conſtitutione intelligimus maiores in dignitate grauius peccare, quàm inferiores faciant, & ob id grauiori etiam pœna plectendos eſſe, quod annotauit Cardinalis Zabarell. in ciem. 2. §. dignitatem. de vita, & honeſtate cler hoc. cum quid ex de iureiur. am.

Christi Ecclesiæ & eius ministrorum contumeliam & contemptum. Quartò prohibet Sacrum Concilium Lateranense vbi supra vt nec annulos Clerici ferant nisi quibus ex officio dignitatis competit. Sufficiat igitur sacerdotibus modestus vestiũ habitus, ne dignitas prophanetur, aut fastu vituperetur. Deus enim solum dedit indumenta ad tegendam turpitudinem nostram, si vltra procedit ornatus proculdubio is non à Deo est, vereor autem ne à dæmone sit. Nam apud Apocalypsim [e] meretrix illa magna cum qua fornicati sunt reges terræ & inebriati de vino prostitutionis eius circundata erat purpura & coccino & inaurata auro & lapide pretioso & margaritis, vt glo. inquit, meretrix hæc mali sunt qui exquisitas vestes adinuenere non viri iusti & pij qui habentes cum Paulo quibus tegerentur contenti sunt.

d 30. q. 5. ca. fœminæ. glo. super cap. vt Apostolicæ. de priuil. in 6.

e Apocalyp. 17.

DE CONCVBINATV VITANDO.

§ V.

SI Iudæis [a] Græcis & Romanis tam illustre & excellens sacerdotum nomen auditum est, quanto maiori splendore & gloria nunc venerandi sunt illi quibus dominus potestatem supra verum ac diuinum corpus suum concessit? hinc etiam infertur illos puriores ac sanctiores antiquis sacerdotibus esse debere. Si enim priscis illis tantam munditiem, sanctitatem, innocentiam & incorruptionem tam serio & seueriter tantis pœnarum comminationibus requisiuit vmbræ & figuræ ministris, quanto seuerius ac vehementius eandem & multo exuberantiorem atque perfectiorem requiret & exiget à sacerdotibus noui Testamenti? qui non vmbræ vel figuræ sed veritatis & gratiæ ministerium exequuntur, qui non simplices ad meros panes sed cœlestem illum panem corpus inquam Christi immaculatissimum & sanctissimum, consecrare, offerre ac dispensare & sumere, & reliqua itidem sacramenta sanguinis & meriti Christi pretiosissimi distribuendi organa & vasa mirum in modum tremenda necesse administrare habent ex officio non minus ipsi regi cœlesti chari, quam Pharaoni Iosephus Ægiptius: [b] Etsi quæcunque peccata quæ à

a Hic referenda sunt quæ de sacerdotij laudib. & dignitate dicta sunt in 1. §. huius priorũ Classiũ.

b Ab omni vitiorum sparcitia, eò cautius sese Sacerdotes tutere debent, quòd liberaliùs susceperint cœlestium donorum thesauros hinc memores acceptæ gratiæ, quoties peccandi succedit libido cum Iosepho Ægyptio dicere debent ecce, dominus meus omnia tradidit mihi, quomodo possum hoc malum facere, & peccare in Dominum meum?

quæ à cæteris fidelibus fugienda docentur & vitanda ab Ecclesiæ ministris cane & angue [c] citius vitari debeant, sunt tamen quædam peccata quæ Ecclesiasticæ dignitati magis nocent,eiusque dignitatem obscurant & dilacerant. Quod si peruersi omnes Christiani nominis Dei gloriam dedecorant nephandis& illicitis peccatis longè maximam iniuriam illi inferunt mali viri Ecclesiastici quibus Deus peculiariter honorem suum commendauit,non solum enim infidelibus sed ipsismet Christianis scandalo sunt, dicunt enim.Populus domini iste est?hi sunt qui quotidie in pectore Deum recipiunt?hi sunt qui in mensa Domini sedent?hi sunt qui nobis prædicant, hi sunt quibus peccata nostra confitemur?Tales ministros habet Deus? Quomodo tolerat dominus tales ministros? quomodo non imperat aperire terram quæ eos deuoret?quid mirum si nos mali simus, tales cum sint Christi dilecti cuius manibus ipse quotidie obtrectatur? Hæc vulgus de sacerdotibus incultis exclamat,de sacerdotibus inquam nihil præter scandalum,lasciuiam,& arrogantiam,redolentibus.Hanc peccandi effrænatam libidinem ab hoc sacro officio prorsus alienam detestantur sacri pōtifices,abhorrent iura,& sacri doctores totis manibus damnant. Cum itaque tum Ecclesiæ præcepto tum proprio voto sint huiusmodi ministri perpetuæ continentiæ adstricti ideo incontienntiæ naufragium & periculum declinare debent iuxtà illud Ecclesiastici 3. Qui amat periculum peribit in illo, & omnem mali speciem subterfugere vt admonet Apostolus 1.Thessalon.5. Ab omni specie mala abstinete vos, Et nulli offensionem aliquam date. Ex eiusdem Pauli admonitione 1. Corinh.6. Nemini dātes vllam offensionem. Propterea sacri Dei ministri familiarem & suspectam nimis mulierum gratiam, & cohabitationē vitent,quodquidem summè vetat [e] Nycena Synodus.can.3 neque Episcopo,neque Presbytero,neque Diacono,neque vlli clericorum omninò licet habere secum mulierem extraneam, nisi forte mater aut soror aut auia aut amitta,aut matertera sit,in his námque solis personis & harum similibus omnis quæ ex mulieribus est suspicio declinatur,qui autem prẹter hẹc agit periclitetur.Eam

[c] *Prouerbialis figura in sceleris, & peccati fugam, ac detestationem quæ ab Horatio desumpta est.* Altera Mileti textam cane peius & angue. Vitabit Chlamydem.

[d] *In presbyteros concubinarios Nicolaus.* V. *Leo.* X. & *Pius* V. *varias & æquissimas pænas ex S.S. Conciliorum & decretorum placitu constituerunt quæ leguntur in magno Bullario fol.71. 194. & 926.*

[e] 32.dist.cap. interdicit.

ſtitutionis notitiam quam habere præſumatur per duos menſes poſt publicationem eiuſdem in Eccleſiis cathedralibus quam ipſi Diœceſani omninò facere teneantur. Poſtquam eadem conſtitutio ad eorum notitiam peruenerit ſi fuerit publicus concubinarius à perceptione fructuum omnium ſuorum beneficiorum trium menſium ſpacio ſit ipſo facto ſuſpenſus, quos ſuus ſuperior infabricam vel aliam euidentem Eccleſiarum vtilitatem ex quibus hi fructus percipiuntur conuertat nec non & huiuſmodi publicum concubinarium vt primum talem eſſe innotuerit mox ſuus ſuperior monere teneatur vt infra breuiſsimũ terminum concubinam dimittat, quã ſi non dimiſerit vel dimiſſam aut aliam accipere præſumpſerit iubet hæc ſancta Synodus vt ipſum ſuis omnibus beneficiis omninò priuet. Et nihilominus hi publici cõcubinarij vſquequo cum eis per ſuos ſuperiores poſt ipſarum concubinarum dimiſsionem manifeſtámque vitæ emendationem fuerit diſpenſatum ad ſuſceptionem quorumcunque bonorum, dignitatum, beneficiorum, vel officiorum ſint inhabiles, qui ſi poſt diſpenſationem recidiuo vomitu ad huiuſmodi publicum concubinatum redierint, ſine ſpe alicuius diſpenſationis ad prædicta prorſus inhabiles exiſtunt. ¶ Quod ſi hi ad quos talium correctio pertinet vt eos prędictum eſt punire neglexerint eorum ſuperiores tam in ipſos de neglectu quam in illos de cõcubinatu modis omnibus digna punitione animaduertant. In Conciliis etiam prouincialibus & Synodalibus aduerſus tales punire negligentes vel de hoc crimine diffamatos per ſuſpenſionem etiam à collatione beneficiorum vel alia condigna pœna procedatur, ſeueriter, & ſi hi quorum deſtitutio ad ſummum Pontificem ſpectat per Concilia Prouincialia aut ſuos ſuperiores propter publicum concubinatum reperiantur priuatione digni ſtatim cum proceſſu inquiſitionis ipſi ſummo Pontifici deferantur. Publici autem intelligendi ſunt non ſolum hi quorum concubinatus per ſententiam aut confeſsionem in iure factam ſeu per rei euidentiam quæ nulla poſsit tergiuerſatione celari, ſed qui mulierem de incontinentia ſuſpectam & infamatam tenent, & per ſuos ſuperiores admoniti non

¶ Hoc itenim habetur concil. Triden. Seſſ. 25. cap. 14. clericos namirum concubinarios admonitione prima facta, perſeuerantes primari tertia parte fructuum, obuentionum ac prouentuum beneficiorum ſuorum quorumcunque ſecunda verò monitione facta perſeuerantes omnibus fructibus priuantur, & ab officio & adminiſtratione beneficij ad tempus arbitrio Epiſcopi ſuſpenduntur, ſi verò adhuc ij perſeuerant omnibus beneficiis, officiis, portionibus, ac penſionibus ſpolientur, ſi verò adhuc in eodem errore perſiſtant, vt quas dimiſſam repetant, excommunicantur, cæteri verò clerici, qui beneficia, vel penſiones non habent pœna carceris; & alia ſimili arbitrio Epiſcopi, ſecundum factum, & perſonarum qualitatem puniantur.

non dimittit ipſam cum effectu, pœnis multetur in iure expreſsis. *tſequitur* quia in quibuſdam regionibus nonnulli pecuniarios quæſtus à concubinariis percipere non erubeſcunt, patiendo eos in tali fœditate ſordeſcere hinc ſub pœna maledictionis æternæ,[r] præcipit ſancta Synodus ne deinceps ſub pacto, compoſitione aut ſpe alicuius quæſtus talia quouiſmodo tollerent aut diſsimulent, alioquin vltra prædictam negligentiæ pœnam duplum eius quod propterea acceperint reſtituere ad pios vſus omninò teneantur & compellantur. omnes autem cõcubinas ſeu mulieres ſuſpectas prælati modis omnibus curent à ſuis ſubditis etiam per brachij ſæcularis auxilium ſi opus fuerit penitus arcere. Quin etiam ex tali cõcubinatu procreatos filios apud patres ſuos cohabitare non permittant. Iubet inſuper hæc ſancta Synodus vt etiam in prędictis Synodis & capitulis hœc conſtitutio publicetur. Hæc omnia Sancta Synodus Baſilienſis quam approbauit Nicolaus V. bulla publica quæ habetur in fine dictæ Synodi Baſilienſis tomo ſecundo Conciliorũ [s] Alterum pœnæ ſacerdotum concubinarum genus eſt illorum in diuinis vitatio. Nam Lucius Papa 3. ſic habet, alicubi dicitur nullus audiat miſſam eius quem ſcit indubitanter concubinam habere, nota *alicubi* id eſt in decretis Nicolai primi & Alexandri 3. prout refert Gratianus in ſuis decretis pręmiſſum autem decretum Nicolai primi & Alexandri 2. exponunt alij duo ſummi Pontifices quemadmodum recitatur in 3. libro decretalium tit. de Cohabit. cleric. & mul. Lucius ſiquidẽ tertius titulo vbi ſupra can. Veſtra, ſic loquitur.[t] Sine dubitatione itaque teneatis quod à clericis & presbyteris quanquam fornicariis quamdiu tolerantur nec habent operis euidentiam licitè diuina miſteria audiantur & alia recipiantur ſacramenta. Hęc ille. Vbi notãda ſunt pouſsim ũ do verba ſcilicet *quandiu tolerantur* quia nõ ſunt per Eccleſiam declarati tales, nec ſunt ſuſpenſi nominatim. Item illud *nec habent operis euidentiam* id eſt ſecundum gloſſam notitiam facti. Vbi enim eſſet notorium factum & euidentia aut confeſsio in iure aut condemnatio eſſent vitanda eorum officia. Gregorius etiam 9. cap. vltimo præfati tituli de cohabitatione cle-

[r] *Pares fermè pœnæ ſancitæ fuerunt in concilio Rhemenſi ſub Eugenio. 2. cap 2. in 3. tom. Conci pag. 358. & apertiùs in Concilio Oxonienſi. c. eſt fortè in 3. to. Concil. pag 764.*

[s] De cohabit. cler. & mul. c. veſtra.

[t] *Latiùs conſulenda eſt huius gloſſa authoritas, quam prolè proſequitur Salicetus in l. ea quidem C. de accuſ. & Anthonium Gomez in to. 3. variarum. reſolutionum c. 1. & Iulium Clarum in pract. crim. §. fi q. 9. & Spec. tit. de notorio crimine.*

ctatur quis inexplebili habendi desiderio: tabescit quis inuidia, hic pharmaca inueniet, hic præsentissima largiuntur remedia. [b] Sitit aliquis hic reperit fontē purissimum vnde qui biberit fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam nec amplius sitiet. Est námque scientia Dei arbor quædam cœlestis diuinis floribus ornata: ager ferax plenus frugibus pratum amenissimum gramine puro decoratum, & hortus abundans fructibus nihil nisi cœlestem Ambrosiam sapientibus. Quis ergo hos flores, hæc prætiosa & saluberrima gramina se legere recusabit? quis Sacerdos cui datum est præesse doctrina & veritate tot fructus cum animi auiditate non excipiet? Eia agite in Christo dilecti fratres, excutite ab animis antiquum illum torporem. Audite magni doctoris vocem. Sic luceat lux vestra coram hominibus vt videant opera vestra bona & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est. Pluribus in locis vobis prædixit vos fore contemptos ex sui verbi ignorantia. Sicut enim fatuatū [c] sal nulli rei vtile est sed tanquam res vilissima in stercorarium profunditur & pedibus proteritur, ita Sacerdos qui doctrina & exemplo non salis hoc est vel à peccato reuocas vel à peccato præseruas & ad virtutum odorem & perseuerantiam excitas tibi commissos, sed potius corrupta tua vita ad morum quoque corruptionem percellis, nullo honore imò ne Sacerdotij quidem nomine dignus es sed ab omnibus contemni, exibilari & profligari mereris. Sed ne dedecus tantum tibi contingat, sacrum amplectere doctrinę munus, fac te scientię hospitem & labiis tuis sapientiam custodi vt & animæ saluti consulas. Quemadmodum apes ab herbis & Arboribus flores interdum dulces interdum amaros demetunt ad fauos conficiendos mellis, animalia in pratis nunc herbas, suaues nunc amaras pascunt, homines etiam ex fructibus quosdam legunt ad cibum, quosdam ad medicinam, in eundem modum confugere debes ad scripturam sacram & ex ea diuersitate florum fructuum & herbarum hoc est varietatem sententiarum & testimoniorum colligere, ad instructionem gregis, quorum quædam sunt dulcia ob promissiones præmiorum, quædam amara ob comminationes tormentorum

& inde

[b] Sicut Deus est finis omnium rerū, sic & Theologus quæ scientia est de diuinis cuiuslibet institutionis ad bonum tendentis scopus dicitur, solaque verò nomine sapientiæ digna. Quā etiam Mercurius Trismegistus cōsonat ad Asclepium Philosophia est in cognoscenda diuinitate frequens obtuitus & sancta religio.

[c] Illustrior nullus est locus ad sacræ scripturæ lectionem excitandos presbyteros isto dēpto, quo salis proprium munus ostenditur, ipsis summopere necessarium: vt condiantur eorum pectora sapientiæ sale.

& inde quod expediat recipere ad diuinos quosdam fauos conficiendos mellifluæ deuotionis & salutifere doctrinæ Atque in cibum & medicinam animæ conseruare. Ad hoc excellentissimum studium nos inuitat Hieronymus dicens [d] Ama studia scripturarum & carnis vitia non amabis. Dent operam itaque diuinæ legi sacerdotes exemplo sacerdotum Aegyptiorum qui Methaphisicæ [e] vacabant & ob hoc à populo nutriebantur, vno quibus statuta cibaria ex horreis publicis donabantur adeo vt tempore famis compulsi non fuerint vendere possessiones vt dicitur Genesis 47. Pręcepit Ezecchias rex populo habitantium Hierusalem vt darent partes sacerdotibus & leuitis vt possent vacare legi domini. 2. Paralipom. 31. Veteres sacerdotes qui cum Ionatha scribebant ad Romanos & Spartas miseriarum subsidium se habere sacram lectionem fatebantur his verbis. Nullo horum indigemus habentes solatio libros sanctos. [f] 1. Mach. 12. Idcirco Alexander 3. & [g] Honorius. 3 prohibuerunt omnibus religiosis & omnibus habentibus dignitates aut personatus & omnibus presbyteris sub pœna excommunicationis latæ sententiæ ne audirent Iurisperitos [g] vel Phisices artem quo commodius nauarent Theologiæ omnium necessariæ, operam vt habetur lib. 3. Decre. tit. Ne Clerici vel monachi ca. super specula. Quam constitutionem approbans Bonifacius 8. extendit etiam ad rectores Ecclesiarum Parrochialium quæ sunt Plebanię id est quæ sub se habent capellas, vt legitur ext. ne Clerici vel monachi. cap. 1. in 6. vbi glossa dicit quod præcedens prohibitio Honorij tertij & subsequens Bonifacij Octaui ideò facta est vt liberius vacent studio Theologiæ & Iuris Canonici, quæ melius congruunt suo statui quam leges & Phisica vt etiam dicit prædictum cap. super specula Generale Comcilium Lateranense cap. 16. sic habet, Clerici se in Ecclesiasticis officiis & aliis bonis studiis exerceant diligenter. Et habetur de vita & honestate clericorum cap. Clerici officia. Habeant etiam sacerdotes & Clerici lectorem in suis mensis ex Concilio Tholetano tertio can. 7. ita statuente. Pro reuerentia Dei & sacerdotum id vniuersa constituit Synodus vt quia solent crebro mensis fabulæ

[d] Hyeronymus ad Rusticum Monach.
[e] Aristoteles 1. Metaphis.
[f] 1. Macch. 12.
[g] Hæc sententia repugnat constitutio, Alex. 3. nec non magnopere, ne cler. vel monac. qua beneficiatis quibusdam iuris ciuilis studium interdixit, si quidem loquitur de monachis claustralibus, qui cum claustris adæsli sint, & omnino rebus huius sæculi separati, sub eo prætextu, quod leges ciuiles ediscere vellent claustra egrediebantur. Quo circa intelligimus secundum probabile sententiarum iudicium ipsum Alexandrum non interdixisse clericis, vel monachis iuris ciuilis studia, sed solum, ea de causa egredi monasteria. & cum laicis conuersari. Et eadem ratione Honor. 3. in c. super specula. de priui. in 6. eod. tit. extendit ad Archidiaconos, Decanos, Plebanos, &c. Et non solum his leges audire, sed nec interpretari interdixit, quod quidem

interponi in omni Sacerdotali conuiuio lectio diuinorum scripturarum misceatur, per hoc enim & animæ edificantur ad bonum & fabulæ prohibentur. h

sana interpretatione indig. intelligentium est generaliter vt leges interpretari non possint in publicis Academiis, sed vt non possint explicari a monachis, Archidiaconis & similibus, qui pontificis subsunt, atque ita intelligit Rebuffus in tract. nomin. q. 5. nu. 18. hodie Conci. Trident. Sess. 22. c. 2. omnis dirimitur contentio.

h 44. dist. c. pro reuerentia.

VITA ET EXEMPLVM.

§ II.

QVANTVM homines hominum exemplis accendantur etsi exemplorum plena sint omnia pauca nunc satis sint Augustini lib. 8. de Trinitate cap. 9. Quid est (ait) quæso quòd exardescimus, cum audimus & legimus, nullam in quoquam dantes offensionem, vt non reprehendatur ministerium nostrum sed in nobis commendantes nosmetipsos vt Dei ministros in multa patientia, in laboribus &c. quæ sequuntur. 2. Corinth. 6. Quid est inquam quod accendimur ad dilectionem Pauli cum hæc legimus nisi quod credimus eũ ita vixisse?a Viuendũ autem sic esse Dei ministris non de aliquibus auditum credimus, sed intus apud nos vel potius suprà nos in ipsa veritate conspicimus. Quem ergo sic vixisse dicimus ex hoc quod videmus diligimus & nisi hanc formam quam semper stabilem & incommutabilem cernimus præcipuè diligeremus, non ideò diligeremus eum, quia eius vita, cum in carne viueret huic formæ coaptatam & congruentem fuisse fide retinemus. Sed nescio qua vesania gregi nostro prodesse optimis exẽplis tamdiu negligamus in his potissimum temporibus quæ tot scandala in religione Christiana pariunt. Vitæ integritas magnes quidam est quo nos omnes ad virtutis & pietatis callem vel spontè ducimur. Magnus est etiam stimulus ad resipiscentiam morum venustas: & exempla bonorum virtutis iter monstrant & facilem viam à multis tritam ostendunt & non sequentes arguunt atque pudore infami reiiciunt quod quidem, sacra illa Ezechielis animalia nos docent, quæ sese mutuo alis percutere & ad volandum incitare perhibentur. Vt enim Gregorius interpretatur is planè ala sua me percutit qui exemplo suo me ad bene viuendum prouocat. Nec ad bene viuendum modo sed ad ferenda quoque huius vitæ incommoda & labores

a Vitæ probitas, & morum exempla plurimum inuunt sacerdotij decus, nã consule Tridentino Concilio Sess. 25. c. 1. reform. factis ipsis, ac vitæ actionibus quod est veluti perpetuum quoddam prædicandi genus, se muneri suo conformes ostendere debẽt, vt reliqui ab eis frugalitatis, modestiæ sanctæ, humilitatis exempla petant.

labores exempla sanctorum mirè adiuuant. In his sacra Pauli paranæsis contendit vt fideles omnes ac potissimum Ecclesiæ ministros magis exemplo vitæ quam ministerio doctrinæ fidei veritatem astruant.[b] Quod Pauli concilium quia fideles eo tempore sequuti sunt, fœcundos edidit fructus domini messis, modo autem cum in diuersum & præposterum ordinem res commutata sit. Et Ecclesiæ ministri superbo magis honoris & doctrinæ apparatu quam probitate vitæ hoc negotium vrgeant adeo nihil partis adiecimus vt etiam quæ parta sunt seruare non potuerimus cum nostro infœlicissimo sæculo tam magna orthodoxę fidei ruina facta sit. Cæteri verò fideles ita viuunt vt non modo bonorum operum exemplo Dei gloriam non illustrent sed eius etiam nomen per eos blasphemetur in gentibus. Pastorúmque vita sæpius vitio ipso plebis [c] corrumpitur, vel saltem nostra ætas adeò turbata meliores nō meretur, cum nec pietati nec iustitiæ nec charitati apud nos aliquis sit relictus locus. Veruntamen bono zelo perculsi precemur vt ad meliorem vitæ frugem redigantur isti fascinati homines dicamúsque cum Beato Hieronymo. Non solum Episcopos presbyteros & Diaconos debere magnopere præuidere vt cunctum populum cui præsident, conuersatione ac sermone & scientia præeant, verumetiam & inferiores gradus, Exorcistas Lectores, Custodes etiam Acoluthos & omnes omnino qui domino deseruiunt, quia vehementer Ecclesia Dei destruitur cum meliores laici sunt clericis. Quid verò cogitari indignius potest quam vt qui tanquam sidera in firmamento posita & lumina mundi aliis prælucere deberemus in carbones redacti tenebras mortalium oculis effundamus.

FVGA OCII LABOR.

§ III.

MISERAM conqueror eorum sortem qui animos etiam illustres pudendo ocio consumunt & fœda rubigine inficiunt vt eo celerius ad illecebras ferantur cum nihil aliud cogitare norint quam de escis atque de ventre. Ne ergo omnium vitiorum fomite ocio sacerdos

ad

[b] E flagitiosis quorundam Ecclesiasticorum exemplis plura orbi exorta sunt, hac nostra ætate incommoda, cum soleat plebs maiorum suorum exempla intueri. Quamobrem sicut cælestium orbium motus ordinatissimi sunt vtpote qui nunquam præscriptas à conditore leges prætereunt, ita qui præsunt populo & vniuersalium causarum in Republica locum tenent summa moderatione, & consilio totius vitæ cursum dirigere debent. Cum maiores voluptati deseruiunt (vt inquit Gregorius in Pastorali) minoribus lasciuiæ frena laxant.

[c] Sceleri quanquam nunquam cupiam patrocinari, fateor: grauius peccare, qui in potestate constituti publica, non meminerunt officii sui, tamen populi pertinacia sæpenumerò in causa est, vt qui præsunt, alii sint quam esse conueniret. Sic populus Israeliticus pro mitissimo Samuele accepit superbum Saulem.

ad facinora turpia rapiatur [a] optimè Nanetense Cõcilium consentit vt persolutis horis Canonicis & suo in diuinis officio expleto & infirmis visitatis ad opus rurale exeat si voluerit. Et idem habentur, ex Concilio Agathensi sub pa-rium verborum forma. Concilium Carthaginense 4. cap. 52. sic habet Clericus victum & vestitum sibi artificiolo vel agricultura absque artificij sui detrimento præparet. Nota verbum absque detrimento quia Clericus non potest per totum diem labori manum vacare nec operas suas indies locare, cum non debeat suo officio deesse & cap. 53. dicti quarti Concilij Carthaginensis. Omnes clerici qui ad operandum sunt validi, & artificiola, & literas discant. Septima Synodus generalis, quæ fuit secunda Nycæna canone suorum decretorum. 15. sic habet, ad huius vitæ vsum sunt diuersa studia, ex his ergo si quis velit ea quæ sunt corpori ad vsum necessaria comparet. Dicit enim Apostolus vsui meo, & his qui mecum sunt, manus meæ subministrauerunt. Act. 20. Et hæc quidem in hac regia ciuitate, his autem qui extra sunt locis propter hominum inopiam permittitur, hæc ibi.

Et quia in fronte illius canonis prohibetur, ne clerici in duabus Ecclesiis collocẽtur, propterea maluerũt patres illius concilij, vt clericus & artificio, & opere manuum pa-ret sibi victum, quàm quod in duabus collocetur Ecclesiis. Gratum hunc laborem subiisse Paulum ex ipsius verbo credimus, Omnia ostendi vobis, quoniam sic laborantes oportet suscipere infirmos, & primæ ad Corinth. 4. Vsque in hanc horam esurimus, & sitimus, & laboramus operantes manibus nostris. Et 2. ad Thessalonicenses. 3. Ipsi scitis quemadmodũ oporteat imitari nos, quoniam non inquieti fuimus inter vos, neque panem gratis manducauimus ab aliquo, sed in labore, ac fatigatione, die ac nocte operantes, ne quem vestrum grauaremus, sequitur vt nosmetipsos formam daremus vobis ad imitandum nos, sic vertex Apostolorum Petrus cum sociis suis ad reuelandam suam inopiam piscationi operam dedit, dicente eis Petro, vado piscari, dicunt ei & alij, venimus, & nos tecum, Io. 21. vbi glossa ordina. sciendum non prohibitos fuisse Apostolos sua arte licita,

a De otij pernicie plura leguntur apud Cassia. l. 10. c. 3. Damasc. l. 2. de orthod. cap. 4. Hugo. l. 2. de sacram. Author. in 2 p. tit. 9 cap. 1. P. sa. verb Accedia. Gerson 2 p. in reg. moral idem in compend. Theol de 7. vitiis capital. Alexan. Alens 2. Tract. de Accedia Canisius tit. de peccatis.

b Arg. l. 2 C. de epis. & cler. l. nam mercari non potest. 88. dist. fornicari.

c Clericus cui non sufficit bene Ecclesiastica stipendia ad victum propriis manibus illum temperare potest, dummodo officium suum non negligat, nec vagetur per nundinas, quod si propter emptiones ab officio declinet, deperatur dist. 1. cap. presbyter. Burchar l. 2. ca. 102. Ivo p. 6 c. 179. & 180.

licita victum querere apostolatus integritate seruata. Quoniam vnde viuerent non haberent. Huius laboris fructus præcipuus [d] est ocij & desidiæ fuga sic nos enim commonefacit Sapiens Mitte seruum tuum in operationem ne vacet, multam enim malitiam docuit Ociositas. Vnde Hieronymus ad Rusticum Monachum, *Semper aliquid boni operis facito vt te diabolus inueniat occupatum* & quod de opere manuali loquatur patet per id quod subiungit *vel fiscellam texe iunco.* Rursus. *In desideriis enim est ociosus.* Et pauló pòst *Aegiptiorum Monasteria hunc tenent morem vt nullum absque opere suscipiant.* Basilius magnus in regula Monachorum cap. 76. inducit monachos ad operationem manuum. Et Beatus Benedictus in regula sua ait Ociositas inimica est animæ & ideò certis temporibus occupari debent fratres. Nihil est denique quod magis rebellantem carnis lasciuiam compescat, nihil quod voluptuarios appetitus magis cohibeat ipso exercitio & labore, In vigiliis, in laboribus plurimis exhibeamus nos sicut Dei ministros. Vnde Augustinus librum de opere Monachorum scripsit ad Aurelij tunc Carthaginensis Episcopi instantiam, contra errorem eorum qui dicebant monachos non debere manibus operari vt ipsemet Augustinus in eiusdem libri rationibus testatur & vario orationis lepore hanc operam laudat & probat. Tandem pro huius paragraphi periodo nobis adest Diui Thomę [e] decretum quod operari manibus clericis interdum est necessitatis & præcepti scilicet ad victum sibi necessarium quærendum alio honesto medio sibi comparare impotentibus. Tunc enim qui non laborat non manducet, & etiam ad vitandū in se peccatum, & peccati occasionē scilicet ocium & carnis concupiscentiam, [f] aliam viā honestam hæc vitandi non habentibus aut non eligentibus. His enim omnibus dicit Apostolus [g] Opera mini manibus sicut præcepimus vobis & vt honestè ambuletis ad eos qui foris sunt & nullius aliquid desideretis. Augustinus improbum laborandi studiū aut animi officiis, aut manuum diligentia ostendit, dicitque quod dum esset Apostolus Athenis vbi oportebat eum quotidie prædicare, manibus non operabatur, sed veniens Corinthum vbi Iudæis

d D.Tho. 2. 2. q. 187. *laboris manualis operè recensit vtilitates, quod nimirum conferat ad victum quærendum ex diuino præcepto. Pro se parenti in dito, secundò ad otij, & desidia vitæ odium, tertio ad libidinis refrenandam concupiscentiã, quatenus labore corpus maceratur. Postremò ad Eleemosynas erogandas.*

e D. Thom. quod l. 17. & 18.

f *Otia si tolles, periere cupidinis arcus Ouid.*

g 1. Thes. 4.

h Aug. de opere monachorum.

ſolo die Sabbathi prædicabat labori manuum vacabat. Eximit autem Doctor eximius Auguſtinus à labore manuum occupatos his generibus operum ſpiritualium, ſi Euangeliſtæ ſunt (inquit) id eſt diuini verbi annuntiatores ad populum, ſi miniſtri altaris diuina cantica Domino perſonantes & miniſtrantes altari ſi diſpenſatores ſacramentorum ſi de Eleemoſynis pauperum ſuſtentari debent & poſſunt ſimiliter & principes præfecti militiæ, magiſtratus vrbium ad laboramdum manibus non adſtringuntur.

SACERDOTVM VESTITVS ET HABITVS § IIII.

COMÆ & clericalis Tonſuræ inſignia ſine quibus decreto Aniceti [a] Sacerdotes in mediũ prodere non debent diximus, ſed non ſolum piis moribus, & vitæ ornamentis ipſi ſui ſtatus decentiam probare debent verumetiam habitu & veſtium ornatu, dicẽte ſcriptura Amictus & riſus dentium & inceſſus hominis enunciant de illo. Ideò ſexta Synodus generalis can. 27 ita ſtatuit. Clericus veſtem ſibi conuenientem induat tam in vrbe quam in via, non quidem ad iactantiam ſed ad ſtatus reuerentiam Hęc dicit etiam Concilium Gangrenſe, parſimoniam cum veſte húmili non reprobamus, ſicut & ornatum præter corporis diligentiam infricatum laudamus, diſſolutos autem & fractos veſtibus & inceſſu non recipimus, nota (infricatum) id eſt non pretiosè effucatum.

Quartum Concilium Carthaginenſe cap. 45. ſic docet Clericus ſuam profeſsionem & in habitu & inceſſu probet & ideò nec in veſtibus nec in calceamentis decorem quærat. Concilium generale Lateranenſe can. 16. circa hoc quatuor prohibet & duo præcipit vt habetur de vita & honeſtate clericorum cap. Clerici officia. Primò prohibet indecentem veſtitum ſcilicet in nimia breuitate, quod leuitatem arguit, in nimia amplitudine, quod faſtum denotat nec in nimia paupertatẽ, ne ſint pannoſi aut veſtibus laceri ne à plebe contemnantur. Secundò prohibet curioſam ornatus luxuriem dicens, Pannis rubeis aut viridibus necnon

[a] Anicetus ſub anathematis pœna clericos prohibuit, comam nutrire, ſed quod deſuper caput in modum ſphæræ radant c. prohibete. 23. diſt. huius conſtitutionis meminit Platina in eiuſdem Aniceti vita. Illam conſtitutionem confirmauit concilium Carthaginenſe 4. c. clericus. de vit. & honeſt. cler ſcribit tamen And. in rub. extra. de conſt. nu. 62. in ipſo Codice conciliorũ, ſic legi. Clericus neque comam nutriat, neque barbam radat, & rectè olim in lege antiqua hoc præcepit Dominus populo ſuo, Leuitico c. 19. Neque in rotundũ attondebitis comam nec radetis barbam. & c. 21. ad Sacerdotes, Aaron verba faciens, non radent caput, nec barbam. Ita etiã apud Romanos, olim etiam cautum erat. vide Gellium lib. 3. Noct. Attic. ca. 4. Alexand. ab Alexandro. lib. 5. dierum genialium c. 15.

nec non manicis aut sotularibus consuticiis non vtantur. Et generalis Synodus septima can. 19.[b] Omnis ornatus corporeus est à Sacerdotali ordine alienus Episcopos ergò vel clericos qui se splendidis& insignibus vestibus exornāt corrigere oportet, sin autem permaneant, suppliciis[c] tradantur: similiter & qui sunt vnguentis delibuti, quòd si inuenti fuerint qui vilem & modestum amictum improbè calumnientur ac traducāt, pœna corrigātur à superioribus, enim temporibus omnis Ecclesiasticus ordo cum modesto & moderato indumento versatur. Hæc concilium. Non absimilia Viennensis Synodus statuit & acriter punit clericos siue beneficiatos siue non, vtentes publicè virgata vel partita veste subiiciens hæc verba. Hinc insuper adiicimus sanctioni vt clerici præsertim beneficiati caligis scacatis rubeis aut viridibus publicè non vtantur. His maximè quadrat quod refert Gratianus. 21.q.4.ex 7.& 8. Synodo à Zacharia Papa Leone & Innocentio secundo. Tertiò prohibet eadem generalis Synodus Lateranensis Ecclesiasticis superfluitates & excessus auri & argenti in vestimentis sellis & frænis, calcaribus deauratis aut aliam superfluitatem gerentibus. Sed ô mala tempora! impletur hodie illud Lucæ 7. Ecce qui in veste pretiosa sunt & deliciis in domibus Regum sunt, tales enim videntur esse prȩlati quos Diuus Bernardus sic alloquitur, Dicite Pontifices in fræno quid faciat aurum, quid nobis comminatur Dominus per Sophoniam Prophetam Visitabo super omnes eos qui induti sunt veste peregrina. Deus præcepit vt homo non induatur veste mulier virili Deut. 22. ob scandalum & abusum vitandum. Præcepit insuper Iudæis propter suæ religionis excellentiam vt proprium (quo ab omnibus cognoscerentur fideles) ferrent vestimentum Leuit. 16. Ita eisdem rationibus Clerici eis dato & ordinato semper vti debent vestimento. Qui autem laicis & secularibus se occultant & se milites aut mercatores depingunt hoc in eis agit Dæmon quod agit Amon nuntiis Dauid ad eum missis præscidit enim vestes eorum medias vsque ad nates in regis & ipsorum ludibrium, sic diabolus huiusmodi vestimentorum & exorbitationem ingerit in

b 21.q.4.cap. omnis iactura.

c In eo tempore huius sanctionis pœnam hanc sanxit Clemens, si in dignitate positi sunt per annum priuantur perceptione fructuum beneficiorum, quæ obtinent. Si dignitate non potiuntur, sed inter inferiores connumerantur, per annum redduntur inhabiles ad quodcunque beneficium obtinendum, atque ita inferiores ipsi non priuantur cōmodo fructuum beneficiorum, quæ eo tēpore obtinent. Qua constitutione intelligimus maiores in dignitate grauius peccare, quàm inferiores faciunt, & ob id grauiori etiam pœna plectendos esse, quod annotauit Cardinalis Zabarella in clem. 2 §. dignitatem de vita, & honestate cler. hoc cum quod ex de interior. am.

d 30.q.5.ca. fœminæ. glo. super cap. vt Apostolicæ. de priuil.in 6.

Christi Ecclesiæ & eius ministrorum contumeliam & contemptum. Quartò prohibet Sacrum Concilium Lateranense vbi supra vt nec annulos Clerici ferant nisi quibus ex officio dignitatis competit. Sufficiat igitur sacerdotibus modestus vestiũ habitus,ne dignitas prophanetur,aut fastu vituperetur. Deus enim solum dedit indumenta ad tegendam turpitudinem nostram,si vltra procedit ornatus proculdubio is non à Deo est,vereor autem ne à dæmone sit.Nam apud Apocalypsim [e] meretrix illa magna cum qua fornicati sunt reges terræ & inebriati de vino prostitutionis eius circundata erat purpura & coccino & inaurata auro & lapide pretioso & margaritis,vt glo. inquit, meretrix hæc mali sunt qui exquisitas vestes adinuenere non viri iusti & pij qui habentes cum Paulo quibus tegerentur contenti sunt.

e Apocalyp. 17.

DE CONCVBINATV VITANDO.

§ V.

a Hic referenda sunt quæ de sacerdotij laudib. & dignitate dicta sunt in 1.§. huius prioris Classis.

b Ab omni vitiorum spurcitia, eò cautius sese Sacerdotes tueri debent, quòd liberaliùs susceperint cœlestium donorum thesauros hinc memores acceptæ gratiæ, quoties peccandi succēditur libido cum Iosepho Egyptio dicere debent ecce,dominus meus omnia tradidit mihi, quomodo possum hoc malum facere, & peccare in Dominum meum?

SI Iudæis [a] Græcis & Romanis tam illustre & excellens sacerdotum nomen auditum est,quanto maiori splendore & gloria nunc venerandi sunt illi quibus dominus potestatem supra verum ac diuinum corpus suum concessit? hinc etiam infertur illos puriores ac sanctiores antiquis sacerdotibus esse debere.Si enim priscis illis tantam munditiem, sanctitatem, innocentiam & incorruptionem tam serio & seueriter tantis pœnarum comminationibus requisiuit vmbræ & figuræ ministris, quanto seuerius ac vehementius eandem & multo exuberantiorem atque perfectiorem requiret & exiget à sacerdotibus noui Testamenti?qui non vmbræ vel figuræ sed veritatis & gratiæ ministerium exequuntur, qui non simplices ad meros panes sed cœlestem illum panem corpus inquam Christi immaculatissimum & sanctissimum, consecrare, offerre ac dispensare & sumere,& reliqua itidem sacramenta sanguinis & meriti Christi prætiosissimi distribuendi organa & vasa mirum in modum tremenda necesse administrare habent ex officio non minus ipsi regi cœlesti chari, quam Pharaoni Iosephus AEgiptius? [b] Etsi quæcunque peccata

quæ à

quæ à cæteris fidelibus fugienda docentur & vitanda ab Ecclesiæ ministris cane & angue [c] citius vitari debeant, sunt tamen quædam peccata quæ Ecclesiasticæ dignitati magis nocent,eiusque dignitatem obscurant & dilacerant. Quod si peruersi omnes Christiani nominis Dei gloriam dedecorant nephandis& illicitis peccatis longè maximam iniuriam illi inferunt mali viri Ecclesiastici quibus Deus peculiariter honorem suum commendauit,non solum enim infidelibus sed ipsismet Christianis scandalo sunt, dicunt enim.Populus domini iste est?hi sunt qui quotidie in pectore Deum recipiunt?hi sunt qui in mensa Domini sedent?hi sunt qui nobis prædicant, hi sunt quibus peccata nostra confitemur?Tales ministros habet Deus? Quomodo tolerat dominus tales ministros? quomodo non imperat aperire terram quæ eos deuoret?quid mirum si nos mali simus, tales cum sint Christi dilecti cuius manibus ipse quotidie obtrectatur? Hæc vulgus de sacerdotibus incultis exclamat, de sacerdotibus inquam nihil præter scandalum,lasciuiam,& arrogantiam,redolentibus.Hanc peccandi effrænatam libidinem ab hoc sacro officio prorsus alienam detestantur sacri pōtifices,abhorrent iura,& sacri doctores totis manibus damnant. Cum itaque tum Ecclesiæ præcepto tum proprio voto sint huiusmodi ministri perpetuæ continentiæ adstricti ideo incontienntiæ naufragium & periculum declinare debent iuxtà illud Ecclesiastici 3. Qui amat periculum peribit in illo, & omnem mali speciem subterfugere vt admonet Apostolus 1.Thessalon.5. Ab omni specie mala abstinete vos, Et nulli offensionem aliquam date. Ex eiusdem Pauli admonitione 1. Corinh.6. Nemini dātes vllam offensionem. Propterea sacri Dei ministri familiarem & suspectam nimis mulierum gratiam, & cohabitationē vitent,quodquidem summè vetat [e] Nycena Synodus.can.3 neque Episcopo,neque Presbytero,neque Diacono,neque vlli clericorum omninò licet habere secum mulierem extraneam, nisi forte mater aut soror aut auia aut amitta,aut matertera sit,in his námque solis personis & harum similibus omnis quæ ex mulieribus est suspicio declinatur,qui autem prȩter hȩc agit periclitetur.Eam

c Prouerbialis figura in scelerus, & peccati fugam, ac detestationem quæ ab Horatio desumpta est. Altera Mileti textam cane peius & angue. Vitabit Chlamydem.

d In presbyteros concubinarios Nicolaus. V. Leo. X. & Pius V. varias & æquissimas pœnas ex S.S. Conciliorum & decretorum placitis constituerunt quæ leguntur in magno Bullario fol.71. 194. & 926.

e 32.dist.cap. interdicit.

autem mulierem vocat extraneam quæ fœdere nuptiali non eſt coniuncta. [f] Concilium tamen Moguntinum reſtringit conceſsionem factam in Niceno, negans & prohibens clericis matrem, amitam, & ſororem illis cohabitare, quia inſtigante diabolo in illis ſcelus perpetratum reperitur aut in pediſequis earundem. Et refertur de cohabitatione clericorum & mulierum cap. 1. Septima autem Synodus generalis can. 18. vetuit ne vlla ratione in epiſcopatu aut monaſterio mulier aliqua ancilla vel libera verſetur ſi ſecus fiat Epiſcopus vel præfectus deponatur. [g] Tranſgreſſores horum canonum & ſuſpecti de mala familiaritate mulierum & de incontinentia, vt ex ſuſpicione ſcandalum generetur in populo licet non ſit contra ipſos de incontinentia accuſator, prius ſunt monendi trina monitione qua præmiſſa ſi inuenti fuerunt cum illis conuerſari aut illas in domo detinere ſuſpendantur ab officio & beneficio vſque ad ſatisfactionem congruam, Et ſi non deſtiterint & ſe ſufficienter nō purgauerint excommunicentur ex decreto Eugenij Papæ & Innocentij 3. [h] Qui autem comprehenſi fuerint de incontinentia ſatis probati, aut facti euidentia conuicti pro varietate criminis variæ contra eos fuerunt decretæ ab Eccleſia pœnæ. Si ſimplici fornicatione ſint prolapſi quæ tamen in ipſis ſacratis viris ſemper graue ſacrilegium eſt talem in eos diffinierunt pœnam Apoſtoli in ſuis canonibus can. 25. his verbis. [i] Epiſcopus aut presbyter aut Diaconus qui in fornicatione aut periurio aut furto captus eſt deponatur, non tamen communione priuetur: dicit enim ſcriptura non vindicabit dominus bis, Naum primo cap. & can. ſequenti ſcilicet. 26. dicitur quod reliqui clerici huic ſubiaceant conditioni. Quæ decreta Apoſtolorum concilium Gangrenſe mitigans ac in mitiorem pœnam reducens ita ſtatuit [k] presbyter ſi fornicationem fecerit quámque ſecundum canones Apoſtolorum debeat deponi, tamen iuxtà authoritatem Beati Sylueſtri ſi in vitio non permanſerit ſi ſuá ſpontè confeſſus adiecit vt reſurgat decem annis in hunc modum pœniteat. Si concubinarij ſint ita prouidit Eccleſia ſic ſtatuente Alexandro tertio [l] Canthuarenſi Archiepiſcopo & eius ſuffraganeis ſcribente

[f] Hoc decretum Nycenum renouauit Cyricius Papa, vt patet 81. diſt. cap. fœminas.

[g] Hoc etiam reperitur in concilio Nannetenſ. cap. 3. quod refert Burchard. lib 2. decret. ca. 116 Iuo part. 6. c. 192. & c. 1. in 1 cōp. vide conci. Trident. Seſſ. 25. de reformat. c. 14. l. eum qui. C. de epiſ. & cler.

[h] De cohabitat. clericorum, & mulierum. cap. ſi quiſquam. ca. ſicut. & cap. tuanos.

[i] 81. diſt. cap. presbyter. & c. ſi quis Epiſcopus.

[k] Vide prolixum textum in Gratiano. diſt. 82. cap. Presbiter.

[l] De cohabit. cler. & mulierum c. ſicut.

ſcribente in hunc modũ.[m] Fraternitati veſtræ mandamus, quatenus clericos veſtræ Iuriſdictionis qui in ſubdiaconatu & ſupra fornicarias habuerint ſtudioſè monere curetis vt à ſe illas remoueant,eas vlterius minimè admiſſuri,ſi verò acquieſcere contempſerint eos ab Eccleſiaſticis beneficiis vſque ad ſatisfactionem congruam ſuſpendatis & ſi eas ſuſpenſi præſumpſerint detinere, ipſos ab eiſdem beneficiis perpetuò remouere curetis. Idem Pontifex Londinenſi Epiſcopo ſcribens addit quod ſi Clerici ſuæ iuriſdictionis ſiue in ſacris ordinibus ſiue inferioribus conſtituti fornicarias detinent niſi eas ad ſecundam vel tertiam commonitionem à ſe dimiſerint eaſdem de cetero cõtempturi. Liceat tibi eos Eccleſiis vel earum portionibus appellatione poſtpoſita ſpoliare, officio nihilominus ipſis interdicto. Innocentius Papa huius nominis ſecundus prius ſtatuerat: Decernimus vt hi qui in ordine ſubdiaconatus & ſupra vxores duxerint aut concubinas habuerint officio atque Eccleſiaſtico beneficio careant, cum enim ipſi templum & vaſa domini, ſacrarium ſpiritus ſancti debeant eſſe,& dici,indignum eſt eos cubilibus & immunditiis deſeruire.[n] Sacrum quoque Lateranenſ.Concilium can.14 agens de pœnis clericorum ita ſtatuit.[o] Ne verò facilitàs veniæ incentiuum tribuat delinquẽdi,ſtatuimus vt qui comprehenſi fuerint,incontinentiæ vitio laborare,prout magis aut minus peccauerint puniantur ſecundum canonicas ſanctiones quas efficatius & diſtinctius præcipimus obſeruari vt quos Diuinus timor à malo non reuocat,temporalis ſaltem pœna cohibeat à peccato. Si quis igitur ſuſpenſus hac de cauſa prẹſumpſerit celebrare diuina,non ſolum eccleſiaſticis beneficiis ſpolietur verumetiam pro duplici culpa perpetuò damnetur? Prælati vero qui tales præſumpſerint in ſuis iniquitatibus ſuſtinere maximè pecuniæ obtentu vel alterius temporalis commodi, pari ſubiaceant vltioni: hæc ſacrum Lateranenſe Concilium. Baſilienſe autem Seſſione 20. tale contra hos ſacrilegos promulgauit decretum, Quicunque Clericus cuiuſcunque ſtatus aut conditionis, religionis, dignitatis etiam ſi pontificalis vel alterius præeminentię exiſtat,qui poſt huius conſtitutionis

m *Apoſtolica conſtitutione Presbyter, vel diaconus qui publicè in adulterio fornicatione periurio, vel homicidio fuerit deprehenſus debet deponi non autem ex communicari nemo enim duplici contritione flagellatur more tamen laicorum debet pœnitentiam agere cum eius crimen ſit manifeſtum.*

n Grati n diſt 28. c. decernimus.

o De vita & honeſt.cler.c. clericorum mores.

p *Concubinarij ſacerdotes ſacrilegium committunt,ſiquidẽ cum Deo dicati ſint,id eſt,ſacrati,ſi per copulam carnalẽ cum muliere ſeparentur à Deo, ſacrilegi efficiãtur, id quod in ſpecie Bermondus Choueron: in tract. de publicis concubinariis in nu.23. verſ apparet ex præmiſſis.*

ſtitutionis notitiam quam habere præſumatur per duos menſes poſt publicationem eiuſdem in Eccleſiis cathedralibus quam ipſi Dioceſani omninò facere teneantur. Poſtquam eadem conſtitutio ad eorum notitiam peruenerit ſi fuerit publicus concubinarius à perceptione fructuum omnium ſuorum beneficiorum trium menſium ſpacio ſit ipſo facto ſuſpenſus, quos ſuus ſuperior infabricam vel aliam euidentem Eccleſiarum vtilitatem ex quibus hi fructus percipiuntur conuertat nec non & huiuſmodi publicum concubinarium vt primum talem eſſe innotuerit mox ſuus ſuperior monere teneatur vt infra breuiſsimũ terminum concubinam dimittat, quã ſi non dimiſerit vel dimiſſam aut aliam accipere præſumpſerit iubet hæc ſancta Synodus vt ipſum ſuis omnibus beneficiis omninò priuet. Et nihilominus hi publici cõcubinarij vſquequo cum eis per ſuos ſuperiores poſt ipſarum concubinarum dimiſsionem manifeſtámque vitæ emendationem fuerit diſpenſatum ad ſuſceptionem quorumcunque bonorum, dignitatum, beneficiorum, vel officiorum ſint inhabiles, qui ſi poſt diſpenſationem recidiuo vomitu ad huiuſmodi publicum concubinatum redierint, ſine ſpe alicuius diſpenſationis ad prædicta prorſus inhabiles exiſtunt. ꝗ Quod ſi hi ad quos talium correctio pertinet vt eos prędictum eſt punire neglexerint eorum ſuperiores tam in ipſos de neglectu quam in illos de cõcubinatu modis omnibus digna punitione animaduertant. In Conciliis etiam prouincialibus & Synodalibus aduerſus tales punire negligentes vel de hoc crimine diffamatos per ſuſpenſionem etiam à collatione beneficiorum vel alia condigna pœna procedatur, ſeueriter, & ſi hi quorum deſtitutio ad ſummum Pontificem ſpectat per Concilia Prouincialia aut ſuos ſuperiores propter publicum concubinatum reperiantur priuatione digni ſtatim cum proceſſu inquiſitionis ipſi ſummo Pontifici deferantur. Publici autem intelligendi ſunt non ſolum hi quorum concubinatus per ſententiam aut confeſsionem in iure factam ſeu per rei euidentiam quæ nulla poſsit tergiuerſatione celari, ſed qui mulierem de incontinentia ſuſpectam & infamatam tenent, & per ſuos ſuperiores admoniti non

ꝗ Hoc ratum habetur concil. Triden. Seſſ. 25. cap 14. clericos uero eorum concubinarios admonitione prima facta, perſeuerantes priuari tertia parte fructuum, obuentionum ac prouentionum beneficiorum ſuorum quorumcunque ſecunda verò monitione facta perſeuerantes omnibus fructibus priuantur, & ab officio & administratione beneficij ad tempus arbitrio Epiſcopi ſuſpenduntur, ſi verò adhuc ei perſeuerant omnibus beneficiis, officiis, portionibus, ac penſionibus ſpoliantur, ſi verò adhuc in eodem errore perſiſtunt, vt quia dimiſſam repetant, excommunicantur, cæteri verò clerici, qui beneficia, vel penſiones non habent pœna carcerum & alia ſimili arbitrio Epiſcopi, ſecundum factum, & perſonarum qualitatem puniuntur.

non dimittit ipsam cum effectu, pœnis multetur in iure expresſis. *t ſequitur* quia in quibuſdam regionibus nonnulli pecuniarios quæſtus à concubinariis percipere non erubeſcunt,patiendo eos in tali fœditate ſordeſcere hinc ſub pœna maledictionis æternæ,[r] præcipit ſancta Synodus ne deinceps ſub pacto,compoſitione aut ſpe alicuius quæſtus talia quouiſmodo tollerent aut diſsimulent, alioquin vltra prædictam negligentiæ pœnam duplum eius quod propterea acceperint reſtituere ad pios vſus omninò teneantur & compellantur.omnes autem cõcubinas ſeu mulieres ſuſpectas prælati modis omnibus curent à ſuis ſubditis etiam per brachij ſæcularis auxilium ſi opus fuerit penitus arcere.Quin etiam ex tali cõcubinatu procreatos filios apud patres ſuos cohabitare non permittant. Iubet inſuper hæc ſancta Synodus vt etiam in prędictis Synodis & capitulis hœc conſtitutio publicetur. Hæc omnia Sancta Synodus Baſilienſis quam approbauit Nicolaus V. bulla publica quæ habetur in fine dictæ Synodi Baſilienſis tomo ſecundo Conciliorũ[s] Alterum pœnæ ſacerdotum concubinarum genus eſt illorum in diuinis vitatio. Nam Lucius Papa 3.ſic habet,alicubi dicitur nullus audiat miſſam eius quem ſcit indubitanter concubinam habere,nota *alicubi* id eſt in decretis Nicolai primi & Alexandri 3. prout refert Gratianus in ſuis decretis pręmiſſum autem decretum Nicolai primi & Alexandri 2.exponunt alij duo ſummi Pontifices quemadmodum recitatur in 3.libro decretalium tit. de Cohabit.cleric.& mul. Lucius ſiquidẽ tertius titulo vbi ſupra can. Veſtra,ſic loquitur.[t] Sine dubitatione itaque teneatis quod à clericis & presbyteris quanquam fornicariis quamdiu tolerantur nec habent operis euidentiam licitè diuina miſteria audiantur & alia recipiantur ſacramenta. Hęc ille. Vbi notãda ſunt potiſsimũ duo verba ſcilicet *quandiu tolerantur* quia nõ ſunt per Eccleſiam declarati tales,nec ſunt ſuſpenſi nominatim. Item illud *nec habent operis euidentiam* id eſt ſecundum gloſſam notitiam facti. Vbi enim eſſet notorium factum & euidentia aut confeſsio in iure aut condemnatio eſſent vitanda eorum officia. Gregorius etiam 9.cap.vltimo præfati tituli de cohabitatione cle-

r ricorum

[r] *Pares fermè pœnæ ſancitæ fuerunt in concilio Rhemenſi ſub Eugenio. 2. cap 2. in 3. tom. Conci pag. 158. & apertiùs in Concilio Oxonienſi.coactũ fortè in 3.to. Concil.pag 764.*

[s] De cohabit. cler. & mul. c veſtra.

[t] *Lectis conſulenda eſt huius gloſſæ authoritas,quam prolixè proſequitur Salicetus in l.ea quidem C de accuſ. & Anthonium Gomez tomo. 3. variarum. reſolutionum c. 1. & Iulium Clarum in pract. crim §. ſi q.9. & Spec. tit. de notorio crimine.*

ricorum & mulierum ſic dicit. Quæſitum eſt de clericis in fornicationem prolapſis ſi eorum ſit officium priuſquam pœnituerint audiendum, verumetſi quemlibet pro peccato mortali quoad ſeipſum conſtet eſſe ſuſpenſum non debet tamen in officiis euitari, quia quantum ad alios etiam ſuſpenſus non eſt in caſu propoſito niſi peccatum huiuſmodi ſit notoriùm per ſententiam ſeu per confeſsionem factam in iure aut per euidentiam rei quæ tergiuerſatione aliqua celari non poſsit. Hęc ille, & præcedenti fol. ex Baſilien. Concilio qui ſint & dicantur publici concubinarij conſtat. Videamus iam tandem an nulla pœna debeatur fœdiſſimis illis ſcortis & impudicis mulieribus quæ venalem animam & honorẽ proſtituũt.[v] Tales fœminę decreto Eugenij Papę publicè iudicẽtur id eſt ſecundùm gloſſ. in monaſterio ponãtur, 24. diſt. cap. Fraternitatis. Aut ſecundum alios in ſeruitutem reducãtur, vel ſi publicæ ſint excõmunicẽtur: de ſententia excommunication. cap. ſi concubinæ. Et concilium Baſilienſe vti ſupra patuit. ceſſ. 20. ſic habet, Prælati modis omnibus curẽt illas concubinas ſeu mulieres eiicere à ſuis ſubditis etiam per brachij ſæcularis auxilium ſi opus fuerit. Si verò adulteri ſint Quinta Synodus Aurelianenſis ita ſtatuit. Si quis clericus adulteraſſe confeſſus conuictus fuerit, depoſitus ab officio communione conceſſa in monaſteriũ toto ſuæ vitæ tempore detrudatur. Hinc Pelagius Papa Romanum clericũ pro crimine adulterij quod admiſiſſe nouerat à clericatus ordine depoſuit & in monaſterium in vrbe Romana ad agendam pœnitentiam relegauit.

TRIGINTA CONCVBINATVS POENAE.

§ VI.

FLAGITIVM illud omnium grauiſsímum eſſe cenſeo quod in ſacerdotibus execratur Paulus qui domos Dei in Lupanaria mutant & corpus veluti ſordium cloacam faciunt Neſcitis (inquit) quia corpora veſtra templum ſunt ſpiritus ſancti? Tollens ergo membra Chriſti faciam membra meretricis? Abſit. An neſcitis quoniam qui adhæret merettici vnum corpus efficitur. Idcirco volue-

runt,

v Cõcubinæ vndicibus & flagris expellendæ eſſent è domibus Sacerdotum, ne bonum ſcortatiorum tam liber domũ pateret aditus. Idcirco conceditur non ſolùm, vt expellantur. l. 2. C. de commer. & mercato. verumetiã vt omni peculio ſpolientur, nec reſtituantur ſpolia, quia authoritate iuris, vel iudicis ſpoliatæ non reſtituitur. gloſſ. in Sum 3. quæſt. 1. vbi limitat quando non ſeruaretur ordo iuris, & gloſſ. in c. argumenta. 2. q. 6.

a Concubinarius notorius ante pœnitentiam ipſo iure ſuſpenſus. text. in c. ſi qui ſunt 81. diſt. Eáque ratione ſi ante pœnitentiam hic celebrauerit miſſarum ſolennia, contrahit irregularitatem à ſolo Papa delebilem. Huius ſententiæ authores ſunt, Panormitanus in c. veſtra. col. 4. de cohab. cler. & mul. Choſmas in pragmatica ſãctione tit. de concubinariis verbo inhabiles. Aluarus Pelagius de planctu Eccleſ. 27 col. 4. Syluest. in ſumma verbo con-

runt, ſummi Pontifices ſuis canonibus cum totius Eccleſię conſenſu grauiſsimas minari pœnas in huius fœdiſsimi criminis reos ſacerdotes, quarum certum quendam numerum priore §. retulimus, iam ex Canoniſtarum & Decretorum ſyntagmate triginta colleximus quas hic recenſere non pigebit.

Prima ergo pœna [a] publici concubinarij, eſt vt ſuſpenſus ſit à perceptione fructuum omnium beneficiorum, quæ obtinet per tres menſes, qui fructus debent conuerti in fabricam, vel in aliam eccleſiæ euidentem vtilitatem. Eſt etiam de iure ſuſpenſus ab officio. cap. fin. 33. diſtinct. Et ſine monitione vt declarat Panorm. in cap. veſtra de cohabi. cler. & Præp. in cap. nullus. 32. diſt. & c. ſeq. vbi ipſo iure dicunt eum ſuſpenſum, nec requiri ſententiam etiam declaratoriam, ſi ſit notorius.

Secunda pœna [b] eſt quòd debet moneri per epiſcopum vt concubinam dimittat: qua ſi non dimiſerit vel eam ſeu aliam reaſſumpſerit, priuari debet omnibus ſuis beneficiis, etiam extra epiſcopatum exiſtentibus.

Tertia pœna, [c] quòd antequàm diſpenſatum ſit cum eis non poſſunt obtinere honores, dignitates, beneficia, nec officia, quia ſunt infames. c. infames. 6. q. 1. Imò ſi ante diſpenſationem à ſede apoſtolica obtentam celebrauerint, efficiuntur irregulares, & ſuum beneficium poterit impetrari.

Quarta, [d] quòd hic concubinarius perſeuerans in crimine, ſi fructus beneficij receperit, tenetur illos in conſcientia reſtituere, quia nec iuſtè percepit, nec ſuos fecit.

Quinta pœna eſt, quòd ſi poſt diſpenſationem iterum receperint aliquam concubinam, perpetuò ſunt inhabiles tam ad dignitates, quam ad aliqua beneficia, nec vnquam poterit prælatus cum eis diſpenſare extra ſedem apoſtolicam, quia epiſcopus nō poteſt bis diſpenſare cum illis, imò contumacia creſcente poterunt degradari.

Sexta pœna eſt quòd non poſſunt habere domi ſuos filios, quos in concubinatu genuerunt, ne eiſdem poſſit dici, Filij tui ſicut nouellæ oliuarum in circuitu menſæ tuæ & ne generent ſcandalum.

[margin:] cubinarius Gunſalus à Villanege, de irregularitate c. de ſuſpenſione col. 3. Abulenſis Epiſcopus in tract. de publicis concubinariis.

b Glo in verb. omnibus c. compromiſſarius de elec. in 6. imò aliquando ex quibuſdam conſtitutionibus ſynodalib priuatur ipſo facto. Anchar. cōſ. 65. pro clariori. col. 1. ſed quod de iure debeat priuari. eſt textus in c. ex parte. A. de teſtib. Rebuffus aſſerit, quod quāuis olim pro ſimplici fornicatione occulta priuarētur iure optimo beneficiorū & fructuum, id minus hodie haberi, nam ferè in omnes rigor ſententiæ ferretur. arg. gl. in c. Maximian. 81. diſt. & c. lator. 2. q. 7. ſequitur Corſet. in ſing. inci. fornicatio.

c Archidiaconus eſt eſtius ſententiæ in c. præter. § ad hoc col. pen. 32. diſt. Alphōſus Thoſtatus in tract. contra clericos concubi. concluſ. 3. quia à iure concubinarius eſt ſuſpenſus, & ſuſpenſus celebrans efficitur irregularis.

Septima pœna,[d] quòd non possunt donare concubinæ, quam benigniùs intuentur quam matrem,& si donauerint, donatio illa iure infirmatur.

Octaua pœna [e] est, quod sacerdos lapsus in fornicationem, decem annis pœnitere debet, prout disponitur in c.presbyter.82.dist,

Nona, quòd nullus debet missam illius audire, vti supra diximus alioqui audiens peccat,c. præter. 32. dist. Nec ab eodem sacramenta recipere,nisi sacramentum baptismi pœnitentiæ, & Eucharistiæ,in mortis necessitate. Inno. & alij in c. fraternitati. col. 2.de hæret.tum quia non sunt digni conficere ,& si conficiant, non sunt digni audiri, tum vt confusi de culpa ad gratiam redeant. Adhæc vt alij retrahantur ab illorum imitatione.

Decima, quòd non solùm est exclusus à potestate celebrandi missam, sed etiam standi in choro tempore celebrationis diuinorum, & sic non poterit habere distributiones,sed accrescunt aliis bonis.

Vndecima, quia sicut rusticus vtitur suo iumento, ita diabolus & concubina & concubinario, vt in simili dicit gloss. in cap. audi, denique.11. quæst.3. & in cap. dilectis. de appell.

Duodecima, quòd si impetrent rescripta post suspensionem, vel depositionem hoc tacito, illa non valebunt.c. super.de coha.cle & ibi Card.& Anch.

Decimatertia est, quia concubinarius pauper & miser est,etiam si diuitias Midæ, aut Crœsi ante concubinatum haberet. Prouer.14.in fi. Iustitia eleuat gentem, miseros autem facit populos peccatum,& maximè fornicatio.

Decimaquarta, quia cito moritur,nec permittitur longo tempore viuere ratione scandali super terram. Vnde dicit Diuus Paul. 1.ad Corinth.10. neque fornicemur, sicut quidam ex ipsis fornicati sunt & ceciderunt vna die viginti tria millia. Legimus de Caio Cęsare,[f] qui adeo libidine & inuidia flagrauit, vt omnem vsum scientiæ iurisconsultorum se aboliturum non semel iactauerit, ne quid præter æquum respondere posset, liberam magistratibus iurisdictionem,& sine appellatione concessit, cum omnibus suis sororibus

d L.2.C.de don. inter virum.& vxorem.Pan.in c. 1.de cler. ægrot.& c.fin.de ord.ab Epis.& glo.in verb.patres eod.tit. nec valet legatum vel institutio hæredis per illũ clericum concubinarium, sed debet fisco applicari.l.Claudius cum seq. ff. de his quæ vt indignis.Bar. express.in l.miles.ua.§ mulier.de test milit.

e Hoc exprimitur c. si quis Episcopus aut Presbyter, aut Diaconus post diaconi gradum acceptum,fuerit fornicatus, aut mœchatus, deponatur,& ab Ecclesia profectus inter laicos agat pœnitentiam,81. dist cap. si quis Episcopus.

f Ayma Riual. in historia.iuris ciuil.fol.102. li. 4.idem Salaces autem & libidinosi citiùs moriuntur Aristot. lib.2.de natura animalium Prob.in addi ad Io.Monac.in rub. de vita & hon. cleric. in 6. & Tiraq.in tract. de legib.connubial. fol. 130.

fororibus ftupri confuetudinem fecit, ideò triennio & decem menfibus tantum imperauit.

Decimaquinta, [g] omnes concubinarij funt furdi, non audientes dicta Sapientum, fed ægrè ferentes corripientes illos.

Decimafexta, [h] femper funt in rixa & in clamore domi concubinarius cum concubina, & tenebras in horas ducunt, maledictiones datas Abiron ille concubinæ imprecatur, hæc omnia mala in illum retorquet, fatis experientia reprobantur ifta, non alias probo, quod aliquando coniugatis contingit, fi habeant vxorem zelotypam.

Decimafeptima, [i] ab omnibus amicis relicti moriuntur, & omnibus deftituti, ac nudi ficut venerunt reuertuntur.

Decimaoctaua, [k] quòd fubditi non tenentur eis foluere decimas voluntarias, feu perfonales, aut oblationes: cum ab officiis eorum liceat abftinere. Præpo. in ca. præter 32. dift. fed authoritate illius in ecclefię vtilitatem conuerti debent. Card. in c. tua. 2. q. 6. de deci. & fi epifcopus effet notorius fornicator, poffet parrochianus fine epifcopi authoritate, in vtilitatem ecclefiæ, vel pauperum, fua authoritate conuertere.

Decimanona, [l] femper triftes incedunt, ac tribulati ficut hæretici Apoc. 2. Dedit illi tempus, vt pœnitentiam ageret, & non vult pœnitere à fornicatione fua, & ecce mittam in eam luctum: & qui mœchantur cum ea, in tribulatione maxima erunt. & 17. c.

Vigefima, [m] experti funt omnium cafuum, & infortuniorum, variifque mulierum tempeftatis turbinibus quatiuntur. Quanta autem onera fibi affumat qui fœminæ feruit quidam his verfibus lufit.

Fœmina, corpus, opes, animum, vim, lumina, vocem
Polluit, annihilat, necat, eripit, orbat, acerbat,
Occiditq; animum, confortia, fœdera, famam
Debilitat, perdit focios, aufertque fideles.
O Deus! heu quantis animus verfatur amantis,
Eneruat ftudium perniciofa Venus,

Vigefimaprima, defperati moriuntur, vel fubitanea morte ablati à paucis planguntur.

g Eccl. 21. Audiuit luxuriofus, & difplicebit illi, & proiiciet illud post dorfum fuum.
h Sed concordantia matrimonia turbare non debent. l. 1. in fi. ff. de liber. exhib.
i Pfalm. 87. Elongafti à me amicum & proximum, & notos meos, à miferia.
k Glo. & doct. in c. cum non liceat. de præfcri. Ideo non debet confiteri parochianus his concubinariis, alioquin peccat illis confitēs, & iterum tenetur confiteri, cum concubinarius nullam iurifdictionem habeat quia eft fufpenfus, vt fupra diximus. Henric. Boh. in c. omnis de pœn. & remif.
l Nam vbi eft tristitia, ibi non poteft effe gaudium. Bal. in c. irrefragabili. de offi. ord. & Dauid, non gaudebit inimicus meus fuper me.
m Leonard de Vtino, in ferm. 43. de legibus.

Vigesimasecunda,[n] damnati cum dæmonibus semper ardent. Dauid in Psal. Omnes qui elongant se à te, peribũt. Perdis omnes qui fornicantur. Diuus Paul. ad Ephes. 5. Hoc autem scitote intelligentes, quòd omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habet hæreditatem in regno Dei & ad Galat. 5. idem dicitur. & 1. ad Cor. 6. neque fornicarij regnum Dei possidebunt. Et debent carere ecclesiastica sepultura, si impœnitentes decedant.

Vigesimatertia,[o] potest vxor procurare ne maritus accipiat concubinam, & impedire, & prohibere ingressum concubinæ, vel eam expellere, arg. l. non aliter. & ibi gloss. ff. de vsu & habi. & si non possit prohibere, poterit agere contrà maritum, vt concubinam dimittat & eandem accusare ciuiliter & criminaliter. Salic. in l. 1. in 4. oppo. C. ad l. Iuliam de adult. Imò potest discedere à suo viro, si vir habeat concubinam: nec erit restituenda, nisi vir præstet cautionem de expellenda concubina, & non tenenda, vel reassumenda, etiam per pœnæ appositionem, arg. c. ex trãsmissa, de restit. spol. quia non bene conueniunt, nec in vno lecto morantur vxor & concubina.

Vigesimaquarta,[p] omnibus ludibrio sunt & scandalo. Væ ciuitas sanguinum, non est finis cadauerum in te, propter multitudinem fornicationum meretricis speciosæ, & gratæ, &c. ecce ego reuelabo pudenda in facie tua, & ostendam gentibus nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuam, & proiiciam super te abominationes tuas, & contumeliis te afficiam, & ponam te in exemplum, &c.

Vigesimaquinta[q] ab ordinibus sacris repelluntur nemo enim sacerdotij apicem adipisci potest qui non continentiam profitetur vt superius diximus, ideo Tibullus[r] Poëta Ethnicus sic ait.

Casta placent superis, pura cum veste venite,
Et manibus puris sumite fontis aquas.

Et Grapal. lib. 2. de partibus ædium inquit.

Christo casta placent, manibus purissima puris
Frangite liba manu, sit procul omnis odor.

n Leonard. in 1. testimonio legis Euang. in fi. per c. quibus 13. q. 2. Apocal. 21

o Bal. in cap. 1. col. 2. vt lite non contest. Card. Alex. in cap. ex part. in fin. de sponsalib.

p Naum. 3.

q Cap. 1. & c. laici. & ibi Praposit. notab. 33. dist. Et Episcopus, nec eligi, nec nominari potest. c. si quis Episcopus. 34. dist. Bertrach. tract. de Episc. in 2. lib q. 6.

r Tibul. imitat° est Hesio. περὶ ἡμερ. cui subscribit elegantissimè Ouidius li. 4 Fast. de Numa Pompilio. quod sacrum pro singulis facturus, non solum Venere abstinuerit, sed etiam carnium esu. Vsus abest veneris, nec fas animalia mensis [illegible]ere.

Et idcò

Et ideò curati debent interdicere, ne in suis ecclesiis celebrent, ne fœtore illorum alij inficiantur, & episcopi qui illos sic tolerant, pro ipsis Deo Optimo Maximo respondebunt, quia non caret scrupulo societatis occultæ qui manifestè facinori desinit obuiare. cap. error. [r] 83. dist.

Vigesimasexta, quòd concubinarius furioso comparatur. Valer. li. 4. tit. 3. sic ait, Sophocles ætate iam senior, cum ab eo quidam quæreret, an etiámnum rebus vteretur venereis, inquit, dij meliora: libenter enim isthinc tanquam à furiosa quadam dominatione profugi. [s]

Non frater fratri, cum furor ille venit,
Igneus ille furor nescit habere modum.

Vigesimaseptima pœna est, quia etiam tria mala oriũtur præter supradicta. Primùm quòd propter istum concubinatum publicum corda aliorum maximè laicorum scandalizantur. Secundò vituperatur officium ecclesiasticum. Tertiò largitur aliis materia peccandi. [t]

Vigesimaoctaua est, isti concubinario possunt bona interdici, sicut mulieri luxuriosæ. l. & mulieri. ff. de curat. fur. quia est prodigus morum. gloss. in l. si quis cum sciret. ff. de vsuc. pro emp. Bal. in l. ea lege. in fin. C. de condit. ob cau. & maior est prodigalitas morum quàm rerum, vt probat text. ibi, Famæ suæ prodigos. C. de his qui potentio. [v]

Vigesimanona, igne zelotypiæ torquentur, & desiccantur.

Trigesima, is qui habet concubinam, & procreat filios, censetur contraxisse matrimonium ex cohibitatione, & filij erunt legitimi, nisi protestetur quòd non intendat contrahere matrimonium text. & ibi glos. in l. libere. ff. de ritu nuptia. quòd procedit de iure ciuili, quando non erat magna inter eos disparitas, secus de iure canonico. gloss. in c. is qui. 34. distinct. [x]

Hæ sunt pœnæ optimo Iure in concubinarios tum Ecclesiasticos tum Laicos latæ quas ex Rebuffi operibus decerpsimus, vt saltem metu deterreantur Venerei isti homines qui salaci libidini animos excantari permittunt. Aggrediamur iam ebrietatis Satyram [y] Bacchus enim Veneris est fomes quo estuante voluptatis exasperatur paroxismus.

EBRIE-

r In fi. cap. pro quibus 13. q. 2. Apoc. 21.

s Hic adstipulatur §. hac autem. in authen. quomodo oporteat Episc. coll. 1. & text. in l 2. §. initium. ff. de orig. iuris vbi in texto habetur, quod cap. amore virginis omne fas atque nephas commiserit. vide gl. sing. in l vna. C. de Senatusconsult. Claud.

t Cap si mala. 2 q. 5. c. significasti de adulterio & cap. magna. de voto.

v Benedict. in repet. c. Raynutius in verbo mortuo in 1. num. 311. de testa. & expresse Aurio. in additon. ad Guilielm. de monte Laud. in c. grandi de supplend. neglig. Prælat. lib. 6.

x Spec. in tit. de sponsal. §. postremò vers. forma ab isto dic.

y Curtius in l. pen. in fin ff. de iurisdict. omn. iud.

EBRIETATIS ET ILLECEBRARVM VITVPERIVM.

§ VII.

POETÆ qui doctiſsimis commentis veritatem pingunt nunquam temerè dixerunt Venerem ſine Cerere & Baccho frigeſcere, altero enim quiſquis correptus eſt ſtatim minimè ſibi notus in brutales prorumpit affectus ita vt nihil rationis humanæ ſibi vendicare poſsit, nec mentis ſit compos quo plus enim vini habet eò minus iudicij & ſenſus eſt particeps, totus reſpondens Græcæ vini appellationi, οἶνος,[a] Quamprimum enim vſque ad ambas aures ingurgitatur homo crapula, illicò ſilet omnis Virtus, nihil eſt in ipſo quod nõ ſtatim obnubiletur. Turpiſsimum genus eſt hominum illorum qui in ventrem proiecti ac libidinem veluti ſues cœno volutantur.

Querimoniarum omnia plena ſunt in ſacerdotum quamplurimorum intemperantiam, quorum antiquius ſtudium in exhauriendis poculis perficitur qua in re ipſis etiam Paganis & qui in abſtinentia cibi & potus virtutis & continentię multã laudẽ reponebant ſceleſtiores habẽtur.

Quemadmodum vetuſtiſsimi illis, iis, quæ ad hominis vitam tolerandam inuenta ſunt, parciſsimè vſi ſunt, ita etiã vinum vſquequaque non potarunt, ſed interuallis quibuſdam, vel etiam perpetuò abſtinuerunt. Vini auctoritas, auct. Plinio, poſt ſexcenteſimum vrbis Romę annum cœpit. Romulum lacte non vino libaſſe, indicio ſunt ſacra ab eo inſtituta, quæ hodie cuſtodiunt morem. Numæ regis poſthumia lex eſt. Vino rogum ne reſpergito. Quod ſanxiſſe illum propter inopiam rei nemo dubitet. Durauit ea parſimonia apud Ro. diu. L. Papyrius imp. aduerſus Samnites dimicaturus, votum fecit, ſi viciſſet, Ioui pocillum vini. Sed & Plato inquit, Nullus qui in caſtris verſatur vinũ guſtet, ſed toto illo tempore aquam potet. Et in ciuitate neque ſeruus neque ancilla guſtet vnquam, neque magiſtratus, eo anno quo magiſtratu funguntur. Sed neque gubernatores neque iudices ſtrenui vinum guſtent omnino, neque is qui in con ſilium aliquod vocantur, quod alicuius momenti

[a] Græcè vinum vocatur οἶνος Etymologiam vocis Plato hãc reddidit. ὅτι οἴεσθαι νοῦν ἔχειν ποιεῖ τῶν πινόντων τοὺς πολλοὺς νοῦν ἔχειν οὐκ ἔχοντας, οἰόνους δικαιότατ' ἂν καλούμενος, id eſt, quoniam multi eorũ qui bibunt, putant ſe mentem habere cum non habeant iuſtiſsimè vinum vocatũ eſt οἶνος quaſi mens putata, διὰ τὸ οἴεσθαι τὸν νοῦν ἐμπιπλάναι, id eſt, eo quod vinum mentem oppleat variis cogitationibus, & opinionibus.

menti futurum sit, interdiu gustet omninò, nisi corporis vel morbi causa. Sed neque vir neque mulier noctu vinum gustet quum liberis operam dare cogitauerint.[b] Hactenus Plato. Sequutæ sunt & aliæ gentes hunc morem, vt auctor est Athenæus. Apud Locros epizephyrios legem tulit Zaleucus, vt si quis vinum bibisset, nisi iubente medico causa sanitatis, mortis supplicium esset. Apud Masilienses alia lex erat, quæ iubebat mulieres aquam potare, quod etiam nunc apud Miletum, vt auctor est Theophra. consuetum est. Apud Romanos neque seruus vinum bibebat, neque mulier libera, neque liberorum ephœbi vsque ad trigesimum annum. Hactenus Athenæus. Fuerunt quoque olim vitiũ multitudinem qui nõ vsque adeò approbarent. Plato in legibus de vitibus hæc censet οὐδ᾽ ἀμπέλων ἂν πολλῶν δέοι οὐδ᾽ ἡ τινι πόλει. ταχθέντα δὲ τἆλλα ἂν εἴη γεωργήματα, καὶ πᾶσα ἡ δίαιτα, καὶ δὴ τὰ γε περὶ οἶνον σχεδὸν, ἁπάντων ἐμμετρότατα καὶ ὀλίγιστα γίγνοιτ᾽ ἄν.[c] Neque ciuitati alicui opus erit multis vitibus. Quum enim illa, quæ ad agricolationem & quotidianum victum pertinent, ordinata sint, multò magis quæ ad vinum pertinent, conuenit esse ordinatissima & paucissima. Refert Tranquillus, imperante Domitiano, Romę summam vbertatem vini, frumenti verò inopiam fuisse: tum Cæsar existimans nimio vinearum studio negligi arua, edixit ne quis in Italia nouellaret: vtque in prouinciis vineta succiderentur, relicta (vbi plurimum) dimidia parte. Subsequentes postea Imperatores Romanorum maximi muneris loco nonnullis gentibus dederunt vinearum culturam. Refert Flauius Vopiscus, Germanos in auxilium rogatos à Proculo, Probo tamen potius perseruire maluerunt, quàm cum Bonoso & Proculo esse. Germanis omnibus & Hispanis ac Britannis hinc permisit, vt vites haberent, vinúmque conficerent.

Inualuit iam mos plusquam barbarus apud quosdam & quem à Scythis[d] & Parthis profectum meritò dixeris, certare poculis, & inuitare inuicem ad pares haustus, & potare ἀμυστί. Si quis ad certamen hoc paulo erit segnior, mox hic malè audit, & fungi non hominis nomine censetur. At si quis bona fide ingens exiccauerit poculum & in-

b Theophrastus & eius authoritate Ælianus de varia historia lib. 10 c. 9. & Athenæus li. 10. c. 5. Strabo. libr. 16. & Diodorus Siculus lib. 4. ca. 3. prisca frugalitatis & abstinentia clarissimi scriptores. Plinius lib. 14. c. 13. & Liuius 1. Dec. lib. 3.

c Idem, retulit Ælianus de varia historia lib. 2. c. 33. Scelus eum qui vinum iniussu medici bibisset, capitali pœna plectendum.

d Certandi poculis solennis est apud plures religio ἀσκητική, profectio & Barbaris exorta, Maximus Tyrius serm. 11. Et Aristoteles lib. Polit. 7. c. 7. probat Scythas vinosos esse, quod & videri potest ex Platone lib. 1. de legibus, vbi & illud dicit illustrium esse, ad felicitatem & pulchrum arbitrantur, si vinũ per vestes effunderint, quod et ex eo repetit Athenæus lib. 10 ca. 10. qui & de eorum vinositate loquitur etiam d. lib. 10. c. 8. & iterum lib. 11. cap. 7.

ter bibendum ne reſpiranerit quidem (quando quidem hæc bibendi ars hiſce conſtat legibus) hic iam celebris omnium ore habetur, & dignus„ vt principibus carus hac ſua gloria ſit. Peſsimus hic compotandi mos, & ad reſpondẽdum vel nolentem adigere, vetuſtiſsimis illis ignotus fuit. Aſſuerus ille potentiſsimus Perſarum rex, vir, vt videtur miti & clementi ingenio, cum regni ſui exordia exquiſitiſsimo & omni regio ciborum apparatu genti ſuę celebraret; fœdam tamen hanc & execrabilem compotandi conſuetudinem procul à conuiuiis ſuis abeſſe volebat, cum omnia regio eſſent luxu inſtructa. Conuiuium ſecundum edictum erat, ne quis quempiam cogeret, ſic enim conſtituerat Rex. Hoc quoque frequens apud Homerum eſt, αὐτὰρ ἐπεὶ σπεῖσάν τ', ἔπιόν θ' ὅσον ἤθελε θυμός. Id eſt. Poſtquam libarunt, bibebant quantum quiſque voluit. Erant quoque ſcyphi numerati quot quiſque ebiberet, nec vltra tertium cyathũ ſobrio viro excedẽdum erat. [e] De iis Suidas ſic ſcribit, τρεῖς γὰρ μόνους κρατῆρας ἐγκεραννύω τοῖς εὖ φρονοῦσι. τὸν μὲν ὑγιείας εἵνεκα, ὃ πρῶτον ἐκπίνουσι· τὸν δὲ δεύτερον ἔρωτος ἡδονῆς τε. τὸν τρίτον δὲ ὕπνου, ὃν ἐκπίνοντες οἱ σοφοὶ κεκλημένοι οἴκαδε βαδίζουσιν, ὁ δὲ τέταρτος οὐκ ἔτι ἡμέτερός ἐστιν ἀλλ' ὕβρεως. Id eſt. Tres ſolum cyathos miſceo prudentibus. Quem primum bibunt ſanitatis cauſa eſt. Secundus verò amoris & voluptatis. Tertius ſomni cauſa, quem vbi biberint prudentes appellati, domum ſe conferunt. Quartus vero cyathus non eſt cenſendus noſter eſſe, ſed ignominiæ. Refert Laërtius de Anacharſi Philoſopho Scytha, οὗτος τὴν ἄμπελον εἶπε τρεῖς φέρειν βότρυς. τὸν πρῶτον ἡδονῆς, τὸν δεύτερον μέθης, τὸν τρίτον ἀηδίας. Id eſt. Hic dixit vitem tres ferre vuas. [f] Primam voluptatis, ſecũdam ebrietatis, tertiam triſtitiæ. Hanc bibendi ceu legem quandam & numerum, ter ſcilicet bibere ſuper cœnam, ſeruarunt olim clariſsimi & fortunatiſsimi reges, quibus hoc tãquam laus quædam non vulgaris aſſcribitur, frenos vſque adeò cupiditatibus impoſuiſſe. Cornelius Nepos, authore Suetonio tradit Auguſtum Cæſarem ter bibere ſolitum ſuper cœnam in caſtris apud Mutinam. Quis inter tot Romanorum & Gallorum reges vnquam æquari poterit Carolo, quem Magni cognomine iuſtiſsimè appellamus, & tot tantáſque bellorum

e Ad hunc locum pertinet vetus illud. Græcorum Adagiũ quo præcipitur, ἢ πέντε πίνειν, ἢ τρία, ἢ μὴ τέτταρα, id eſt, aut quinque bibe, aut tria, aut ne quatuor.

f Laertius in vita Anacharſis Apuleius lib. 4. Floridorum, vbi tamen id Aſclepiadi tribuere videtur, ſub exemplo dictu digno & memoratu. Hac autem ipſe Anacharſis cùm certamen bibendi ſtatutum fuiſſet apud Periandrum, primus præſentiũ omnium factus ebrius præmiũ præpoſterè expetiuit, tanquã hic eſſet finis ac inſidiam victoriæ inter potandum ſicuti etiam metus eſt curſus, vt tradit Athe. lib. 10 c. 12. Eubulus pariter Poeta Cyprius benè ſentientibus, tria tãtùm propinari pocula putauit, ſanitati primũ, amori alterum, tertium ſomno, quartum non vtique noſtrum, ſed iniuriarum.

bellorum adoreas insigni quoque pietate cumulauit. Ferunt hunc cibi potúsque parcissimum fuisse, sed in potu temperatiorem, ita vt super cœnam rarò plus quam ter biberit. Nihil hic dicam de Cretensium & [g] Carthaginensium temperatissima bibendi consuetudine, quæ nunquam laudatur absque insigni nostro dedecore qui adeo procaces sumus ventri & curandæ cuticulæ strenui. Doleo autem quod hac in re cogar stringere calamum in quosdam sacerdotes qui Curios simul át & Bacchanalia viuunt, qui egregij φίλοινοι longas consumunt excubias in exauriendis poculis, Ebrietatis fœdissima mancipia. Inultum noluerunt id flagitij remanere sacri canones, primùm enim non recipiunt ad sacros ordines qui continuò mero & temulentia iugi ducitur c. Episcopus aut presbyter 35. dist. iuncto tex tu. in summa ibidem, vbi ministri templi prohibebantur vinum & siceram bibere, ne ebrietate grauarentur corda eorum, vt sensus eorum vigeat semper & tenuis sit, ante omnia clericis vetatur ebrietas, que omnium vitiorum nutrix & fomes est, itaque eum, quem ebrium fuisse constiterit, vt ordo patitur, aut 30. dierum spacio à communione submoueatur, aut corporali subdatur supplicio. c. fin. 35. dist. alia prosequitur Hostiensis. Ebrietatem iura detestantur ebriósque nolunt iuris interesse testimoniis. [h] Ebrietatem velnti pestem execrantur historiæ quæ etiam Sanctos Patriarchas temulentos damnant. Vina quidém primum suum inuentorem decceperunt. Vina vicerunt Loth, quem non potuit vincere Sodoma quo ostenditur varia fieri adulteria, pollutiones turpitudines & peccata per ebrietatem & idcircò fugiendam, vt docet Apostolus ad Ephes. 5. Nolite inebriari vino in quo est luxuria Non dicit Apostolus, Non vtamini vino sed nolit einebriari vino. Res enim bona est vinum, abusus verò malus. Vnde monet Dominus dicens Attendite vobis ne corda vestra grauentur crapula & Ebrietate. Vini enim modicè & temperanter sumpti potus, ingenio confert. Modico vino statim, redeunt vires, nerui iuuantur, stomachus redintegratur, appetentia ciborum excitatur, tristitia expellitur magnitudo animi excitatur, vrina exit, algor recedit, somnus conci-

[g] In castris Carthaginensium nemo vinũ bibere audebat, sed castò illo tempore aquam potare cogebatur, neque vsquam alibi id apud Cretenses aut Lacedemonios obseruatum fuit. At Carthaginensiũ eam legem fuisse præter Platonem tradidit Aristoteles Oeconomicorum. libr. 1. cap. 5. Galenus & Eusebius præparationis Euangelica lib. 2. alias 12. cap. 17.

[h] Ebrius repellitur à testimonio. Bald. Fely. in cap. 1. de testibus. per l. respiciendum. §. delinquunt. de pœnis.

Lucæ 21.

conciliatur, vomitio sistitur, vinum omnibus venenis, quæ frigiditate nocent medeturr, præsertim fungis vt sæpius à Medicis audiuimus.[i] Sed illud bonum summa naturæ bonitate concessum in turpes & lethales excessus mutatur. Et quod hominis in solatium datum est, fit iam iuxtà Atheneum omnium malorum metropolis. [k] Id prudenter suis constitutionibus senserunt Apostoli dicentes. Qui inexequiis mortuorum ad epulum funebre inuitati estis, ordine & cũ timore Dei epulamini, vt possitis preces pro defunctis adhibere Deo. Qui enim presbyteri & diaconi estis, debetis semper sobrij esse tum vobis tum aliis, vt possitis eos qui incomposite & immoderatè viuunt monere, ait enim scriptura, qui potestatẽ gerunt, iracundi sunt, ne bibant vinum, ne bibendo, sapientiæ suæ obliuiscantur: & incorruptẽ iudicare non possint. Presbyteri ergo, & diaconi post Deum omnipotentem, & filium eius dilectum, ecclesiæ potestates sunt. Sed hoc non eò dicimus vt non bibant vinum, cùm alioqui non liceat, quod a Deo factum est ad lætitiam, id vituperare,[l] sed vt non fiant temulenti, non enim dixit scriptura, non esse bibendum vinum: sed ne, inquit, bibe ad ebrietatem, & rursus, spinæ, inquit, oriuntur in manu ebrij. Verum hoc nõ de iis tantùm dicimus qui sunt in clero Christiano, super quem inuocatum est nomen Domini nostri Iesu Christi, ipsis enim dictum est, cui væ? cui tumultus? cui fastidia, & nugæ? cuius oculi liuidi? cui confractiones incassum? nónne eorum hæc sunt, qui in vino multum temporis ponunt, & vbi conuiuia sint, speculãtur.

De tabernis & monopoliis, vitãdis aliquid iam differendum est, & huius vitij fœdum morem protritum consideranti occurrit canon Apostol. 53. quo sic cauetur Si quis clericus in caupona cibum capere deprehensus fuerit à communione excludatur excepto eo qui necessariò in itinere in commune diuerterit hospitium. Concilium Lateranense can. 15. idem statuit, cui cohæret decretum Concilij Carthaginensis 3. can. 27. Clerici edendi vel bibendi causa tabernas non ingrediantur nisi peregrinationis necessitate compulsi. Hoc seueriùs sed iustiùs constituit Agathense concilium his verbis. Ante omnia clericis vetetur ebrietas

i Plato lib. 12. de legibus. Putat vinum fomentum quendam esse, & incitabulum ingenij virtutisque, & hanc largiorem paulò, atque vinique vini inuitationem, quæ fieret sub quibusdam, quasi arbitris, & magistris conuiuiorũ sobrijs non improbauit A. Gel lib. 15. noct. Attic.

k Habemus Pontani elogium de vino, παντων τουτων ειναι των δεινων μητροπολιν τον οινον, vinum esse metropolim omnium malorum.

m Vini insaniã fugiendam voluerunt Apostolis sacerdotib. nõ quod eius omninò dãnetur, qua litas; sed quantitas in excessũ prolabens. sic. & Eccl. 31. admonemur, ne vinum detur regibus, quia succendit furorem & obliuionem iudiciorũ. Prohibetum etiam Leuitis ne vinum biberẽt, ne scientia illorum & animæ vis impediretur, sic enim scribitur Leuit. c. 10 vers. 9. 10. 11. Quod & locum habebat in Nazaræos, & sancti-

tur ebrietas quæ omnium vitiorum fomes ac nutrix eſt itaque eum quem ebrium fuiſſe ordo conſtiterit vt ordo patitur aut triginta dierum ſpacio à communione ſubmoueatur aut corporis ſubdatur ſupplicio A crapula & ebrietate (inquit Lateranenſis Synodus) omnes clerici abſtineant, vnde vinum ſibi temperent & ſe vino nec ad bibendum incitent, cum & ebrietas mentis inducat exilium & libidinis prouocet incendium, vnde illum abuſum decernimus penitus abolendum quo in quibuſdam partibus ad potus æquales ſuo modo ſe obligant potatores, & ille iudicio talium plus laudatur qui plures inebriat, & fecundiores calices exhaurit, ſi quis autem ſuper his ſe culpabilis exhibuerit niſi à ſuperiore commonitus ſatisfecerit ab officio vel beneficio ſuſpendatur. Hæc ſacrum Concilium. Idem prohibet ne ſacerdotes clandeſtinis coniugatis interſint.

Cauetur denique ſexta Synodo generali omnibus histrionũ ſpectaculis intereſſe, illamque ioculatoriam artem inſequi, qui ſecus fecerit ſi clericus ſit deponatur ſi laicus ſegregetur, ſed & publicas mulierum ſaltationes multam noxiam exitiúmque afferentes omninò tolli iubet, vnde Bonifacius 8. ſtatuit quod clericus ioculatoriam artem exercens ſi tertiò monitus non deſtiterit priuilegio clericali careat & priuetur, quod ſi per annum exercuerit ipſo iure ſit priuatus. Concilium Carthaginenſe 4. ſtatuit excommunicandum eum qui die ſolenni prætermiſſo Eccleſiæ conuentu ad ſpectacula vadit propter quod rectè monet ſapiens cum ſaltatrice ne aſsiduus ſis nec audias illam ne fortè pereas in efficacia illius Choreæ ſiquidem fuerunt à diabolo adinuentæ ab Aegyptiis & Romanis in vſum habitæ teſte Auguſtino lib. 1. de Ciuitate Dei cap 31. & Tito Liuio de origine vrbis dicente quod Choreis & ludis Romulus mulieres externas ad ſuam vrbem nouiter conſtructã attraxit. Ludos aleæ clerici vitẽt. ne ab omnium fidelium cœtu eiiciantur id ſtatuente Canone Apoſtolorum 42. Epiſcopus aut presbyter aut Diaconus aleæ atque ebrietati: deſeruiens aut deſinat aut certè communione priuetur. Sexta Synodus generalis. 50. can. nullum omninò

featis Deo, qui abſtemij eſſe debebant.

n *Agathenſe Concilium ſanciuit, vt clericus quem ebrium fuiſſe conſtiterit aut triginta dierum ſpacio, à cõmunione ſubmoueatur, aut corporali ſubdatur ſupplicio, Inn. 3. verſ. 3. in Conc. Lateran. ſtatuit clericum à crapula & ebrietate non abſtinentem ab officio & beneficio eſſe ſuſpendendum, vt eſt relatum in c. a crapula de vita & honeſt. cler. & ibi gl. intelligit hoc Iudicis arbitrio relinqui, quando ſcilicet illu ſuſpendat arbitrio, & beneficio, & quemadmodum miles armatæ militiæ exauthoratur, propter ebrietatem, ſic & clericus qui dicitur miles cœleſtis militiæ deponitur.*

fiue clericum fiue laicum ab hoc deinceps tempore alea ludere permifit,qui fecus fecerit excommunicetur. Concilium Lateranenfe fic præfcripfit ad aleas & taxillos clerici non ludant nec huiufmodi ludis interfint.Leges Ciuiles alearum & taxillorum ludum vetant & execrantur in clericis vt patet in Auth.de fanctifsimis epifcopis.§. interdicimus.collatione 9.

Ludum multis maximifque rationibus, non modo lex antiqua Romanorum,fed & recens, ac deinde Pontificia Chriftianæ fidei cultoribus prohibuit: nam, inde propriæ fubftantiæ eueniebat dilapidatio, efficiebantur ludentes blafphemi.l vlt in prin. C. de relig. & fumpt.fun. aleæ lufu & alea, quin furta, facrilegia ac falfitatis proueniebant, quemadmodum fcribunt Hoftien. in fumma, de exceff. Præl.& Paris Puteus, tract.de ludo.numer. 1.Variis itaque pœnis,& interdum arbitrariis lufores puniuntur. Clericus aleator, beneficia non poteft obtinere, & vbi ei conferuntur, collatio nulla redditur, capitulo primo, 34. dift.Doct.in capitul.inter dilectos. de exceff. Præla. fi verò iam eft beneficiatus & aleæ indulget,mitiori pœnã plectitur,nifi monitus perfeueret.d. capitulo inter dilectos. Paris Puteus d. tract. de ludo, numero vigefimoquarto, qui inquit, quod infpecta ludorum prohibitione, per triennium à diuinis fufpenditur,& carcere includitur, ex auth. interdicimus.C.de Epifc.& cleric.idem affirmat eiufdem prope verbis Io.Baptift.Caccialupus tract.Deludo. numer. 61.Bernardus Diaz Practica canonica c.64.punitur ea pœna,vt quod ludi caufa fuper lucratus eft,reftituere ° teneatur.c.clerici.vbi omnes.de vita & honeft.cler. & in d. c.inter dilectos. Paris in tract.De ludo.numero vigefimofexto, & eodem tract.Caccialupus. numero trigefimooctauo qui & idem in laico affirmant, longa tamen adhibita cafuum diftinctione.

° Multis modis execrati funt ludum leges ciuiles adeo quæ in ludo vltrà aureum perduntur, repeti poffunt intra quinquaginta annos. l. vlt. C. de relig & fumptu.fun. Quæ ex re æftimare licet, quã inhoneftum cenfeãt leges immodicum ludi abufum. Cum enim regulariter omnibus actionib. perfonalib præfcribatur triginta annis, vides hoc cafu repetionem extendi ad annum quinquagefimum. l. ficut.C.de præfcrip. 30. ann. quod nota.

Prohibet præterea diuina lex turpe lucrum & nundinationem 1.Tim.3.cuius gratia huic ludo incumbunt,mẽdacia & deceptiones quæ in hoc ludo contingunt, bonorum pauperum diftribuendorum difsipationem temporis perditionem & fefti violationem quibus omnibus ludus illi

dus illi fœdator. Et quemadmodum ex gulæ immodico luxu otium malorum fomes oritur sic ex otio ludus, quia expleto ventre, aut ludo aut choreis indulgere hodie moris est. Graue profectò hominis præcipitium, & multarum calamitatum barathrum. Sancti largiebantur optimam bonorum partem & possessionis cumulos in Christi gratiam & pietatis officium, lusores verò omnia profundunt ob folium pictum, aut aleam versatilem. Demum in suis conuiuiis sacerdotes ex Chrysostomi admonitione & Tertulliani doctrina sese frugales & modestos exhibeant. Non prius discumbatur quam oratio ad Deum prægustetur. Edatur quantum esurientes capiunt. Bibatur quantum pudicis est vtile. Ita saturentur vt qui meminerint etiam per noctem adorandum Deum esse. Ita fabulentur, vt qui sciant Deum audire, & conuiuium sacerdotale honestate decoretur, lætitia mensæ pertingat ad pauperes, absit ebrietas, luxus absistat, fugiatur risus Ionicus [a] effusior, saltatricum pestis, lenocinia cantorum, voluptatum fomenta, nisi enim Dei timore condiantur modúsque seruetur luctuosum & exitiabilem sortiuntur exitum. Fugaces sunt heu heu! mundi illecebræ, dolor ast æternus remanet. Vidi impium exaltatum & eleuatum sicut cedros Libani & transiuit &c. Quomodo facti sunt in desolationē, subitò defecerunt perierūt velut somnium surgentium. Amatur tamen, blanditur, & sequitur mundus qui nihil habet præter meras imposturas, & insidias latentes, & quod lugubrius est amatur ab his qui ei iampridem valedixerūt, qui se ipsos castrauerunt, qui vt sequerentur Christū omnia relinquerunt, attamen videntur adhuc nescio quid mundanæ libidinis olfacere, cupiunt adhuc irretiri vinculis à quibus semel liberati sunt. Diuitias ambiunt, venantur honores, quęrunt primos applausus, illicia voluptatum laudant & gulę & veneris quasi ioculatores aut mimi insignia petunt. Proh dolor! Prisca iacet pietas. Nemo ēst qui priscos patrum imitetur mores. Nec grauitas, nec eloquij modestia veneratur, omnes pro sensus & libidinis arbitrio mouentur ad Sardanapalicos appetitus, sermo diuinus qui debet condire cibos & dapes sacerdotum conuertitur in nænias & futiles vsus, qui

[a] *Hoc elegantissimū adagiū adaptatur in molles, & voluptuarios sacerdotes. Nam Ionum mollities perinde, vt Sybaritarum fastus in prouerbio abijt quod alteri Græcorū alteri Barbarorum essent luxuriosissimi. Tyrius Maximus in dissertatione, cui titulus quis sit Philosophiæ finis: Crotoniates (inquit) Olympicum Oleastrum adamat, Spartiates armaturam, venationes Cretensis: luxum Sybaritensis Ionis choros, hinc Horatius in Odis Motus doceri gaudet Ionicos, Matura virgo. lasciuas saltationes, & parum decoras gesticulationes significans.*

qui peccatorum ſorde non carent extremis luctum occupant. q Ceſſandum iam tandem exeundum ab his deſertis Babyloniis adamenos campos tranquillitatis vt ſcribit Cyprian. his verbis. Vna eſt igitur placida & fida tranquillitas, vna ſolida & firma & perpetua ſecuritas. Si quis ab his fluctuātis ſeculi turbinibus abſtractus, ſalutaris portus ſtatione fundatus, ad cœlum oculos tollit à terris, ac Deo ſuo mente iam proximus, quidquid apud cæteros in rebus humanis ſublime videtur intra ſuam conſcientiam iacere gloriatur. Nihil appetere iam, nihil deſiderare de ſeculo poteſt qui ſeculo maior eſt. Quam magna fœlicitas eſt implicatis mundi laqueis ſolui, in lucem immortalitatis æternæ de terrena face purgari, videre quæ in nos infeſtantis inimici pernicies graſſata ſit. Plus amare compellimur quòd futuri ſumus, dum & ſcire conceditur & damnare quod eramus. Nec ad hanc ſummam fœlicitatem parandam magnis laboribus opus eſt: gratuitum de Deo munus religioſa mente concipitur, & facilè eſt. Et vt ſponte ſol radiat, dies illuminat, fons rigat, imber irrorat, ita ſe ſpiritus cœleſtis infundit. Quo hauſto, ſole altior, ac omni terrena poteſtate ſuperior eſſe incipit, quod eſſe ſe credidit. Tu quæſo, frater tene ſobriam religioſis virtutibus diſciplinam. Sit tibi vel oratio aſſidua, vel lectio. Nunc cū Deo inquire, nunc Deus tecum. Ille te præceptis ſuis inſtruat, ille diſponat. Quem ille diuitem fecerit, nemo pauperem faciet. Iam tibi auro diſtincta laquearia, & pretioſi marmoris cruſtis veſtita domicilia ſordebunt, cum ſciueris te magis excolendum, domum tibi hac eſſe potiorem, quam Dominus inſedit templi vice, & in qua Spiritus ſanctus cœpit habitare.

Non diſsimile loquutus Bernard. q in eos qui contempto cœleſtium rerum delectu terram & mundi fallaces ſales appetunt, difficilè que eſſe tutari virtutem in tantis [vi]tiorum & illecebrarum turbinibus fatetur, qui verum ſapientiæ nomen in mundi & illecebrarum contemptu conſtituit. Hæc autem ſuperiora omnia Paraſceuem faciunt ad ea quæ proximo capite dicturi ſumus de ſæcularium rerum fugiendo affectu, quod bonis auibus & fœlici calamo auſpicabimur.

q Reminiſcantur ſacerdotes dignitatis, & præminentiæ, quam poſſident & illico ceſſabunt ab illecebris, & mundi oblectamentis ſordidis, & inutilibus. Abhorrere (inquit) Ambroſius valdè deberemus ab illis confabulationibus & colloquiis quæ nobis intolerabiles quoſdam riſus excitare ſolent. Væ vobis qui ridetis, quia flebitis. Et quod nihilominus occaſiones quærimus ad ridendū & liberiori cachinno indulgendum, inquo inde conſequimur, vt in hac vita modico quodam tempore rideamus, in alia verò in perpetuum defleamus. Ambroſ. lib. 1 Offi. c. 21.

q Periclitatur (inquit Bernardus) caſtitas in delitiis, humilitas in diuitiis, pietas in negotiis, veritas in multiloquio, charitas in hoc ſeculo. Fugite ergo de medio Babylonis, fugite, ſaluate animas veſtras. Bernar. in epiſt.

DE FVGIENDO SÆCVLARIVM RERVM DELECTV ET DE CLERICORVM POENIS

CAPVT QVINTVM.

§ I.

Auaritia & sordidum lucrum.

INexplebilis habendi cupiditas tanta curarum & sollicitudinum examina profert[a] vt qui ea ducitur inexplicabili se Laberintho includēs instar pilæ modo huc modo illuc innumeris affectibus, & continua mentis inquietudine distrahatur. Sed quod deterius est hominem ad scelera quamplurima præcipitem à suiipsius cognitione & cœlesti amore reuocat & reducit. Incompatibilia enim sunt virtus & diuitiarum insolentia, frugalitas & auaritia, nulla participatio iustitiæ cum iniquitate, nulla societas lucis cū tenebris, nulla conuentio Christi ad Belial. Vna manu nullus simul sibi & proximo famulari potest, cor duobus diuidi nequit saluo corpore, vno ense simul duo pugnare nequeunt vno pileo non possunt simul duo capita operiri, nec vno calceo duo pedes simul calceari, aut vno oculo cœlū suspicere & terrā simul intueri possumus, sic nec vnius mentis intentione & voluntate Deo & Sathanæ, paupertati & auaritiæ inseruire minimè valemus. Fallitur Ecclesiastes aut sacerdos quicunque sit qui putat se posse spiritualibus & secularibus intendere negotiis. Si Deo seruire cupis necesse est vt Mammonam odio habeas. Contra vero si huic seruire velis necesse est, vt Christum contemnas. Quid autem maius in rerum terrestrium detestationem dici potuit? Proh scelus summo bono derelicto mancipiū fieri, peccati, mortis & Sathanę sed tamen maior pars nostrorū sacerdotum anhelat, sudat, laborat pertinacius vt suo famuletur exitio, &

a Lucri auiditas animos absorbet mendacia nutrit, & dolos nectit, atque vt inquit S. Thomas hæc ars habet speciem mali, & ideo interdicta est clericis. Gelasius quoque docet turpe esse negotiis secularib. clericum vacare, & ad harum rerum contēptum eum hortatur exemplo Christi qui negotiatores de templo expulit. Et duabus authoritatibus S. Pauli, Nemo militans Deo, &c. & Dauid quoniam non cognoui.

quod verbis detestatur re ipsa & studio præstat, rem quidem amplectitur & nomen abhorret. Nemo patitur relictis iræ habenis se superbum, auarum, raptorem ac fœneratorem aut dæmonis seruum dici, atqui tamen grauiter multi superbiæ, auaritiæ, rapinę reliquisque sceleribus quę Christus prohibet suadet autem antiquus hominum delusor, operam dant. Interim fragilis & breuissimi lucelli gratia, anima ipsa prætiosissima quę tanti valoris est vt ipse Dominus pro ea redimenda mortuus sit, quæ tam ingentis pretij est vt si omnes simul angeli [b] venderentur ad vnius solam redimendam excellentiam minimè sufficerent, amittitur, perditur, & perpetuis cruciatibus deponitur. Quod autem melius aut optabilius lucrum quam animam lucrari? Vilia sint nobis externa omnia commóda, dummodo animæ peculio consultum sit, cessent ambitiones & rerum temporalium hiatus. Nemo militans Deo [c] implicat se negotiis sæcularibus vt ei placeat cui se probauit. Negotia enim sæcularia auaritiam comitantur, & nisi mentiti fuerint inquit Ambrosius transigi se non possunt. Legimus veteres à turpi lucro sic abhorruisse vt negotiationem publicè pœnitentibus vix permiserint nedum clericis. De quo extat de pœnit. distin. 5. Qualitas lucri negotiationem aut excusat aut arguit, quia est quæstus honestus & turpis, pœnitenti autem vtilius etiam dispendia pati, quam periculis negotiationis obstringi, [d] quia difficile est inter ementis vendentisque commercium non interuenire peccatum, sordidum lucrum quærentes nihil proficiunt nisi admodum mentiatur. [e] Quod dum à Christiana familia minimè locorum habere debeat mirum quam multi eius fame & cupiditate persuasi sint, quámque indigna relatu in Ecclesiam aduexerint. Horum itaque coruptelis maturè prouidit Canon Apostolicus 7 quem sic accepimus Episcopus aut Presbyter aut Diaconus nequaquam sæculares curas assumant, sin autem, eiiciantur, & can. 27. Clericus fideiiussionibus inseruiens abiiciatur. Et can. 80. Dicimus quòd non oporteat Episcopū aut presbyterū publicis se administrationibus immittere, sed vacare & admodum se exhibere vsibus Ecclesiasticis, animū igitur inducito hoc non facere aut

[b] Anima dicitur pretiosior cunctis rebus in can. sedulo. 30. dist. in 1 parte. decreti Gratiani ex D. Aug. sent. in lib. de Cathechizandis rudibus, vt etiam ait Iustin. Cæsar. in l. sancimus l. 6. de sacrosanctis Eccl. lib. 1. eius. tit. & ab Inno. 3. Summo Pontifice scribitur. c. cùm infirmitas. c. 13 de pœn. & remiss. lib. 5. decret. Gregor. nc. 38.

[c] 2. Tim cap. 2. Græca lectio nō habet Deo quia est argumētum à minori, & ab exemplo, quod si ille qui militat, prohibetur à iure ciuili negotiari & armis neglectis rei particulari vacare: quanto magis miles Christi?

[d] Ex Leonis primi Epist. 92 ad Rustic. Narbon c. 9.

[e] Cicero. 1. officiorum.

re aut deponitor. Et can. 82. statuitur vt Episcopus aut presbyter aut Diaconus militiæ [f] vacans deponatur. Concilium generale Calcedonense can. 3. sic sanxit. [g] Peruenit ad sanctam Synodum quod quidam qui in clero videntur Electi propter lucra turpia conductores alienarum professionum fiunt & secularia negotia sub cura sua suscipiunt, Dei quidem mysterium paruipendentes sæcularium verò discurrentes domos & propter auaritiam patrimoniorum suscipientes sollicitudinem. Prohibet itaquæ sanctum hoc magnúmque Concilium nullum deinceps aut episcopum aut clericum, aut monachum possessiones conducere aut negotiis sæcularibus se immiscere præter pupillorum, [h] si forte leges imponũt inexcusabilem curam aut Ciuitatis episcopus Ecclesiasticarum rerum sollicitudinem habere percipiat aut orphanorum & viduarum earúmque personarum omni defensione carentium quæ maximè Ecclesiastico indigent adiutorio & propter Domini timorem causa deposcat, si quis autem de cætero transgredi statuta tentauerit qui est huiusmodi Ecclesiasticis increpationibus subiacebit. Hactenus Concilium Calcedonense. In eadem versatur sententia Concilij generalis sic diffinita Clerici officia vel sæcularia commercia non exerceant maxime inhonesta. [i] Carthaginense Concilium primum & tertium receptum & confirmatum cum prioribus à sexta Synodo huiusmodi negotiationes clericis diligenter vetat idem prohibet Honorius 3. in cap. ex literis de Vita & honestate Clericorum, & ne Clerici vel monachi sæcularia olfaciãt negotia maximè monet Hieronymus. 88. dist. can. Negotiatorem. [k] Ingens etiam dedecus est eos vilissimis studere artibus aut Macellarium aut tabernariorum quæstum hiare. Verum vt Melchiades Papa rectè adnotat. Duplicia sunt negotia quædam sæcularia quæ Clericis prohibentur per canones superiores, nisi in fauorem & defensionem pupillorum orphanorum & viduarum præsidium etiam indigentium Ecclesiæ ope. Alia sunt negotia Ecclesiastica quę quod possint Ecclesiastici agere duplici exemplo probat dictus Melchiades. Primò quidem Mosis qui intus contemplatione raptus, foris infirmantium negotiis

[f] Militares actiones sequi non debẽt clerici, quibus ferre arma non licet, quinimò à iudicib. laicis cogi possunt, ne arma deferant, quorum præcepta, si contemnent pœnis affici poterunt, Io. à Plateain § item l. Iul. Inst. de publ. iud. & Io. Lopes in ca. per vestras. §. 1. nu. 13. de don. inter virum & vxo.

[g] Dist. 87. c. peruenit.

[h] Clerici non coguntur recipere aliquam tutelam, possunt tamẽ legitimam recipere tutelã, si volunt, & est hoc priuilegium clericorũ, quod licet ipsi possint succedere aliciù ab intestato non tamen tenentur recipere tutelã licet alias illud obtinet vt inst. de leg. pat. tut. § 1. Sed Episcopus vel monachus etiam volens non posset recipere legitimam tutelam. in auth. de sanctiss. epis § deo amabiles

[i] De vita & honest. cler. c. clerici officio.

[k] Clemen Petri dis. à vius, comes ac successa statuit in cle.

[l] de vita & honest. clericor.

vigilabat intus arcana Dei considerans foris onera mortalium portabat Exodi 33. Secundò exemplo Iacob qui vidit Angelos ascendentes & descendentes per scalam Genes. 28. quorum typum sacerdotes Ecclesię agunt dum foris exeunt pro necessitatibus subditorum, & intus ad se & ad Deum redeunt per cõtemplationem & obseruationem diuinorum. Sic ad Episcopum pertinet cura bonorum temporalium Ecclesiæ & illorum administratio vt tertia Classis huius Oeconomię Canonicæ ostẽdit. His omnibus fusiùs deductis auaram quorundam presbyterorũ famen sequuntur fœnora & vsuræ, quibus nihil homine pio & probo indignius aut alienius est, nihilque quod magis diuini & humani Iuris legibus nauseam moueat. Hinc fit vt Nycena [m] synodus statuat, vt si quis inuentus fuerit post hanc diffinitionem vsuras accipere, vel ex quolibet tali negotio turpia lucra sectarj omnis (qui tale aliquid conatus fuerit ad quæstum) deiiciatur à clero, & alienus habeatur ab ecclesiastico gradu. Similiter dicitur de Proxenitis.[n]

Concilium Elibertinum can. 20. Si quis clericorum detectus fuerit post hanc diffinitionem vsuras accipere vel ex qualibet talis negotij subdola ratione sordidum quærere lucrum placuit degradari & ab officio abstinere. [o] Itidẽ retulit Concilium 3. canon. 16. quod Concilio Agathensi liber decretorum Gratiani adscribit 14. q. 4. ca. Nullus clericorũ, apud quem vsura dicitur esse vbi amplius requiritur quam quod datur, vt Aug. in Psal. 36. Si plus quam dederis expectes accipere fœnerator es quicquid illud sit siue pecunia siue vinum siue triticum. dicere autem huiusmodi vsuram non esse peccatum hæresis est iam damnata in Concil. Vienn. sub Clement. V I. Nam ratio iustitiæ vetat vt pretium de nihilo accipias de vsu scilicet rei, quæ vsu consumitur. Hoc de Vsuris turpe flagitium quidam adeo execrati sunt vt illud inter peccata clamantia in cœlum retulerint. Clamat enim Dominus hęc verba æquissima sua Iustitia digna apud Exodum. Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi qui habitat tecum non vrgebis eum quasi exactor nec vsuris opprimes. Si pignus acceperis à proximo vestimentum eius, ante Solis occasum reddes

...ricos priuilegio clericali exuendos ... si vilissima ... macellatorum, & tabernarij exercuerint. Nec iniuria id factum esse existimo, si quidem tabernarij sunt de genere Prædonum l. 1. § 1. ff. nautæ caup. stab. Alex. l. 1. in prin. C. de edend. Et iudicii arbitrio puniuntur, qui talia officia mechanica exercent, Diaz. in practica canonica criminali c. 63. ad finem.

l 88. dist. c. decreuit. ex Melchiade in scripto de primatiue Ecclesiæ, & munificentia Const. ex conci. Chalced. can. 3.

m Dist. 47. c. Quoniam multi. et. 14. q. cap. eodem.

n Clerici Proxenetæ ab officio deponuntur ex c. si quis episcopus. 1. q. 1. verum teste Bernardo Diaz. in practica canon. criminali c. 51. num. 2. ille tex. solùm ea depositionis pœna punit mediatores ordinum precio susceptorum.

o 47. Dist. c. si quis clericorum.

reddes ei, ipsum est enim solum quo operitur indumentum carnis eius. Si clamauerit ad me exaudiam eum quia misericors sum. Detestantur hoc iniquissimum Latrocinij & Tyrannidis genus sacræ literæ p quod gentibus semper inuisum fuit. At qua fronte conspectui summi iudicis apparebit sacerdos qui quotidie fœneratur, q qui fœneratoribus fauet qui in augenda re domestica tantos impartitur labores quorum messis exitialis & luctuosissima.

p Exod. 22. Leuit. 25. Deut. 23. 29. Nehem. 5. Psal. 14. 54. 71. Prou. 28. Ezechiel. 18.

q Aduersus clericos qui mediatores sunt in contractibus vsurariis pœna depositionis lata est, & restitutionis obligatio.

CLERICIS FORI STREPITVS ET CHIRVRGIA INTERDICVNTVR.

§ II.

TVRPE est se immiscere Sacris prophanum, ast multum turpius res sacras cum prophanis congredi & coire, omnium enim confusus status est Ecclesiasticus in quo præuertitur ordinis series, & vbi vltra spartam & prouinciam susceptam vanum & incongruum aliquid agere satagunt, ita enim politica rerum administratione comparatum est vt cuiuslibet artis periti in ea se exerceant, a nec sutor vltra crepidam se se efferat, si ægrotas non Fabrum sed medicum, si litem habeas nõ sutorem sed Iurisperitum consulis, & ideo cauetur ne quis metas suæ functionis egrediatur quod verius considerans Gregorius in Pastoral. lib. 8. Epistola 11. licentiores animo sacerdotes à causarum ciuilium patrocinio reuocat easque defendendi occasionem prohibet vt habetur dist. 88. cap. Relatum est Basilium Episcopum velut vnum de laicis in causis sæcularibus occupari quæ res quoniam & ipsum vilem reddit & reuerentiã sacerdotalem annihilat statim vt tua reuerentia hoc præceptum susceperit ad reuertendum districta executione compellas. Non absimile tulit decretum Lateranensis Synodus in sacerdotes qui forum & senatus strepitum ambiunt, Non sint aduocati coram iudice sæculari & in causis sæcularibus nisi pro se sua Ecclesia vel pauperibus, nec tabellionatus officium exerceant. b Vitent iudicium & sententiam sanguinis quam non possunt personaliter in se ferre, nec sanguinis vindictam exerceant aut vbi exercetur

a Hæ binæ parœmiæ eo contendũt, vt moneantur singuli suũ rite exequi munus, nec se aliis immiscere officiis aut professionem alienã sibi vindicare. vers. quem Latinè refert Marcus Cicero est apud Aristophanem in fabula cuius titulus ὀρνιθες, & est eiusmodi. Quam quisque norit artem in hac se exerceat. Huic Parœmiæ finitima est illa Apellis Ne sutor vltra crepidam, quæ affabrè dicitur in eos qui de sibi alienis, & ignotis loquuntur aut iudicant.

b De postul. l. 2. & 3. & c. sicut te.

tur interſint, nec quiſquam clericus literas ſcribat aut di-
ctet pro vindicta ſanguinis deſtinandas [c] vnde in curiis principum hæc ſollicitudo non clericis ſed laicis committatur. Poſſunt tamen clerici habentes dominium temporale per eum cui delegauerint pœnam ſanguinis inferre ſine irregularitatis incurſu, ita decernente Bonifacio 8. extra. ne Clerici vel monachi.cap.Epiſcopus.& vltimò in ſexto.

Non audiant Phiſicam ideſt Medicinam artem ſub pœna excommunicationis extra.[d] ne Clerici vel monachi cap.clericus.Item tit.eodem.cap.Vt periculoſa in 6.Medicinam artem practicè non exerceant vnde Alexand.3.Prohibemus ne clericus ſacris ordinibus conſtitutus truncationes membrorum per ſe faciat aut indicet inferendas,extra.eod.tit. Nullus quoque clericus illam Chirurgiæ partē ſubdiaconus Diaconus vel ſacerdos exerceat quæ ad vſtionem vel inciſionem inducit. Auguſtinus de Ancona in ſua ſumma de Eccleſia quæſt. 109. art.9. duo dicit circà propoſitionem. Primum quod conſtitus in ſacris ordinibus interdicitur practicum exercitium medicinæ artis propter tria quæ in huius practico exercitio includuntur. Primum eſt negotium ſæculare cui ſe immiſcere interdicuntur clerici vt dictum eſt.Secundum eſt lucrum temporale,eſſe autem turpis lucri ſectatores prohibetur clericis & religioſis. Tertium eſt periculum mortis propter quod ſicut ſententiam ſanguinis proferre vel dictare prohibetur clericis ſic eis inhibetur vt nullam Chiurgiæ partem operentur,quamuis medicinalis ars non ſit interdicta clericis peritis quantum ad conſilium [f] ſed quantum ad. Chirurgiam,nam qui peritiam artis medicinæ plenè nouerunt viſis ſignis ſecundū principia ſuæ artis poſſunt Concilium dare ſuper curatione ægritudinis,quæ eis proponitur imò hoc eſt laudabile & virtutis opus & probatur exēplo Apoſtoli qui ſcribens Timotheo aſſumpſit chirurgi officium dicens. [f] Noli adhuc aquam bibere ſed modico vino vtere propter ſtomachum tuum & frequentes tuas infirmitates, Eutichum dormientem & cadentem de feneſtra atque de vita excedentem oratione ad vitam reuocat Paulus,patrem Publici [g] diſſenteria vexatum oratione ſanauit peregrina-

tionis

c Ne clerici vel monachi c.ſententiam

d Religioſis & in dignitate cōſtitutis ac Sacerdotibus aliiſque quib.cū Medicinam ſcientiam audire ſit interdictum multò magis ipſam exercere,videtur eſſe prohibitum. de quibus in c non magno. ne cler vel monac. & in cap.ſuper ſpecula eod.tit. Vbi etiam liberius admittitur audiēdi Medicinam etiam ſi vetatur ſtudiū & exercitium, prohibeatur, neceſſe eſt.arg c.tua.de procu & l.oratio.ff.de ſponſ. & in reg. cum quid & quod ibi.not Io.And. in merc.de reg. iur.lib 6.

e Clericus, vt (inquit) Pan.in d.c. tua nos. de homicid. quamtumcunque peritus in arte Chirurgiæ,peccat exercendo illam artem,etiam in cauſa pietatis. Ex quib. verbis colligitur non eſſe exercendam impietatem propter pietatē,nec licere alteri alterius officium tractare.

f 1.Tim.5.

g Actuum 28.

tionibis coadiutorem Timoth.ſtomachodebilem medicinali arte cōfortat dicens Modico vino vtere,&ſic iā perſonam medici induit quibus artibus & efficaciſsimis Pharmacis omnibus omnia factus [h] maximam orbis partem à vertice vt aiunt aduſque vngues laborantem vitæ reſtituit ſicut dicitur curam illius habe.Non ſunt iſte potiones quæ olim &,forte nunc ex pluribus rebus & è longinquis regionibus petitis conficiuntur.De quibus eleganter ſcribit Plutarchus, Quin multo magis cum regias illas & efficaces variorum remediorum mixturas conſumunt quas manus Deorum appellant Eraſiſtratus coarguit,abſurditatem & curioſitatem eorum qui ſimul metallica herbaria & ferina qu æque terra gignit & mare in vinum commiſcuerunt. Melius enim haberetur ſi his omiſſis in ptiſana & cucurbita & hidreolo medendi artem finiſſent, hæc ſola naturæ placuerat eſſe remedia parata vulgo inuentu facilia, ac ſine impendio in quibus viuimus. [i] Poſtea fraudes hominum officinas inuenere iſtas in quibus ſua cuique homini venalis promittitur vita ſtatim compoſitiones & mixturæ inexplicabiles decantantur, vlcerique paruo medicina à rubro mari Arabia,ſeu India imputatur; cum remedia verá pauperrimus quiſque cœnet, mòdico vino vtendo & cæteris iuſtopondere & menſura, iuxta quod natura paucis contenta eſt. Nam ſi ex horto aut petatur aut quæratur herba vel fructetum nulla artium vilior fiet. Non tamen ſpernanda eſt medicina quæ à viris illa dignis excolitur non ab illis ardelionibus,imo venerāda eſt ars ſaluberrima quam Deus fecit quando apoſtema incluſum ſub cute ſiccioribus ficis contuſis prouocat. eſt in ſuperficie erūpere ſicut habes Eſaię c.3.8. & 4. Reg.28.Si quis autem in ſolatium miſerorum languentium charitatis ergo quod ex hac artelegitimè didicerit non inani muliercularum ſuperſtitione aut impoſturis exercere voluerit poterit optimè ſed non frequenter nec venali pretio, ne nummorum cupiditate diuini officij contemnatur obligatio & cultus apud eum.

h 1.Corint.9

i Hodie laſciuia Medicorum, eò vſque proceſſit, vt nullus in cōponendis pharmacis modus ſit, mixtis mixta adduntur, ac quanto quis plura miſcuerit tāto doctior ab alijs iudicatur, maiorique in precio habetur. partibus conquiſitis Pharmacis corraſerit, adeoque nihil efficere arbitrantur, niſi in medicamentorum compoſitionibus non in Indiam, AEtiopiā, Arabiam & illos extremos Garamantas coniungunt, quod ferrè Plinius notauit lib. 24.c.1.

VENA-

VENATIO ET DISCVRSVS.

§ III.

INHVMANVM profectò esset arbitrari nullam prorsus sacerdotibus oblectationem necessariam, cum non sit potis homini perpetuo intendere labori pio gratóque quantumuis. Hac sententia multi tamen abutuntur & loco leuissimi cuiusdam exercitii huc atque illuc vagantur cursitant, & per densissimos saltus canibus & auibus præcincti venantur, & rhetia tendunt quibus miserè eorum anima illaqueatur. Canum, equorum, & accipitrûm ingentem numerum nutriunt ad satorum depopulationem & officij neglectum, quódque peius est panem filiorum ad bruta animalia sustentanda superfluè consumunt. Nullius insignis venatoris memini in sacra scriptura mentionem fieri qui non Stygiis canibus deprędatus nō sit cecideritve in casses exitij & damni. Nemrod venator fortis prædarum suarum exuuias in infernum detulit. Esau qui nimis in venatione fuerat commoratus absque primogenitura & prima patris sui benedictione remansit. Heu heu quot absque cœlesti benedictione æternos dæmonum horrores venabuntur, sacerdotes potissimum qui tempora lectioni & meditationi concessa liberaliùs venationi consumunt. Hoc paucissimi frugis tormentum inposterum derelinquant, aucupiis non inseruiant, nec accipitres aut canes alant. Arti nequissimæ donant inquit Augustinus, qui venatoribus donant non hominibus & refert Gratianus cap Qui venatoribus 2. Vbi glossa triplicem ponit venationem scilicet oppressiuam & arenariam & has illicitas, tertiam saltuosam quæ fit in Syluis quam dicit & probat clericis illicitam esse laicis autem tempore & modo seruatis licitam. Quomodo autem peccent in venatione laici docet Ambrosius in quadam Homelia quadragesimæ. An putatis illum ieiunare fratres qui primo diluculo non ad Ecclesiam vigilat, non beatorum martyrum sancta loca perquirit, sed surgens congregat seruulos, disponit rhetia canes producit, saltus syluásque perlustrat seruulos inquam secum pertrahit fortasse magis ad Ecclesiam festinantes

& volupta-

a Venationis studium reuocat clericos ab officij legitimo exercitio, ideo optimo iure interdicitur. c. 1. de clerico venatore. Nec variis rationibus hac digna sanctio caret, vna quod clamorem, & ob id immoderata sit, atque ita clericis quos honestas grauitas atque animi trāquillitas decet minimè apta, secunda quod si venari eis liceret, concessa censeretur in antecedēs facultas alioqui detestanda habendi, atque alendi canes accipitres & his similia, tertia cū tamen non sit bonum sumere panem filiorum & dare canib. gl. in c. Esau. 89. dist Turre cremata in d c. qui venatoribus, & Raynaldus Corsius lib. 3. indagationum iuris. cap. 14.

& voluptatibus suis peccata accumulata aliena, nesciens se verum futurum tam de suo delicto quam de perditione seruorum.

Concilium Aurelianense ita statuit, episcopum, presbyterum, aut diaconum, canes aut accipitres ad venandum habere non licet [b] & si quis talium personarum in hac voluptate sæpius detectus fuerit, si episcopus est tribus mensibus à communione, si presbyter duobus, si diaconus ab omni officio suspendatur, & idem Concilium omnibus seruis Dei, venationes & syluaticas fatigationes cum canibus, & accipitres aut falcones habere interdicimus. Nicolaus Papa synodum cum episcopis congregari iubet, vt Archiepiscopus Aluinus cuidam iuueni episcopo ab omni bestiarum vel volucrum venatione abstinere præcipiat, & refert Gratianus, 24. dist. cap. Quorundam. [c]

Vitent clerici sacerdotes vagos discursus, nec peregrinētur sine episcopi sui licentia, can. 34. Nullus episcoporum peregrinorum aut presbyterorum aut Diaconorum sine commendaticiis suscipiatur epistolis & cum scripta tulerit discutiantur attentius & ita suscipiantur. Et quidem si prædicatores pietatis fuerint suscipiantur, sin minus vbi necessaria ipsis suppeditaueritis ad communionem & vlteriorem consuetudinem non admittite multa enim per subreptionem proueniunt. Hæc ibi.

Concilium. g. Calcedonense can. 13. Extraneo inquit clerico & Lectori extra suam Ciuitatem sine commendaticiis literis proprij episcopi nusquam penitus liceat ministrare. Sexta synodus generalis quæ fuit Constantinopolitana can. 17 ita sanxiuit. Statuimus vt nullus omnino clericus possit sine proprij episcopi scriptura dimissoria in alienæ Ecclesiæ cathalogum referre. Septima Synodus generalis quæ fuit Nycena secunda, sic decreuit. Quoniam diuersarum Ecclesiarum Clerici suas in quibus ordinati sunt Ecclesias relinquentes ad alios concurrunt episcopos & ignorante e[illegible] [illegible]opo proprio in alienis constituuntur Ecclesiis vbi contingit eos sine sui examinatione pe[illegible]anere præcipimus fan[illegible]lo vt nullus clericorum omnino [illegible] quocunque gradu sit licentiam habeat sine dimissoriis lite[illegible]is

b Clerici qui venationi operam dãt contra Ecclesia, & canonum interdicta, distinctis pœnis mulctantur. Presbyteri si quidem duob. mensibus ab officio suspendi debent. Diaconi et subdiaconi eadem pœna afficiuntur, sed duriore, nam ab omni officio priuari s. ut c. 1. de cler. venat.

c Piscatio clericis permissa est, tum quod cessant in ea rationes illæ quibus prohibita est venatio, tum quia piscatio habet exempla virorum bonorum, nempe Apostolorum quos piscantes Christus ad Apostolatus ordinem vocauit, & vbertim tendi iussit. l. ne. c. 10 & c. vlt. qua de re apud Cosmum in d. c. est tamen interdicta clericis piscatio in maioribus solennitatibus. In Dominicis vero vt in ferialibus dieb. [illegible] piscari licet [illegible] de causa [illegible], tamen licet [illegible] [illegible] [illegible] ne [illegible] [illegible] [illegible] licet. de [illegible]

sui Episcopi in altera constitui Ecclesia, qui verò hoc à modo non obseruauerit ad opprobrium eius qui ordinauerit eum deponatur, tam ipse, quam qui eum sine ratione suscepit. Et refert Gratianus. 21. cap. Quoniam.

Laodicense Concilium non oportet (inquit) ministros altaris vel quoslibet Clericos præter iussionem episcopi ad peregrinandum proficisci. Vormaciense concilium can. 18. ita statuit. Presbytero aut diacono vel clerico sine antistitis sui Epistola ambulanti communionem in officio celebrando nullus impendat, & recitatur tomo. 2. magnorum Conciliorum. Est etiam titulus de clericis peregrinantibus lib. 2. decretalium cap. vnico comprehensus, & ad hoc propositum habetur pariter alius de Clericis peregrinis lib. 1. decretal. huic subiecto conuenientior.

DE CAVSIS SVSPENSIONIS [a] ET DEPOSITIONIS.

§ IIII.

QVOT & quibus de causis Sacerdos sit ab officio segregandus, varia est Iuris Pontificij sententia. Prima si insufficiens & minimè idoneus est promotus. Vnde suspicitur Nanetensis Concilij sanctio dicens, Ille qui indignè ad altare accesserit remouebitur, si inidoneus est per ignorantiam. Concilium Nycenum can. 10. Quicunque inquit ex his qui lapsi sunt per ignorantiam iam ordinati sunt vel contemptu eorum qui eos ordinauerunt hoc non præiudicat regulæ Ecclesiasticæ cùm enim compertum fuerit deponantur. Fabianus Papa prout habetur tomo primo conciliorum ita decreuit, Sacrificium non est accipiendum de manu sacerdotis qui orationes vel actiones & reliquas obseruationes in Missa secundum ritum implere non potest, vbi vult quod sic illiteratus missam celebrare non audeat, & recte quidem omnis enim indignus susceptione alicuius ministerij potissimum sacri in eadem indignitate manens indignus est vsu & exercitio huiusmodi ministerij.

Altera causa est corruptio & peruersitas, morum sed diuersa

[a] Vna est ex censuris Ecclesiasticis pœna suspensio quæquidem à iure multiplex perhibetur, quædam propter notoriam fornicationem, & aliæ non pauca ob alias diuersas causas imponuntur, quas sigillatim enumerare paginæ compendium non patitur, seu velim Lectorem intelligere ea potissimum ratione æquitatem & iustitiæ studiosissimam Ecclesiam idcircò induxisse suspensionem magis cōtra hæc duo vitia Simoniam ac notoriam fornicationem, quàm contra alia, quia secundùm Lanfred. d. 31. & Aspam. prælati atque cæteri clerici in ea facilius labuntur, quatenus se propterea suspendi ac viteri perspicientes rubore saltem humano resipiscant. Sacramenta tamē illorum vera sunt.

B

uersa, nam canone Apostolorum 61. sic legimus. Si quis Clericus nomen Christi negauerit etiam per metum deponatur & canone 63. Si quis Clericus Synagogam Iudæorum vel conuenticulum hæreticorum ingressus fuerit vt preces cum eis coniungat deponatur. Multa alia & fermè innumera sunt Ecclesiasticis specialiter inhibita potissimum quæ ab eis commissa in scandalum populi cedunt, propter quorum transgressionem meritò deponi possunt, & quæ sub pœna depositionis illis vetita sunt, vt ex prætactis actionibus in præcedenti cap. proximè descripti videre est.

Exploremus verum quot & quibus causis sacerdotes ipso facto & iure suspendantur.

Primùm si Symoniacè ad sacerdotium promotus fuerit quem Calcedonense concilium deponit can. 2. his verbis. Is qui per Simoniam ordinatus est nihil acquirit, & ideo sit alienus à dignitate quam pecunia acquisiuit. [b]

Secundò si scienter ordinatur ab Episcopo simoniaco siue suspenso. [c]

Tertiò qui ordinatur sine superioris sui licentia. Extra. de temp. ordinandorum. cap. 1. in 6. [d]

Quartò qui ordinatur ante ętatem legitimam. De temp. ordinand. cap. vel non est. [e]

Quintò si ordinatus fuerit extra tempora decreta suspensus est ab executione, de temporibus ordinandorum cap. cum quidam cap. Literis & cap. consultatione. [f]

Sextò si est occultus homicida etiam post pœnitentiam de temp. ord. cap. vltimo. [g]

Septimò Clericus qui reatu fornicationis adulterij periurij, homicidij vel falsi testimonij ordine iudiciario comprobatis vel aliis notoriis bonum conscientiæ rectè perdidit non ministret de temporib. ordinand. cap. vlt.

Qui habet beneficium, cui annexus est ordo nisi infrà annum se ad sacrum ordinem curet promoueri, quàm beneficium requirit legitimo deficiente impedimento, Suspensus est à beneficio. [h]

Clerici vtens [i] vestibus virgatis hoc est diuersarum colorum siue partitis eo ipso sunt suspensi per tres menses à

b 1. q. 1. cap. si quis episcopus.

c 1. q. 1. cap. si quis à Simoniac. de simonia cap. 35. per tuas.

d 9. q. 11. cap. Lugdunens.

e Raym. in sum. Guil. in gl. eius Archid. in rosario d. 77. Ber. de cler. per sal. pro. c. 1. Ant. de But. extrà. de temp. ord.

f Sylnester verbo irregularitas. §. 10.

g Hoc notat Archid. d. 32. § ad hæc. quod probatur etiam. per c. ministri. d. 81. in fin. & de cohabi. cler. & mul.

h De æta. & qualit. c. 2. vi ij.

i De vita & honest. c. 1. quoniam. in clem.

perceptione fructuum suorum beneficiorum, quæ obtinent, sin minus sunt inhabiles ad obtinendum beneficium per id temporis.

Clericus duellum [k] suscipiens vel alteri offerés suspensus est,cum quo tamen episcopus dispensare potest,si mors vel mutilatio non est sequuta.

Recipientes ordines [l] in excommunicatione pro manuum iniectione si sunt clerici sæculares, deponendi sunt, si regulares ab executione ordinis sunt suspensi.

Fusius de his censuris aliquando nos dicturos pollicemur sed vt obiter Lectori faueamus dicere fert animus in quot & quibus casibus clericus reus deponendus,degradandus & sæculari curiæ tradendus sit. Antiquis monumentis docemur pœna degradationis tribus duntaxat casibus clericos puniri. Primum propter hæresim,[m] nisi maturè ad pœnitentiam venire ac resipiscere voluerint sub hoc autem hæresis nomine comprehenduntur omnes qui hæreticos tuentur & eorum amplectuntur dogmata, cum Apostatæ hæretici puniendi sunt.

Apostata autem à fide dicitur, cùm quis à fide recedit, Gloss.in 1.c.de Apostatis,[n] intellige tamen secundũ Arch. quando prorsus,& in totum dehiscit,in qua Apostasia fuit Iulianus Imperator, vt in c.Iulianus.11.q.3. ac tales ad accusandum, vel testificandum contra Christianos non admittuntur.c.Non potest.7.q.2.sunt quoque infames, & repelluntur à dignitatibus, aliisque multis. 6.q.1.c. Infames. Atque hi secundum Host.in c.1.de Apost.sunt verè Hæretici,in eosque locum habẽt omnia iura loquentia de Hęreticis,ac proinde ipso facto excommunicati sunt.De Hæret. c.Excommunicamus. 1.& 2.Et ita sentit Inn. in d.c 1. sique redire voluerint,recipi sicut Hæretici debent.

Similem pœnam incurrit Clericus in sacris constitutus, præsertim Sacerdos, Matrimonium contrahens, nisi resipuerit:quia præter Excommunicationem,quam statim ipso iure incurrit,vt in Clem.vna de Consan.& Affin. in qua perseuerans Hæreticus probatur, per c. quod autem 2.q.4. fit etiam de hæresi suspectus;ita vt inquisitores sancti officij contra eum procedere possint, vt notat Ioan. Lupus in Repe

[k] De cler.pug. in duel c.1.

[l] De sen.excom. c.cum illorum.

[m] Si clericus in prauam hæresim lapsus credatur, & de crimine hoc inquiratur, sitque cõtumax, & ob id excõmunicetur, per annum hic in excommunicatione perseueret, poterit iudex pronunciare, seu declarare illum esse hæreticum, & per consequens esse pro iure, illũ beneficiis priuatũ, (eam enim pœnam infert lex ipso iure contra hæreticum c. cũ secundũ in fi. vt de hær.in 6. & infrà copiose declarabimus, quã sanè assertionem probat cap. cum contumacia. gl. de hær.in 6 Capella. Tholos. q. 366.Ripa.in d. cap.1. num 77. vers.2.

[n] Apostata meritò deponitur, est enim ἀποστασία, à fide, religionéque defectio fidei sanctæ proditio, vt ex Impp. constitution· elicitur. ll. hi qui.3.de Apostat. Apostatarũ autem nomẽ est sacrilegum. Prophani scriptores Apostatam vsurpant pro eo qui à pro

Repe.rub.de dona.inter virum & vxorem,fol.57.col.3.versiculò.Ex quo meo iudicio. Hinc est, quod Clericus talis vxorem ducens ad eam deserendam compelli debet, & perdit executionem omnium ordinum, vt notat Abb. ex tex.2.ex literarum qui Cler.vel vouen.

Eadem pœna plectendus est, nisi resipuerit, qui per annum in Excommunicatione persistit,quia talis vt Hæreticus damnandus est c.13. excommunicamus. de Hæreticis. §. 3.& 4. Hinc sacrum Concilium Tridentinum ita habet,Excommunicatus quicunque,si post legitimas monitiones non resipuerit,non solum ad sacramenta,& communionem fidelium,ac familiaritatem non recipiatur, sed si obdurato animo Censuris annexus, in illis per annum insorduerit,etiam contra eum, tanquam de hęresi suspectum procedi possit.

Schismatici ° quoq; Hæretici probantur per d. c. quod autem. 2. q. 4. illi præsertim, qui credunt Ecclesiam posse consistere penes duos in solidum, vel erigentes capita, contra Ecclesiam Romanam insurgunt, facientes nouam Sectam,ac noua placita. Et Clericus talis degradatur, ac seculari Curiæ traditur.Ita voluit Bonaguida, quem citat Ioan.And.in c.Cum non ab homine.de Iud. adductus per tex in c.deliguribus.23.q.5 Quod intelligitur de incorrigibili vt per Glos.in d.c.Cum non ab homine .& hoc quoque sequitur ibidem Io. And. vt refert Abb.in c. At si clerici,de Iud.col.13.& probatur ex d.c.de liguribus,cum ait: Si contempserit, vel remanserit, per publicas potestates opprimatur:& ita etiam intelligit Decius in d.c. At si clerici.col.22.ver.5.casus.de Iud.&c.

Secundò in falsario literarum D.Papæ de crim.falsi. c.7. Ad falsariorum:Vbi hæc verba habentur. Nos enim omnes falsarios literarum nostrarum, qui per se, vel alios vitium falsitatis exercent, cum fautoribus & defensoribus suis Anathemathis vinculo decernimus innodatos: Statuentes vt Clerici,qui falsarij fuerint deprehensi, omnibus officiis,& beneficiis Ecclesiasticis perpetuò sint priuati,ita quod qui per se falsitatis vitium exercuerint,postquam per Ecclesiasticum Iudicem fuerint degradati, seculari pote-

prio duce ad hostes defecit, sacro verò pro eo qui à Christiana & Catholica religione ad Ethnicos Iudaeos, vel haereticos. ex Iustino Martyre in Dialogo & Anacleto epist.1. Hermas lib. 3. Cyprian. Epist. 17.& 58. Paul. quoque insignē eam defectionē quæ Antichristi aduentum præcedet Apostasiā nuncupat. 2. Thess.2.

° Sacerdos Schismaticus degradatur, cum omnium flagitiorum, quæ vel in Deum, vel in religionem commun soleāt grauissimum sit illud quod Clemens Romanus lib.6.Const.c.1. Schismatis crimen, vocat cuius ratio ex Optato & Augustino colligitur: quod nimirum fratricidis, Incendiariis Adulteris, idolatris, pœnitentiæ locum Deus reliquerit vel suppliciis lenioribus in ipsos animaduerterit: Schismaticos verò subducto resipiscendi tempore vel cœlestibus ignibus absumuntur, vel hi in terra viuentes corpore & animo præcipitantur.

 stati

stati tradantur, secundum cõstitutiones legitimas puniendi: per quam & Laici, qui fuerint de falsitate conuicti, legitimè puniantur. Potest tamen cum tali, ex gratia D. Papæ, misericordia fieri, præsertim ante Degradationem actualem, commutando hanc ipsam traditionem ab Ecclesiastica potestate in secularem, in aliam mulctã quemadmodum alias etiam factum est. Ait enim Innocẽtius * tertius ad Episcopum Pariensem. Pro illo verò falsario scelerato, quem ad mandatum nostrum capi fecisti, hoc tibi duximus consulendum, vt in perpetuum carcerem ad agendam pœnitentiam ipsum includas, pane doloris & aqua angustiæ sustentandum, vt commissa defleat, & flenda vlteriùs non committat.

Adulterantes p & corrumpentes literas inferiorum Iudicum, si criminaliter accusentur, Depositionis ab ordine, ac priuationis omnium beneficiorum, in Monasteriumque inclusionis pœnas dare debent, vt no. idem Pan. loco citato, allegans text. in c. Si tempus. l. dist. qui tex. statuit contra Presbyterum, vel Diaconum, qui chartam falsauerit, vt depositus ab officij honore in Monasteriũ detrudatur. Et eundem tex. (etsi corruptè alleget) sic intelligit Host. in Summa de crim. falsi. §. vlt. in falsario literarum Episcopi falsificans autem huiusmodi per modum incisionis conuictus tam in literis Episcopi, quam capituli, ab officio ac beneficio suspendendus est, siue suspensus pronunciandus, secundum Host. eodem loco, quousque indulgentiam Apostolicæ Sedis obtineat, ad quod allegat tex. in c. Tam de literis. de test.

Falsarij literarum Regiarum degradantur, & charactere aliquo signantur, in exiliúmque extra prouinciam mittuntur, quemadmodum cum eo factum est, qui signum Regis Gallorum vitiarat. Idem transcriptum est in l. antepen. ti. 6. par. 1. quæ declarat exilium extra Regnum, vel dominium Regis esse debere, in cuius literis deliquerit. Quod etiam comprehendit falsarium literarum cuiuscunque principis secularis.

Tertiò, si quis sacerdotum, vel aliorum clericorum, suo episcopo inobediens fuerit, aut insidias parauerit, vel contumeliam,

* De verborũ signific. c. nouimus. §. 2.

p Varij sunt modi, quib. literæ vel adulterari vel falsificari possunt, ex quibus certos quosdam colligunt Iurisconsulti quorum primus est, quando falsa bulla literis falsis apponitur. II. cum filum è vera bulla in totum detrahitur, ac per aliud immissum falsis bullis inseritur. III. Quando filum ex ea parte, vbi charta cõplicatur incisum & in falsis literis, sub eadẽ plicatura lino similis cannabis redintegratur vt veram bullam imitetur. IIII. cum ex superiori parte Bulla pars filis sub plumbo præciditur, ac per idem linum falsis literis inserta, intra plumbum reducitur. V. vbi literis bullatis, ac veris aliquid in eis per tenuem rasuram immutatur. VI quando scriptura literarum quibus fuerat apposita, verá bulla aquæ

tumeliam,siue calumniam, aut conuitia intulerit, & conuincitur,talis(inquit Canon)mox depositus curiæ tradatur & recipiat quod iniquè gessit. Quod tamen Glos.in c.Cùm non ab homine de Iudi.limitat,si sit incorruptibilis:& hoc communiter tanquam mitius ac clementius approbatur: quia durum videatur, quod non sit propter homicidium, vt est in c.Cùm non ab homine, vt fieri debeat propter simplex conuitium.

Non licet contra horum casuum seriem quemquam ex Clericali ordine foro sæculari tradere,quanuis & pro grauissimis iisdem delictis eadem pœna consequi possit, vt ex Pontificum placitis & Cæsarum legibus tum nostri temporis senatus consultis colligitur.

Volunt enim quorundam scelerum flagitia circa tria superiora,depositionis pœnis expiari, & aliquando curiæ seculari tradi. Imò aliqui iubent clericos latrones,quos Assasinos vocant,si qui tales deprehenderétur, quod tamen Deus auertat,absque Degradatione per seculares Iudices castigari statim posse, propter detestabilem huius delicti indignitatem,&atrocitatem.Clericus Assassinus(inquit Io. Bernard. Diaz.)potest puniri per secularem, sine eo,quòd præcedat Degradatio, secundum Lupum in c.1. de homic. lib.6.& Domi.ibi.in fine:quia ipso iure videntur degradari & videtur data vnicuique potestas ipsos capiendi: & per ius videntur spoliari omni priuilegio clericali,vt per Doct. ibi.Et prædictam conclusionem Dominici refert, & sequitur Barba.in c. At si Clerici,de Iud. in Col.32. num.129. Refert etiam Hippoly.in practica criminali,in§.examinanda.in Col.3.Et vide Ioan. Lupum in tracta.de libertate Ecclesiastica, in quæstio.9. vbi dicit, quòd datur à iure quædam Degradatio,quæ habetur loco realis,videlicet in dict. c.1.de homic vbi Clericus delinquens vt suprà, à iure & à Concilio habetur pro realiter Degradato,vt possit capi, & puniri per secularem,de quo vide latiùs Arnoldum Alber. in c.Quoniam.de Hæret.lib.6.in Col.147.versi.8.& vltimo, fallit.Cum 11.Col.seq.qui primò adducit quinque fundamenta contra communem intellectum Docto.ad d c.1.qui habet,quòd Clerici delinquentes in hoc delicto sunt ipso facto

vel vino tota deleta, & abolita denuò rescribitur, eadem charta calce, vel alumine,ad genus,iuxta consuetum artificum dealbata VII. cum charta cui fuerat apposita vera bulla penitùs abolita, vel abrasa, alia subtilissima,tenuissimáque charta eadẽ magnitudine scripta firmissimè conglutinatur. VIII. Qui contra Apostolicam constitutionem literas non ex summi Papæ vel eius bullatoris, manu scienter accipiunt. Vltimò quicunque etiam accedentes ad bullam prudenter, & cautè falsas literas pro icium vt cum aliis verìs bullis signentur.

facto degradati,adeò vt Iudices seculares possint procedere contra eos, q sicut contra Laicos,Et posteà benè corroborat hanc communem conclusionem, & respondet ad fundamenta in contrarium adducta.

q Notandū est quod quamdiu scelus quodpiā potest per Ecclesiam corrigi, nunquam tradendus est iudici saeculari, licet eu potest de iure, & de facto. Sed vbi delictum est atrocissimum, seu diu continuatum, non sufficit pœna depositionis, quinimò traditur actio ad iudices saeculares. Abb. in c cum non ab homine, in 7 co. de iud. Barb. in cons. 65. col. 3. lib. 1. & Fel. in c. 1. in 16. col. de const.

Hæc sunt quæ diuinis falti subsidiis conteximus in simplicium presbyterorum institutionem, & praxim officij. Presbyterum verò simplicem vocamus eum qui licet in sacro presbyteratus ordine positus sit nulli tamen parrochialis Ecclesiæ,aut animarum curæ obligatur,sed tantum secum habitans, aut pauperi capellaniæ aut simplici cuidam beneficio præfectus ad solam ritè celebrandam missam horásque canonicas persoluendas est addictus. Quamuis autem eis muneris conditio profundam scripturarum enodationem, aut exactam Doctrinæ exornationem non exigat, morum tamen probitas & vita ab omni scandalo expedita requiruntur.Hi enim etsi docere verbo non teneantur multum tamen nocere exemplo possunt si vita officio quod sanctum est non respondeat. Ne ergo horum dignitatis splendor malis moribus aut lubrico viuendi cultu obliteretur & extinguatur, optimus hic constitutionis regiminis modus porrigitur quo quisque pro suo modulo quod suum est exequi poterit, & ad bene beateque viuendum fœliciter dirigetur.

* *
*

OECONOMIAE CANONICÆ

SECVNDA CLASSIS.

De Parochiis & animarum curæ præfectis, tum beneficiorum Iure.

CAPVT PRIMVM.

§ I.

Parochiæ definitio.

BONI pastoris officium Christus Ecclesiæ suę aperuit ex eo quòd animam tradat pro ouibus suis, [a] de cuius sancti pastoris præconio cecinit Apostolus, [b] *Christus assistens pontifex futurorum bonorum.* Admirabilis certe pontifex qui tot laboribus, tot ærumnis, ouem perditam quæsiuit. Conquerebatur Iacob quod viginti annis socero suo Laban inseruierat, quod pastorali curę perdius & pernox inuigilauerat, quòd oues steriles non fuerant, nec à feris deprædatæ: ęternus autem pastor noster pręclariora sui laboris monumenta ferre potest, triginta tribus annis patris ouili præfuit, & ne steriles oues remanerēt eas cœlesti doctrina pauit, omne damnum quod infernalis Lupus illis intulerat persoluit. Hodie parua & minima bonorum pastorum cura est. Quis putas est fidelis dispensator & prudens quem constituit dominus super familiam suam, vt det illis in tempore tritici mensuram? cùm

a Ioan 10.

b *Christus passim in suis sacri Euangelii tabulis, optimi pastoru metaphoram & analogiam cōsultissimè obseruauit. Quasi pastor se Deus ipse humani generis redemptor, relictis nonaginta nouem ouibus, centesimam quæ perierat quæsitum ad nos descendisse profitetur. At subinde boni pastoris similitudinem sibi adaptat qui etiam animam pro suo grege ponere non dubitaret.*

dicit: *Quis putas est fidelis dispensator?* docuit paucos reperiendos esse quibus hæ omnes essent conditiones. Quarum prima est fidelem esse; hoc est vt non quærat quæ sua sunt sed quæ Iesu Christi. Secunda quod sit prudens, prudentia dicitur scientia operandorum atque ita non solum est lux intellectum illuminans sed voluntatis etiam intellectum inflammat. Modo optimi & veri pastoris ex Christi archetypo ponamus nobis officium quod sit speculum & norma omnium qui ad ouium curam, Christo auspice conuocantur, qui vel considerent se aliquando rationem redditurros pro animabus,[c] quas iuxtà Concilium Tridentinum, imò præceptum diuinum, pascere debent in iudicio & veritate. O quanta ratione inquit Diuus Paulus, charitas Christi vrget nos, æstimantes hoc, quoniam si vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, & pro omnibus mortuus est Christus, vt & qui viuunt iam non sibi viuant sed ei qui pro ipsis mortuus est. Illi sibi dicuntur viuere, qui omnem sollicitudinem, in cibum, vestitum, potum, voluptatem, diuitiásque conferunt: illi vero Christo viuunt qui omnem curam suam in Dei glorificationem & amorē atque in mundi contemptu collocant, qui Christo animas lucrifacere student, qui labores impendunt in gregis sibi commissi vtilitatem & commodum. Idcircò Ecclesia veri basis & fidei fulchrum pastores & Curatos plebi Christianæ præfecit qui parati essent vitam profundere prius quam oues suas non diligenter pascere verbo & exemplo aut sponte perpeti vt ouibus aliqua pernicies siue in fide siue in moribus pullulascat, non mercenarios qui non quærunt ouium profectum & salutem sed tantummodo lucrum, nihil curãtes de lupi rapacis circuitu modo sibi reditus salui maneant.[d] Ouilis ergo Christi pastores modo curati, modo Parrochi nominari solent, à cura nimirum & sollicitudine animarum illis commissarum. Parrochi denominatio antiquor & obscurior est non enim in huius etimologia conueniunt prisci authores cum nostris Canonistis. Nam parrochus secundum Ciceronem ad Atticum & Horatium dicitur παρὰ τὸ παρέχειν quod valet præbere, nam olim Parochorum erat legatis aut magistratibus & quis

c *Hoc est decretum Conci. Trident. Sess. 23 c. 1. Reform Cum igitur præcepto diuino mandatum sit omnib. quibus animarum cura commissa est oues suas agnoscere, pro eis sacrificiū offerre, verbiq. diuini prædicatione Sacramentorum administratione, ac bonorum omnium exemplo pascere, pauperum, aliorumq; miserabilium personarum curam paternam gerere, & in cætera munia pastoralia incumbere, sacrosancta Synodus admonet, vt diuinorum præceptorum memores, factique forma gregis in iudicio, ac veritate pascant, ac regant.*

d *Clement. 5. in Conci. vienensi extrà. de sepulturis. cap. dudum.*

& quis quid publicè mitterentur ligna & salem & similia præbere ac suppeditare sic enim Aeneus loquitur [e] παρέχειν ξύλα, ἅλας, ἔλαιον, ὄξος quod Latini præbere tectum, salem, oleum, acetum interpretantur.[f]

Proxima Campano ponti quæ Villula tectum
Præbuit, & parochi quæ debent ligna salémque

Budæo tamen Græcæ facundię clarissimo interpreti parrochi [g] dicuntur accolę eiusdem fani consortes, & parrochia dicitur accolarum conuentus sacráque vicinia. Sed in iure Canonico parrochia per duplex. R. dupliciter accipitur quandoque etsi impropriè dicitur diocæsis & Episcopatus vt extra. De parrochiis cap. Nullus. Vbi Adrianus Papa ita statuit, Nullus Episcopus alterius parrochianum iudicare præsumat, nam qui eum ordinare non potuit nec iudicare potest. Secundò sumitur parrochia communiter & propriè vt est populus alicuius Baptismali [h] Ecclesiæ deputatus, certis finibus limitatus. Sic de parrochia agitur de parrochis & alienis parrochianis cap. Dominicis. vbi dicitur ex Concilio Nanetensi vt Dominicis vel festiuis diebus presbyteri antequam missam celebrent plebem interrogent si alterius parrochianus in Ecclesia sit qui proprio contempto presbytero vbi velit missam audire quem si inuenerint statim ab Ecclesia abiiciant. Et de præbendis & dignitatibus cap. Auaritiæ vbi dicitur quod parrochiæ non diuidantur sine consensu Episcopi & de pœnitentiis & remissionibus cap. Omnis dicitur. Nullus presbyter alterius parrochianum absoluat sine presbyteri sui licentia. Hinc Ecclesia parrochialis frequenter sic dicitur in iure & presbyter parrochialis dicitur cui commissa est parrochia sic extra. de priuileg. cap. Religiosi. in Cle. & alibi frequentius, sic quoque rector parrochialis Ecclesiæ vt extra de vsuris cap. Quamquam. in 6. Et de sepulturis cap. dudum in clement.

Parrochię Ius consistit in multis. Primò vt in eodem die dominico & festo populus missam audiat, de cōsecrat. dist. 1. cap. Missas. Et de parrochiis cap. Secundo. Ius item parrochiæ constat in decimarum receptione de decimis ca. cum contingat, de restitutione spoliatorum cap. ad decimas. Et

[e] Athen. lib. 4.

[f] Horatius Sat. 5. lib. 1.

[g] *Paræcos incola est, habitator in loco Pom. de verb. signifi. l. pupillus. Incola, ait, est qui in aliquem regionem domicilium suum contulit, quem Græci paroecon vocant, vide Bud. in post. Annot. ad l. vlt. de mun.*

[h] *Potest hic falli Lectio, nam quamuis Ecclesia sit baptismalis non infertur, tamen ex hoc quod sit curata vel parochialis quia ex consuetudine, vel concessione hoc habere potest, scil. Federico consil. 135. casus talis. Perus. in cap. ad decimas per illum text. in vlt. not. de restitut. spol. in 6. doctores in c. extransmissa de præscr. d. Gomes. in q. 13. super comm. reg. cancellariæ de idiomα.*

16, quæst. 1. cap. de Decimis.

Tertiò in oblationibus & primitiis oblatio voluntariè offertur Deo immediatè sed in suffragium Ecclesiastico-rum aut Ecclesię primitiarũ quę sunt primi fructus. Oblatio nunc est de præcepto Ecclesiæ secundum consuetudinem patriæ quarum quantitas nunquam fuit determinata in lege nec per Canonicas sanctiones inuenitur expressa sed in voluntate dantis consistit nisi regionis consuetudo aliud inducat.[i]

16. q. 1. c. de decimis.

Quartò in susceptione & exhibitione certorum aliorum sacramentorum vt baptismi de quo sexta Synodus 9. can. 31. ita statuit clericos qui in oratoriis quæ sunt intra domos ministrant vel baptizant hoc illius loci Episcopi sententia facere decernimus, qui sic non seruauerit deponatur.[k] Sacrum Viennense Concilium ita statuit. Præsenti prohibemus edicto ne quis de cetero in aulis vel cameris aut aliis priuatis domibus, sed duntaxat in Ecclesiis in quibus sunt ad hoc fontes specialiter deputati, aliquos (nisi regum vel principum quibus valeat in hoc casu deferri liberi extiterint aut talis necessitas emerserit propter quàm nequeat ad Ecclesiam absque hoc periculo propter hoc accessus haberi) audeat baptizare, Qui autem secus præsumpserit aut suam in hoc præsentiam exhibuerit taliter per Episcopum suum castigetur, quod alij attentare similia non præsumant. Et habetur de baptismo & eius effectu in Clementinis. Hinc Leo 4. vocat Ecclesias parrochiales baptismales quibus exoluendę sunt decimæ[l] Suscipienda sunt pariter in illis vel ab illis Eucharistiæ & extremæ vnctionis sacramenta. Vnde religiosi parrochiale officium circa extremam vnctionem vel Eucharistiam matrimonium & absolutionem vsurpantes excommunicantur ipso facto.

k In fontibus ecclesiarum non in priuatis domibus debet Baptisma concedi lib. 3. clem. tit. 15. c. vnico hic. etiam conferunt tradita per B. Thom. 3. q. 83. art. 3.

l Extra de priuil. c. religiosi. in Clementinis.

Sextò Parrochiæ ius consistit in sepulturis, quia habere debet de bonis parrochiani sui alibi defuncti & sepulti.[m]

m De sepultura c. relatum. & c. de his.

Septimò in benedictione nubentium in primis nuptiis nam benedictio secundarum nuptiarum & vlteriorum prohibetur.[n]

n De secundis nuptiis. c. cum capellanum.

Capellanus dicitur Curatus parrochialis vt colligitur ex cap.

ex ca.4.de feriis quod incipit Capellanus [o] tuus frater episcope & de fecund.nupt.c.capellanum. Sed duplicem vocis fignificationem fortitur Capella vnde deductus eft Capellanus aliquando enim pro Canonicorum choro vt capella Ducis Burgundiæ,de priuilegiis. cap.cum capella. & fic Canonici dicuntur capellani,dicitur etiam Capella Ecclefia parrochialis de capellis monachorum cap.1. Dicitur prætere a capella oratorium non confecratum , de confecr. dift.1.cap.concedimus. Ex Concilio Triburienfi vbi dicitur concedimus propter Ecclefias ab aduerfariis fuccenfas,in capellis cum tabula confecrata celebrari vbi gloff. Antiquitus capellæ dicebantur tuguria caprarum pellibus tecta.

Plebanus [p] etiam nominatur parrochialis paftor,& tit.de officio iudicis ordinarij ca.cum ab Ecclefia , is dicitur plebanus,qui preeft alicui Collegio,vnde de fymonia cap.nobis. dicitur quòd plebanus à capitulo eligitur , & magis propriè dicitur,qui habet plebaniam habentem, fub fe capellam,aut capellas,in quibus inftituantur clerici perpetui vt interpretatur , & exponit Bonifacius 8. extra.ne clerici, vel monachi.in cap.ftatutum.in 6.Hæc de Parrochialis curati denominatione prælibaffe fufficit, quo alacriùs lector ad maiora percipienda prouehatur.

[o] Cuj Linum à Capella nomẽ fuum confequi nemo eft qui ambigat vocatur autem capella Bernardo iuris Pontificij, gloffatore c concedimus de confecr.dift.1 oratoris non confecrata.Papias dictum putat capellam, quafi capientem λαὸν id eft, populum vel laudem. Rebuffius vult diftingui Capellam à capellania, ita vt capella dicatur qualibet Ecclefia etiam parrochialis per fe confiftens, dummodo non fit collegiata. Pan. in c. nobis. de iure patr. Capellania verò illa, quæ non eft per fe, fed eft intra Ecclefiam fundata & cõftructa, de quib. Felin. in c ex parte. col.1. & feq.de refcr & c.cum venerabilis.col.11.de exception.

SINGVLARIA PRAECEPTA PARROCHIS.

§ II.

IN ipfius facræ Ecclefię veftibulo noftra nos monere debet confcientia ne indigniùs & audaciùs ad diuina mifteria congredi aut fubditorũ ignotæ functionis periculum faciamus. Qui Monarchæ cuiufpiam filium optimis inftituẽdum moribus & literis fufcipit , tota induftria huic inuigilat,affectus confiderat, ingenij capacitatem perpendit, ne grauioribus obruatur laboribus, néve deterreatur à liberali ftudio,quanto magis qui fummi Regis Chrifti natos,gregem , familiam curandam habet , conabitur , vt fit feruus fidelis & prudens , vt fibi creditum talentum cum fœnore reportet? Itaque qui ad animarum curam funt promouendi, æquum eft , vt debitis ad hoc officium & prære-

[p] De plebanis & eorum iure, ac perfonatu, in Ecclefia vide Inno. in c dilectus. de capel. monach. & c ne cler. vel monac. in 6.

quisitis exornentur ac præmiantur conditionibus quarum quædam exiguntur diuino iure, quædam humano & Ecclesiastico statuto.[a] Diuino iure tantam morum decentiam & talem vitæ ornatum nec non splendorem exigit curatorum parrochialium status qualem & quantam duximus fore necessariam statui & dignitati simplicium sacerdotum, & eò maiorem ampliorémque quod celsiorem assequantur statum, nempe regimen animarum. Nam vt sacrum testatur generale Concilium Lateranense.cap.26.[b] Nihil est quod Ecclesiæ Dei magis officiat quam quod indigni assumantur prælati ad regimen animarum, cum sit ars artium propterea oportet præficiendos curæ animarum non esse moribus rudes nec scientiæ expertes. Prærequiritur ergo fidei & morum integritas diuino iure pariter & idonea sufficiénsve scientia, non quanta conuenit simplici sacerdoti, sed eo maior quod ad maius assumitur officium Ecclesiastico & canonico iure multa requisita sunt quæ nos sigillatim enumerabimus. Primò vt sit discretæ ætatis cuius ratio procerum Ecclesiæ iudicio committitur. Decreuit autem Lateranense Concilium huiusmodi viros ad curam animarum præficiendos esse vigintiquinque annorum ætate prouectos scientia ac moribus commendatos.[d] Hinc Alexander 3. Archiepiscopo Cantuariensi & eius suffraganeis scribens ait, nec aliqua occasione vel etiam literarum nostrarum obtentu instituí patiaris ad curam animarum qui scientia moribus & ętate Concilij non congruat institutis.[c] Vbi glos. super verbo Concilij scilicet Lateranensis, vt supra de electione cap. in cunctis.[f]

Lugdunense concilium g. sub Gregorio decimo ita statuit, licet canon à fœlicis recordationis Alexandro Papa tertio predecessore nostro editus inter cætera statuerit vt nullus regimen Ecclesiæ parrochialis suscipiat nisi vigesimumquintum annum ætatis attigerit ac scientia & moribus commendandus existat, quodque talis ad regimen assumptus huiusmodi si monitus non fuerit præfixo à canonibus tempore in presbyterum ordinatus, à regiminis eiusdem amoueatur officio & alij conferatur, quia tamen in obseruatione canonis memorati se multi exhibent negligentes

[a] Sacerdos ad curam animarum inauguratus, sedulò curare debet, vt intus præstet quod foris in officij dignitate concipit, névé totus Pharisaicus & Hippocrita, rudis plebecula falsa & simulata sanctitate decipiat expectationem. Quod etiam apud Ethnicos religiosè cautum erat. Inde Demosthenes oratione contra Androtionem, & contra Timocrat. Equidem arbitror, (inquit) eum oportere qui sit templum ingressurus, & vasa sacra, & canistra tractaturus, & rerum ad eos spectantium curationi præfecturus non certorum dierum numero & spatio benè viuere solum, sed per totam vitam.

[b] De elect. c. nihil.

[c] Priore clausa amplissimè extensa est ætatis ordinandorum, tum præficiendorum beneficiis conditio.

[d] De elect. c. cum in cunctis. §. inferiora.

gentes, nos periculosam illorum negligentiam volentes iuris executione suppleri, [c] præsenti decreto statuimus vt nullus ad regimen parrochialis ecclesiæ assumatur nisi sit idoneus moribus scientia & ætate decernentes collationes de parrochialibus ecclesiis his qui non attigerunt vigesimumquintum annum de cetero faciendas viribus omninò carere, hæc ibi. [f]

Concilium Viennense [g] sub Clemente 5. ita obseruandum statuit cum ecclesiæ quibus præficiuntur personę minus idoneæ scientia moribus vel ætate grauia propter hoc vt docet experientia nonnunquam proferant in spiritualibus & temporalibus detrimenta, nos volentes per locorum Diocesanos quibus ratione officij hoc competit præcipuè super hoc diligentiùs præcaueri, eis districtè iniungimus vt statuta canonica quæ super præficiendis personis in huiusmodi ecclesiis hactenus emanarunt diligentius per seipsos obseruent & faciant à suis subditis inuiolabiliter obseruari, si diuinam offensam & sedis Apostolicæ debitam vitare voluerint vltionem: hæc ibi. Nec talis ecclesia parrochialis debet talem ætatem vigintiquinque annorum non habenti committi, ita statuente Gregorio 10. in Concil. generali Lugduni celebrato. Nemo deinceps parrochialem ecclesiam alicui non constituto in ætate legitima & sacerdotio commendare præsumat, nec tali etiam nisi euidenti necessitate vel vtilitate ipsius ecclesiæ suadente. Huiusmodi autem Commendam vt præmittitur ritè factam declaramus vltra semestris temporis spacium non durare, statuentes quicquid secus de commendis ecclesiarum parrochialium actum fuerit esse irritum ipso iure & habetur extra de elect. cap. 15. quod inchoatur. Nemo.

c Dequalit. & ætate præficiendo in. c. eam.te.

f Extra. de Elect. c. licet. canon. in 6.

g *Viennense Concilium anno 1311. celebratum: prohibet, vt Ecclesia nō commendetur, nisi constituto in ætate legitima.*

h *Fuit hoc concilium, vt refert Fran. Vercel. an. D. 1274. à principio Maij vsque ad Augustum. Primum autem Inn. 4 fecerat anno Dom. 1245. vt patet in Spec. hist. lib. vlt. in prin.*

i *Ista duo in dispensatione Ecclesiasticarum, rerum attendenda sunt 12. q. 2. sine de præbem expositis.*

Non apponatur currui auriga imperitus, nec sedeat ad clauum qui rerum tenere non didicit. Qui domui sui præesse nescit, quomodo Ecclesiæ Dei diligentem, curam & regimen habebit Vir * in multis expertus cogitabit multa, & qui multa didiscit, enarrabit intellectum. Qui non est expertus, pauca recognoscit, hinc per Eccl. optimè comparatur terrę quæ puerum regem habet, vę tibi (inquit) terra cuius Rex puer est. & Aristoteles in politicis dicit, quod nemo obiicit

* Ecclesi. 34

obiicit iuuenes duces, quia non constat eos esse prudentes vt Iob ait. 12. c. Est sapiētia in antiquuis, & in multo tempore prudentia, sed stultitia est sigillata in corde pueri, & virga disciplinæ fugabit eam Prouerb. 22. Ideò minatur Deus populo Iuda per Esaiam Prophetam. 3. c. se eis pueros in reges daturum, & effœminatos, quod quidem grauissimum indignationis genus est, & miseram rempublicam pueri imperio subesse, iuuētus enim prudentiæ sapientia in consilij & mentis moderamine senectuti non æquari potest.[k] Probè monet parentes diuus Bernardus, qui quamprimum exortus est infans ei dignitates, Ecclesiasticas venari studēt se id præstare nō posse absque grauissimo vitæ naufragio, vt patet ex Epistola, quam scripsit ad Theobaldum Comitem, his verbis, Offendo proculdubio, si facio quod requiritis, nam honores & dignitates Ecclesiæ non ignoro deberi iis qui dignè eas, & secundum Deum administrare velint & possint, porrò eas acquiri paruulo filio vestro precibus meis, vel vestris, nec vobis iustum, nec mihi tutum esse noueritis. Ast quidam stulti patres qui in congerēdis diuitiis, quáque via plus student, quàm saluti pignoris, clamabunt natos beneficia Ecclesiastica dignè mereri dispensatione Papæ, ob fulgentem virtutis indolem, & sanctitatis expectationem Papa profectò audaciùs hæc dispēsans non sacræ suæ potestatis æquitati respōdet: de hac enim dispensatione loquitur idem Diuus Bernardus lib. 3. de consideratione ad Eugenium Papam. Non sum tam rudis, vt ignorem vos positos dispensatores, sed in ædificationem, non in destructionem, vbi enim necessitas vrget excusabilis dispensatio est, vtilitas dico communis, non propria, at cum nihil horum est, non planè fidelis dispensatio est, sed crudelis dissipatio. Nec obest præmissis [l] mandatum Papæ Alexandri 3. ext. de ætate & qualitate præficiendorum cap. Indecorum, dicentis, mandamus quatenus nemini infrà annum quartum decimum constituto personatum cuiuslibet Ecclesiæ concedere præsumatis, non enim prohibendo infrà quartum decimum annum, & suprà, quia est expressa prohibitio, licèt enim quod de vno prohibetur, de aliis concedi videatur, hoc verum est, si aliunde non sit prohibitum

k Rationem congerere possumus quare minus sit Iuuentus prudentia firmata, ex eo quod in iuuenibus nonnus quidem campus, & aruum fertile scientiæ est, sed quia nec scientiarum principia veluti semina accipit, item quòd à succrescentibus inutilibus non repurgatur vim suam, non producit fructuosam, donec vtrumque consequatur, idcircò dicebat Aristot. 6 Ethic iuuenis non potest esse sapiens, quia prudentia requirit experientiam qua indiget tempore.

tum

tum. Nec obstat quod Papa sciens pueris infra decennium constitutis datas esse ecclesias illos non priuat eis sed tantum prohibet ne in posterum fiat. Alex, 3. de ætate & qualitate præficiendorum cap. 2 nam vt illic habet glossa dispensatione tolerantur tales pueri sic promoti ex ratione. Sed notanda est sententia Alexandri 3. qua scribens Archiepiscopo Cantuariensi & eius suffraganeis inquit Indecorum est vt hi debeant ecclesias regere qui non nouerunt seipsos gubernare, cum ad ecclesiarum regimen tales personæ sint admittendæ quæ discretione præmineant & morum fulgeāt honestate. In his hodie violatur dispēsationis [l] religio.

Alterum requisitum iure canonico in promouendo ad curam animarum est quod iam sit in sacris constitutus. Alexander 3. Licet ad regimen parrochialis ecclesiæ non debeat aliquis nisi subdiaconus sit ad munus admitti dispensatiuè tamen in minoribus ordinibus constituti consueuerunt assumi dum tamen tales sint qui infrà breue tempus id est secundùm glossam infra annum vt in sequentibus dicetur, possint sacerdotio fungi.

Tertium ecclesię statuto necessarium iis qui curam animarum adipisci volunt est legitimus ortus, vnde hoc Bonifacius statui & obseruari voluit decretum. Is qui defectum patitur natalium ex dispensatione episcopi potest licitè si ei aliud canonicum impedimentum non obstat ad ordines promoueri minores & obtinere beneficium cui non eminet cura animarum, ad ordines autem maiores, vel beneficia super quibus nequit Episcopus dispensare sine dispensatione sedis Apostolicę promoueri non potest.

l Diuus Bernardus dispensationum prcatores abusus multos scriptos notauit, nec iniuria, multi enim volunt relaxari ab his quæ summo iure persoluere debent, & hoc potissimum in Ecclesiastica Oeconomia exercetur, idcircò Concil. Tridentino cautum est, ne quidquā ob falsam causam, vel tacita veritate, dispensetur alioquin nulla est dispensatio. c. 2. de filiis presbyt. & canon potest. de præbend. lib. 6. Quæ verò dispensandi sint iustæ causæ regula dari non potest generalis (inquit Syluester) quoniam dare oporteret, innumeras, ideò standum esse dicit iudicio boni viri, sed causæ duæ generales attendi solent. Necessitas, & Vtilitas, his duabus remittuntur leges omnes.

CANONICA BENEFICII ECCLESIASTICI INSTITVTIO.

§ IIII.

BENEFICIVM Ecclesiasticum non potest licitè sine institutione canonica obtineri, extra. de regul. iur. reg. in 6. vbi glossa habet quod institutio canonica quatuor requirit Primum quod persona instituens habeat legitimam potestatem, & sit talis quod instituere possit. [a] Secundum

a Cap. nullus. 16 q. 17.

quod inſtitutus ſit talis, qui poſsit inſtitui, vt habetur de inſtitutionibus cap. vltimo.[k] Tertium quod illius beneficij inſtitutio ex iure proprio: vel deuoluto, vel delegato ad inſtitutionem pertineat. Quartum quod obſeruetur forma illius conſtitutionis, quæ habetur de electione cap. vltim. Vt autem canonica hæc inſtitutio clariùs intelligatur duo maximè ſunt obſeruanda, vt iuſta legitima, ac canonica ſit alicuius beneficij Eccleſiaſtici prouiſio. Vnum eſt ex parte prouidendi & promouendi. Alterum eſt ex parte viæ, formæ, ac modi prouiſionis & inſtitutionis. Quantum ad primum in prouidendo eſt obſeruanda idoneitas ad tale beneficium, quæ ſimpliciter requiritur, vt ſcilicet ſit idoneus, moribus, & ſcientia, & aliis decretis conditionibus. Idoneus, moribus dicitur, vir bonus, quantum humana fragilitas permittit itaque ſecundum iura moribus & ſcientia ſufficienti & aliis ſuperius commemoratis conditionibus ornatus eſt ſufficiens vt talis beneficio exornetur & prouideatur. Conqueritur ſancta Lateranenſis ſynodus de abuſu & negligentia in his promotionibus commiſſa. Graue (inquit) nimis eſt & abſurdum quod quidam eccleſiarum prælati cum poſsint viros idoneos ad eccleſiaſtica beneficia promouere, aſſumere non vereantur indignos quibus nec morum honeſtas nec literarum ſcientia ſuffragatur, ſequentes affectum, nõ iudicium rationis.[c] Vnde quanta eccleſiis damna proueniant, nemo ſan ę mentis ignorat, volentes igitur huic morbo mederi præcipimus vt prætermiſsis indignis idoneos aſſumant, qui Deo & eccleſiis velint & valeant gratum impendere famulatum, fiátque de hoc in prouinciali Concilio diligens inquiſitio annuatim. Hæc ſacrum Concilium. Is autem non eſt idoneus qui deficit in omni conditione iure diuino vel humano requiſita, vnde qui eſt malorum morum vel ignarus aut inſufficienter peritus ob quos defectus ſi iam promotus eſſet meritò deiiceretur, indignus eſt & dicitur qui ad beneficia promoueatur, ſimiliter indignus eſt qui debita ætate & à iure decreta non commendatur, aut qui ex illicito concubitu natus eſt, & qui iam habet aliud beneficium incompatibile huic de quo prouiſio eſt facienda, vel perſonatum

vel

b Iniuſtè obtinetur beneficiũ ſine canonica inſtitutione: & titulo legitimo inſtitutionem autem hic accipimus pro quacũque prouiſione, vt declarat Alex. Panorm. in c. authoritate ac. in rubric. de inſt. lib. 6 poſt Dyn. & alios in reg. iuris.

c Prælati aut collatores qui beneficia committũt indignis grauiſsimũ infligunt conſcientia vulnus, cap. monaſterij. 19. q. 3. gl. pen in c. ad Apoſtolicam. de reg. & quia hoc vergit in detrimentum Eccleſiæ, & honoris diuini, qui per bonos promouetur, & colitur, & meliùs eſt paucos habere bonos, quàm multos inutiles. c. tales. 22. diſt. c. pen. de ætate gloſſ. in verbo indignorum.

vel dignitatem cum cura animarum, [d] nã tunc non teneret collatio ipso facto extra. de electione cap Nemo. in 6. & extra. de officio iudicis ordinarij cap. Ordinarij in 6. & de præbendis & dignitatibus cap. 146. Indignus est pariter habens plures dignitates vel plura beneficia parrochialia sine dispẽsatione Papæ & ineligibilis est, extra. de electione. cap. 54. quod incipit dudum in 6. ex Gregorio 9. Qui ita indignè suscipitur non præscribit nec facit prouentus suos & ideo tenetur cedere & restituere ecclesiæ omne damnum quod sua indignitate intulit hoc attestante generali Concilio Lateranensi cap. 26. & dicente quod non solum deiiciendus est indignè promotus verumetiam indignè promouens est puniendus. Ratione non caret hæc sententia quia indignus recipiens beneficium ecclesiasticum scienter recipit in iacturam ecclesiæ & in iniuriam & damnum idoneorum & contra iustitiam distributiuam, recipit Distributor etiam qui scienter beneficium indigno distribuit contra iustitiam distributiuam agit in ecclesiæ iniuriam propter quod generale Concilium Lateranense vbi supa cap. 26. agens de confirmatore qui si scienter indignum confirmauerit, decernit, quod non solum indignè promotus est retrudendus, verumetiam etiam indignè promouens est puniendus, & statim describit pœnam dicens. Ipsum quoque decernimus hac animaduersione puniri vt cum de ipsius constiterit negligentia maximè si hominem insufficientis scientiæ vel inhonestæ vitæ aut ætatis illegitimæ approbauerit, non solum confirmandi primum successorem illius careat potestate, verumetiam ne aliquo casu pœnam effugiat à perceptione proprij beneficij suspendatur quousque si æquum fuerit indulgentiam valeat promereri, si conuictus appareat hoc per malitiam excessisse grauiori subiaceat vltioni; hæc Concilium Lateran. Et habetur, de electione cap. nihil est. in quo præmisso decreto concilium punit Episcopum confirmatorem indigni duplici pœna spiritualı priuatiua, & vna temporali, priuatiua, inquam priuando illum potestate confirmandi successorem quantumuis canonicè electum, item suspendendo eum ab vsu, & perceptione proprij beneficij, & temporali à perce-

[d] Pluralitas beneficiorum est canonibus inimica. c. sanctorum. 70. dist. clericus ab instanti tempore non connumeretur in duabus Ecclesiis, negotiationis enim hoc est, & turpis lucri proprium commodum, & ab Ecclesiæ consuetudine penitus alienum. c. clericus 21. q. 1. & beatus Greg. sic scribit in c. 1. 89. dist. singula Ecclesiastici iuris officia singulis, quibusque personis singulatim committi iubemus. Iuri etiã Cæsareo exosa est hæc pluralitas, quod maximè improbat quempiam habere duas militias, l. his quidem C. qui militar. non possunt lib. 12. & duo quodẽ collegia. l. 1. ff. de colleg. illicitis. nec aliqui duos honores iure habere possunt. l. liberum. §. præscriptio. ff. ad municip. nec duo officia. l. hac parte. in fi. C. de pro. sacr. scrinio. lib. 12.

ptione fructuum. Alexander 3. simul punit eligentes indignum, & confirmatorem, vt hoc decretum innuit, Clerici sanè si contra formam istam, scilicet præmissam de idoneitate eligendi, quemquam elegerint, & eligendi tunc potestate priuatos, & ab Ecclesiasticis beneficiis triennio nouerint se suspensos, dignum est enim, vt quos Dei timor non reuocat Ecclesiasticæ, saltem coerceat seueritas disciplinæ. Episcopus autem si contra hæc fecerit, aut consenserit fieri in conferendis prædictis, officiis, & beneficiis potestatem amittat, & per capitulum aut per metropolitanum, si capitulum concordare nequiuerit, ordinetur. Quod decretum refert, & approbat Gregorius 9. extrà de electione cap. 53. quod incipit, congregato. scribens ad Episcopum Syluanectensem de canonicis Niuernensibus ad electionē futuri pastoris congregatis, qui dicit quod quidam illorū plurimùm deliquissent eligendo personam, literarum cognitione rudem, propter quod illis secundùm Lateranensis Concilij statuta ipso iure eligendi potestate priuatis facultas, eligendi ad alios extitisse deuoluta. Hæc ille. Si itaque tā grauiter puniuntur eligentes indignum, & confirmatore, sic electorum vt præmissa scitè iura testantur quanto magis donans motu proprio beneficium indigno. Præterea si is qui canonicè electum confirmare habet, circa prouisionem beneficij curati debet electum prius agnoscere & de eius idoneitate diligens examen facere quanto magis quisque beneficij distributor, sic enim statuit Concilium Lateranense cap. 26. Irrefragabili constitutione sancimus quatenus quod quisquam fuerit ad regimen animarum assumptus, is ad quem pertinet ipsius confirmatio diligenter examinet, & electionis processum, & personam electi vt cum omnia ritè concurrerint munus confirmationis impendat quia si secus fuerit incautè præsumptum non solum deiiciendus est indignè promotus verumetiam indignè promouens puniendus, ratione probatur & ostenditur quòd distributor beneficiorum scienter indignè promouens potissimum ad animarum curam teneatur ad restituendum damna sic illata, g nam quicunque sua culpa damni occasionem dederit totum dānum dedisse dicitur,

extra

e De elect. c. cum in cunctis. §. clerici sane.

f Variis modis mulctantur qui indignis aut excommunicatis, beneficia conferunt. Primò enim priuantur à potestate illa conferendi pro prima collatione. c. cum in cunctis. §. fin. de electio. & hoc si scienter, secus si ignoranter, cap. postulastis. & c. Apostolica. de cler. excom. ministr. l. ex maleficiis vbi glo. ff. de actio. Et præsumitur sciens Episcopus, quia tenetur de vita & moribus illorum inquirere, antequam eis conferat. c. innotuit. de elect. Card. cons. 133. Item suspenduntur à collationibus faciendis. c. graue. de præbend.

g Tenentur ad id quod interest illis ecclesiæ, quā læserunt, reporte si dignum elegissent, vel ei contulissent. Archi. & Card. in cle. 1. col. vlt. de æta. & quali. & Ang. de Clauasio in sua sum. in verbo

extra de iniuriis & damno dato cap. finali, nam is videtur dare gladium in manu furiosi qui exempli pernicie animas infirmas percutit & ecclesiæ bona distrahit, & ignorantia sua in peccati lutum elapsos non educit, idcirco præter diuinam quam exinde incurrit offensam ad seruandam indemnem ecclesiam eandem obligatur vt diffinit Bonifacius 8. extra de elect. cap. 35. scilicet, commissa. in 6.

restit. c. & Fel. in c. si quando. col. 4. vers. stat difficultas. nu. 7. de rescriptis.

AN POSSIT BENEFICIVM CONFERRI IDONEO RELICTO MAGIS IDONEO.

§ V.

DIVVS Thomas sui ordinis absque controuersia fulgidus splendor & reconditioris Theologiæ magnus perscrutator in 22. q. 63. quæ est de acceptione personarum articulo 2. ad 3. argum. huius paragraphi nodum non minus doctè quam æquè dissoluit, his verbis, Ad hoc quod electio impugnari non possit in foro iudiciali sufficit eligere bonum & idoneum sed quantum ad conscientiam eligentis necesse est eligere meliorem vel simpliciter vel in comparatione ad bonum commune. Postea & quæst. 185. art. 3. quærens vtrum oporteat eum qui ad episcopatum assumitur esse cæteris meliorem sic respondet. Ille qui debet aliquem eligere in episcopum vel de eo prouidere tenetur assumere meliorem simpliciter quod est secundùm charitatem sed meliorem quoad hoc regimen ecclesię. hæc sanctus Thomas, cuius sententia duo proponuntur & ab eodem asseruntur. Primum quod secundùm iura & in foro iudiciali & exteriori sufficit eligere idoneum & dare beneficium idoneo ad hoc quod electio aut prouisio beneficij impugnari non posit, istud ostenditur verum decreto Concilij Lateranensis sub Alexand. 3. prout habetur de electione cap. cum in cunctis. vbi dicitur. Præsenti decreto statuimus vt nullus in episcopum eligatur nisi qui trigesimum annum ætatis exegerit & de legitimo matrimonio sit natus, qui etiam vita & scientia commendabilis demonstretur. Ad idem est Concilium Lateranense sub Innocentio 3. cap. 26. dicens, Episcopus quoque tales

2 Huius sententiæ solus non est præses, nec author Diuus Thomæ, sed ei tota fermè scholasticorum Theologorum schola assentit. Alex. de Hales 2. par. q. 136. memb. 2. Nic. de Lyra. Io. & ex doctoribus iuris can. Anch. & cæterorum resolutiones hic possunt adscribi quod in foro conscientiæ, & poli præceptum, est digniorem eligere. Hócque dictum nulla ratione infirmari potest, nec per vllam desuetudinem, vel contrariam consuetudinem abrogari. Est enim (inquit Sotus) de iure diuino contra quod vsque adeò nullo tempore præscribitur, vt quo longior fuerit eius abusus, eò fiat delictum grauius.

sacros ordines & ecclesiasticos dignitates promouere curet [b] qui commissum sibi officium dignè valeat adimplere & cap. 30. idem Lateran. Concil. ita diffinit, Præcipimus vt prætermissis indignis assumant idoneos qui Deo & ecclesiis velint & valeant gratum impendere famulatum.[c] Alterum & secundum S. Doctoris assertum quantum ad conscientiam eligentis, necesse est eligere meliorem & magis iponeum, & qui habet aliquem eligere in episcopum vel de eo prouidere tenetur assumere meliorē, [d] & cōsequenter distributor & donator beneficij tenetur ipsum distribuere & donare magis idoneo, quod ratum ostenditur authoritate & ratione duplici, prima ex D. Hieronymo petita qui clarissimum percipiendæ rei proponit exemplum dicens, Moyses amicus Dei cui facie ad faciem loquutus est Deus, potuit vtique successores principatus filios suos facere, & posteris propriam relinquere dignitatem, sed extraneus de alia tribu eligitur Iosue, vt sciremus principatum in populum non sanguini deferendum sed vitæ: & paulò pòst idem Hieronymus reprehendens frequentissimum electionum abusum docet quibus ecclesiæ primatus distribuendus sit, At nunc inquit cernimus plurimos hanc rem beneficio facere vt non quærant eos in ecclesia columnas erigere quos plus cognoscant ecclesiæ prodesse.

Origenes in Leuiticum super 8. caput. homil. 6. requiri in ordinando sacerdote præsentiam populi scribit, vt sciant omnes & certi sint quia qui præstantior est ex omni populo qui doctior, qui sanctior, qui in omni virtute eminentior ille eligitur ad sacerdotium, hæc Origenes licet ea verba adscribat Gratian. Hieronymo [e] in Leuiticum cùm tamen verè sint verba Origenis.

Leo [f] Papa. Metropolitano defuncto cum in loco eius alius fuerit surrogādus prouinciales episcopi ad ciuitatem metropolim conuenire debent vt omnium clericorum atque ciuium voluntate discussa ex presbyteris eiusdem ecclesiæ vel diaconis optimus ordinetur. Ecce non dicit idoneus sed optimus. Symmachus Papa ita ait, Vilissimus computandus est nisi præcellat scientia & sanctitate qui est honore præstantior.

b De elect. c. nihil est.
c De præb. c. grauamini.
d Consentit & Leo Papa, cano. Metropol. d. 63. vbi docet quod sit eligendus optimus. Sed est Chrysostomi sen. lib. 2. de sacerd quam maximè meditanda, admonet enim eorū muneris ecclesiasticos pastores, quod tanto debeant meritorum interuallo antecellere gregi, quanta præstat excellentia pecori pastor.
e Hieron. huius est author sententiæ, his verbis. Licèt Dominum de constituēdo principe præcepisset, singulaorumque elegisset, tamen conuocatur etiam Synagoga, requiritur ergo in ordinādo sacerdote, populi præsentia vide sequētem § de plebis testimonio in eandem sententiam. & 8 q 1. cap. licet ergo.
f 63. dist. c. metropolitano.

Innocentius tertius ad Archiepiscopum Mediolanensem hæc scribit [g] Nõ ex affectu carnali sed discreto iudicio debuisti ecclesiasticum offi cium & beneficium in persona magis idonea dispensare. [h]

Aduerte tamen quod cum dicitur oportere eligere siue promouere digniorẽ [i] hoc intelligi debere cum Caietano de poßibilibus, & de his qui tales inueniuntur in ecclesia cui præficiendi sunt. sic adstipulatur sententia Leonis Papæ proximè citata quod pro eligendo metropolitano ex presbyteris eiusdem ecclesiæ vel diaconis optimus ordinetur, quod recitatur 8.q.1.cap.Metropolitano vbi glossa ita habet. Quia ad aliamecclesiam non est recurrendum si-bi idoneus inueniatur.

Superest vt duplici ratione eniteſcat magis idoneum esse eligendum, cum de beneficio curam animarum potissimum habente fit prouisio, vna quæ tuetur ex parte ipsius Collatoris, hoc argumento. Distributor siue prouisor beneficij tenetur illud distribuere secundum iustitiam distributiuam, cum beneficium ecclesiasticum sit bonum commune ecclesiæ, cuius non sunt domini prælati dicente Beato Petro Non quasi dominantes in clero sed tantum distributores, sic nos existimet homo vt ministros Christi & dispensatores ministeriorum Dei.1.Corin.4. Ad iustitiam autem distributiuam spectat vt distributio boni communis fiat partibus secundum proportionem geometricam id est secundum merita vt habet Philosophus 5. Ethicorum cap. 34. Vbi vult quod in iustitia distributiua semper conditio personæ est consideranda, sequitur igitur quod collatio beneficij ecclesiastici quod est bonum commune ecclesiæ debet distribui secũdum merita & idoneitates eorum quibus debentur, aliàs distributor & collator distribuens beneficium minus idoneo prætermisso scienter magis idoneo peccat, peccato iniustitiæ quod dicitur acceptio personarum nam acceptio personarum est attendere ad conditionem personæ nihil facientem ad illud negotium, quæ quidem fauoris immerita occasio & personarum cæca electio ob turpem vtilitatẽ à Deo specialiter eiicitur Deut. 10. & Actuum 10. Deus hominis personam non accipit. Et in veritate

g Ioannes de turre cremata

h dist 61. c. nullus.

i Ne in frequẽtiore hac dignioris repetitione subortri poßit dubitatio: sciẽdum est quod dignior iuxtà Couarruuia sententiam non simpliciter dicitur ille qui doctior sit, vel qui sanctior, sed is qui iuxta munus, & rem cui præficiendus est aptior eius ministerio apparet, si quidem quandoque quo sanctus vir & bonus est, ac præterea diligentior ad curã præferendus est viro sanctiori, qui non ita diligens est, eáque ratione non ita aptus, sicuti prior administratione eius muneris, cui est præficiendus, quod D.Tho. ac cæteri passim adnotarũt, idémque obseruandum erit circa doctrinam, & eruditionem, nã frequentissimè qui doctior est, non ita conueniẽ muneri publico, sicut alter qui doctus est, & doctrinã habet satis sufficientem ad munus quod ei confertur.

veritate(inquit Petrus) comperi quia non eſt acceptio perſonarum apud Deum & 1.Ioannis 1. Non accipietis cuiuſquam perſonam. Nolite (inquit Diuus Iacobus cap.2.)in perſonarum acceptione habere fidem domini noſtri Ieſu Chriſti vbi gloſſa Aug. Quis ferat ſi quis diuitem eligat ad ſedem honoris Eccleſiæ contempto inſtructiore & ſanctiore?Diſtributor igitur dans beneficium minus digno relicto ſcienter idoneo violat iuſtitiam diſtributiuam.

k Hæc προσωποληψία in vtroque teſtamẽto prohibetur. Nobis autem occurrit vtile, & egregium documentum D.Tho. quod apud Sotum reale eſt, Cũ nihil nobis tanti referat, quam per gratiam ad Dei gloriam promoueri, nihil nobis in exitium præſentius eſſe poteſt illo crimine, per quod in hoc progreſſu vel impedimur vel remoramur, quale perſonarum acceptio in huiuſmodi ſacerdotibus, & miniſtris optandis excolitur.

Altera ratio eſt ex parte ipſius magis idonei prouidendi quæ talis eſt,is magis & potiùs eſt prouidendus & eligendus qui maius habet ius ad tale beneficium de quo prouiſio eſt facienda, ſed magis idoneus habet maius ius nam vt bene (inquit) Sanctus Thomas 22.q.62.art.2.in reſponſione ad 5.dupliciter quis dicitur ius habere circa aliquod beneficium,primo ius ad ipſum quia ſcilicet eſt dignus & idoneus,eo quod ſit omnis idoneus exiſtẽs membrum alicuius eccleſiæ habet ius ad beneficium illius eccleſiæ,& qui eſt magis idoneus habet magis ius, ſic quod beneficium vacãs debetur alicui perſonæ illius eccleſiæ quæ perſona digna eſt & magis debetur illi perſonæ quæ magis digna eſt, vnde & idoneus electus per electionem acquirit ius circa beneficium ad quod eſt electus. Secundò quis habet ius non ad beneficium tantum ſed in beneficio quando ſcilicet eſt factum ſuum & ſibi appropriatum per collatorem vel confirmatorem, ita quod prius erat ſuum vt commune cum ſolum ius haberet ad ipſum, nunc eſt ſuum vt proprium ius habens in ipſo.

Eodẽ relabitur oratio,vt quęramus an collator beneficij dans beneficium minus idoneo prętermiſſo ſcienter magis idoneo teneatur ad aliquam reſtitutionẽ magis idoneo ad cuius dubij reſolutionem ne diutius ad gryphos & ſermones implicitos rapiamur ſententiam offeremus D. Thomæ 2.2.q.62.art.2.in reſp. ad 4.argum. Dicendum quod aliquis poteſt impedire aliquem ne habeat præbendam multipliciter,vno modo iuſtè, puta intendens honori Dei vel vt vtilitatem eccleſiæ procuret, quod detur perſonæ digniori & tunc nullo modo tenetur ad reſtitutionem vel aliquam recompenſationem faciendam, Alio modo iniuſtè

puta

puta si intendat eius nocumentum quod impedit propter odium vel vindictam aut aliquid eiusmodi, & tum si impedit ne præbenda detur digno consulens quod non detur antequam sit firmatum quod ei detur tenetur quidem ad aliquam recompensationem pensatis conditionibus personarum & negotij secundum arbitrium sapientis, non tamen tenetur ad æquale quia ille nondum fuerat adeptus & poterat multipliciter impediri, si vero iam firmatum sit quod alicui detur præbenda & aliqua propter indebitam causam procuret quod reuocetur idem est ac si iam habitam ei auferret, & ideo tenetur ad restitutionem æqualis, tamen secundum suam facultatem, hæc sanctus Thomas. Si igitur magis idoneum impediens sine causa rationabili tenetur ad restitutionem ergo multo magis distributor proprio motu denegans digniori. Et confirmatur. Distributor bonorum communium temporalium si minus quàm debuit de bono communi dedit alicui tenetur recompensare secundum æqualitatem rei ad rem, puta si debebat alicui de communi thesauro centum, & tantum dedit quinquaginta, & si nihil dedisset tenetur ad centum, alioquin non fieret restitutio secundum æqualitatem rei in qua damnificatus est ad rem, quæ in recompensationem datur & ita in proposito si isti digniori debetur de communibus bonis ecclesiæ tale beneficium non est ei datum sed in toto damnificatus est à distributore qui ad hoc tenebatur, non fiet restitutio nisi æquiualens restituatur, sic ergo tenebitur collator illi magis idoneo ad totius restitutionem, & ita sentit Caietan. in suis commentariis supra 2.2. Sancti Thomæ, loco præfato. Hic adhuc obiter remorari cogor, vtrum minus dignus impediens digniorem in susceptione beneficij teneatur ad restitutionem ipsi magis idoneo, propter quod Petus à Palude in quarto sententiarum dist. 15. dicit quod si quis procurat vt beneficium detur minus digno sibi vel alij tenetur ad restitutionem digniori quem impedit quia beneficium est debitum secundùm iustitiam distributiuam digniori, si autem aliquis minus dignus petit pro se vel alio non volens impedire propter se digniorem ita quod si sciret se illum impedire desisteret aut renueret

l Multis iuris canonici Professoribus visum est præferentem dignum digniori teneri ad restitutionem et damni satisfactionem, ipsi quidē digniori prætermisso faciendam, huius sententiæ authoritas confirmatur per Palud. in 4. sent. dist. 15 q. 2. art. 2. & Caietan. 22. q. 63. art. 2. vers. ad confirmationē. Peria enim sunt ab aliquo auferre, quod suum est, & eidem nō dare quod ei debetur, 4. sed qui digniori non dederit minnus, & rei communicatis, quæ ei debentur, negaret rem debitam ei soluere, ergo tenetur ad restitutionē, ac si ab eo abstulisset, quod eius proprium erat.

m Ludouicus Lopes. 1 parte instructorii conscientiæ. c. 122. expeditè hoc dubium dissoluit. Sed de hoc loco pletius scripsit D.Th. 22. q. 62. art. 2. ad 4 Palud. in 4. sent. dist. 15. q 4. art. 2 ac Syluest. ver restitutio. Couarruuias. 2. part. relect. §. 8.

nueret ſi tamen ſic ſibi detur non committit iniuſtitiam & per conſequens ad reſtitutionem vllam non tenetur, & hoc eſt quod dicunt Scotus & Richardus in 4.diſtinct.15.

CANONICA PROVISIO BENEFICII.

§ VI.

IN procinctu promotio canonicæ prouiſionis perdicenda eſt ad verum & tutum iter, cuius diſpoſitio eſt per liberam donationem duce iuſtitia diſtributiua & collationem eius cuius intereſt, nam omnium beneficiorum eccleſiaſticorum prouiſio ad Romanum pertinet Pontificem non ſolum cum vacant vt poſſit ea de iure conferre, verum etiam ius in ipſis tribuere vacaturis vt dicit Clemens Papa 3.Extra.de prębendis & dignitatibus. cap. 2. ſed illam Clementis ordinationem limitat Gregorius 10 cap.3 vt ſi non prouiderit Papa infrà menſem prouideat ordinarius. Item cap.35.& 36.ibidem.Sine ſpeciali licentia Papę nullus Archiepiſcopus aut Legatus poteſt prouidere de eccleſia cathedrali clero & populo chriſtiano carente. Extra. de electione.cap.5.in Clementinis.

a Canonica inſtitutio, ſeu promotio ea dicitur quæ iuxta iura canonici & ſanctorum decretorũ æquitatẽ facta eſt & probata. 1o.And in c non poteſt. in prin.de præben. lib.6 c.1,de conceſſ.præb. sext. in c.cauſam. in fi.de reſcrip.vbi canonicè fieri id dicitur, quod iure fit.& ſecundum ius canonicum, c.cùm olim de dolo c.grauis de cenſib.c.vno de aetat.& qua lit.lib.6.& canonica electio quæ iure facta eſt c.de electio. canoni Nec dicitur canonica (cõtra Speculatorem.in rub de lapſis & diſpẽſ. §.dicẽdum.ver. ſed nunquid nos,& c. ſeq.) niſi ad conferentem & recipientem commodè referatur.c ſuper inordinata. de præb c.cauſam de elect.& c ſuper eo.ibid.

Secunda via canonicę & legitimæ prouiſionis beneficij eccleſiaſtici fit per canonicam electionem & electionis confirmationem in omni ſiquidem collegiata eccleſia prouiſio de ſuperiori ſecundùm iura fieri debet per canonicam electionem vt ſtatuit Lucius Papa hoc canone. Nullus in eccleſia vbi duo vel tres fuerint in congregatione niſi eorum electione canonica presbyter eligatur, ſi vero perperam & contraria forma quis eccleſiaſticum beneficium adeptus fuerit ei quod per cupiditatem illam venatus ſit atque contra canonicæ regulæ diſciplinam egerit expellatur vbi notat gloſſa quod duo faciunt congregationem quando ſcilicet mortuo prælato duo ad minus remanent tres vero faciunt collegium, decem homines faciunt populum. 10.q.3. cap.vnico.& plures quam decem faciunt turbam. Similiter canonici alicuius eccleſiæ per electionem canonicam ſunt inſtituendi vel per Epiſcopum de electione cap.cum eccleſia.Epiſcopus per electionem canonicam quæ tripliciter fieri poteſt ſimiliter eſt inſtituendus

de

de cuius institutione infra agetur cui electioni ecclesiasticę siue Episcopi siuè aliorum inferiorum laici interesse non debent nisi vocati vt abundè docet Gratianus in decretis distinct. 63. nec electioni faciendæ in ecclesia conuentuali postulandus est assensus habentis ius patronatus, etsi iam factæ vt dicit Clemens 3. de iure patronatus. cap. nobis. A quibus autē debeat fieri electio ad beneficia curam animarum complectentium, vana fuit pro vario tempore obseruatio, antiquitus parrochi curati vt episcopi electio à clero & plebe fiebat, nam Origenes in Leuiticum homelia 6. ita habet, Super eò vbi agitur de ordine consecrandi pontificem requiritur in ordinando à sacerdote etiam populi pręsentia vt sciant omnes & certi sint quod qui præstantior est ex omni populo, qui doctior, qui sanctior, qui in omni virtute eminentiore ille eligitur ad sacerdotiū & hoc attestante populo, ne qua postmodum retractatio cuiquam ne quis scrupulus resideat. Hoc est autem quod & Apostolus pręcipit in ordinatione sacerdotis dicens, Oportet illum & testimonium habere bonum ab his qui foris sunt.

Leo Papa voluit metropolitanū Clericorum atque Ciuium voluntate & consensu eligi vt habetur 63. distin. cap. Metropolitano. Augustini temporibus hic mos erat vt ipse testatur epistola sua 110. vbi de Seuero metropolitanæ ecclesiæ episcopo dicit quod credens posse sufficere vt successorem suum apud clericos designaret ad populum inde non est loquutus propter quod nonnulla populi perturbatio timebatur, & ipsemet Augustinus volens sibi in successorem dare Eradium, sic ait, ergo ne aliquis de me quæratur voluntatem meam quam credo Dei esse, in omnium vestrum notitiam profero presbyterum Eradium mihi successorem volo. A populo acclamatum est Deo gratias Christo laudes.

Isidorus in libro officiorum vult vt cum clero & populo archipresbyteri fiat electio vt habetur 63. distinct. cap. Si in plebibus. qui Isidorus posterior fuit Augustino annis plusquam centum. Gregorius 1. & sanctus hunc morem obseruandum decreuit vt scilicet per clerum & populum promouendorum ad beneficia fieret electio & nominatio vt

b Hæc paulo antea annotata sunt. Sed de hac populi in eligendis sacris ministris præsentia, diuersi diuersa senserunt, falluntur autem eo, quod ecclesia seu tota ministros ecclesiæ creandi potestatem penes populum esse quis prædicat, quasi nunc & antiquitate ipsa teneantur, nam omnia iustis de causis abrogata fuerunt in Concilio Antiocheno. Quod si quidam curiosius id intelligere, volunt sciant quod olim populi factum erat electio quæ ἐκλογὴ, dicitur χειροτονία antem, seu porrectio, id est, manuum impositio, & ordinatio ea erat tamen ius episcoporum. Quamquam autem in Concilio illo, adempta sit populo interuentores eligendi potestas, propterea quod eam vsurpauerant, eaque nimis insolenter, & seditiosè abutebantur, tamen adhuc licebat, quod semper licuit interesse sacerdotum ordinationi.

patet in eius epiſtola ad Ioannem Subdiaconum, & plures alij ſummi pontifices vt Gelaſius, Stephanus, Nicolaus, Pelagius, Leo primus, Cœleſtinus & Innocentius prout refert Gratianus 63. diſtinct.

Hanc eligendi conſuetudinem paſtorem tot decretis & tanto vſu approbatam dimiſerunt patres, ſed cum difficultate, vt patet ex dicto & facto diui Auguſtini in epiſtola ſua 110. quæ tamen temporis ſucceſſu reuocata eſt per Adrianum Papam diſt. 63. cap. Nullus.

Tertia via eſt per nominationem habentis ius patronatus & per acceptationem & approbationem illius ſupponitur hic quod ex fundatione alicuius eccleſiæ vel beneficij acquiritur ius patronatus fundatori dicente Clementi 3. Inquiſitioni tuæ tale damus reſponſum quod ſi quis eccleſiam cum aſſenſu dioceſani conſtruxerit ex eo ius patronatus acquirit & ſi patronatus aliquem idoneum præſentit Epiſcopo ad ſuum beneficium epiſcopus illum debet acceptare & beneficio ad quod per patronum præſentatur inueſtire modo idoneus ſit, vt habetur de iure patronatus per multa capienda & laicus habens ius patronatus habet quadrimeſtre tempus ad præſentandum, Eccleſia vero patrona habet ſemeſtre licet à laico acquiſierit illud ius patronatus, vt dicitur de iure patronatus cap. vnico in 6. ex Boniſac. 8.

Quarta via prouiſionis canonicæ beneficij potiſsimum curati ſiue alterius eſt per canonicam & iuſtam reſignationem, reſignare enim beneficium alicui eſt illud in manu ſui ſuperioris cuius eſt illud diſtribuere, cedere & ponere, ſed in fauorem eius cui reſignat ſiue pro quo cedit, quæ reſignatio licita eſt interueniente conſenſu ſuperioris modo non reſignetur perſonæ indignæ ob rationes ſuperius poſitas, nec conſanguineis ita ſtatuente canone 75. Apoſtolorum non oportet epiſcopum fratri aut filio aut alteri cognato humano gratificari affectu nec enim eccleſiam Dei conferre debet in hæredes ſi quis vero id fecerit irrita permaneat ordinatio ipſe autem excommunicatione percellatur. Nec reſignet cuicunque digno ſed magis idoneo quemadmodum ſupradictum eſt de diſtributore & collatore

coram omnis ſynagoga inquit Diuus Cyprian. iubet Deus conſtitui ſacerdotem, id eſt, inſtruit, & oſtendit ordinationes ſacerdotales, nō niſi ſub populi aſſiſtentis conſcientia fieri oportere, vt plebe præſente, vel detegantur malorum crimina, vel eorum prædicentur merita & ſic ordinatio iuſta & legitima, quæ omniū ſuffragio & iudicio fuerit examinata, ex his autē verbis Cypriani facilè poſſumus intelligere id quod prius ab ipſo dictum fuerat, ipſā plebem maximam poteſtatē habere vel eligendi dignos ſacerdotes vel indignos recuſandi, in eo ſitam fuiſſe, quod licebat ex populo cuilibet, ſi quod poſſet, crimen ordinando obijcere, quod ſi videretur ordinandus nullis eſſe culpæ affinis, atque ad omnem exceptione maior, is conſtituebatur omnium ſuffragio & iudicio electus. His ſummopere cohærentia quæ in textu huius § referuntur ex Origene & Hieronymo.

collatore beneficiorum, præterea illi dandum eſt beneficium qui potior eſt ad hoc eligendus, ſed in foro conſcientiæ magis idoneus eſt potius eligendus. Beneficiatus itaque quiſquis de ſucceſſore in ſuo beneficio prouiſurus primum cum Moyſe orando Deum in hæc verba optimo zelo feratur. Prrouideat dominus Deus ſpirituũ omnis carnis hominem qui ſit ſuper multitudinem hanc & poſsit exire & intrare ante eos & educere eos vel introducere ne ſit populus domini ſicut oues abſque paſtore. O virum admirabilis ſanctitatis! Vide de quo ſollicitatur, nõ torquetur triſti rerum temporalium deſiderio, non anxius eſt pro vxore, non pro filiis aut conſanguineis, ſed ne populus ſine paſtore maneat, vel ſaltem cum Martino dicit Domine ſi adhuc populo tuo ſum, neceſſarius non recuſo laborem, fiat voluntas tua. Audiuit vir ſanctus & Dux optimus moriturus tria quorum quodlibet giganteum etiam animum deieciſſet. Quod videlicet terribilium omnium terribiliſsimum vt (inquit) Philoſophus eſſet obiturus, quod principatum tam amplum relicturus non filiis, nõ conſanguineis ſed cui ignorabat. Vltimum quod non eſſet terram intraturus pro cuius ingreſſu tot ac tanta ſuſtinuerat, quo in loco taxantur illi qui filios aut nepotes in officiis ſufficere volunt, etiam ſi partes [c] neceſſarias non habeant ad miniſteria eorum adminiſtranda, quemadmodum legimus de Samuele qui ęgrè tulit, populũ non permiſiſſe filios ſuos illi ſuccedere. Diſcant ex hoc viro paſtores quam ſolliciti eſſe debeant ſuper gregem domini in vita, poſtquam iuſtum ſic vident in morte pro eo ſollicitari, vbi pulchrè etiam delineat munus boni paſtoris, ſcilicet egredi & regredi ante oues. Sic audiuimus illum eximium inter paſtores bonum paſtorem depingere cap. 10. Ioannis, Quod cum proprias oues emiſerit ante eas vadit. Nouerat enim vir Dei quod periculi eſſet, ſi ad horam oues ſine I aſtore eſſent, cum vidiſſet eas, in peſsimum idolatriæ vitium incidiſſe, ex quadraginta dierum abſentia, quibus ab eis abfuerat ideo de ea re ſollicitatur. Conſideremus tandem ex hac quaſi vltima boni Ducis deliberatione Dei ſapiẽtiam in eum propenſam qui licet illi mortem proximam nuntiaſſet nihil tam de ſucceſſore

[c] Verum quidem eſt (inquit Couarruuias) in conferendo beneficio ſanguinis non meritorum rationem habere, non iniquum eſſe, attamẽ imò profectò æquum, modo quis nõ caueriat viros ſcientia, & moribus inſignes, ſanguine verò proximos ad hæc munera eccleſiaſtica eligere. Et quid quam illuſtrius agere in his ſpiritualib rationem ſanguinis malũ eſt, ſed Simoniacum exigitur enim, vt vera ſit Simonia aliquid ſpirituale pro temporali, veluti pretio in conuentionem pactionemve adducere, ergo beneficia eccleſiaſtica conferre, dimittere, aut ſimiliter renunciare, iure & ratione ſanguinis propriè Simonia nõ eſt, ius ſiquidẽ ſanguinis nequaquam conſideratur hic, vt pretium ſpirituale, licet propriè hoc dici poſſit ſimoniacum, & hac in re poſſumus D. Thoma inſequi ſententiam, quod beneficiũ eccleſiaſticum conferre conſanguineis Simonia non ſit. 2. 2. q 100 art 5

cessore sibi dando loquitur sed hoc in sua dispositione relinquere vult. Sicut enim non dedit coadiutores nisi eo petente, ita neque successorem nisi eo postulante. Sed iam beneficia resignaturi attendant quid dominus respondeat Moisi, Tolle Iosue filium Num virum in quo est spiritus Dei Hic est successor eximij Ducatus, hic est qui populum moderetur. Hoc est primum quod in bono pastore summè expetendum est quod videlicet habeat spiritum Dei & spiritualia promoueat. Me multorum modo concio iubet inquirere an liceat resignare beneficium pensione certa annua sibi reseruata aliter non resignatur. Et circa hoc duplex est opinio. Doctus Adrianus de Traieto in quodlibeto suo 9. art. 3. in responsione ad quintum principale argumentum sic habet, De pensione respondeo quod non licet partibus de ipsa pacisci sed illam superioris dispositioni admittere sicut in permutationibus nec credo pensionem redimi posse sine summi Pontificis licentia & authoritate, cum assignetur quodammodo spiritualiter in alimẽtationem personæ & sua authoritate posit ab initio interuenire pecunia. Aliorum sententia est quod etsi tantum libero consensu & beneuola voluntate superioris seruetur pensio ipsa tamen cum sit mera temporalis & posit laicis concedi sicut & decimæ conceduntur, poterit ipsa pensio annua ex aliquo beneficio proueniens & debita vendi, & hac ratione cum certa summa pecuniæ ab onere pensionis liberabitur. Huius sententiæ est Præses Caietanus in opusculis & idem vult Panormitanus de præbendis & dignitatibus. cap. dilecto. dicens quod pensio est merè temporale pecunia æstimabile & redimibile ex quo non est annexa alicui spirituali. Nec soluens pensionem hoc facit propter beneficium ecclesiasticum receptum, sed propter ordinationem superioris volentis releuare in illa pensione resignantem propter obsequium quod illi ecclesiæ contulit, propter quod in bullis pensionum apponitur, si non annuam persoluerit pensionem beneficium fit tuum scilicet cui debetur pensio ipso facto de resignatione extra. de rescriptis. cap. 4. in Clementinis.

d. Nodic[illegible] benef[illegible] in resignationib. aua- ra multorum detegitur cupiditas, qui ita paciscuntur, vt sibi reseruent pensiones beneficij prouentu vberiores & securiores, quo de causa cie[illegible] qui vbe neficium consequatur, talia promittit simoniacus est cum huiusmodi pactum sit illicitum. c. cum cleri. de pac. i. iun[illegible] [illegible] glo. vlt. tale enim pactum cum [illegible] non valet. c. prohibemus. de cens. c. [illegible] de præb. quoniam etiam si tale pactum esset iuramento tamen [illegible] super eo interpositum, non teneret. text. est in c. sp. grauen. de cens. & in c. sua nos. de iureiur. hanc opin. sentit: gl. in d. ca. cum clerici. in glo. 1. & in gl. vlt. vbi [illegible], quod clerici qui maiores solito soluere promittunt pensiones, vt facilius ecclesias consequantur appellatione cessante, ecclesiis tali[illegible] acquisitis spoliari mandantur.

Quinta via collationis & prouisionis beneficij est per

canonicam

canonicam permutationem,dupliciter quidem fieri poteſt beneficiorum & prębendarum permutatio,primò interueniente aliqua pactione etiam de minima re & ſic non licet, vnde Vrbanus tertius ita decreuit generaliter itaque teneas quod commutationes præbendarum deinceps fieri non poſſunt, præſertim cum pactione præmiſſa quæ circa ſpiritualia vel connexa ſpiritualibus labem ſemper continet Simoniæ.[c] Hæc ille. Et qui ſic permutant ſua beneficia propria ſola authoritate,ea perdunt vt habetur in cap.Cum olim.de rerum permutatione [f] Aliter fieri poteſt permutatio de conſenſu ſuperioris [g] & ſic licita eſt ex cap.ad quæſtiones. de rerum permutatione.modo ſequantur ea quæ illic dicuntur quæ tria ſunt.

c De rerum permuta cap. quæſitum.

f Permutatio beneficij cum bonis vel officijs temporalibus, Simonia eſt c de rerum permut.

g Permutationis perfectio ad Epiſcopi conſenſum referenda eſt: & eius authoritas omninò exigẽda, quemadmodum paſſim tra ītur, & præcipuè per gl. Abb Imo. & Ranc. in d. cap. cum vniuerſorum. & in cap. cùm olim. de rerum permutat. Dec. conſ. 141. col. 1 gl. & doc. in clem. de renunc. D. Tho. 22. q. 1. Boniſa. ex Car. in clem. vna. de rerum per[mutatio]ne.nu. 86. nam renunciatio beneficij eccleſiaſtici fieri nequit ſine authoritate Epiſcopi. cap. niſi cum pridem. eod. de renunt.

Primum quod de duabus parrochialibus eccleſiis poteſt per ſe fieri permutatio,vbi gloſſ.per ſe,id eſt ſeparatim ſine poſſeſsione.

Secundum quod cum illarum Eccleſiarum parrochiaaltera in prouentibus plus abundat poteſt fieri commutatio poſſeſsionum ſive redditũum refundendo in pecunia & ſupplendo donec in huiuſmodi prouentibus veniatur ad ęqualitatem & quod hoc liceat probatur à ſimili,nam princeps poteſt rem eccleſiæ immobilem per permutationem acquirere data re meliori vel æquali, vt dicitur de rerum permutatione.cap.primo.

Tertium eſt quod ſic tamen eccleſiarum fiat commutatio aut prouentuum quod illi contractus nequaquam ſibi inuicem miſceantur, id eſt prouentus inter ſe commutentur & eccleſiæ inter ſe, ſed non prouentus cum eccleſia, ideò permutans vnam eccleſiam cum alia ſi quærit refuſionem pecuniæ ratione iniuriarũ ſpiritualium, de quibus ſua eccleſia plus habet quam alia puta maiorem authoritatem adminiſtratione ſpiritualium aut ius patronatus eſt Simonia. His præmiſsis occurrente cauſa rationabili permutationis ſcilicet vtilitate eccleſiæ cum quis maius proficiat in alia eccleſia quam in ſua vel vtilitate perſonæ ſine præiudicio ſuæ eccleſiæ vt ſi ſit ſuæ eccleſiæ inuiſus & minus gratus aliis autem erit gratior omnibus,aut ſi quis moleſtetur in aliquo beneficio in quo habet ius acquiſitum & valet

permutare

permutare illud cum alio pacifico, poterunt commutaturi super hoc colloqui & suam mentem explicare ac desiderium superioris beneplacito & arbitrio omnia disponenda relinquẽdo, [h] nempe inter manus superioris liberè ac sine fraude illa resignando, vt vult Bonifacius 8.extra de rerum permutatione cap.Vnum.in 6. Aliter permutatio fieri non potest sine superioris consensu, uam dato quod vnus illorum possit beneficium suum resignare, non potest tamen alium instituere tum etiam quod permutatio attentata sine consensu superioris videtur ex cupiditate lucri magis quam ex animo proferendi procedere propter quod Symoniaca videtur.

Sexta prouisionis canonicæ beneficij ecclesiastici via est per transactionem.

Licet in spiritualibus & beneficiis transactio propriè dicta licitè interuenire non possit vt aliquod temporale pro spirituali detur,est enim transactio pactio non gratuita qua aliquid datur vel retinetur,vt à lite recedatur nam vt habet glossa de transactionibus in principio tituli. Transactio est de re dubia lite incerta, pactio non gratum, per hoc enim ab amicabili compositione propriè dicta differt tamen nam largè sumpta licita inuenitur,vbi enim duo habentes titulũ probabilem super vno & eodem benficio & contendunt de eodem possunt prudentum authoritate inter se transigere vt vnus habeat beneficium & alteri pensio perpetuò assignetur,vt expressè habetur in capitulo Nisi. de præbendis & dignitatibus.Nec talis tunc vendit ius suum pro illa pensione sed suo iuri cedit pro pace habenda & accipit pensionem quadraginta librarum,pro temporali sibi ex illo beneficio probabiliter debito & non pro cessione beneficij, nec illic interuenit compositio de dando spirituali pro spirituali,sed magis de dando temporale pro temporali probabiliter debito.

Septima via prouisionis canonicæ beneficij ecclesiastici est per iura vacationis prouisionem per literas Apostolicas factam. Quæ secus fiunt beneficiorum collationes simoniacæ,irritę & restitutioni obnoxiæ declarantur,vt sequenti capite enarrabitur.

h Clericus habens beneficium quod est de iure patronatus laicorum illud remutare nõ potest sine consensu patroni, vt voluit Inn. in c.fi.de renun. & hoc merito tenendum dicit Abb.in c.significatũ. de præb. idem dicitur de permutatione. Quia permutatio ecclesiarũ ad quas laicus competentes patronat' facta in Romana curia, sine mentione iuris præsentandi laicorum nõ valet.Dom.in c.de rerum permut in 6.col.fi.vers. quod si fiat permutatio. Gald. cons.11.in rub. de rerum perm. in 5.& Bellam. decis. 179. & decis.182.

i Hoc expressè patet.extra. de renunciation.2. in 6.& de præbend & dignit c 4. & per varias alia capitula lib eod. vnde Papa intelligit prouideri a se nominatos, & per literas suas beneficia vacantia commendatos personis idoneis, & secundum merita, vt patet extra. de præb.& dignit c.30.& 36.

DE SIMONIACA BENEFICIORVM POSSESSIONE ET SIMONIACORVM POENIS.

CAPVT SECVNDVM.

§ I.

Simoniaca hæresis & pernicies.

INVITI iterum ad fœdissima Simoniæ perrimanda vulnera ducimur, ne priora tantum degustasse sufficiat, sed huius mali lues ideò periculosior quod magis in Ecclesię membris iamdudum irrepserit, in quã tot dosibus, tot purgationibus, tantísque phlebotomiis animaduersa est sacra generalis Synodus Tridẽtina. Acriter itaque stimulabuntur Simoniaci ex huius vitij turpitudine & perniciæ ad frangenda illa nequissima pacta rem spiritualem pro temporali exigentia. O graue vulnus Christi ecclesiæ inflixum, ô perditissima tempora! Dicant isti omnes an non satis supérque intellexerint toties repetitum à Christo domino, gratis accepistis gratis date: Tanto ariete euertentur & funditus solo æquabuntur omnia quę precio in ecclesia struũtur. Seriò prohibet Christus vt sicut gratuito munere adepti sunt gratiam, ita & illam aliis vicissim communicent, ast nihil confertur, nihil ęlargitur, nisi questus & vilis lucelli gratia. Eiiciantur, pellantur, ruderibus & fustibus ab ecclesia Christi, isti nundinatores simoniaci qui officia & beneficia ecclesiastica vendunt, reuendunt, mutant, commutant, mercantur dispartiunt, haud secus quam fundum aut bouem quempiam quorum passim magnus ac frequens numerus occurrit adeo vt perpauca & rarissima ecclesiastica beneficia gratis idque idoneis & dignis dispensentur, de his tam ementibus quam vendentibus pecunia, vel alio precio pecunia æstimabili, tale iam olim protulit Spiritus sanctus decretum, &

a Simonia est studiosa voluntas, emendi, aut vendendi aliquid spirituale, vel spirituali annexum. Anan. in ru. de sim. nu. 2. Alexa. de Neuo. cons. 4 & Beran. 251. lib. 6. & Alex. cons. 2. & Natta. cons. 299 & Dec. cõs 118. Addũtur autem in deffinitione particula illa emendi & vendendi quia vera simonia nunquam committitur nisi concurrat exactio, vel promissio, illa verò quæ precibus & gratia fit, non est propriè simonia nisi preces fiant, illa mẽte & intentione. vt notoriè indignus præferatur digno. Et ita tenent communiter doctores, vt dicit Gomes. super reg. Cancel. de triennali possess. q. 12.

Actuum 8. b Episcopalem dignitatem eme re voluit Simon Magus, vt cuicunque manus imponeret, acciperet Spiritum Sanctum in quẽ hæc iusta lata est sententia pecunia tua tecum sit in perditionem. A quo nomen istud scelestissimi flagitij ortum est, quã uis apud Græcos minime reperiatur, nisi quod Tarasius in sexta Synodo vocat Caiaphaicum studium, & Simoniacam machinationem, ad sens alienum esse à dignitate sacerdotali. Si verò nostri temporis rationem habuerimus te triore aut obscu riore vten tum erit nomine in huius fœdissima hæresis vitupe rium. Quod si huius exitialis temporis rationem habeamus Simon ille non erit cum nostra tempestatis in iu stitia comparan dus, imò vix di cendus Simonis... cum Augu stinus ... il lum magis pote statem ambitio ne ... spectas se, quàm pecu niam. Deinde vi ... dicit ... im po.

iudiciariam sententiam pecunia tua tecum sit in perditionem Vox profecto quæ mihi talia consideranti vocem faucibus hærere facit, quæ perditionem deplorandam animi simoniacè bona spiritualia ambientis minatur & certò promittit. Sed hoc lugubrius est quod indies magis grassetur hæc pestis, & subdola arte hoc nefarium crimen obnubiletur, nam licet Ecclesiasticę dignitates publicè non vendantur plurimæ tamen largitionibus ac pollicitationibus adipisci consueuerunt. Hæc de sacerdotibus aut episcopis vetus querela est quam hic renouare non est huius instituti præsertim hisce temporibus quibus malis sacerdotibus nullus habetur honos & boni quoque contemnuntur à laicis. Si proficit admonitio satis admoniti sunt in scripturis canonicis ac veterum doctorum scriptis in ipsis deniq; Pontificum decretis nihili religiosius cauetur quam simoniaca illa venatio. Vincat auarum illud congerendi desiderium Christi paupertas, humilitas ambitionem opprimat, propinquitatis affectum charitas sponsæ Christi. Si princeps obtrudit illum cui fauet sit tibi prior summi principis ratio. Intrent per ostium qui sacra adita venerari cupiunt Quid mirum est si vir Ecclesiasticus concubinarius sit, & alter ludendo noctes diésque consumat, siquidem nummis Ecclesiæ munera sortiti sunt? & peccata mutuo applausu sese inuitant, peccata alia sunt aliorum pœnæ?

Nos cum maximo nostro incommodo experti sumus, quàm malè cedat reipublicæ quæ suos habet honores venales, virosque primarios ambitiosos. Audimus quotidianas querimonias deplorantium collapsam Christianam religionem, cámque ditionem quæ quondam complexa est vniuersum terrarum orbem, in has angustias esse contractam. Hoc igitur quibus ex animo dolet eos decet ardentibus asiduísque votis flagitare a Christo, vt digni operarij mittantur in messem & despectis huius mundi vilibus emolumentis ad hanc omnium pulcherrimam militiam toto incumbant pectore post breue tempus (quid enim hac vita fugacius) sempiternam accepturi coronam beatæ immortalitatis. Eia ergo sacerdotes in Christo dilecti veterem hanc circuitionem contractuum relinquite ad beneficia

expiscanda

expiſcanda vt ab illis ditiores conſulatis rei domeſticæ,hoc diuino & humano iure damnatur,curate ſaltem vt ſub paupere ſed honeſto victu animas veſtræ fidei commiſſas diuitiis ſpiritualibus locupletetis.Optimum & pingue ſacerdotium exiſtimate illud in quo multis laboribus, aſsiduis vigiliis,oui perditæ ſuccurritur. Arduum eſt ad quod adhortamur,ſed idem eſt facinus omnium pulcherrimum atque optimum.Imitatum eſt ſatis Annarũ,Caipharum, Scribarum & Phariſeorum munus,qui cœlum, terræ miſceant citius quam patiantur aliquid ſuæ authoritati quæſtuiſque decedere.Non refert quam numeroſus aut ſplendidus tibi grex obuenerit,ſed illud refert vt abſque velleris affectu & bonorum temporalium cupiditate Chriſto lucrum adferas. Eximiæ cuiuſdam philoſophiæ eſt nec dignitate muneris attolli,nec difficultate deiici. Si titillat honos, cogita, te nihil aliud eſſe quam diſpenſatorem, ſi terret difficultas, cogita etiamnum viuere ſummum illum paſtorem,qui non deeſt gregi ſuo vſque ad conſummationem ſæculi,cuius fiducia Paulus alioqui demiſſus gloriatur ſeſe poſſe omnia. Suis temporibus nec prece,nec precio, dabantur Eccleſiaſtica ſceptra,ſed tantum quibus fulgebat pietatis & virtutis dignitas, quia vt inquit Comicus virtute non fauoribus ambire oportet.

terit mente vetium hanſiſſe eum noſtri hodie non poteſtatem,non gloriã, ſed ſordidum lucellum hac arte quærant.

QVOT MODIS CONTRAHATVR SIMONIA

§ II.

SVPERIVS Simoniam diximus ſtudioſam voluntatem emendi aut vendendi quicquã tẽporale quod ſpirituali eſt annexum.Nomine autẽ emptionis [a] aut vẽditionis omnem commutationem intelligimus rei ſpiritualis pro temporali, non modo videlicet pecuniam in precio habendo, ſed aliam quamcunque imo preces quæ prætio æſtimari queunt & ſeruitia & affinitates, quoties in compenſationem ſumi poſſunt rei ſpiritualis. Vnde Vrbanus Papa.can. Saluator.1.q 3 quiſquis inquit. Quiſquis res Eccleſiaſticas non ad quod inſtitutæ ſunt, ſed ad propria largitur munere linguæ, vel obſequij, vel pecuniæ, vel adipiſcitur Simoniacus eſt per quæ tria munera omnis res prætio

a Nõ ſolùm emptio aut venditio rerum ſpiritualium,ſed omninò diſpenſatio & permutatio non gratuita eſt Simoniaca. Hæc concluſio eſt S. Thomæ.q.100. art 1.ad 5.& Adrian.quodli. 9 ar.2. & Richar. in 4.diſt. 25 Palu.diſt 5. & Sylueſt. verbo per mutatio §.4.& fuit antiquiſſima

æstimabilis intelligitur secundùm philosophum 3. Ethicorum nomine pecuniæ [b] imò quicquid homines habent externa & omnia quorum domini sunt pecunia vocantur secundùm Augustinum de doctrina Christiana & habetur 2.q.3 cap. Totum. Ad quæ tria reducuntur metus & homagium affectus & consanguinitas, amor carnalis & acceptio personarum. Primum ergo vt de omnibus specificetur oratio, notandum quod in accipiendis vel dandis muneribus tria sunt maximè attendenda scilicet dantis & accipientis qualitas, quantitas, tempus donationis & numerus, item cum [f] Propheta dixerit Beatus qui excutit manus suas ab omni munere de illis donis accipiendum est quæ accipientis animum allicere vel peruertere solent, alias vt illic dicitur ordinatori & consecratori, electuarium vel de vino siue de aliis huiusmodi, quæ modici sunt pretij, & quæ voluntatem recipientis diuertere non possunt, rite dantur Hæc ibi. Munus verò à lingua plura complectitur temporalia & pecunia æstimabilia secundùm laudem ipsam quæ pertinet ad fauorem humanum qui sub prætio cadit, adulationũ quoq; qreuerentia, preces, quibus acquiritur fauor humanus & sibi contrariũ vitatur, & his mediis, qui promouetur Simoniacus est. Si autem pro digno preces porrigantur vt donator moueatur & disponatur à laude & excitetur precibus vt doctori donet non est Simoniacus quia rationabilis causa subest tale spirituale conferendi hócque licere ostenditur ex facto Gregorij qui in quadam epistola ad Petrum episcopum sic scribit, Latorem præsentium per intercessionem vestræ sanctitatis accolitum facimus. 1. q. 1. latorem. Et cap. seq. ad Eliam presbyterum & Abbatem, filium vestrum Epiphanium mandastis vt ad sacrum ordinem promouere deberemus, & diaconus quidem factus est & in fin. cap. dicitur quod illæ præces reprobantur quæ affectu carnali porrectę fuerunt, sed valent cum in certum testimonium adhibentur veritatis. Munus autem à manu aut ab obsequiis non sic præbet certum. testimonium de promouendo, sed magis præ se fert cupiditatis speciem recipientis intuitu: Hic ergo audiendus est diuus Thomas tria respondens. Primum quod in collatione sacerdotij munus

principaliter

b Pecuniæ nomen latè ad omnes fortunæ causas extenditur, non solum enim, vt inquit Vlpianus numeratam pecuniam complectitur, omnem pecuniam, hoc est, omnia corpora, nam corpora quoque pecuniæ appellatione continentur l. 178. ff. de verb. sign. Pecuniæ nomine (inquit Hermogenianus) non solùm numerata pecunia sed omnes res, tam soli, quàm mobiles, & tam corpora, quàm iura continétur. Id etiam voluit August. in lib. de disciplina Christianorum. Tertium (ait) quodquod homines possident in terra, omnium quorum Domini sunt pecunia vocatur seruus, vas, ager, arbor, pecora, ista omnia vno nomine pecunia. Iccirco non vno loco nomine omnem substantiis comprehendatur. At cũ in angustum contrahatur pecuniæ nomen, ad numeratum continetur quæ pondere numero & mensura consistunt.

principaliter à lingua vtendi puta vel laudem aucupari, ac perinde humanum fauoré vel preces [c] aut ex quibus idem fauor acquiritur aut contraria inuidia vel odium cauetur simoniacam labem contrahit. Quod si contra quis arguat: Qui dat propter laudes aut precibus victus gratis dat, quare neq; pœnas incurrit iuris, decipietur si exactius prędicta perpendat. Non enim D. Thom laudis intentioné etiam si sit principalis nec precũ causam simonię simpliciter tribuit sed quando per hæc aliquod emolumentum temporale prætio æstimabile contenditur vt si episcopus sacerdotium regis famulo aut eius precibus ductus conferat qui se apud regem laudibus efferat quo homo possit pinguiorem præbendam venari, imò verò neque tunc est simonia, nisi quando id principaliter intenditur, cuius indicium est quando confertur indigno. His superaddit Sanctus Thomas 2. 2. q. 100. art. 5. idem esse quod aliquis det rem spiritualem pro aliquo obsequio [d] temporali exhibito vel exhibendo ac si daret pro pecunia data vel promissa, id est, sicut Simoniacum est dare spirituale pro pecunia sic pro obsequio temporali exhibito vel exhibendo ac si daret pro pecunia data vel promissa quod confirmatur authoritatibus in præmissis de triplici munere adductis.

Vnde Alexander 3. Simoniacum censuit quendam militem quod promisisset cuidam clerico dare Ecclesiam si quoddam negotium eiusdem promouisset in Curia Romana & ob hoc determinat talem promisionem continere simoniacam prauitatem vt patet de Simonia capitulo cum essent.

Notandum tamen est quod duplex dicimus obsequium ad quod collator beneficij potest habere respectum quoddam enim est particulariter ordinatũ in bonũ particulare alicuius, scilicet, dantis spiritualia vel suorum consanguineorum vel amicorum & de illo intelliguntur præmissa quod munus ab obsequio est seruitus indebite impẽso, vbi non capitur indebitè pro inhonestè vel contra debitum ex genere operis, sed capitur indebitè vt idem est quod non ex debito vel obligatione. Aliud est obsequium impensum in ecclesiæ vtilitatem & ad tale potest collator beneficij

 habere

[c] Si preces vel fauor (vt inquit à Victoria) vt solum resoluuntur, tanquam pretium in id quod temporale clarum est quod esset Simoniacum. Quia nil refert quod pretium detur mediatè pro re spirituali. Hæc est Inn. & Car. in c. cum de ætate & qualit. ord. idem dicendũ est de obsequio cum pecunia sit æstimabile, non quod in commodum temporale resoluatur.

[d] Obsequia illa quæ quæstus in beneficij acceptione præstantur. Simonia non carent, si quidem seruire alicui prælato principaliter spe consequendi ab eo beneficium ecclesiasticum etiam non accedente expressa pactione, Simonia est, vt communis est doctorum scholasticorum, licet ea Simonia mentalis tantum sit, secundum Felin ibid. & Caietan. in sum in ver. simonia in fi.

habere reſpectum cum huiuſmodi obſequium in Eccleſiæ commodum cæteris paribus reddat ipſum dignius & ſic præferendum, vnde Gregorius Eccleſiaſticis vtilitatibus deſudantes dignum eſt remuneratione gaudere, & qui ſe voluntariis obſequiorum neceſsitatibus ſponte ſubiiciunt, dignè noſtris prouiſionibus conſolentur, & Concilium Agathenſe Clerici omnes qui Eccleſiæ fideliter vigilantérq; deſeruiunt ſtipendia ſanctis laboribus debita ſecundum ſeruitij ſui meritum per ordinationem canonum ſanctæ Eccleſiæ à ſacerdotibus conſequantur, & idem iudicium eſt de munere à lingua in vtilitatem Eccleſiæ impenſo, vt ſi quis aduocatus defenderit iura & cauſam Eccleſiæ, ſimiliter de munere à manu vt ſi quis bona contulerit Eccleſiæ nam huiuſmodi obſequiis licitè mouetur collator, illis alioquin idoneis beneficium conferre ſicque poterit aliquis obſequi Eccleſiæ hac ſpe & intentione quod aliquando promouebitur ab ea, aliunde tamen idoneus inuentus dummodo principaliter ad hoc ſeruiat nec ducat in pactum vt habet gloſſ. 61. diſt. cap. Quid proderit, & de pactis. cap. captum. Et de Symonia cap. Tua nos vbi dicitur quod in ſpiritualibus omnis pactio & conuentio ceſſare debet. Quum in hanc deciſionem de precibus inciderimus, altera eſt nobis euoluenda quæſtio. Vtrum collatio metu extorta [c] ſimoniaca ſit ita vt qui beneficium tale recepit, reſignare ipſum teneatur. Dominicus de Soto vir ſui æui lampas reſpondet quod etſi metu conferre indignò peccatum ſit ex genere ſuo mortale, digno verò, nonnulla etiam culpa, quia collatio non fit legitimo fine, neutrum tamen eſt Simonia, quoniam dare metus cauſa, non eſt dare pretio. Nam etſi quis pretium daret ad propellendum metum, nihilominus qui metuit nil recipit. Imo verò nec ſacramenta conferre propter metum vllo condemnatur iure, vt ſi quis metu confeſsionem audiret. Nec verò vulgò talis Epiſcopus haberetur Simoniacus. Sed tamen quando ille metus incuteretur, qui eſſet modo expoſito pretio æſtimabilis tunc eſſet Simonia, vt ſi rex vel eius aulicus comminaretur Epiſcopo quod niſi Sacerdotium tali perſonę conferret de gratia regia excideret, neque ad altam eſſet aſcenſurus

[c] D. Bonauentura 4. d. 25. tenet quod dare beneficium ratione timoris eſt Simonia, Durandus pariter diſt. 25. q. 4. dicit quod etiam ſi det digno, quo ad Deum eſt Simonia. Idem dicit Adrian quod lib. 9. art. 2. & propenit non ſolùm ratione timoris de malo temporali, ſed etiam ratione indignationis, vbi habet. Angelus verbo Simonia. §. 3. & maior. expreſsè d 25. q. 3 & 5. Tho. in 4. d. 25. q. 3. ad 3. dicit quod ſi ſpiritualiter mouetur, propter timorem manifeſtè eſt Simoniacus.

ſcenſurusſedem. Qui enim tali metu Sacerdotium conferret, id ad venandum epiſcopatum faceret, ac perinde ſimoniacus eſſet. Secus ſi metus ei incuteretur amittendi vitam aut temporalia bona quæ poſsidet,nam tunc metuens nullum habet reſpectum lucri.

Quantum ad munus homagij attinet etſi inter munera manus complectatur,de eo tamen ſpecialiter dicitur quod eius interuentu Simonia incurritur, nam Alexander 3.dicit quod homagium cum iuramento fidelitatis facere pro ſpiritualibus habendis Simoniacum eſt & diuinis ac humanis legibus contrarium, De Simonia. cap. Ex diligenti, quemadmodum & qui aliquod beneficium alicui impartitur hac conditione vt debitum ſuum ab illo recuperet,licèt nihil ſperet alienum,Simoniam committit,vt vult Sanctus Thomas in 4 Sententiarum diſtinct.25. art.1. ad 2.q.3. Omnium autem Simoniacorum vſitatiſsimum genus eorum eſt qui gratis conferunt ſpiritualia propter conſanguinitatem [f] vel carnalē affectum præcipuè quæ quidem collatio pernicioſa eſt & illicita non tamen læthalis quia hic nihil accipitur nec hoc pertinet ad contractum emptionis vel venditionis, ſi tamen aliquis dat beneficium Eccleſiaſticum alicui hoc pacto vel intentione vt exinde ſuis conſanguineis prouideat eſt manifeſta Simonia de talibus exclamat Michæas, Væ qui ædificatis in ſanguinibus, & Hieronymus talium duplicem defectum deplorat vt refert Gratianus vnum omiſsionis magis idoneorum in collatione beneficiorum, alterum commiſsionis Simoniacè promouendo vel illicitè ſcilicet quos ipſi amant vel quorum obſequiis deliniuntur vel pro quibus preces funduntur vel qui munera offerunt. Hæc poſſent induratos & adamantinos animos reuocare ab hoc infami Simoniæ ſcelere ſi aliquod reſipiſcendi nobis adeſſet conſilium ſed nos excæcati in malitia congratulamur nobiſmetipſis in peccatorum profluuio.Intelligamus ſaltem vt liberiùs deterreamur ab hac voragine in Simoniæ admiſsione nos duo grauiſsima committere peccata, in religionem quippe per ſacrilegium peccatur & in iuſtitiam per furtum, ſacrilegium in hoc ſubſiſtit quia rei ſacræ ea fit iniuria vt vendatur quod nulla

f Hic locus ſuperiore capite diſcuſſus eſt,cui tamen cum F. à Victoria vltimam metam dare poſſumus hac concluſione.Cōferre beneficium ratione conſanguinitatis non eſt Simoniacū. Hac S. Tho. q. 100.art.5.ad 2. vt ſuperiùs diximus,hinc infirmatur ſententia Bonauentura.diſt 25. aſſerentis collatio. nō ſpiritualem ratione conſanguinitatis eſſe Simoniacam Et fuit opinio Pariſienſ. vt recitat Altiſiodor c. vnico. vbi reprehendit Inno 3. Archiep.Mediolanenſem quod beneficium contuliſſet in fauorem carnis. Dicamus ergo quod cæteris paribus prouidere conſanguineis, non eſt peccatum de coha'it. cler. & mul. c. poteſt & verb. Simonia.§. 16. ſaltem ſecluſo ſcandalo.

nulla potest æstimari pecunia. & si æstimari posset, venditur quod diuinæ liberalitati alienum est, iuxtà illud Christi propositum [i] Gratis accepistis gratis date, vnde sequitur esse furtum & contra omnẽ iustitiam. An vero hæreticum sit in quæstionem vertitur [g] Gregorius. certè hoc nomine non semel ea in re vtitur multique authores detestationem tanti criminis vocarunt hæresim, sed horum argumentis sanctus Thomas bifariã respondet. Primo quod etsi Simoniacus non sit propriè hæreticus, quoniam absque intellectus errore quis potest præ auaritia in hoc vitiũ labi, tamen re ipsa, & facto profiteri videtur dominiũ spiritus sancti esse penes homines, qui est hæreticus error, atque hoc quidem respõsum amplexus est Gratianus [h] in canone ventum. 1. q. 1. Secundò ac si non satis sibi hoc placeret dicit S. Thomas Simonem Magum, prærerquam quod voluit Spiritum Sanctum emere, hæreticum fuisse, in eo quod credidit mundum non fuisse adeo creatum. Attamen propter hoc Simoniaci non dicerentur hæretici, quo tamen ferro crebrò inuruntur iniure. Et ideò forsan dicendum est quod Simon ille propterea voluit Spiritum Sanctum emere quod credidit esse venalem, & pretio posse ab Apostolis dari, quodquidẽ Apostolica responsio palàm docet, *Pecunia tua tecum sit in perditionem quoniam donum Dei existimasti*, hoc est, credidisti *pecunia possideri*. A qua porrò hæresi, tanquã à proprio fonte vitium ipsum nomen contraxit, vt omnibus constet quod Simoniaca hæresis [k] cæteris damnabilior, existit. Cætera optimi viri conscientia docebit, vnicuique enim datus est optimus genius ad effugãdas peccatorum Scylas.

[g] Gregorius li. 7. Epist. 100. 113 & lib. Epist Epist. 55. Tarralius in exempla. ad Adria. quod est apud Gratian. 1. q. 1. can. 101.

[h] *Primo Latini canones & scriptores hoc detestandum scelus vocant, vel absolutè hæresim, vel cum additamento, simoniacum & simoniacos hæreticos. Sic Gregorius Magnus ad reges Francorum sic Turonense concil. can. vlt.*

[i] *Hic referendum est quod Tarasius ad Episcopum Romanum Adrianum scribit. Is enim nostros Simones qui prouentum sanctum quærũt non esse simone similes, sed Macedoniano peiores qui dicebant Spiritum Sanctum esse creaturam. Nam quẽ creaturam iudicat rẽ aliquam saltem eo nomine non despicit; simoniacus autem constituit se se ũ Dominum nec tantum spiritum sanctum creaturam, sed suæ potestatis esse ducit quem pro sua libidine suum addicere ac prodere valeat.*

DE SIMONIACORVM POENIS.

§ III.

IVRIS Pontificij authoritate quatuor Simoniacis præscribuntur in iure pœnæ. Prima vt restituat quidquid per Simoniam acquisiuit. 1. q. 1. can. audiuimus. & can. presbyter, hæc certè pœna iuris est naturæ propter admissum in Simonia furtum. Secunda est excommunicatio, extrà de Simonia & q. 1. can. reperiuntur. Tertia est suspensio ab ecclesiastico officio eadem causa, & quæstione, extra de Simonia. Quarta

est

est infamia 13.q.3.cap.ſanè. Intelliguntur autem omnes hæ pœnæ de reali Symonia, mentalis [a] enim ſiue emendi aut vendendi propoſita intentio etſi peccatum ſit ac proinde vt diluatur pœnitentia egeat, excommunicationi tamen aut ſuſpenſioni non eſt obnoxia nunquam enim eius generis pœnæ infliguntur niſi cum res exit in actum etiamſi infamia non carere videatur qui affectu Symoniam admiſit quamuis non ſequutus ſit effectus, obſeruandum autem excommunicationem non tantum in eos cadere, qui contrahunt ſed in teſtes etiam conſiliarios, ſcribas, ac omnes denique qui quouis modo eiuſmodi facinus promouent.

In hos itaque clancularios Simoniſtas & qui certis mediis ſpiritualia vendunt ſeuerè ſed iuſtè animaduertunt Pōtificum decreta. Calixtus [b] eos omni dignitate indignos damnat Paulus 2. ipſo facto ſuorum ordinum executione ſuſpenſos facit. [c] Beatus Ambroſius in monaſterium tales ſub perenni pœnitentia retrudit.

Alexander Papa tertius [d] de cetero ſtatuit vt ſi qui in poſterum ab eo quem Simoniacum eſſe non dubitat ſe conſecrari permiſerit & conſecrator & conſecratus non diſparem damnationis pœnam ſubeant ſed vterque depoſitus pœnitentiam agat & priuatus propria dignitate perſiſtat. Mediatores vero tam turpis & nephandi dati & accepti ſi clerici à proprio gradu excidāt, [e] ſi laici anathematizentur.

Innocentius 2. Si quis (inquit) præbendam vel prioratum ſeu decanatum aut honorem vel promotionem aliquam Eccleſiaſticam ſeu quodlibet ecclaſiaſticum ſacramentum vt puta Chriſma vel oleum ſanctum & conſecrationes altarium vel eccleſiarum interueniente execrabili ardore auaritiæ, per pecuniam acquiſiuit, honore male acquiſito careat, & emptor atque venditor & interuentor nota infamiæ percellantur. [f]

Innocentius 3. [g] ad Tholetanum Archiepiſcopum ſcribens de epiſcopo Lexouienſi diffamatum eò quòd fuerat Simoniacè electus quod ſi manifeſtum ſit declarat & definit quod tam ipſe quam electores ſymoniaci ſunt ab altaris miniſterio perpetuo deponendi.

Chalcedonenſe Concilium ita diffinit ſi quis mediator

a Mentalis [?] nuſquam quidem à censura Eccleſiaſtica ſed habetur nihilominus aliquando ſuum iudicem Deum. Ea autem prauo ac ſiniſtro mentis oculo perficitur, & trifariam diuiditur. Prima eſt quando clericus aut cliens aliquod obit munus impoſitum intentione, & cupiditate conſequendi quodpiam ſpirituale. Alteram cēſent eſſe, quando vtriuſque voluntas æquè corrupta eſt, vt & ille pretium ſit offerre paratus, & hic non reiicere, attamen nullum eſt iudicium quod prodat latens venenum. Tertia ſpecies eſt, quādo iam contrahunt & paciſcuntur, ſed vt ſic re infecta diſcedunt.

b 1.q.1.c. ſanctorum.

c extra .c. cum detestabile.

d 11.q.1.c. reperiuntur.

e Generale conci. Lateranenſ. canon. ſi quis. 1. q. 1. c. ſi Epiſcopus.

f 1.q.3 c vlt.

g De Simonia c. de hoc autem.

tam turpibus & nephandis datis vel acceptis extiterit anathematizetur,[h] decernentes omninò vt quicũque deinceps pro accipienda diuina dignitate domi quodlibet præmium detectus fuerit obtulisse ex eodem tempore se nouerit anathematis opprobrio condemnatum atque à participatione corporis & sanguinis Christi alienum. Ex quo constat (vt inquit Ambrosius) illum execrabile perpetrasse flagitium.

Paulus Papa 2. in extrauag. communi quæ habetur titulo de Simonia Romæ edita anno 1464. excommunicat papali excommunicatione sic quod non possint absolui præterquam in mortis articulo, omnes & singulares qui quomodolibet dando [i] vel recipiendo Simoniam commiserunt aut vt fieret mediatores extiterunt seu procurauerunt talia pacta.

Concilium Constantiense [k] sub Martino 5. excommunicat ipso facto omnes dantes & recipientes Simoniacè sacros ordines, beneficia vel officia Ecclesiastica ita quod tam dantes quam recipientes in Simonia ordines vel beneficia sunt ipso facto à Papa excommunicati, etiamsi Pontificali aut Cardinalatus præfulgeant dignitate.

Sacri Concilij Tridentini [l] patres vetant omnem in sacris rebus nundinationem, & collatores beneficiorum hortantur ne deinceps conferant nisi idoneis, repulsa omnis Simoniæ seruitute.[m]

Quod autem diuina flagella temporali pœna vlciscantur Simoniacorum arrogantiam testis est Giesi qui gratiam sanitatis Naaman Syro vendidit 4. Regum 5. Gregorius Nazianzenus hoc vnum cum duobus aliis exemplis proponit de pœna temporali Simoniacis diuinitus inflicta. 1. q. 1. Qui studet. Vnde sacrum generale Concilium Lateranense cap. 63. talem maledictionem imprecatur & promittit Simoniacis dicens Firmiter statuentes vt pro his scilicet ordinibus & beneficiis ac aliis spiritualibus conferendis siue collatis nemo aliquid quocunque prætextu exigere aut extorquere præsumat, alioquin & qui receperit & qui dederit huiusmodi pretium omnino damnatus cum Giezi & Simone condemnetur.

Ciuitatum ruinam & euersionem prædixit Propheta Micheas

h 1. q. 1. cap. reperiuntur.

i Anathema danti Anathema accipienti. 1. q. 1. quicunque. 1.

k Conci. Cõs. Sess. 43.

l 22. Sess. c. 1.

m Ex S. Concilij Tridentini canonibus Simonia penitùs euellitur. Sess. 24. c. 5. vult tamen inter cætera, vt in contrahendo matrimonio, vel nulla omninò detur dispensatio, vel rarò idque ex causa, & gratis concedatur. Rursus quamuis Simonia sit clericos pro funeribus exigere precium, possunt tamen secluso scandalo, pro sustentatione pacisci. Verùm quæ spiritualib. antecedenter sunt annexa, absque Simonia venduntur, si nihil plus capiatur ratione consecrationis. Quædam tamen vix æstimantur nisi ratione eius q spirituale est. Hinc malum capitulis tantum est, ne pro chrismate aliquid exigatur.

Micheas ob hoc deteſtabile Simonis facinus, Iudices eius in muneribus iudicabant, ſacerdotes eius in mercede reſpondebant, & Prophetæ eius in pecuniis diuinabant, idcirco propter vos Sion quaſi ager arabitur, & Ieruſalem vt cuſtodia pomerij erit gloſſ. cuſtodia Pomerij: collectis pomis deſeritur, oſtendit itaque Propheta propter huiuſmodi Simoniacos Ieruſalem fore deſtruendam. Experientia edocti ſumus pariter Simoniacos omnes exitialem ſemper ducere finem exemplo Iudæ qui poſtquam omnium redemptorem vēdidit laqueo ſe ſuſpendit [n] auida ſtigiis canibus præda, vt verax ſit Petri in Simonem Magum ſententia. Hinc Gelazius Papa. Quos conſtiterit indignos meritis ſacrā mercatos eſſe pretio dignitatē conuictos oportet arceri non ſine periculo facinus tales perpetrantes, quia dantem pariter & accipientem damnatio Simonis quàm ſacra lectio teſtatur inuoluit. Si quis (inquit Gregorius) iniuſto cordis amore, vel ſordidis precibus vel manuali ſeruitio ſiue fraudulento munuſculo epiſcopalem ſeu ſacerdotalem non lucro animarum ſed inanis gloriæ auaritia fultus dignitatem acceperit, & in vita ſua non ſponte reliquerit cúmque mors inſperata pœnitentem non inuenerit proculdubio in æternum peribit. [p] Alexander Papa 3. In Concilio Turonenſi. Quiſquis (inquit) contra hoc decretum attentare præſumpſerit tam ille qui dederit quàm ille qui receperit vel conſentit partem ſe cum Simone non dubitet habiturum. [q] Et Concilium Lateranenſe, Si quis contra hanc prohibitionem Simoniæ venire præſumpſerit portionem cum Symone & Gieſi nouerit ſe habiturum. [r]

n Matt. 27.

o Gregor. 1. q. 1. cap. quos conſtituerit.

p *Ex hoc canone probatur haberi quod etiam ſine peccato exteriore, ſed ſolum munere dato, vel obſequio etiam: aut precibus conſequutus Epiſcopatū, tenetur reſignare. Idcirco Adrianus ex iure diuino eſſe dicit obnoxiū reſtitutioni quod Simoniacè acquiſitum eſt, ſiue ſpirituale, ſiue temporale Armach lib. 10. c 23 tenet adhuc latius, quod non ſolum ſi Simoniacè, ſed ſi ambitioſa hypocriſi peruenerit: quod ad ſacerdotium nullum titulum acquirit, & tenetur reſtituere quia non intrat per oſtium, & per conſequens eſt fur & latro.*

q De Simonia c. nō ſatis.

r eod. tit. cap. cum in eccleſiæ, & c. ſi pro certo.

DE SIMONIAE RESTITVTIONE.

§. IIII.

PRÆTER Franciſcum à Victoria in ſuis relectionibus Theologiæ [a] præclari quamplurimi authores, huius paragraphi ſeriem complexi ſunt. Caietani, Paludani, Altiſiodorenſis, Hadriani, Durandi, Nauarri, Dominici & Petri de Soto, Metinæ, Cani, Lopeſij, & Thomiſtarum omnium de his eximia & eruditiſsima extant conſilia, quæ ſedulus lector reuoluere poterit, ne tamen indonatus ab hac materia

a *Authoribus qui de Simonia aliquid ſcripſerunt adde re poterit gl. diſt. 1. q. 1. eu prin. Alex. alenſ. 2 p q. 100. Richard. Bona. Gabriel. ac omnes fere ſcholaſticos. 1. 4. d. 2 5.*

recedat nos breuem hác decisionem superstruemus. Quicquid per Simoniæ contractum acquiritur, siue pecuniario pretio [b] siue munere alieno perinde valēte restitutioni subiectum est, videlicet neque ipse posset venditor pretium, neque res emptor retinere. Nullus enim vt (inquit) Diuus Thomas 2. 2. q. 100. potest licitè suo vsui addicere id quod contra voluntatem Domini acquisiuit, qua scilicet voluntate dominus irritat huiusmodi acquisitionem, puta si aliquis dispensator de rebus domini sui daret alicui contra voluntatem & ordinationem Domini sui, ille qui acciperet licitè retinere non posset, dominus autem cuius Ecclesiarum prælati sunt dispensatores & ministri ordinauit vt spiritualia gratis darentur secundùm illud Matthæi, Gratis accepistis gratis date, & ideo qui muneris interuentu spiritualia quæcunque assequitur ea licitè retinere non potest, totum enim ius Canonicum id conclamat vt patet canone citato, Si quis episcopus. vbi qui dignitatem per Simoniam emit ab eadem debet esse alienus & c. presbyterum. ead. cau. & q. qui per pecuniam Ecclesiam obtinuerit priuari ea iubetur. Et è conuerso, cap. de hoc. de Simonia. regis qui vt in electionem consentirent accesserunt idem pretium restituere coguntur. Vnde ob huiusmodi obligationem ad restituendum temporale Simoniacè acceptum, non potest fieri eleemosyna de temporali Simoniacè recepto vt scribit Gregorius ad Euagrium episcopum. 1. q. 1. non est præsentandum. intellige autem hic de Simoniacè acquisito non posse fieri eleemosynam quando constat cui sit restituendum, aut enim datum est in odium eligentis vel promoti & tunc restituetur non ei qui dedit sed ei in cuius odium datum fuit, si vero datum fuit in fauorem spirituale accipientis siue per ipsum siue per alium nunquam est restituendum ei qui Simoniacè dederit vt docet sanctus Thomas, 22. art. 7. ad 2. dicens De eo quod est per Simoniam acquisitum potest fieri eleemosyna quia non est debitum ei qui dedit sed meretur illud amittere, nec potest repetere pecuniam quam turpiter & symoniacè dedit, licèt alius iniustè detineat, vt dicit idem Sanctus Doctor. q. 100. 22. art. 6. ad primum, si vero pecunia vel possessio vel fructus Simoniacè

Anth. 2. p tit. 1. c. 5. Astens l. 6. tit. 55. Viguer. c. 5. § 7. Angel. Kay. Pisa. Rosel. Tabie. Syluest. Caietan. Armil. & alij Summistæ in ver. Simonia.

b Pretium Simoniæ ne quis fallatur, oportet distinguere, nec enim intelligitur qualibet, vel memoria, vel gratia men[...] spectatus, vel exhibita occasio sed illud quod saltem opinione dignum, iustùm que putatur in commutatione, quodque emptorem adigit, qua si debuerem, atque ipsum venditorem cogere videatur ad rei spiritualis operam proditionem. Neque quicquã est vitii, si quis liberaliter prouideret quos sperat non fore immemores vel ingratos. Pretium igitur huius loci triplex esse potest. Primum nostri voca[...] à manu, quo intelligitur quicquid vllo modo in cõmutationem venire potest, vt sunt villa prædia, oleum, frumentum. Alterũ ab obsequio, & hinc congeruntur ministeria seruitia, & omnia aicus mana-

niacè sunt dati & accepti in iniuriam alicuius ecclesiæ restitui debent illi ecclesiæ in cuius iniuriam data fuerunt non obstante quod Prælatus vel aliquis de collegio illius ecclesię fuit in culpa, quia eorum peccatum non debet aliis nocere, si autem Prælatus & totum collegium sunt in culpa in quorum scilicet iniuriam, data est pecunia tunc debet cum authoritate superioris huiusmodi temporale sic symoniacè receptum vel pauperibus vel alteri ecclesiæ irrogari.

Quod si Prælatus aliquid [c] pro collatione rei spiritualis receperit etiam sine pacto credens illud in pretium sibi dari, profectò non magis dominium quam vsuras acquirit atque ideò restituere tenetur eidem qui dedit, si tamen postea resciuerit id non sibi datum in pretium retinere potest, At qui si quando confert beneficium, scit in pretium sibi munera esse impensa non tenet collatio. Si autem'q uando contulit non credebat sibi dari in pretium collatio ex parte sua tenet sed tamen si postea sciuerit ceu pretium sibi data restituere tenetur, & collationem constat ob inhabilitatem ementis fuisse inualidam & profectò in hanc sententiam firmiùs descendo quousque aliud à sapientibus euulgetur aut doceatur.

is opera Terciis dicitur à lingua qua claßis adulationes facetias mendacia, blanditias, & quicquid est talium nugarum, quod vel ore, vel stylo peragatur continet.

c Episcopus recipiens salarium iuxtà capitulū cum sit Romana, recipit intuitu laboris, Altisiodor. 3. p. q. pe. & de eleemosinis. & Bonauent. 4 d 25. q vlt. & Richa. ead d. q. 2. Sed his non obstantibus conclusionem statuit Fr à Victoria, non plus licere locare operas in administratione spiritualium, quam ipsa spiritualia, neque licet aliquid recipere pro labore spirituali, magis quàm pro ipso spirituali. Hæc est sententia Durand. 4. d. 25. q. 1. & Pal. d. 4. q. vlt. & Caietan 2. 2. q 100 & in sua summa & Sylvester de simonia. § 9. & cit. gl. vlt. extra. ne prælati vices suas. & c. fin. de pœn. Ex quo habet, quod vbi cessare debet conuentio, nō licet locare operas.

TEMPORALE PRO SPIRITVALI DATVR ET ACCIPITVR IN QVINQVE CASIBVS.

§ V.

ETSI nunquam spirituale pretio quouis venari liceat, licèt tamen temporale dare & accipere pro spirituali in quintuplici casuum differentia. Primo pro stipendio sustentationis, quod non solum licitum est imo debitum & à Domino ordinatum in vtroque testamento sic procuratio ministrantis spiritualia licitè exigitur. Vnde Innocentius, tertius Consultationi tuæ respondemus, quod nihil pro consecratione ecclesiarum potes vel debes preter procurationem exigere. Visitator tamen potest etiam procurationem suam recipere, vt vult B. Gregorius cap. Charitatem. 12. quæst. 2. Secundò licet accipere & dare temporale pro stipendio locatarum operarum, & hoc in

 illis

illis actionibus in quibus principale quesitum est temporale, & per accidens in quibusdam spiritualibus [a] vt postea dicetur.

Tertio datur licitè temporale pro spirituali, cum gratis datur siue per modum Eleemosynæ vnde de Symonia cap. Etsi quæstiones. ita scribitur. Si ipsa persona electa offerat ordinatori vel cōsecratori suo electuarium vel de vino siue de aliis huiusmodi quæ modici sunt pretij, ex quo voluntatem recipientis inclinare vel mouere non debeant, non consueuit Ecclesia Romana interpretari accipientem in his delinquere vel donantem. Et cap. Tua nos. tit. eod. de Simonia determinat Innocentius 3. Quod si quis clericus purè sine pacto vel conditione qualibet offerat ecclesiæ bona sua rogans humiliter vt in canonicum admittatur & bona sua retinere sibi liceat pro præbenda & clerici eiusdem Ecclesię purè cōsentiant huiusmodi receptio fieri potuit absque periculo Simoniacæ prauitatis. Quod autem sponte oblata temporalia pro spiritualibus liceat accipere docet 11. Tholetanum in cap. Quicquid, 1. q. 1. & Concilium 4. Carthaginense in cap. placuit. Hoc idem fatentur Gregorius & Concilium Bracharense in ca. Placuit. Verum quod vbi sic temporale gratuitè datur pro spirituali licet accipere, sed omni scandalo secluso & in his gratuitis sequenda est pia consuetudo à fidelibus introducta quam episcopus obseruari faciat vt ex Concilij Lateranensis habetur ca. Ad Apostolicam, de simonia. Cognoscitur autem quod gratuitè datur quando datur post factum, cum enim ante datur videtur quod gratia sequentis beneficij habendi datur.

Quarto datur temporale pro spirituali tanquam stipendium oneris adiecti spirituali, sic Alexander 3. in cap. Significatum est nobis, de præbendis approbat & confirmat collationem cuiusdam præbendæ cuidam sacerdoti cum hac conditione factam in Ecclesia Insulensi scilicet quod missam de sancta Maria (nisi corporis infirmitate grauatus sit) debeat quotidie celebrare, ecce quomodo Ecclesia licitè dat præbendam sacerdoti sub hac conditione quod quotidie celebrabit, Sicut aurum Ecclesiæ traditur sub hac conditione quod ex eo fiat calix & deseruiat Ecclesiæ sic pe-

a Idem tenet Alietus tractatu de Simonia contra Cancellarium Parisiensem, & dicit nullam antiquorum oppositum tenuisse. Est etiā expressa sententia S. Thom. 4. dist. 25. q. 3. art. 2. q. 2. in corpore vbi tres actiones spirituales distinguit. Aliqui enim sunt actiones spirituales ex principio, quas scilicet procedunt à potestate spirituali, sicut celebrare, & administrare sacramenta. Alij sunt spirituales, solum ex parte finis: sicut docere, quod terminatur ad scientiam, vel veritatem spiritualē. Et dicit quod in secundo genere operum licet locare operas, non autem in primo sed solum licet accipere in sustentationem & idem ad literam ponit quod lib. 5 q. 6.

b Licet pecunia redimere vexationem, ab eo qui per vim electionem studet impedire. Sed [illegible] dubium posset subortri [illegible] [illegible] ecclesia [illegible]

cunia relinquitur pro anniuerſariis, & cum conditione quod fiat anniuerſarium,& hæc eſt cautela quam dat gloſ. in cap.Significatum eſt.de Præbendis ad Simoniam euitandam vt onera diuinorum celebrandorum apponantur rei temporali & poſtmodum res tradatur ſimpliciter & tunc tranſibit & ſuſcipietur cum ſuo onere ſicut prebendæ annectitur onus docendi.de Magiſtris.cap.penultimo.

Quintò datur pro ſpirituali temporale ad redimendam vexationem [b] iniuſtam licèt nõ poſsit accipi iuſtè vt patet, 1.q.1.per multa capitula ſic Iacob emit primogenita redẽptiuè Geneſis 25. Habes caſum & decretum Cœleſtini 3.in cap. Dilectus.de ſimonia de eo qui dat prælato pecuniam ne ipſum in iure ſuo de facto moleſtet, quam quod repetere eandem poſsit oſtendit, ſi Prælatus præmiſſa non obſeruat alium caſum ponit gloſſ. de ſimonia ſuper cap. ad aures ſcilicet, pro abſolutione excommunicationis ſi quis in ea iniuſtè vexetur.S.Thom.in 2.2.q.100.art.2.ad primum,dicit ſacerdoti nolenti baptizare paruulum niſi pro pecunia (quando aliter non poteſt baptizari)licet ei dare pecuniam non pro baptiſmo ſed pro iniuſta vexatione redimenda.

Alius caſus eſt ſi quis habens ius in aliquo beneficio quod iam factum eſt ſuum & ſibi appropriatum vexetur ab aliquo cum iniuſtè volente, poterit & licitum erit ei pecunia redimere ſuam vexationem vt patet ex cap. Dilectus filius.de Simonia.licet alius iniuſtè accipiat,ſed ſi tantum ius ad ipſum beneficium haberet ſcilicet quia dignus aut quia iam electus ſi quis iniuſtè vexet & impediat ne talis dignus eligatur aut de beneficio prouideatur vel ne iam electus confirmetur non poterit per temporale illam iniuſtam redimere vexationem vt patet,ex cap. Matthæus Cardinalis de Simonia.

Tandem vt huic capitulo fœlix addatur colophon, tria dubia ſunt diſcutienda, primum an omnis ſimonia ſit de ſe mala vel aliqua mala quia prohibita,vt ad hoc duplex inuenitur opinio vna eſt canoniſtarum dicentium quod aliquid poteſt eſſe ſimoniacum bifariam vno modo de ſe & talia ſunt quæ prohibentur vendi vel emi in nouo aut veteri teſtamento. Aliud autem eſt ſimoniacum quia tantum humano

[b] Scilicet pecuniam offerre. Caietanus in illa nona quæſt.1. quolibet aſſerere non formidat in electione Pontificis maximi, ſi liquido conſtiterit electionem in indignum inclinare, & Eccleſiæ peſtilentẽ, licere oblato precio eiuſmodi electionem cauere, hoc enim eſſet Eccleſiæ vexationẽ redimere. Sed tamen ad eligendum (inquit) bonum id non licet. Sotus apud quem hæc loquitur Caietanus arbitratur, quod licet huiuſmodi ſpiritualia vendere omninò ſit intrinſecè malum, redimere tamen non vſque adeò quin extrema neceſſitas licitũ id poſſit facere. Quapropter vbi multi eſſent digni, neutiquam licere precio ambire vnam electionẽ. Imo quamuis alij eſſent alio digniores, non liceret id in fauorem digniſſimi facere, quoniam vbi dignus ſperatur eligendus, nõ ingruit extrema neceſſitas eligendi alium, quæ ſola huiuſmodi largitionibus Simoniam abſtergit.

mano

mano iure prohibitum & in quod tot pœnæ foro ipso Ciuili & Canonico constitutæ [b] sunt. Hanc distinctionem ponit gloss. super capitulū ex parte prima. de officio iudicis delegati, & Innoc. 3 & Hostiensis dicentes cum gloss. simoniaca quia prohibita sunt illa quæ per constitutionem Ecclesiæ facta sunt simoniaca vt emptio simplicis beneficij non habentis curam animarum scilicet canonicatus. Vnde Hostiensis de simonia super cap. vltimo. dicit quod Papa potest vendere simplicem canonicatum cui non est annexa cura animarum nec sacer ordo absque eo quod incurrat vitium Simoniæ. Similiter aliquis eundem ab ipso Papa potest emere sine simonia. Idem volunt Antonius de Butrio & Panorminatus quorum ratio est quod non est simoniacū de se sed solum ex iuris prohibitione quę non ligat Papā nec inferiores cum quibus Papa dispēsato sed vendere simplicem canonicatum non est de se simoniacum testimonio multorum canonistarum quemadmodum licèt vendere villam cui annectitur ius patronatus, extra. de iure patronatus. cap. Ex literis. Ergo cum præbenda canonicatus possit vendi sequitur quod licitè poterit transire in illa venditione spirituali canonicatus annexum illi præbendæ scilicet ius officiandi in Ecclesia & eligendi episcopum dummodo non plus vendatur præbenda propter canonicatum. Fatentur ergo isti quod Papa peccaret peccato simoniæ in omnibus quæ de se sunt simoniaca non autem in aliis. Quidam huius sunt sententiæ quod omnis simonia est de se mala tum si aliquod peccatum simoniæ esset simonia, quia prohibita tantum, tunc esset peccatum simplex inobedientiæ & non simonia quia prohibitio ecclesiæ non mutat naturas rerum, vt faciat de temporali spirituale, sed nunquam est simonia nisi sit emptio spiritualis. Ideo dicimus cum Palude quod non ex prohibitione ecclesiæ emendi vel vendēdi rem aliquam emptio talis, aut venditio fit simoniaca, quia prohibita, nam talis emptio vel venditio est rei sacræ non secundum se neque ex diuina institutione sed tantū humana ordinatione qua reuocata illarū rerū emptio vel venditio non est simoniaca nec illicita. Ampliora in simonię descriptionem congerenda essent, quę §. compendium nō permittit.

DE

[b] Apud Cæsarem edicta canebatur ne vllo modo ambitus flagitium committatur, & ideò eius punitio relinquitur iudicis arbitrio
1. Simoniæ pœna iubet spiritualium designationem & temporalium ecclesiasticorum. c. si quis episcopus & c. presbyterum. 1. q. 1. & c. audiuimus. de sime. Secunda pœna est excommunicatio, Pōtificia. c. reprimitur 1. q. 1. qua ipso facto incurrunt per sententiam iuris, eiusdémque admonitionibus. Qua sanè pœna Inn. primus mulctauit Archadium Augustum, atque eius coniugem Eunodiam quod Ioanne Chrysostomo, Patriarcha suo bene re depulso Theophilum Alexandrinū suffecerāt vt auctor est Fulgosius. lib. 6. c. 3. Tertia est suspensio ab ordinum functione quos per Simoniam recipiunt. Quarta est depositio & infamia. Quinta pœna solet indici etiam, quæ arbitraria est, pro re facta qualitate.

DE RESIDENTIA PERSONALI PAROCHORVM ET BENEFICIORVM PLVRALITATE.

CAPVT TERTIVM.

§ I.

Curatus non debet plures Curas parrochiales habere.

QVEMADMODVM ſapientum iudicio is eruditus eſt appellandus non qui plurima didicit ſed qui optima maximéque neceſſaria, ita non multum præconij & laudis promerentur Authores & huius ætatis ſcriptores qui ſcribunt ingentia volumina non vt doceant ſed vt clariſsimè edocti videantur. In hac autem verſamur ſcribendi peritia vt maximum decus noſtro labori referamus in quantum poſsimus eccleſiaſticę Ierarchiæ miniſtris conſulere & Reipublicę Chriſtianę prodeſſe, non quidem varia eloquij ſtructura myrothecio & lenocinio quodam delibuta, ſed antiqua Catholicæ doctrinæ traditione & ipſius veritatis inuiolatis auſpiciis præcincta. Prius enim ſi quid in me ingenij eſt (quod quam exiguum ſit ſentio) æternis tenebris inuoluatur, quam quod aliquid in proximi detrimentum, & eccleſiæ perniciem effutiat. Non ſum quandoquidem inſcius quot portenta, quot monſtra, exorta ſint noſtris temporibus ex virulenta hominum leuiſsimorum perſuaſione, qui ſacros Dei miniſtros ad truculentas animi eruptiones, indigna ſcandala, voluptates, ambitiones, imò in apoſtaſiam allexerunt. Et vt è quibuſdam fontibus ſcatent aquæ vertiginem, ſtuporem, inſaniam, morbum ac mortem adferentes, rurſus vt è ſpecubus quibuſdam efflantur exhalationes quæ vicinis pręſentaneum adferunt exitium, ita multorum ſcripta corruptiſsimos exhalant animi morbos quæ prauis

a Peſtilentiſſimi ſunt hæreticorum libri, vt inquit Irenæus, quos legendo caligant ſapientum oculi, & deprauantur mentes. Nominit etiam Pius hic præſul Gnoſticos, non tantùm libros quorum origo ignota erat, ſed & blaſphemias ſpirãtes habuiſſe. Tunc enim à Simone & Cleobio virulẽtia ſcripta ſub nomine Chriſti & apoſtolorum compoſita fuiſſe teſtatur B. Clemens, quos in fraudem ſimplicium Chriſtianorum circũferebant hæretici. Quos imitati noſtri temporis hæretici numeroſã rabioſorũ libellorum farraginem emiſerunt, qui ſimul omnes Apoſtatæ fuerunt.

affectus nihil afflāt nisi lętale virus. Nouos scribendi lepores nō sequimur. Quę docemus vel ab Ecclesia, vel ab Apostolis, vel ab ipso Christo tradita sunt, nec nemini nisi prorsus sensus inopi in dubiū conscendere nequeunt. Vidistis scalam qua gradatim pastorale munus consequatur, nunc eo consequuto modus seruandus sit vt rectè & piè omnia saluti succedant scitu & notatu proximus est. Gregorius decimus in Cōcilio generali Lugduni [b] habito statuit quod is qui ad Parrochialis ecclesiæ regimen assumetur vt gregis sibi crediti diligentius [c] curam gerere posśit in Ecclesia cuius rector exciterit residere personaliter teneatur, & infra annum à sibi commisśi regiminis tempore numerandum se faciat ad sacerdotium promoueri, quod si infra idem tempus promotus non fuerit Ecclesia sibi commissa nulla etiam præmissa monitione sit præsentis constitutionis authoritate priuatus, id est, secundùm glossam ipso iure. Olim verò per sententiam Alexandri 3. cui adstipulatus est sacrum Lugdunense Concilium præmissis arctior data est ordinatio. Dispensat tamen in hoc edicto Bonifacius 8. ad septennium causa studij & in hoc dispensandum per episcopum concedit, extra de electione, cap. 34 scilicet cum ex eo in 6. secundò dispensat si iusto impedimento non potuit infra annum ad sacerdotium promoueri tit. eod. cap. seq. Quod si promoueri ad sacerdotium non intendens parrochialem repetit Ecclesiam vt fructus ex ea per annum percipiat ipsam postmodum dimissurus nisi voluntate mutata promotus fuerit tenebitur ad restitutionem fructuum, cum eos receperit fraudulenter. Hæc Bonifacius 8. extra de electione cap. commissa in 6. Addit dominus Adrianus de Traieto in 4. quod eadem est ratio de aliis beneficiis cum non intendit suo tempore debitum seruitium impendere citat Alexandrum Alensem 3. parte. quæst. dicentem quod si agricolæ detur pecunia vt in agro laboret si ipse accipit & non laborat fur iudicatur sic videtur de istis.

[b] extra de electi. c. licet. §. is etiam. in 6.

[c] *Beneficium adeptus cui cura imminet animarum nullum diligentius habere debet studium, quam præsentia sua, vita integritate, & morum candoris fructus offerre populo, seruire enim per se tenetur curatus cum electa sit industria sua personæ; & vnius opera, non est alterius opera. l. si non sortem. §. libertus ff. de cond. indeb. & actus in quo est electa industria personæ, non potest per alium explicari l. nemo 2. ff de duob. reis. fin. de offi. deleg. c. si cui. al. locus. in 6. & cura animarum exercitium, & regimen est ars artium. c. cùm sit ars de æta. & qual. nā aliam à curato forte erat ignorus, vt pœnitentis si pro criminu qualitate non posśit imponere vel innotescere c. mensuram de pœ. dist. 1. & ibi gl.*

Legitimè ergo Christi ecclesiam ingressus non de beneficiorum Ecclesiasticorum sollicitudine illa ambitiosa premi debet sacerdos sed ardere desiderio bene merendi de

de plurimis.[c] Laudatur Apostoli encomio qui officium egregium cupit modo simul & illa curet quæ requiruntur ad gerendum officium, hoc enim charitatis & optimi zeli est, qui autem sacerdotium aut quodpiam parrochiale munus ambit, vt quotannis pinguissimos prouentus accipiat, vt multis famulis stipatus incedat, vt oppidi primus appelletur, nō bonum opus desiderat sed opes quę illius animæ summum præcipitium minantur, sed qui in hoc mortificat carnem cum vitiis & concupiscentiis, qui piis studiis in his colligit robur spiritus, qui in hoc instruit pectus suum salutifera doctrina vt citra reprehensionem suo præsideat gregi, nec pluralitate dignitatum exonerari cupiat his profecto opus omnium gratissimum Deo expetit. Quod autem vnico beneficio cui cura animarum annexa est contentus esse debeat & non plura possit licitè tenere quiuis clericus, docet Calcedonense Concilium can. 10. ita habens.[d] Non liceat clericum in ecclesiis duarum ciuitatum ordinari sed in ea in qua ab initio ordinatus est. Et paulò pòst. Eos verò qui ausi fuerunt post ordinationem huius magnæ & vniuersalis Synodi agere quæ prohibita sunt, statuit sancta Synodus cadere de proprio gradu.

Septima Synodus generalis quæ fuit 2. Nycæna cano. suo 15. ita decernit clericus ab hoc deinceps tempore in duabus Ecclesiis non collocetur hoc enim est negotiationis & turpis lucri proprium & ab Ecclesiastica consuetudine alienum ab ipsa enim voce domini audiuimus non posse quemquam duobus dominis seruire, aut vnum amplectetur aut alterum negliget: vnusquisque ergo vt vox est Apostolica in eo in quo vocatus est munere & in vna Ecclesia debet assidere, quę enim propter turpe lucrum fiunt in Ecclesiasticis negotiis ea Deo sunt aliena. Ad huius autem vitæ vsum sunt diuersa studia ex his ergo si quis velit ea quæ sunt corpori ad vsum necessaria comparet, dixit Apostolus Vsui meo & his qui mecum sunt subministraerunt manus meæ. Hæc sacrum Concilium. In quo maluerunt sancti patres vt clericus artificio paret sibi victum, quam vt in duabus collocetur Ecclesiis.

Lateranense generale Concilium cap. 29. ita habet: De multa

[c] 21. q. 1. c. qui clericum. & c. si quis.

[d] Huius periodi lectionem egredi non possum, quin prius non deplorem multorum in vtraque mundi beneficiorum cupiditatem. Visu enim videmus euenire, vt eum qui duo simul habeat beneficia, vel ab vtroque, vel ab altero, saltem abesse necesse sit. eumque eodem consilio tantum sit, vt iuxta veteres canones, non liceat ab vna ecclesia transire ad aliam, nisi vel necessitas, vel ecclesiæ postulet vtilitas. canone tamē solum nulla vt sunt hodie tempora, hodie mores, nec necessitatem nec ecclesiæ vtilitatem, habita ratione duabus præesse Ecclesiis. Hac pluralitas beneficiorum dissolutionis materiam præbet dissolutis: autem dicuntur qui legibus, moribusque à se solutam luxum vitam sequuntur, quos Græci ἀσώτους vocant, cum diuini cultus diminutio fit ex ministrorum scilicet paucitate, ac beneficiorum numerosa ordin-

habere respectum cum huiusmodi obsequium in Ecclesiæ commodum cæteris paribus reddat ipsum dignius & sic præferendum, vnde Gregorius Ecclesiasticis vtilitatibus desudantes dignum est remuneratione gaudere, & qui se voluntariis obsequiorum necessitatibus sponte subiiciunt, dignè nostris prouisionibus consolentur, & Concilium Agathense Clerici omnes qui Ecclesiæ fideliter vigilantérq; deseruiunt stipendia sanctis laboribus debita secundum seruitij sui meritum per ordinationem canonum sanctæ Ecclesiæ à sacerdotibus consequantur, & idem iudicium est de munere à lingua in vtilitatem Ecclesiæ impenso, vt si quis aduocatus defenderit iura & causam Ecclesiæ, similiter de munere à manu vt si quis bona contulerit Ecclesiæ nam huiusmodi obsequiis licitè mouetur collator, illis alioquin idoneis beneficium conferre sicque poterit aliquis obsequi Ecclesiæ hac spe & intentione quod aliquando promouebitur ab ea, aliunde tamen idoneus inuentus dummodo principaliter ad hoc seruiat nec ducat in pactum vt habet gloss. 61. dist. cap. Quid proderit, & de pactis. cap. captum. Et de Symonia cap. Tua nos vbi dicitur quod in spiritualibus omnis pactio & conuentio cessare debet.

Quum in hanc decisionem de precibus inciderimus, altera est nobis euoluenda quæstio. Vtrum collatio metu extorta [c] simoniaca sit ita vt qui beneficium tale recepit, resignare ipsum teneatur. Dominicus de Soto vir sui æui lampas respondet quod etsi metu conferre indignò peccatum sit ex genere suo mortale, digno verò, nonnulla etiam culpa, quia collatio non fit legitimo fine, neutrum tamen est Simonia, quoniam dare metus causa, non est dare pretio. Nam etsi quis pretium daret ad propellendum metum, nihilominus qui metuit nil recipit. Imo verò nec sacramenta conferre propter metum vllo condemnatur iure, vt si quis metu confessionem audiret. Nec verò vulgò talis Episcopus haberetur Simoniacus. Sed tamen quando ille metus incuteretur, qui esset modo exposito pretio æstimabilis tunc esset Simonia, vt si rex vel eius aulicus comminaretur Episcopo quod nisi Sacerdotium tali personę conferret de gratia regia excideret, neque ad altam esset ascensurus

[c] D. Bonauentura 4. d. 25. tenet quod dare beneficium ratione timoris est Simoniæ, Durandus pariter dist. 25. q. 4. dicit quod etiam si det digno, quo ad Deum est Simonia. Idem dicit Adrian quod lib. 9. art. 2. & proponit non solum ratione timoris de malo temporali, sed etiam ratione indignationis, idē habet Angelus verbo Simonia. §. 3. & maior. expressè d. 25. q. 3. & 5. Thom. 4. d. 25. q. 3. ad 3. dicit quod si spiritualiter mouetur, propter timorem manifestè est Simoniacus.

fcenfurusfedem. Qui enim tali metu Sacerdotium conferret, id ad venandum epifcopatum faceret, ac perinde fimoniacus effet. Secus fi metus ei incuteretur amittendi vitam aut temporalia bona quæ pofsidet, nam tunc metuens nullum habet refpectum lucri.

Quantum ad munus homagij attinet etfi inter munera manus complectatur, de eo tamen fpecialiter dicitur quod eius interuentu Simonia incurritur, nam Alexander 3. dicit quod homagium cum iuramento fidelitatis facere pro fpiritualibus habendis Simoniacum eft & diuinis ac humanis legibus contrarium, De Simonia. cap. Ex diligenti, quemadmodum & qui aliquod beneficium alicui impartitur hac conditione vt debitum fuum ab illo recuperet, licèt nihil fperet alienum, Simoniam committit, vt vult Sanctus Thomas in 4 Sententiarum diftinct. 25. art. 1. ad 2. q. 3. Omnium autem Simoniacorum vfitatifsimum genus eorum eft qui gratis conferunt fpiritualia propter confanguinitatem [f] vel carnalē affectum præcipuè quæ quidem collatio perniciofa eft & illicita non tamen læthalis quia hic nihil accipitur nec hoc pertinet ad contractum emptionis vel venditionis, fi tamen aliquis dat beneficium Ecclefiafticum alicui hoc pacto vel intentione vt exinde fuis confanguineis prouideat eft manifefta Simonia de talibus exclamat Michæas, Væ qui ædificatis in fanguinibus, & Hieronymus talium duplicem defectum deplorat vt refert Gratianus vnum omifsionis magis idoneorum in collatione beneficiorum, alterum commifsionis Simoniacè promouendo vel illicitè fcilicet quos ipfi amant vel quorum obfequiis deliniuntur vel pro quibus preces funduntur vel qui munera offerunt. Hæc poffent induratos & adamantinos animos reuocare ab hoc infami Simoniæ fcelere fi aliquod refipifcendi nobis adeffet confilium fed nos excæcati in malitia congratulamur nobifmetipfis in peccatorum profluuio. Intelligamus faltem vt liberiùs deterreamur ab hac voragine in Simoniæ admifsione nos duo grauifsima committere peccata, in religionem quippe per facrilegium peccatur & in iuftitiam per furtum, facrilegium in hoc fubfiftit quia rei facræ ea fit iniuria vt vendatur quod nulla

[f] Hic locus fuperiore capite difcuffus eft, cui tamen cum F. à Victoria vltimam meum dare poffumus hac conclufione. Cōferre beneficium ratione confanguinitatis non eft Simoniacū. Hæc S. Tho. q. 100. art. 5. ad 2. vt fuperiùs diximus, hinc infirmatur fententia Bonauentura. dift 25. afferentis collatio. nē fpiritualem ratione confanguinitatis effe Simoniacam Et fuit opinio Parifienf. vt recitat Altifiodor c. vnico. vbi reprehendit Inno 3. Archiep. Mediolanenfem quod beneficium contuliffet in fauorem carnis. Dicatur ergo quod cæteris paribus prouidere confanguineis, non eft peccatum de cohab. cler. & mul. c. poteft & verb. Simonia. §. 16. faltem fecluſo fcandalo.

nulla poteſt æſtimari pecunia. & ſi æſtimari poſſet, venditur quod diuinæ liberalitati alienum eſt, iuxtà illud Chriſti propoſitum [i] Gratis accepiſtis gratis date, vnde ſequitur eſſe furtum & contra omnẽ iuſtitiam. An vero hæreticum ſit in quæſtionem vertitur [g] Gregorius. certè hoc nomine non ſemel ea in re vtitur multique authores deteſtationem tanti criminis vocarunt hæreſim, ſed horum argumentis ſanctus Thomas bifariã reſpondet. Primo quod etſi Simoniacus non ſit propriè hæreticus, quoniam abſque intellectus errore quis poteſt præ auaritia in hoc vitiũ labi, tamen re ipſa, & facto profiteri videtur dominiũ ſpiritus ſancti eſſe penes homines, qui eſt hæreticus error, atque hoc quidem reſpõſum amplexus eſt Gratianus [h] in canone veutum. 1. q. 1. Secundò ac ſi non ſatis ſibi hoc placeret dicit S. Thomas Simonem Magum, præterquam quod voluit Spiritum Sanctum emere, hæreticum fuiſſe, in eo quod credidit mundum non fuiſſe adeo creatum. Attamen propter hoc Simoniaci non dicerentur hæretici, quo tamen ferro crebrò inuruntur iniure. Et ideò forſan dicendum eſt quod Simon ille propterea voluit Spiritum Sanctum emere quod credidit eſſe venalem, & pretio poſſe ab Apoſtolis dari, quodquidẽ Apoſtolica reſponſio palàm docet, *Pecunia tua tecum ſit in perditionem quoniam donum Dei exiſtimaſti*, hoc eſt, credidiſti *pecunia poſſideri*. A qua porrò hæreſi, tanquã à proprio fonte vitium ipſum nomen contraxit, vt omnibus conſtet quod Simoniaca hæreſis [k] cæteris damnabilior, exiſtit. Cætera optimi viri conſcientia docebit, vnicuique enim datus eſt optimus genius ad effugãdas peccatorum Scylas.

g Gregorius li. 7. Epiſt. 100. 113 & lib. Epiſt. Epiſt. 53. Tarraſius in exempla. ad Adria. quod eſt apud Gratian. 1. q. 1. can. 101.

h *Primi Latini canones & ſcriptores hoc deteſtandum ſcelus vocant, vel abſolutè hæreſim, vel cum additamento, ſimoniacum & ſimoniacos hæreticos. Sic Gregorius Magnus ad reges Francorum ſic Turonenſe concil. can. vlt.*

i *Hic referendum eſt quod Taraſius ad Epiſcopum Romanum Adrianum ſcribit. Is enim noſtros Simones qui prouentum ſanctum quærunt non eſſe ſimone ſimum, ſed Macedonianos peiores qui dicebant Spiritum Sanctum eſſe creaturam. Non quo creaturam indicat rẽ aliquam ſaltem eo nomine non deſpicit; Simoniacus autem conſtituit ſe ſe à Dominum nec tantùm Spiritum ſanctum creaturam, ſed ſuæ poteſtatis eſſe dicit quem pro ſua libidine venum addicere ac prodere valeat.*

DE SIMONIACORVM POENIS.

§ III.

IVRIS Pontificij authoritate quatuor Simoniacis præſcribuntur in iure pœnæ. Prima vt reſtituãt quidquid per Simoniam acquiſiuit. 1. q. 1. can. audiuimus. & can. presbyter, hæc certè pœna iuris eſt naturæ propter admiſſum in Simonia furtum. Secunda eſt excommunicatio, extrà. de Simonia & q. 1. can reperiuntur. Tertia eſt ſuſpenſio ab eccleſiaſtico officio eadem cauſa, & quæſtione, extra de Simonia. Quarta

eſt

est infamia 13.q.3.cap.sanè. Intelliguntur autem omnes hæ pœnæ de reali Symonia, mentalis [a] enim siue emendi aut vendendi proposita intentio etsi peccatum sit ac proinde vt diluatur pœnitentia egeat, excommunicationi tamen aut suspensioni non est obnoxia nunquam enim eius generis pœnæ infliguntur nisi cum res exit in actum etiamsi infamia non carere videatur qui affectu Symoniam admisit quamuis non sequutus sit effectus, obseruandum autem excommunicationem non tantum in eos cadere, qui contrahunt sed in testes etiam consiliarios, scribas, ac omnes denique qui quouis modo eiusmodi facinus promouent.

In hos itaque clancularios Simonistas & qui certis mediis spiritualia vendunt seuerè sed iustè animaduertunt Pōtificum decreta. Calixtus [b] eos omni dignitate indignos damnat Paulus 2. ipso facto suorum ordinum executione suspensos facit. [c] Beatus Ambrosius in monasterium tales sub perenni pœnitentia retrudit.

Alexander Papa tertius [d] de cetero statuit vt si qui in posterum ab eo quem Simoniacum esse non dubitat se consecrari permiserit & consecrator & consecratus non disparem damnationis pœnam subeant sed vterque depositus pœnitentiam agat & priuatus propria dignitate persistat. Mediatores vero tam turpis & nephandi dati & accepti si clerici à proprio gradu excidāt, [e] si laici anathematizentur.

Innocentius 2. Si quis (inquit) præbendam vel prioratum seu decanatum aut honorem vel promotionem aliquam Ecclesiasticam seu quodlibet ecclasiasticum sacramentum vt puta Chrisma vel oleum sanctum & consecrationes altarium vel ecclesiarum interueniente execrabili ardore auaritiæ, per pecuniam acquisiuit, honore male acquisito careat, & emptor atque venditor & interuentor nota infamiæ percellantur. [f]

Innocentius 3. [g] ad Tholetanum Archiepiscopum scribens de episcopo Lexouiensi diffamatum eò quòd fuerat Simoniacè electus quod si manifestum sit declarat & definit quod tam ipse quam electores symoniaci sunt ab altaris ministerio perpetuo deponendi.

Chalcedonense Concilium ita diffinit si quis mediator

a Mentalis ... quidem à ce... Ecclesiasticis sed habitura nihilominus aliquando suum iudicem Deum. Ea autem prauo ac sinistro mentis oculo perficitur, & trifariam diuiditur. Prima est quando clericus aut cliens aliquem obit onus impositum intentione, & cupiditate consequendi quidpiam spirituale. Alteram cēsent esse, quando vtriusque voluntas æquè corrupta est, vt & ille pretium sit offerre paratus, & hic non reiicere, attamen nullum est indicium quod prodat latens venenum. Tertia species est, quādo iam contrahunt & paciscuntur, sed re infecta discedunt.

b 1.q.1.c. sanctorum.

c extra .c. cum detestabile.

d 11.q.1.c. reperiuntur.

e Generale conci. Lateranens. canon. si quis.1. q. 1.c. si Episcopus.

f 1.q.3 c vlt.

g De Simonia. c. de hoc autem.

tam turpibus & nephandis datis vel acceptis extiterit anathematizetur,[h] decernentes omninò vt quicũque deinceps pro accipienda diuina dignitate domi quodlibet præmium detectus fuerit obtulisse ex eodem tempore se nouerit anathematis opprobrio condemnatum atque à participatione corporis & sanguinis Christi alienum. Ex quo constat (vt inquit Ambrosius) illum execrabile perpetrasse flagitium.

Paulus Papa 2. in extrauag. communi quæ habetur titulo de Simonia Romæ edita anno 1464. excommunicat papali excommunicatione sic quod non posint absolui præterquam in mortis articulo, omnes & singulares qui quomodolibet dando [i] vel recipiendo Simoniam commiserunt aut vt fieret mediatores extiterunt seu procurauerunt talia pacta.

Concilium Constantiense [k] sub Martino 5. excommunicat ipso facto omnes dantes & recipientes Simoniacè sacros ordines, beneficia vel officia Ecclesiastica ita quod tam dantes quam recipientes in Simonia ordines vel beneficia sunt ipso facto à Papa excommunicati, etiamsi Pontificali aut Cardinalatus præfulgeant dignitate.

Sacri Concilij Tridentini [l] patres vetant omnem in sacris rebus nundinationem, & collatores beneficiorum hortantur ne deinceps conferant nisi idoneis, repulsa omnis Simoniæ seruitute.[m]

Quod autem diuina flagella temporali pœna vlciscantur Simoniacorum arrogantiam testis est Giesi qui gratiam sanitatis Naaman Syro vendidit 4. Regum 5. Gregorius Nazianzenus hoc vnum cum duobus aliis exemplis proponit de pœna temporali Simoniacis diuinitus inflicta. 1. q. 1. Qui studet. Vnde sacrum generale Concilium Lateranense cap. 63. talem maledictionem imprecatur & promittit Simoniacis dicens Firmiter statuentes vt pro his scilicet ordinibus & beneficiis ac aliis spiritualibus conferendis siue collatis nemo aliquid quocunque prætextu exigere aut extorquere præsumat, alioquin & qui receperit & qui dederit huiusmodi pretium omnino damnatus cum Giezi & Simone condemnetur.

Ciuitatum ruinam & euersionem prædixit Propheta Micheas

h 1. q. 1. cap. reperiuntur.

i Anathema danti Anathema accipiẽti. 1. q. 1. quicunque. 1.

k Conci. Cõst. Sess. 43.

l 22. Sess. c. 1.

m *Ex S. Concilij Tridentini canonibus Simonia penitùs excluditur. Sess. 24. c. 5. vult tamen inter cætera, vt in contrahendis matrimoniis, vel nulla omninò detur dispensatio, vel rarò idque ex causa, & gratis concedatur. Rursus quãuis Simonia sit clericos pro funeribus exigere precium, possunt tamen secluso scandalo, pro sustentatione pacisci. Verùm quæ spiritualib. antecedenter sunt annexa, absque Simonia venduntur, si nihil plus capiatur ratione consecrationis. Quadam tamen vix æstimantur nisi ratione eius q spirituale est. Hinc multis capitulis cautum est, ne presbyteri missare aliquid exigant.*

Micheas ob hoc deteſtabile Simonis facinus, Iudices eius in muneribus iudicabant, ſacerdotes eius in mercede reſpondebant, & Prophetæ eius in pecuniis diuinabant, idcirco propter vos Sion quaſi ager arabitur, & Ieruſalem vt cuſtodia pomerij erit gloſſ. cuſtodia Pomerij collectis pomis deſeritur, oſtendit itaque Propheta propter huiuſmodi Simoniacos Ieruſalem fore deſtruendam. Experientia edocti ſumus pariter Simoniacos omnes exitialem ſemper ducere finem exemplo Iudæ qui poſtquam omnium redemptorem vẽdidit laqueo ſe ſuſpendit [n] auida ſtigiis canibus præda, vt verax ſit Petri in Simonem Magum ſententia. Hinc Gelazius Papa. Quos conſtiterit indignos meritis ſacrã mercatos eſſe pretio dignitatẽ conuictos oportet arceri non ſine periculo facinus tales perpetrantes, quia dantem pariter & accipientem damnatio Simonis quam ſacra lectio teſtatur inuoluit. Si quis (inquit Gregorius) iniuſto cordis amore, vel ſordidis precibus vel manuali ſeruitio ſiue fraudulento munuſculo epiſcopalem ſeu ſacerdotalem non lucro animarum ſed inanis gloriæ auaritia fultus dignitatem acceperit, & in vita ſua non ſponte reliquerit cúmque mors inſperata pœnitentem non inuenerit proculdubio in æternum peribit. [p] Alexander Papa 3. In Concilio Turonenſi. Quiſquis (inquit) contra hoc decretum attentare præſumpſerit tam ille qui dederit quàm ille qui receperit vel conſentit partem ſe cum Simone non dubitet habiturum. [q] Et Concilium Lateranenſe, Si quis contra hanc prohibitionem Simoniæ venire præſumpſerit portionem cum Symone & Gieſi nouerit ſe habiturum. [r]

n Matt. 27.
o Gregor. 1. q. 1. cap. quo, conſtituerit.
p *Ex hoc canone probatur haberi quod etiam ſine peccato exteriori, ſed ſolum munere dato, vel obſequio etiam: aut precibus conſequutus Epiſcopatũ, tenetur reſignare. Ideircò Adrianus ex iure diuino eſſe dicit obnoxiũ reſtitutioni quod Simoniacè acquiſitum eſt, ſiue ſpirituale, ſiue temporale Armach lib. 10. c 23 tenet adhuc latius, quod non ſolum ſi Simoniacè, ſed ſi ambitioſa hypocriſi peruenerit: quod ad ſacerdotium nullum titulum acquirit, & tenetur reſtituere quia non intrat per oſtium, & per conſequens eſt fur & latro.*
q De Simonia c. nõ ſatis.
r eod. tit. cap. cum in eccleſiæ, & c. ſi pro certo.

DE SIMONIAE RESTITVTIONE.

§. IIII.

PRÆTER Franciſcum à Victoria in ſuis relectionibus Theologiæ [a] præclari quamplurimi authores, huius paragraphi ſeriem complexi ſunt. Caietani, Paludani, Altiſſiodorenſis, Hadriani, Durandi, Nauarri, Dominici & Petri de Soto, Metinę, Cani, Lopeſij, & Thomiſtarum omnium de his eximia & eruditiſsima extant conſilia, quæ ſedulus lector reuoluere poterit, ne tamen indonatus ab hac materia recedat

a *Authoribus qui de Simonia aliquid ſcripſerunt addere poterit gl. diſt 1. q. 1. in prin. Alexandenſ. 1 p q. 100. Richard. Bona. Gabriel. ac omnes fere ſcholaſticos. L. 4. d. 2 5*

recedat nos brevem hāc decisionem superstruemus. Quicquid per Simoniæ contractum acquiritur, siue pecuniario pretio [b] siue munere alieno perinde valēte restitutioni subiectum est, videlicet neque ipse posset venditor ¦ ret um, neque res emptor retinere. Nullus enim vt (inquit) Diuus Thomas 2. 2. q. 100. potest licitè suo vsui addicere id quod contra voluntatem Domini acquisiuit, qua scilicet voluntate dominus irritat huiusmodi acquisitionem, puta si aliquis dispensator de rebus domini sui daret alicui contra voluntatem & ordinationem Domini sui, ille qui acciperet licitè retinere non posset, dominus autem cuius Ecclesiarum prælati sunt dispensatores & ministri ordinauit vt spiritualia gratis darentur secundùm illud Matthæi, Gratis accepistis gratis date, & ideo qui muneris interuentu spiritualia quæcunque assequitur ea licitè retinere non potest, totum enim ius Canonicum id conclamat vt patet canone citato, Si quis episcopus. vbi qui dignitatem per Simoniam emit ab eadem debet esse alienus & c. presbyterum. ead. cau. & q. qui per pecuniam Ecclesiam obtinuerit priuari ea iubetur. Et è conuerso, cap. de hoc. de Simonia. regis qui vt in electionem consentirent accesserunt idem pretium restituere coguntur. Vnde ob huiusmodi obligationem ad restituendum temporale Simoniacè acceptum, non potest fieri eleemosyna de temporali Simoniacè recepto vt scribit Gregorius ad Euagrium episcopum. 1. q. 1. non est præsentandum. intellige autem hic de Simoniacè acquisito non posse fieri eleemosynam quando constat cui sit restituendum, aut enim datum est in odium eligentis vel promoti & tunc restituetur non ei qui dedit sed ei in cuius odium datum fuit, si vero datum fuit in fauorem spirituale accipientis siue per ipsum siue per alium nunquam est restituendum ei qui Simoniacè dederit vt docet sanctus Thomas, 22. art. 7. ad 2. dicens De eo quod est per Simoniam acquisitum potest fieri eleemosyna quia non est debitum ei qui dedit sed meretur illud amittere, nec potest repetere pecuniam quam turpiter & symoniacè dedit, licèt alius iniustè detineat, vt dicit idem Sanctus Doctor. q. 100. 22. art. 6. ad primum, si vero pecunia vel possessio vel fructus Simoniacè

Auth. 2. p tit. 1. c. 5. Astens l. 6. tit. 55. Viguer. c. 5. § 7. Angel. Ray. Pisa. Rosel. Tabie. Sylvest. Caietan. Armil. & alij Summistæ in ver. Simonia.

[b] Pretium Simoniæ ne quis fallatur, oportet distinguere, nec enim intelligitur qualibet, vel memoria, vel grata mente spectata, vel exhibita occasio sed illud quod saltem opinione dignum, iustum que putatur in commutatione, quodque emptorem adigat, quasi deberet, atque ipsum venditorem cogere videatur ad res spirituales optatas productionem. Neque quicquam est vitij, si quis liberaliter pro sit erga eos quos sperat non fore immemores vel ingratos. Pretium igitur huius loci triplex esse potest. Primum nostri vocant à manu, quo intelligitur quicquid vllo modo in commutationem venire potest, vt sunt villæ prædia, oleum, frumentum. Alterum ab obsequio, & huc congeruntur ministeria seruitia, & omnia alicuius muna-

niacè sunt dati & accepti in iniuriam alicuius ecclesiæ restitui debent illi ecclesiæ in cuius iniuriam data fuerunt non obstante quod Prælatus vel aliquis de collegio illius ecclesię fuit in culpa, quia eorum peccatum non debet aliis nocere, si autem Prælatus & totum collegium sunt in culpa in quorum scilicet iniuriam, data est pecunia tunc debet cum authoritate superioris huiusmodi temporale sic symoniacè receptum vel pauperibus vel alteri ecclesiæ irrogari.

Quod si Prælatus aliquid [c] pro collatione rei spiritualis receperit etiam sine pacto credens illud in pretium sibi dari, profectò non magis dominium quam vsutas acquirit atque ideò restituere tenetur eidem qui dedit, si tamen postea resciuerit id non sibi datum in pretium retinere potest, At qui si quando confert beneficium, scit in pretium sibi munera esse impensa non tenet collatio. Si autem quando contulit non credebat sibi dari in pretium collatio ex parte sua tenet sed tamen si postea sciuerit ceu pretium sibi data restituere tenetur, & collationem constat ob inhabilitatem ementis fuisse inualidam & profectò in hanc sententiam firmiùs descendo quousque aliud à sapientibus euulgetur aut doceatur.

[Margin:] ta opera. Territo dicitur à lingua quæ clasßu adulationes facetias mendacia, blanditias, & quicquid est calumniarum, quod vel ore, vel stylo peragatur continet.

c Episcopus recipiens silarium iuxtà capitulū cum sit Romana, recipio intuitu laboris, Altisiodor. 3. p. q. pe. & de eleemosinis. & Bonauent. 4. d. 25. q. vlt. & Richard. ead. d. q. 2. Sed his non obstantibus conclusionem statuit Fr. à Victoria, non plus licere locare operas in administratione spiritualium, quam ipsa spiritualia, neque licet aliquid recipere pro labore spirituali, magis quàm pro ipso spirituali. Hæc est sententia Durand. 4. d. 2. q. 1. & Pal. d. 4. q. vlt. & Caietan 2. 2. q. 100. & in sua summa & Sylvester de simonia. § 9. & citat gl. vlt. extra ne prælati vices suas. & c. fin. de pact. Ex quo habet, quod vbi cessare debet conuentio, nō licet locare operas.

TEMPORALE PRO SPIRITVALI DATVR ET ACCIPITVR IN QVINQVE CASIBVS.

§ V.

ETSI nunquam spirituale pretio quouis venari liceat, licèt tamen temporale dare & accipere pro spirituali in quintuplici casuum differentia. Primo pro stipendio sustentationis, quod non solum licitum est imo debitum & à Domino ordinatum in vtroque testamento sic procuratio ministrantis spiritualia licitè exigitur. Vnde Innocentius, tertius Consultationi tuæ respondemus, quod nihil pro consecratione ecclesiarum potes vel debes preter procurationem exigere. Visitator tamen potest etiam procurationem suam recipere, vt vult B. Gregorius cap. Charitatem. 12. quæst. 2. Secundò licet accipere & dare temporale pro stipendio locatarum operarum, & hoc in

illis actionibus in quibus principale quesitum est temporale, & per accidens in quibusdam spiritualibus [a] vt postea dicetur.

Tertio datur licitè temporale pro spirituali, cum gratis datur siue per modum Eleemosynæ vnde de Symonia cap. Etsi quæstiones. ita scribitur. Si ipsa persona electa offerat ordinatori vel cõsecratori suo electuarium vel de vino siue de aliis huiusmodi quæ modici sunt pretij, ex quo voluntatem recipientis inclinare vel mouere non debeant, non consueuit Ecclesia Romana interpretari accipientem in his delinquere vel donantem. Et cap. Tua nos. tit eod. de Simonia determinat Innocentius 3. Quod si quis clericus purè sine pacto vel conditione qualibet offerat ecclesiæ bona sua rogans humiliter vt in canonicum admittatur & bona sua retinere sibi liceat pro præbenda & clerici eiusdem Ecclesię purè cõsentiant huiusmodi receptio fieri potuit absque periculo Simoniacæ prauitatis. Quod autem sponte oblata temporalia pro spiritualibus liceat accipere docet 11. Tholetanum in cap. Quicquid, 1. q. 1. & Concilium 4. Carthaginense in cap. placuit. Hoc idem fatentur Gregorius & Concilium Bracharense in ca. Placuit. Verum quod vbi sic temporale gratuitè datur pro spirituali licet accipere, sed omni scandalo secluso & in his gratuitis sequenda est pia consuetudo à fidelibus introducta quam episcopus obseruari faciat vt ex Concilij Lateranensis habetur ca. Ad Apostolicam, de simonia. Cognoscitur autem quod gratuitè datur quando datur post factum, cum enim ante datur videtur quod gratia sequentis beneficij habendi datur.

Quartò datur temporale pro spirituali tanquam stipendium oneris adiecti spirituali, sic Alexander 3. in cap. Significatum est nobis, de præbendis approbat & confirmat collationem cuiusdam præbendæ cuidam sacerdoti cum hac conditione factam in Ecclesia Insulensi scilicet quod missam de sancta Maria (nisi corporis infirmitate grauatus sit) debeat quotidie celebrare, ecce quomodo Ecclesia licitè dat præbendam sacerdoti sub hac conditione quod quotidie celebrabit, Sicut aurum Ecclesiæ traditur sub hac conditione quod ex eo fiat calix & deseruiat Ecclesiæ sic pe-

cunia,

a Idem tenet Alincus tractatu de Simonia contra Cancellarium Parisiensem, & dicit nullum antiquorum oppositum tenuisse. Est etiã expressa sententia S. Thom. 4. dist. 25. q. [illegible] 2. q. 2. in corpore vbi [illegible] actus spirituales distinguit. Aliqui enim sunt actus spirituales ex principio, quia scilicet procedunt à potestate spirituali, sicut celebrare, & administrare sacramenta. Alij sunt spirituales solum ex parte finis: sicut docere, quod terminatur ad scientiam, vel veritatem spiritualẽ. Et dicit quod in secundo genere operum licet locare operas, non autem in primo sed solum licet accipere in sustentationem & idem ad litteram ponit quod lib. 3 q. 6.

b Licet pecuniis redimere vexationem, ab eo qui per vim electionem studet impedire. Sed hic non vulgare dubium posset suboriri [illegible] [illegible] Ecclesia [illegible]

cunia relinquitur pro anniuersariis, & cum conditione quod fiat anniuersarium,& hæc est cautela quam dat glos. in cap.Significatum est.de Præbendis ad Simoniam euitandam vt onera diuinorum celebrandorum apponantur rei temporali & postmodum res tradatur simpliciter & tunc transibit & suscipietur cum suo onere sicut prebendæ annectitur onus docendi.de Magistris.cap.penultimo.

Quintò datur pro spirituali temporale ad redimendam vexationem b iniustam licèt nō possit accipi iustè vt patet, 1.q.1 per multa capitula sic Iacob emit primogenita redēptiuè Genesis 25. Habes casum & decretum Cœlestini 3.in cap. Dilectus.de simonia de eo qui dat prælato pecuniam ne ipsum in iure suo de facto molestet, quam quod repetere eandem possit ostendit, si Prælatus præmissa non obseruat alium casum ponit gloss. de simonia super cap. ad aures scilicet, pro absolutione excommunicationis si quis in ea iniustè vexetur.S.Thom.in 2.2.q.100.art.2.ad primum,dicit sacerdoti nolenti baptizare paruulum nisi pro pecunia (quando aliter non potest baptizari)licet ei dare pecuniam non pro baptismo sed pro iniusta vexatione redimenda.

Alius casus est si quis habens ius in aliquo beneficio quod iam factum est suum & sibi appropriatum vexetur ab aliquo cum iniustè volente, poterit & licitum erit ei pecunia redimere suam vexationem vt patet ex cap. Dilectus filius.de Simonia.licet alius iniustè accipiat,sed si tantum ius ad ipsum beneficium haberet scilicet quia dignus aut quia iam electus si quis iniustè vexet & impediat ne talis dignus eligatur aut de beneficio prouideatur vel ne iam electus confirmetur non poterit per temporale illam iniustam redimere vexationem vt patet,ex cap. Matthæus Cardinalis de Simonia.

Tandem vt huic capitulo fœlix addatur colophon, tria dubia sunt discutienda, primum an omnis simonia sit de se mala vel aliqua mala quia prohibita,vt ad hoc duplex inuenitur opinio vna est canonistarum dicentium quod aliquid potest esse simoniacum bifariam vno modo de se & talia sunt quæ prohibentur vendi vel emi in nouo aut veteri testamento. Aliud autem est simoniacum quia tantum humano

scilicet pretium offerre. Caietanus in illa nona quæst. 1. quolibet asserere non formidat in electione Pontificis maximi, si liquido constiterit electionem in indignum inclinare, & Ecclesiæ pestilentē, licere oblato pretio eiusmodi electionem cauere, hoc enim esset Ecclesiæ vexationē redimere. Sed tamen ad eligendum (inquit) bonum id non licet. Sotus apud quem hæc leguntur Caietanum arbitratur, quod licet huiusmodi spirituale vendere omninò sit intimè malum, redimere tamen non vsque adeò quin extrema necessitas licitē id possit facere. Quapropter vbi multi essent digni, nequaquam licere pretio ambire vnius electionē. Imo quāuis alij essent alijs digniores, non liceret id in fauorem dignissimi facere, quoniam vbi dign' speratur eligendus, nō ingruit extrema necessitas eligendi alium, quæ sola huiusmodi largitionibus Simoniam abstergit.

mano iure prohibitum & in quod tot pœnæ foro ipso Ciuili & Canonico constitutæ [b] sunt. Hanc distinctionem ponit gloss. super capitulũ ex parte prima. de officio iudicis delegati, & Innoc. 3 & Hostiensis dicentes cum gloss simoniaca quia prohibita sunt illa quæ per constitutionem Ecclesiæ facta sunt simoniaca vt emptio simplicis beneficij non habentis curam animarum scilicet canonicatus. Vnde Hostiensis de simonia super cap. vltimo. dicit quod Papa potest vendere simplicem canonicatum cui non est annexa cura animarum nec sacer ordo absque eo quod incurrat vitium Simoniæ. Similiter aliquis eundem ab ipso Papa potest emere sine simonia. Idem volunt Antonius de Butrio & Panorminatus quorum ratio est quod non est simoniacũ de se sed solum ex iuris prohibitione quę non ligat Papã nec inferiores cum quibus Papa dispẽsato sed vendere simplicem canonicatum non est de se simoniacum testimonio multorum canonistarum quemadmodum licèt vendere villam cui annectitur ius patronatus, extra. de iure patronatus. cap. Ex literis. Ergo cum præbenda canonicatus possit vendi sequitur quod licitè poterit transire in illa venditione spirituali canonicatus annexum illi præbendæ scilicet ius officiandi in Ecclesia & eligendi episcopum dummodo non plus vendatur præbenda propter canonicatum. Fatentur ergo isti quod Papa peccaret peccato simoniæ in omnibus quæ de se sunt simoniaca non autem in aliis. Quidam huius sunt sententiæ quod omnis simonia est de se mala cum si aliquod peccatum simoniæ esset simonia, quia prohibita tantum, tunc esset peccatum simplex inobedientiæ & non simonia quia prohibitio ecclesiæ non mutat naturas rerum, vt faciat de temporali spirituale, sed nunquam est simonia nisi sit emptio spiritualis. Ideo dicimus cum Palude quod non ex prohibitione ecclesiæ emendi vel vendẽdi rem aliquam emptio talis, aut venditio sit simoniaca, quia prohibita, nam talis emptio vel venditio est rei sacræ non secundum se neque ex diuina institutione sed tantũ humana ordinatione qua reuocata illarũ rerũ emptio vel venditio non est simoniaca nec illicita. Ampliora in simonię descriptionem congerenda essent, quę §. compendium nõ permittit.

[b] Apud Castrum edicta cauetur ne vllo modo ambitus flagitium committatur, & ideò eius punitio relinquitur iudicis arbitrio. 1. Simoniæ pœna est beneficij spiritualium resignationem & temporalium restitutionem. c. si quis episcopus & c. presbyterum. 1. q. 1. & c. audiuimus. de sime. Secunda pœna est excommunicatio, Pontificia. c. reprimuntur 1. q. 1. qua ipso facto incurritur per sententiam iuris, eiusdémque admonitionibus. Qua sanè pœna Inn. primus mulctauit Archadium Augustum, atque eius coniugem Euxodiam quod Ioanne Chrysostomo, Patriarchatu suo honore depulso Theophilum Alexandrinũ suffecerãt vt auctor est Fulgosius. lib. 6. c. 3. Tertia est suspensio ab ordinum functione quos per Simoniam recipiuntur. Quarta est depositio & infamia. Quinta pœna solet indici etiam, qua arbitraria est, pro re facta qualitate.

DE RESIDENTIA PERSONALI PAROCHORVM ET BENEFICIORVM PLVRALITATE.

CAPVT TERTIVM.

§ I.

Curatus non debet plures Curas parrochiales habere.

QVEMADMODVM sapientum iudicio is eruditus est appellandus non qui plurima didicit sed qui optima maximéque necessaria, ita non multum præconij & laudis promerentur Authores & huius ætatis scriptores qui scribunt ingentia volumina non vt doceant sed vt clarissimè edocti videantur. In hac autem versamur scribendi peritia vt maximum decus nostro labori referamus in quantum possimus ecclesiasticę Ierarchiæ ministris consulere & Reipublicę Christianę prodesse, non quidem varia eloquij structura myrothecio & lenocinio quodam delibuta, sed antiqua Catholicæ doctrinæ traditione & ipsius veritatis inuiolatis auspiciis præcincta. Prius enim si quid in me ingenij est (quod quam exiguum sit sentio) æternis tenebris inuoluatur, quam quod aliquid in proximi detrimentum, & ecclesiæ perniciem effutiat. Non sum quandoquidem inscius quot portenta, quot monstra, exorta sint nostris temporibus ex virulenta hominum leuissimorum persuasione, qui sacros Dei ministros ad truculentas animi eruptiones, indigna scandala, voluptates, ambitiones, imò in apostasiam illexerunt. Et vt è quibusdam fontibus scatent aquæ vertiginem, stuporem, insaniam, morbum ac mortem adferentes, rursus vt è specubus quibusdam efflantur exhalationes quæ vicinis pręsentaneum adferunt exitium, ita multorum scripta corruptissimos exhalant animi morbos quæ prauis

a Pestilentissimi sunt hæreticorum libri, vt inquit Irenæus, quos legendo caligant sapiens oculi, & deprauantur mentes. Nouauit etiam Pius hic præsul Gnosticos, non tantùm libros quorum origo ignota erat, sed & blasphemias spirantes habuisse. Tunc enim à Simone & Cleobio virulentia scripta sub nomine Christi & apostolorum composita fuisse testatur B. Clemens, quos in fraudem simplicium Christianorum circumferebant hæretici. Quos imitati nostri temporis hæretici numerosã ribiosorũ libellorum farraginem emiserunt, qui multos Apostatas fecerunt.

 affectibus

de plurimis.[c] Laudatur Apoſtoli encomio qui officium egregium cupit modo ſimul & illa curet quæ requiruntur ad gerendum officium, hoc enim charitatis & optimi zeli eſt, qui autem ſacerdotium aut quodpiam parrochiale munus ambit, vt quotannis pinguiſsimos prouentus accipiat, vt multis famulis ſtipatus incedat, vt oppidi primus appelletur, nõ bonum opus deſiderat ſed opes quę illius animæ ſummum præcipitium minantur, ſed qui in hoc mortificat carnem cum vitiis & concupiſcentiis, qui piis ſtudiis in his colligit robur ſpiritus, qui in hoc inſtruit pectus ſuum ſalutifera doctrina vt citra reprehenſionem ſuo præſideat gregi, nec pluralitate dignitatum exonerari cupiat his profecto opus omnium gratiſsimum Deo expetit. Quod autem vnico beneficio cui cura animarum annexa eſt contentus eſſe debeat & non plura poſsit licitè tenere quiuis clericus, docet Calcedonenſe Concilium can. 10. ita habens.[d] Non liceat clericum in eccleſiis duarum ciuitatum ordinari ſed in ea in qua ab initio ordinatus eſt. Et paulò pòſt. Eos verò qui auſi fuerunt poſt ordinationem huius magnæ & vniuerſalis Synodi agere quæ prohibita ſunt, ſtatuit ſancta Synodus cadere de proprio gradu.

Septima Synodus generalis quæ fuit 2. Nycæna cano. ſuo 15. ita decernit clericus ab hoc deinceps tempore in duabus Eccleſiis non collocetur hoc enim eſt negotiationis & turpis lucri proprium & ab Eccleſiaſtica conſuetudine alienum ab ipſa enim voce domini audiuimus non poſſe quemquam duobus dominis ſeruire, aut vnum amplectetur aut alterum negliget: vnuſquiſque ergo vt vox eſt Apoſtolica in eo in quo vocatus eſt munere & in vna Eccleſia debet aſsidere, quę enim propter turpe lucrum fiunt in Eccleſiaſticis negotiis ea Deo ſunt aliena. Ad huius autem vitæ vſum ſunt diuerſa ſtudia ex his ergo ſi quis velit ea quæ ſunt corpori ad vſum neceſſaria comparet, dixit Apoſtolus Vſui meo & his qui mecum ſunt ſubminiſtrauerunt manus meæ. Hæc ſacrum Concilium. In quo maluerunt ſancti patres vt clericus artificio paret ſibi victum, quam vt in duabus collocetur Eccleſiis.

Lateranenſe generale Concilium cap. 29. ita habet: De multa

c 21. q. 2. c. qui clericum. & c. ſi quis.

d Huius periodi lectionem egredi non poſſum, quin prius non deplorem multorum in vanandis beneficiis cupiditatem. Vſu enim videmus euenire, vt cum quis duo ſimul habeat beneficia, vel ab vtroque, vel ab altero, ſaltem abſit neceſſe ſit, cumque eodem concilio cantum ſit, vt iuxta veteres canones, non liceat ab vna eccleſia tranſire ad aliam, niſi id vel neceſsitas, vel eccleſia poſtulet vtilitas: canone tamẽ ſolutus nulla vt ſunt hodie corrupti hodie mores, nec neceſsitate nec eccleſiæ vtilitatis habita ratione duabus præeſt Eccleſiis. Hinc pluralitas beneficiorum diſſolutionis materiam præbet diſſolutæ autem dicuntur qui legibus, moribuſque à ſe ſolutis luxum vitæ ſequuntur, quos Græci ἀσώτους vocant, cum diuini cultus diminutio fit ex miniſtrorum ſcilicet paucitate, et beneficiorum numeroſo ob...

multa prouidentia fuit in Lateranensi Concilio prohibitum vt nullus diuersas dignitates Ecclesiasticas & plures Ecclesias parrochiales reciperet contra sacrorum canonum instituta alioquin & recipiens sic receptum amitteret & conferens largiendi potestate priuaretur quia verò propter suppressiones & cupiditates quorundam nullus hactenus fructus aut rarus de prædicto statuto prouenit, nos euidentius & expressius occurrere cupientes præsenti statuto decreuimus vt quicunque reciperet aliquod beneficium habens curam animarum annexam, si prius tale beneficium obtinebat eo sit iure ipso priuatus & si fortè illud retinere contenderit alio etiam spolietur is quoque ad quem prioris spectat donatio illud post receptionem alteriùs liberè conferat cui meritò viderit conferendum Et paulò pòst hoc idem in personatibus decernimus obseruandum addentes vt in eadem Ecclesia nullus plures dignitates habere præsumat aut personatus etiamsi curam non habeant animarum, circa sublimes tamen & literatas personas quæ maioribus sunt beneficiis honorandæ (cum ratio postulauerit) per sedem Apostolicam poterit dispensari. Hæc præfatum Concil. Idem Concilium Lateranense paria penè constituit c. nonnulli, de clericis non residentibus. Quia nonnulli inquit modum auaritiæ non ponentes dignitates diuersas ambiunt & plures Ecclesias parrochiales contra sacrorum Canonum instituta nituntur accipere, vt cum vnum officium vix implere sufficiant stipendia sibi vendicant plurimorum, ne id de cetero fiat districtius inhibemus&c. Vbi glossa super illud sacrorum canonum instituta, id est, contra Concilium Tholetanum 10.q.3.ca.Vnio. contra Concilium Calcedonense 21.q.1.cap.Qui clericum.contra 7.Concilium generale & contra decretum Gregorij Tholetanum Concilium sic habet, sed & hoc necessarium instituere duximus, vt plures Ecclesiæ vni nequaquam committantur presbytero quia solus per totas Ecclesias nec officium valet persoluere nec rebus earum necessariam curam impendere.

Alexander 3. Cantuariensi Archiepiscopo ita scribit & etiam habentes plures Ecclesias quę ex vna non pendeant tibi

ne, vnde maxima sequitur inæqualitas, vnus enim ebrius est & tamen non satur pluralitate beneficiorum, & alter esurit, & hic aufert alimenta alii, quod necare videtur. l. necare. ff de liber. agn. Floren. in 3. par. Sum. tit. 11 c. 1. §. 8 & Aluar. in tract. de planctu Eccl. li. 2. art. 1.

e Actuum 20.

f De præb & dignitat. c. de multa.

g *Beneficiorum pluralitas varios in ecclesia Christi congessit abusus, cùm tantopere tales dignitates, & personatus incompatibiles sacris decretis prohibeantur. Sed quoniam ecclesiasticus ordo peruertitur, & auaritiæ fomentum præbetur, cùm vnus plurium studet occupare officia clericorum, salubriter post cōplures sacrosanctos canones, synodo Tridentina cautum fuit, vt vnicuique singulis ministris, beneficium conferatur. Quod si ad decentem eius que sustentationē non sufficiat, conceditur, & aliud sim-*

tibi liceat appellatione postposita cogere ad vnam ipsarum quam maluerint dimittendam, nisi ita fuerint tenues in substantia quod proprios sacerdotes non posint conuenienter habere. [i]

Et idem Alexãder tertius sic habet,[k] Quia in tantum iam quorundam procesit ambitio vt non duas vel tres sed sex aut plures Ecclesias perhibentur habere nec duabus posse debitam prouisionem impendere per fratres & coepiscopos nostros emendari præcepimus & de multitudine canonibus inimica quæ dissolutionis & vagationis materiam inducit & certum continet periculum animarum, eorum qui Ecclesiis dignè valeant deseruire volumus indigentiam Ecclesiasticis beneficiis subleuari. Hęc ille. Determinauit pariter idem Alexander tertius clericum penitus exuendum esse beneficio [m] etiam tenui si in illo non residea taut si aliunde habeat beneficia sibi sufficientia. Approbat etiam & confirmat quendam sacerdotem rectè exutum & spoliatum per Archidiaconum secundo & altero beneficio, vna tãtum (quam maluerit) ei relicta Ecclesia.

Vrbanus Papa [n] in Concilio habito Placentiæ inquit. Omninò autem in duabus Ecclesiis aliquem intitulari nonliceat sed vnusquisque in qua intitulatus est, in ea tantum Canonicus habeatur.[n]

Gregorius 9 [o] propter præcedentia statuta prohibentia pluralitatem beneficiorum decernit quod contra Canones plurales in beneficiis retinendo beneficia priora quę non spectant ad ipsum, cum post receptionem alterius priora beneficia vacauerint ipso iure rem per consequens contrectauit alienam, furtum quodammodo commisit vel rapinam & cum illarum cura qua iam priuatus erat ipso iure ad eum nullatenus pertineret sic per ipsum eædem animæ miserè sunt deceptæ,[p] Verũtamen Bonifacius octauus limitat modum quo accipiens secundum beneficium sit priuandus priore dicens, Licèt Episcopus beneficium quod cum animarum cura tenebas postquam aliud recepisti consimile, ac ipsius pacificam possesionem habuisti, vel per te stetit quominus haberes eandem posit alteri de iure, conferre illum tamen cui contulerit nõ de-

plex posi. dire. modo residentia personalem, vtrumque non po. fuiet. Statutum est siquidem, vt nullus plura beneficia posit obtine. e cap. quia nõnulli. de cler. non resi. c. cum non ignores. & ca. quia in tantum de preb. h 81. q 3. c. vnic.

i De ætate & qualitate ordinandorum. cap. cum sc.

k De præbendis & dignitat. ca. quia in tantum.

l De cleri. non residentib. cap. conquerente.

m De preb. & dignitatibus. c. referente.

n dist. 70 cap. sanctorum.

o De electio. c. dudum.

p extra de præbend. & dignit. 28 in 6.

bebit te non vocato cum tibi forsitam ius posit compete-re retinendi in possesionem ipsius inducere corporalem: Similiter monachi & alij religiosi [i] qui iam habent vnum prioratum vel vnam curam parrochialem si primum vel secundũm sine licentia Papę accipiant ipso iure vacat pri-mum, quod si statim non dimiserit efficitur ineligibilis & priuatur vtroque vt vult Bonifacius 8. extra. de præbendis & dignitatibus, in 6. cap. 32. Potest præmisis nonobstanti-bus curatus cum sua cura parrochiali habere simul præ-bendam vel personatum in eadem Ecclesia quando illi præbendæ vel personatui cura est annexa vt determinat Bonifacius octauus, vbi supra & hoc de iure communi & sine dispensatione.[q]

Horum beneficiorum pluralitas quam sit periculosa & vitanda, ostenditur propter quatuor scitu & obseruatu di-gnisimas rationes, quarũ prima est propter sacrorum ca-nonum repulsam & repugnantiam quia scilicet sacri ca-nones illam repellunt prohibent & reprobant, hoc in v-troque Lateranensi Concilio deprehenditur & dilucidè explanatur hoc esse contra sacrorum canonum statuta vt proximè supra patuit & ex glossa super cap. Quia nonnulli de clericis non residentibus super verbo Contra sacrorum canonum statuta. dicit, id est, contra Concilium Calcedo-donense, contra septimũ concilium generale, contra Con-cilium Tholetanum, & contra decretum Gregorij adde & contra vtrunque Concilium Lateranense nec leue est piaculum tot sacrorum Conciliorum & canonum prohi-bitiones transgredi.

Secunda ratio est propter posidentis insufficientiam & indignitatem, Conlium Lateran. in cap. Quia nonnulli de Clericis non residentibus dicit vt cum vnum officium vix implere sufficiant stipendia sibi vendicant plurimo-rum. Eiusdem est voti Concilium Tholetanum proximè adductum.

Tertia ratio propterquam vetita est pluralitas benefi-ciorum curatorum est propter suam ipsius posidentis a-liorúmque [l]iniuriam, de qua Alexander tertius. loco superius citato dicit quod multitudo beneficiorum quæ est

[p] Non est exa-gitanda quæstio an plures pos-sint sibi vendi-care prebendas monachi, cum beneficia secula-ria non conce-dãtur religiosis. c. cum de bene-ficie. c. 2. de statu monach c. in no-ua actione. 16. q. 7. cap. mona-chus. & c. pla-cuit. 16. q. 1. quod tamen procedit in beneficiis sim-plicibus nam ad Episcopatum re-ligiosus eligi po-test. c. 1 18. q. 1. si Abbatem. c. si religiosus. c. quo-rundam de ele. in 6 clem. 1. de elect. pariter ad ecclesiam paro-chialẽ assumi po-test religiosus: modo id fiat sua-dente vtilitate, nec passim, nec temerè, & ex li-centia prælati i-psius Monachi. iux quem eis in sel[?]gumedõt in 6 quod Dei ti-morem.

[q] Dispensatus ad duo beneficia non censetur di-spensatus, vt habeat sub eodẽ tecto, vt dicunt nisi expressè di-catur in dispen-satione, quia ma-gis odiosum est in eadem eccle-sia plura habere quã in diuersis. Ioan. an. c. de mul c. 1. col. 2. de re-script. quia in est confusionib.

est sacris canonibus inimica, dissolutionis materiam & vagationis inducit & certum continet animarum periculum & est in iniuriam aliorum idoneorum clericorum qui beneficio carent de quibus Alexan. 3. in d. cap. Quia in tantum. de præbendis & dignitatibus posita prohibitione pluralitatis beneficiorum subiungit. Eorum qui Ecclesiis dignè valent deseruire voluimus indigentiam Ecclesiasticis beneficiis subleuari, hic denique multiplex beneficiorum abusus in populi damnum cedit quia per hoc priuatur præsentia, visitatione & beneficio sibi à suo curato pastore debito.

Quarta ratio prohibitionis pluralitatis beneficiorum est propter malam causam ad hoc mouentem & inducentem quæ est variis modis implicita estimatur enim aliquando iuris ignorantia & inaduertentia & auaritia.[1] De hac vtraque Lateranense. Concilium cap. 29. vt, supra. de multa prouidentia, &c.

non fit extensio etiam ad casum minorem, ideò Monachus dispensatus ad beneficium non est dispensatus ad beneficium simplex. Fel. in c. postul. istis. col. 11. nu. 9. ver. regula est. de rescr. Iaj. in l. fi. nu. 37. & seq. ff de const. princip.

1 Auaritia vna est ex potiorib. causis, quibus meritò prohibetur pluralitas beneficiorū, qua variè quidam torquentur ad congerenda pinguiora sacerdotia, & multorum sibi stipendia vendicarde. c. 3. de cler. non resi. Io de Selua in tract. de benef. in 3. par q. 39. & vix possunt plura beneficia ad vnum peruenire sine paupertate plurimorum hinc ex insatiabili multorum ambitu & auaritia multi paupe res necātur sine Codro pauperiores vulgo contemnuntur.

CASVS IN QVIBVS PLVRALITAS BENEFICIORVM PARROCHIALIVM CONCEDITVR.

§ II.

PRIMVS casus quo priuilegium plura beneficia possidendi non negatur, est quando plures Ecclesię sunt adeò tenues in substantia quod neutra possit proprium sacerdotem conuenienter habere, vt determinat Alexander tertius. in cap. eam te, de ætate & qualitate ordinandorum.

Secundus est si sufficienti Ecclesiæ coniungitur tenuis parrochialis & insufficiens proprium nutrire sacerdotem. Concilium Tholetanum postquam prohibuit ne plures Ecclesiæ vni committantur presbytero subiungit. Eadem scilicet ratione præcipimus vt Ecclesia quæ vsque ad decem habuit mancipia super se habeat sacerdotem, quæ verò minus aliis coniungatur Ecclesiis vbi glos. super verbo Mancipia. dicit, quod decem faciunt plebem: sic de iure communi licet nullus possit habere plura beneficia curata quorum quodlibet sufficiat sibi & suis ad honestum & sufficientem victum, secundum suum statum, & vt possit

a Solet summus Pontifex legitimis de causis ad plura beneficia licite obtinenda dispensare quia in beneficiis plenissimam habet potestatem.

iura

aut duo officia aut eorum alterum ſimul cum præbenda in eadem eccleſia abſque diſpenſatione ſedis Apoſtolicè tenere, corruptelam (cum ſacris ſit inimica canonibus & de ambitionis radice proceſſerit) meritò reputantes eam authoritate Apoſtolica reprobamus ſtatuentes vt cum officium vnum vix valeat aliquis dignè adimplere, &c. & habetur extra, de conſuetud. cap. 1 in 6.

DE PERSONALI PAROCHORVM RESIDENTIA.

§ III.

VARIAS excitant in Eccleſia Dei tragedias plus æquo prælati negligentiores in paſtorū electione, Multi ex hac incuria turmatim & certatim nō Paſtores ſed mercenarij euaſerūt,[a] ſemeptipſos paſcentes, nubes ſine aqua, quæ à ventis circunferuntur, arbores autumnales infructuoſę, eradicatæ, fluctus feri maris deſpumantes confuſa ſcandala, ſidera errantia quibus procella tenebrarum ęternis in ærumnis niſi feſtinent ad reſipiſcentię portū ſeruata eſt, vt conqueritur ſanctus Iudas in epiſtola. Hi ſunt qui ſecuti impios filios Heli [b] ſuum tātum in diuinis lucrum exigunt nihil interim curantes quomodo cultus Dei præſtetur & ſic populum à pietate & charitate retrahunt, ſe ſolos ditare, & ocio torpentes beare ſatagunt, quidam magnatum coquinas inſeruiunt, alij aulicos ſequuntur luxus, alij venationibus alij certo lucro ſed ſordido, dant operā. Pauci Eccleſias ouilis crediti venerantur, non vt eorum propagetur ſalus, ſed vt optimos prouentus recipiant. Aſt hic video quoſdam reſponſuros protritum illud excuſationis craſſæ dicterium, Qui per alios facit per ſe facere videtur,[c] ſic reges nauigant, ſic diuites ędificant. Fateor, verúm nec illi vocantur naucleri, nec hi architecti, at quidem iſti ſacerdotes quum nihil ſacerdotis ipſo nomine retineant, hoc inſigni titulo glorientur, honorem ac cenſum veris ſacerdotibus debitum exigunt dici volunt & haberi quod non ſunt, hinc fit vt mala noſtra tempora nō ſine lachrimis experta ſint Paſtorum negligentiam multum commodi & decoris detraxiſſe gregi catholico. Sed quo colore? qui-

D bus

a Varijs cladibus olim turbata eſt Dei Eccleſia, ſed nunquam aſperius proſequuta fuit quam cum ætate coacta eſt tolerare, quoſdam qui ſe profitebantur paſtores, quum verè mercenarij eſſent.

b 1. Reg. 1. c. d.

c Vſitatiſſima regula hæc qui à canonibus & reſidentia officij ſui volunt, excuſari cum nihil impenſius iactent, quā vicarias ſuorū operas, idcircò citra ſacras decretorum conſtitutiones duo cuperem regio edicto caueri, vnū, quod edicto Regis Henrici 2. de reſidentia priùs cautum fuerat, nempe vt in prædia & poſſeſſiones eccleſiæ eius qui præſens non fungeretur ſuo munere inijceretur ma. nus regia alterum vt grauiſſimè animaduerteretur in Epiſcopum qui vel grauis admiſiſſet rectoris eccleſiæ vicariū, quanto magis autem ſi accepta pecunia?

bus versutiis excusabuntur? quo vultu? qua audacia innatam illam animis desidiam tuentur? qui beneficia beneficiis accumulant, qui nec oues cognoscunt nec ab eis cognosci ob turpia vitia volunt, qui operas insulsorum hominum conducunt ad gerendas vices, qui vicariis inutilibus præsentiam apud gregem redimunt, O dementiam inuincibilem! non agitur res ludicra, non de caprarum ouium aut Taurorũ cura agitur, sed de animarum salute & studio, periclitantur horum pastorum negligentia tot animarum milia pro quibus liberandis Christus sanguinem suum fudit, sed in primis naufragatur ipse Pastor de singulis ouibus domino rationem redditurus. Nec satis constant pertinacia ista excusationum deliria, habeo vicarios integros & eruditos. Si vsquam sibi permittat Pastor cessare, alibi cessat potius, si delinquere, vbiuis delinquat potius quam in hoc negotio longè omnium periculosissimo. Perspiciat ergo amabo! vtrum si rex selectissimum medicum eligat, cui iusta stipendia pro ratione suæ facultatis exoluat ferre queat, vt vbi corporis salus, vbi vita corporalis periclitatur ei per alium seruiat, si ergo in medico corporali industria personæ expetitur & optatur, quis neget tanto id iustius in medico spirituali, quanto temporali vitæ spiritualis præstat? Est denique Pastor auriga, nauclerus, dux fidelisque seruus ac dispensator mysteriorum Dei. Et tamen si ad rempublicam spectes ciuilem, quisnam mortalium permitteret hæc per vicarios exhiberi? Cur ergo Deus id permittet. Re vera naturæ ius id apertè reclamat. Sunt etiam ad arcendum hostes custodes & vigiles, quod absentes esse nequeunt. Quin vero non solum in pastores ipsos prauos indignari solet Deus verum & ob ipsorum prauitatem indignationes dimanant in populum, sic enim legitur Num. 18. Excubate in custodia sanctuarij & in ministerio altaris ne oriatur indignatio mea super filios Israel. Sed audiamus Ezechiæ oraculum postquã enim ait Deus, Væ pastoribus Israel corúmque negligentiam in consolandis infirmis &c. recẽsuit, subdit. Ecce dispersę sunt oues meæ eò quod non esset pastor & factæ sunt in deuorationem omnium bestiarum agri, & ego de manibus pastorum meorum

d Arguitur Sacerdotum in cumulandis beneficiis auida voluntas qua solēt studere, vt multas prabēdas & personatus excipiant, quorum prouentus vberes colligunt, eisque præficiunt vicarios inutiles qui palcis tantum victitare coguntur, & sordido versare lucro, ad subleuandã miserrimam conditionem. Interea luxu perditissimo profunduntur, pretium prouentus ab ipsis pinguiorib. Sacerdotib. qui pauperibus debentur, & iis qui vices officij supplēt. Prosedò arridēt quæ scribit Rebuffus his verbis. Quot occisi sunt pauperes ex prælatorum ingluuie Deus nouit, hodie vnus deuorat quod esset viginti, imò decem centum millibus hominum proborum sufficientissimum.

ineorum oues meas requiram. His sanè pastoribus expediens fuerat vt mola asinaria apposita collo demergeretur in profundum maris. Non erat qui animam poneret qui congregaret dispersa qui confracta consolidaret, sed bene qui tonderet. Imperãtes cum austeritate, impingentes cornibus, honores putantes se consequutos non onera requiret ergo ea bonus pastor & hæc erit mercenariorum pœra vel maxima ne sub occasione omnium seipsos pascant, & opes congregent & requiret verus pastor ouem centenariam quæ perierat. Huic sententię adstipulatur elegiographus Propheta Hieremias, Væ pastoribus qui dispergunt & dilacerant gregem pascuæ meæ, dicit dominus Hanc comminationem euitare nequeunt multi ex nostris pastoribus, quos idem alloquitur Dominus. Vos dispersistis gregem & eiecistis eum & non visitastis eum, ecce ego visitabo super vos malitiam studiorum suorum ait dominus. O quam grauis est hæc mulcta qua Deus terrorem incutit iis qui sunt negligentiores. Idcirco nos rex magnus & clarissimus philosophus Salomon consolatur in Prou. 27.[d] Dirigēter agnosce vultum pecoris tui tuósque greges considera non enim habebis iugiter potestatem sed corona tribuetur tibi in generatione & generationem quod consilium explicatiùs ore salutifero Christi domini nostri apparet, Ego sum pastor & cognosco oues meas & cognoscunt me meæ. Expressum autem & absolutum ponit præceptum his qui curam pastoralem susceperunt dicens ter ad Petrum pasce oues meas, pasce, inquit, non pascere fac oues meas. Hinc Bernardus sup. Cantica sermone 76. non otiosè inquit toties repetitum est in commissione ouium *Petre amas me* id siquidem significatum puto ac si illi dixisset Iesus nisi testimonium tibi perhibente conscientia quod me amas & valdè perfectéque ames, hoc est plusquam tua plusquam tuos plusquam & te vt huius repetitionis meæ numerus impleatur nequaquam suscipias curam hanc nec te intromittas de ouibus meis pro quibus sanguis vtique meus effusus est. Propereà attendite vobis quicunque ministerij huius opus sortiti estis. Hæc Bernardus sermone 2. de exercitatione Christi, sic ait, Petrus

d Sapiẽs de suo pecorũ cura maximè sollicitus est in suo libro, tanquam simplicissima natura natura modestissima, & innocentissima. Debemur autem hic locus rectoribus populorum tum ecclesiasticis, tũ secularib. quos scriptura sæpius pastores vocat, monentúrque omnes diligentem habere curam gregis sibi commissi, ita vt seriò studeãt & oues suas cognoscere & earum qualitatẽ mores, atque vitam, idque per sese ipsos prastẽt non per mercenarios, vt vnicuique pro eius necessitate, & exigentia prouideant. Ad quod faciendum duplici eos, ac certior ratione Sapiẽs, primo quia non habebunt semper potestatẽ eam, qua in populo Dei funguntur, quæ per mortem eis eripietur, vel non semper habebũt potest. autem tuendi oues Christi sibi commissas, Secũdò quia si beatè gregem Christo curauerunt gloriæ corona tribuetur illis in æternũ iuxta illud Petri ad pastores

illis actionibus in quibus principale quesitum est temporale, & per accidens in quibusdam spiritualibus [a] vt postea dicetur.

Tertio datur licitè temporale pro spirituali, cum gratis datur siue per modum Elemosynæ vnde de Symonia cap. Etsi quæstiones. ita scribitur. Si ipsa persona electa offerat ordinatori vel cōsecratori suo electuarium vel de vino siue de aliis huiusmodi quæ modici sunt pretij, ex quo voluntatem recipientis inclinare vel nouere non debeant, non consueuit Ecclesia Romana interpretari accipientem in his delinquere vel donantem. Et cap. Tua nos. tit eod. de Simonia determinat Innocentius 3. Quod si quis clericus purè sine pacto vel conditione qualibet offerat ecclesiæ bona sua rogans humiliter vt in canonicum admittatur & bona sua retinere sibi liceat pro præbenda & clerici eiusdem Ecclesię purè cōsentiant huiusmodi receptio fieri potuit absque periculo Simoniacæ prauitatis. Quod autem sponte oblata temporalia pro spiritualibus liceat accipere docet 11. Tholetanum in cap. Quicquid, 1. q. 1. & Concilium 4. Carthaginense in cap. placuit. Hoc idem fatentur Gregorius & Concilium Bracharense in ca. Placuit. Verum quod vbi sic temporale gratuitè datur pro spirituali licet accipere, sed omni scandalo secluso & in his gratuitis sequenda est pia consuetudo à fidelibus introducta quam episcopus obseruari faciat vt ex Concilij Lateranensis habetur ca. Ad Apostolicam, de simonia. Cognoscitur autem quod gratuitè datur quando datur post factum, cum enim ante datur videtur quod gratia sequentis beneficij habendi datur.

Quartò datur temporale pro spirituali tanquam stipendium oneris adiecti spirituali, sic Alexander 3. in cap. Significatum est nobis, de præbendis approbat & confirmat collationem cuiusdam præbendæ cuidam sacerdoti cum hac conditione factam in Ecclesia Insulensi scilicet quod missam de sancta Maria (nisi corporis infirmitate grauatus sit) debeat quotidie celebrare, ecce quomodo Ecclesia licitè dat præbendam sacerdoti sub hac conditione quod quotidie celebrabit, Sicut aurum Ecclesiæ traditur sub hac conditione quod ex eo fiat calix & deseruiat Ecclesiæ sic pe-

cunia

a Idem tenet Alientus tractatu de Simonia contra Cancellarium Parisiensem, & dicit nullum antiquorum oppositum tenuisse. Est etiā expressa sententia S. Thom. 4. dist. 25. q. [illegible] 2. q. 2. in corpore vbi [illegible] spiritu[illegible] distinguit. Aliqui enim sunt actus spirituales ex principio, quia scilicet procedunt à potestate spirituali, sicut celebrare, & administrare sacramenta. Alij sunt spirituales, solùm ex parte finis: sicut docere, quod terminatur ad [illegible] vel veritatem spiritualē. Et dicit quod in secundo genere operum licet locare operas, non autem in primo sed solùm licet accipere in sustentationem & idem ad litteram ponit quod lib. 3 q. 6.

b Licet pecunia redimere vexationem, ab [illegible] qui per vim electionem studet impedire. Sed his non vulgare dubium possit suboriri [illegible] [illegible] quo [illegible] [illegible] quæ Ecclesia [illegible] [illegible] perennio

cunia relinquitur pro anniuersariis, & cum conditione quod fiat anniuersarium,& hæc est cautela quam dat glos. in cap. Significatum est.de Præbendis ad Simoniam euitandam vt onera diuinorum celebrandorum apponantur rei temporali & postmodum res tradatur simpliciter & tunc transibit & suscipietur cum suo onere sicut prebendæ annectitur onus docendi.de Magistris.cap.penultimo.

Quintò datur pro spirituali temporale ad redimendam vexationem [b] iniustam licèt nō possit accipi iustè vt patet, 1.q.1.per multa capitula sic Iacob emit primogenita redēptiuè Genesis 25. Habes casum & decretum Cœlestini 3.in cap. Dilectus.de simonia de eo qui dat prælato pecuniam ne ipsum in iure suo de facto molestet, quam quod repetere eandem possit ostendit, si Prælatus præmissa non obseruat alium casum ponit gloss. de simonia super cap. ad aures scilicet, pro absolutione excommunicationis si quis in ea iniustè vexetur. S.Thom.in 2.2.q.100.art.2.ad primum,dicit sacerdoti nolenti baptizare paruulum nisi pro pecunia (quando aliter non potest baptizari)licet ei dare pecuniam non pro baptismo sed pro iniusta vexatione redimenda.

Alius casus est si quis habens ius in aliquo beneficio quod iam factum est suum & sibi appropriatum vexetur ab aliquo cum iniustè volente, poterit & licitum erit ei pecunia redimere suam vexationem vt patet ex cap. Dilectus filius.de Simonia licet alius iniustè accipiat,sed si tantum ius ad ipsum beneficium haberet scilicet quia dignus aut quia iam electus si quis iniustè vexet & impediat ne talis dignus eligatur aut de beneficio prouideatur vel ne iam electus confirmetur non poterit per temporale illam iniustam redimere vexationem vt patet,ex cap. Matthæus Cardinalis de Simonia.

Tandem vt huic capitulo fœlix addatur colophon, tria dubia sunt discutienda, primum an omnis simonia sit de se mala vel aliqua mala quia prohibita,vt ad hoc duplex inuenitur opinio vna est canonistarum dicentium quod aliquid potest esse simoniacum bifariam vno modo de se & talia sunt quæ prohibentur vendi vel emi in nouo aut veteri testamento. Aliud autem est simoniacum quia tantum humano

[b] scilicet pecuniam offerre Caietanus in illa nona quæst. 1. quolibet asserere non formidat in electione Pontificis maximo, si liquido constiterit electionem in indignum inclinare, & Ecclesiæ pestilentē, licere oblato pretio eiusmodi electionem cauere, hoc enim esse Ecclesiæ vexationē redimere. Sed tamen ad eligendum (inquit) bonum id non licet. Sotus apud quem hæc loquitur Caietanus arbitratur, quod licet huiusmodi spiritualia vendere omninò sit intrinsecè malum, redimere tamen non vsque adeò quin extrema necessitas licitū id possit facere. Quapropter vbi multi essent digni, neutiquam licere pretio ambire vnam electionē. Imo quā uis alii essent alius digniores, non liceret id in fauorem dignissimi facere, quoniam vbi dign⁹ speratur eligendus, nō ingruit extrema necessitas eligendi alium, quæ sola huiusmodi largitionibus Simoniam abstergit.

mano iure prohibitum & in quod tot pœnæ foro ipso Ciuili & Canonico constitutæ [b] sunt. Hanc distinctionem ponit gloss. super capitulũ ex parte prima. de officio iudicis delegati, & Innoc. 3 & Hostiensis dicentes cum gloss. simoniaca quia prohibita sunt illa quæ per constitutionem Ecclesiæ facta sunt simoniaca vt emptio simplicis beneficij non habentis curam animarum scilicet canonicatus. Vnde Hostiensis de simonia super cap. vltimo. dicit quod Papa potest vendere simplicem canonicatum cui non est annexa cura animarum nec sacer ordo absque eo quod incurrat vitium Simoniæ. Similiter aliquis eundem ab ipso Papa potest emere sine simonia. Idem volunt Antonius de Butrio & Panorminatus quorum ratio est quod non est simoniacũ de se sed solum ex iuris prohibitione quę non ligat Papã nec inferiores cum quibus Papa dispẽsato sed vendere simplicem canonicatum non est de se simoniacum testimonio multorum canonistarum quemadmodum licèt vendere villam cui annectitur ius patronatus, extra. de iure patronatus. cap. Ex literis. Ergo cum præbenda canonicatus possit vendi sequitur quod licitè poterit transire in illa venditione spirituali canonicatus annexum illi præbendæ scilicet ius officiandi in Ecclesia & eligendi episcopum dummodo non plus vendatur præbenda propter canonicatum. Fatentur ergo isti quod Papa peccaret peccato simoniæ in omnibus quæ de se sunt simoniaca non autem in aliis. Quidam huius sunt sententiæ quod omnis simonia est de se mala tum si aliquod peccatum simoniæ esset simonia, quia prohibita tantum, tunc esset peccatum simplex inobedientiæ & non simonia quia prohibitio ecclesiæ non mutat naturas rerum, vt faciat de temporali spirituale, sed nunquam est simonia nisi sit emptio spiritualis. Ideo dicimus cum Palude quod non ex prohibitione ecclesiæ emendi vel vendẽdi rem aliquam emptio talis, aut venditio sit simoniaca, quia prohibita, nam talis emptio vel venditio est rei sacræ non secundum se neque ex diuina institutione sed tantũ humana ordinatione qua reuocata illarũ rerũ emptio vel venditio non est simoniaca nec illicita. Ampliora in simonię descriptionem congerenda essent, quę §. compendium nõ permittit.

[b] Apud Casarum edicta cauetur ne vllo modo aliquis flagitium committatur, & ideo eius punitio relinquetur iudicis arbitrio. 1. Simoniæ pœna adest spiritualium resignationem & temporalium restitutionem. ea. si quis episcopus & c. presbyterum. 1. q. 1. & c. audiuimus de simo. Secunda pœna est excommunicatio, Pontificis. c. reprimuntur 1. q. 1. qua ipso facto incurrunt per sententiam iuris, eiusdémque admonitionibus. Qua sanè pœna Inn. primus mulctauit Archadium Augustum, atque eius coniugem Eudoxiam quod Ioanne Chrysostomo, Patriarchatus suo honore depulso Theophilum Alexandrinũ suffecerãt vt auctor est Fulgosius. lib. 6. c. 3. Tertia est suspensio ab ordinum functione qui per Simoniam recipiuntur. Quarta est depositio & infamia. Quinta pœna solet indici etiam, quæ arbitraria est, pro reifacta qualitate.

DE RESIDENTIA PERSONALI PAROCHORVM ET BENEFICIORVM PLVRALITATE.

CAPVT TERTIVM.

§ I.

Curatus non debet plures Curas parrochiales habere.

QVEMADMODVM sapientum iudicio is eruditus est appellandus non qui plurima didicit sed qui optima maximéque necessaria, ita non multum præconij & laudis promerentur Authores & huius ætatis scriptores qui scribunt ingentia volumina non vt doceant sed vt clarissimè edocti videantur. In hac autem versamur scribendi peritia vt maximum decus nostro labori referamus in quantum possimus ecclesiasticę Ierarchiæ ministris consulere & Reipublicę Christianę prodesse, non quidem varia eloquij structura myrothecio & lenocinio quodam delibuta, sed antiqua Catholicæ doctrinæ traditione & ipsius veritatis inuiolatis auspiciis præcincta. Prius enim si quid in me ingenij est (quod quam exiguum sit sentio) æternis tenebris inuoluatur, quam quod aliquid in proximi detrimentum, & ecclesiæ perniciem effutiat. Non sum quandoquidem inscius quot portenta, quot monstra, exorta sint nostris temporibus ex virulenta hominum leuissimorum persuasione, qui sacros Dei ministros ad truculentas animi eruptiones, indigna scandala, voluptates, ambitiones, imò in apostasiam allexerunt. Et vt è quibusdam fontibus scatent aquæ vertiginem, stuporem, insaniam, morbum ac mortem adferentes, rursus vt è specubus quibusdam efflantur exhalationes quæ vicinis prǽsentaneum adferunt exitium, ita multorum scripta corruptissimos exhalant animi morbos quæ prauis

a Pestilentissimi sunt hæreticorum libri, vt inquit Irenæus, quos legendo caligant sapium oculi, & deprauantur mentes. Nominit etiam Pius hic præsul Gnosticos, non tantùm libros quorum origo ignota erat, sed & blasphemias spirãtes habuisse. Tunc enim à Simone & Cleobio virulẽtiis scriptas sub nomine Christi & apostolorum composita fuisse testatur B. Clemens, quos in fraudem simplicium Christianorum circũferebant hæretici. Quos imitati nostri temporis hæretici numerosã rabiosorũ libellorum farraginem emiserunt, qui multos Apostatas fecerunt.

de plurimis.[c] Laudatur Apostoli encomio qui officium egregium cupit modo simul & illa curet quæ requiruntur ad gerendum officium, hoc enim charitatis & optimi zeli est,qui autem sacerdotium aut quodpiam parrochiale munus ambit,vt quotannis pinguissimos prouentus accipiat, vt multis famulis stipatus incedat,vt oppidi primus appelletur,nō bonum opus desiderat sed opes quę illius animæ summum præcipitium minantur, sed qui in hoc mortificat carnem cum vitiis & concupiscentiis,qui piis studiis in his colligit robur spiritus, qui in hoc instruit pectus suum salutifera doctrina vt citra reprehensionem suo præsideat gregi,nec pluralitate dignitatum exonerari cupiat his profecto opus omnium gratissimum Deo expetit. Quod autem vnico beneficio cui cura animarum annexa est contentus esse debeat & non plura possit licitè tenere quiuis clericus, docet Calcedonense Concilium can.10. ita habens.[d] Non liceat clericum in ecclesiis duarum ciuitatum ordinari sed in ea in qua ab initio ordinatus est. Et paulò pòst. Eos verò qui ausi fuerunt post ordinationem huius magnæ & vniuersalis Synodi agere quæ prohibita sunt,statuit sancta Synodus cadere de proprio gradu.

Septima Synodus generalis quæ fuit 2. Nycæna cano. suo 15. ita decernit clericus ab hoc deinceps tempore in duabus Ecclesiis non collocetur hoc enim est negotiationis & turpis lucri proprium & ab Ecclesiastica consuetudine alienum ab ipsa enim voce domini audiuimus non posse quemquam duobus dominis seruire,aut vnum amplectetur aut alterum negliget nusquisque ergo vt vox est Apostolica in eo in quo vocatus est munere & in vna Ecclesia debet assidere,quę enim propter turpe lucrum fiunt in Ecclesiasticis negotiis ea Deo sunt aliena. Ad huius antem vitæ vsum sunt diuersa studia ex his ergo si quis velit ea quæ sunt corpori ad vsum necessaria comparet, dixit Apostolus Vsui meo & his qui mecum sunt subministrauerunt manus meæ. Hæc sacrum Concilium. In quo mauerunt sancti patres vt clericus a[illegible]ificio paret sibi victum, quam vt in duabus colloc[illegible] Ecclesiis.

Lateranense generale Co[illegible]ium cap.29.ita habet. De multa

c 21.q.1.c.qui clericum.& c si quis.

d Illuius periodi lectionem egredi non possum,quin prius non deplorem nimiorum in vsurpandis beneficiis cupiditatem. Vsu enim videmus euenire, vt cum quis duo simul habeat beneficia, vel ab vtroque, vel ab altero, saltem absit necesse sit, cumque eodem consilio canonum sit, vt iuxta veteres canones, non liceat ab vna ecclesia transire ad aliam, nisi id vel necessitas, vel ecclesiæ postulet vtilitas. canone tamē solum nulla vt sunt hodie corrupti hodie mores, nec necessitatem nec ecclesiæ vtilitatem, habita ratione duabus praeesse Ecclesiis. Hac pluralitas beneficiorum dissolutionis materiam peperit dissolutos autem dicuntur qui legibus, moribusque à se solutis luxum vita sequuntur, quos Græci ἀσώτους vocant, tum diuini cultus diminutio fit ex ministrorum scilicet paucitate, et beneficiorum numerosa collatione

multa prouidentia fuit in Lateranensi Concilio prohibitum vt nullus diuersas dignitates Ecclesiasticas & plures Ecclesias parrochiales reciperet contra sacrorum canonum instituta alioquin & recipiens sic receptum amitteret & conferens largiendi potestate priuaretur quia verò propter suppresiones & cupiditates quorundam nullus hactenus fructus aut rarus de prædicto statuto prouenit, nos euidentius & expresius occurrere cupientes præsenti statuto decreuimus vt quicunque reciperet aliquod beneficium habens curam animarum annexam, si prius tale beneficium obtinebat eo sit iure ipso priuatus & si fortè illud retinere contenderit alio etiam spolietur is quoque ad quem prioris spectat donatio illud post receptionem alteriùs liberè conferat cui meritò viderit conferendum Et paulò pòst hoc idem in personatibus decernimus obseruandum addentes vt in eadem Ecclesia nullus plures dignitates habere præsumat aut personatus etiamsi curam non habeant animarum, circa sublimes tamen & literatas personas quæ maioribus sunt beneficiis honorandæ (cum ratio postulauerit) per sedem Apostolicam poterit dispensari. Hæc præfatum Concil. Idem Concilium Lateranense paria penè constituit c. nonnulli, de clericis non residentibus. Quia nonnulli inquit modum auaritiæ non ponentes dignitates diuersas ambiunt & plures Ecclesias parrochiales contra sacrorum Canonum instituta nituntur accipere, vt cum vnum officium vix implere sufficiant stipendia sibi vendicant plurimorum, ne id de cetero fiat districtius inhibemus&c. Vbi glossa super illud sacrorum canonum instituta, id est, contra Concilium Tholetanum 10.q.3.ca. Vnio. contra Concilium Calcedonense 21.q.1.cap. Qui clericum. contra 7. Concilium generale & contra decretum Gregorij Tholetanum Concilium sic habet, sed & hoc necessarium instituere duximus, vt plures Ecclesiæ vni nequaquam committantur presbytero quia solus per totas Ecclesias nec officium valet persoluere nec rebus earum necessariam curam impendere.

Alexander 3. Cantuariensi Archiepiscopo ita scribit & etiam habentes plures Ecclesias quę ex vna non pendeant tibi

ne, vnde maxima sequitur inæqualitas, vnus enim ebrius est & tamen non satur pluralitate beneficiorum, & alter esurit, & hic aufert alimenta alius, quod necare videtur. l. necare. ff de liber. agn. Floren. in 3. par. Sum. ti. 11. c. 1. §. 8 & Aluar. in tractat. de planctu Eccl. li. 2. tit. 1.

e Actuum 20.

f De præb & dignitat. c. de multa.

g *Beneficiorum pluralitas variis in ecclesia Christi congessit abusus, cùm tantopere tales dignitates, & personatus incompatibiles sacris decretis prohibeantur. Sed quoniam ecclesiasticus ordo peruertitur, & auaritia fomentum prabetur, cùm vnus plurium fungitur occupare officia clericorum, salubriter post cōplures sacrosanctos canones, synodo Tridentina cautum fuit, vt vnicum singulis ministris, beneficium conferatur. Quod si ad decentem cōsuque sustentationē non sufficiat, concedatur, & aliud sim-*

tibi liceat appellatione postposita cogere ad vnam ipsarum quam maluerint dimittendam, nisi ita fuerint tenues in substantia quod proprios sacerdotes non possint conuenienter habere. [i]

Et idem Alexáder tertius sic habet,[k] Quia in tantum iam quorundam processit ambitio vt non duas vel tres sed sex aut plures Ecclesias perhibentur habere nec duabus posse debitam prouisionem impendere per fratres & coepiscopos nostros emendari præcepimus & de multitudine canonibus inimica quæ dissolutionis & vagationis materiam inducit & certum continet periculum animarum, eorum qui Ecclesiis dignè valeant deseruire volumus indigentiam Ecclesiasticis beneficiis subleuari. Hęc ille. Determinauit pariter idem Alexander tertius clericum penitus exuendum esse beneficio [m] etiam tenui si in illo non resideat aut si aliunde hąbeat beneficia sibi sufficientia, Approbat etiam & confirmat quendam sacerdotem rectè exutum & spoliatum per Archidiaconum secundo & altero beneficio, vna tātum (quam maluerit) ei relicta Ecclesia.

Vrbanus Papa [n] in Concilio habito Placentiæ inquit. Omninò autem in duabus Ecclesiis aliquem intitulari non liceat sed vnusquisque in qua intitulatus est, in ea tantum Canonicus habeatur. [n]

Gregorius 9 [o] propter præcedentia statuta prohibentia pluralitatem beneficiorum decernit quod contra Canones plurales in beneficiis retinendo beneficia priora quę non spectant ad ipsum, cum post receptionem alterius priora beneficia vacauerint ipso iure rem per consequens contrectauit alienam, furtum quodammodo commisit vel rapinam & cum illarum cura qua iam priuatus erat ipso iure ad eum nullatenus pertineret sic per ipsum eædem animæ miserè sunt deceptæ, [p] Verūtamen Bonifacius octauus limitat modum quo accipiens secundum beneficium sit priuandus priore dicens, Licèt Episcopus beneficium quod cum animarum cura tenebas postquam aliud recepisti consimile, ac ipsius pacificam possessionem habuisti, vel per te stetit quominus haberes eandem possit alteri de iure, conferre illum tamen cui contulerit nō debebit

plex possidere, modo residentiam personalem, vtrumque non possiuiet. Statutum est siquidem, vt nulla plura beneficia possit obtinere. c. cap. quia nōnulli. de cler. non resi. c. cum non ignores & ca. quia in tantum de preb. h 21. q 3. c. vnic.

[i] De ætate & qualitate ordinandorum. cap. eam te.

[k] De prebend. & dignitat. c. quia in tantum.

[l] De cleri. non residentib. cap. conquerente.

[m] De preb. & dignitatibus. c. referente.

[n] dist. 70 cap. sanctorum.

[o] De electio. c. dudum.

[p] extra de preb. & dign. 28 in 6.

bebit te non vocato cum tibi forsitam ius posit compete-re retinendi in possessionem ipsius inducere corporalem: Similiter monachi & alij religiosi [i] qui iam habent vnum prioratum vel vnam curam parrochialem si primum vel secundum sine licentia Papę accipiant ipso iure vacat primum, quod si statim non dimiserit efficitur ineligibilis & priuatur vtroque vt vult Bonifacius 8. extra. de præbendis & dignitatibus, in 6. cap. 32. Potest præmissis nonobstantibus curatus cum sua cura parrochiali habere simul præbendam vel personatum in eadem Ecclesia quando illi præbendæ vel personatui cura est annexa vt determinat Benifacius octauus, vbi supra & hoc de iure communi & sine dispensatione.[q]

Horum beneficiorum pluralitas quam sit periculosa & vitanda, ostenditur propter quatuor scitu & obseruatu dignissimas rationes, quarū prima est propter sacrorum canonum repulsam & repugnantiam quia scilicet sacri canones illam repellunt prohibent & reprobant, hoc in vtroque Lateranensi Concilio deprehenditur & dilucidè explanatur hoc esse contra sacrorum canonum statuta vt proximè supra patuit & ex glossa super cap. Quia nonnulli de clericis non residentibus super verbo Contra sacrorum canonum statuta. dicit, id est, contra Concilinm Calcedonense, contra septimū concilium generale, contra Concilium Tholetanum, & contra decretum Gregorij adde & contra vtrunque Concilium Lateranense nec leue est piaculum tot sacrorum Conciliorum & canonum prohibitiones transgredi.

Secunda ratio est propter possidentis insufficientiam & indignitatem, Conlium Lateran. in cap. Quia nonnulli de Clericis non residentibus dicit vt cum vnum officium vix implere sufficiant stipendia sibi vendicant plurimorum. Eiusdem est voti Concilium Tholetanum proximè adductum.

Tertia ratio propterquam vetita est pluralitas beneficiorum curatorum est propter suam ipsius possidentis aliorúmque [i]iniuriam, de qua Alexander tertius. loco superius citato dicit quod multitudo beneficiorum quæ est

[p] Non est exagitanda quæstio an plures possint sibi vendicare præbendas monachi, cum beneficia sæcularia non concedātur religiosis. c. cum de beneficio. c. 2. de statu monach. c. in noua actione. 16. q. 7. cap. monachus. & c. placuit 16. q. 1. quod tamen procedit in beneficiis simplicibus nam ad Episcopatum religiosus eligi potest. c. 1. 18. q. 1. c. si Abbatem. c. si religiosus. c. quorundam de ele. in 6. clem. 1. de elect. pœterea ad ecclesiam parrochialē assumi potest religiosus: modo id fiat sua deute voluntate, nec passim, nec temerè, & ex licentia prælati ipsius Monachi. iux quem tex. in religione dest. in 6. quod Dei timorem.

[q] Dispensatus ad duo beneficia non censetur dispensatus, vt habeat sub eodē tecto, vt dicunt nisi expressè dicatur in dispensatione, quia magis odiosum est in eadem ecclesia plura habere quā in diuersis. Ioan. in c. de mult. col. 2. de rescript. quia in ... confessionib.

est sacris canonibus inimica, dissolutionis materiam & vagationis inducit & certum continet animarum periculum & est in iniuriam aliorum idoneorum clericorum qui beneficio carent de quibus Alexan. 3. in d. cap. Quia in tantum. de præbendis & dignitatibus posita prohibitione pluralitatis beneficiorum subiungit. Eorum qui Ecclesiis digne valent deseruire volumus indigentiam Ecclesiasticis beneficiis subleuari, hic denique multiplex beneficiorum abusus in populi damnum cedit quia per hoc priuatur præsentia, visitatione & beneficio sibi à suo curato pastore debito.

non fit extensio etiam ad casum minorem, ideò Monachus dispensatus ad beneficium non est dispensatus ad beneficium simplex. Fel. in c. postulasti. col. 11. nu. 9. ver. regula est. de rescr. Iaj. in l. fi. nu. 37. & seq. ff de const. princip.

Quarta ratio prohibitionis pluralitatis beneficiorum est propter malam causam ad hoc mouentem & inducentem quæ est variis modis implicita estimatur enim aliquando iuris ignorantia & inaduertentia & auaritia.[z] De hac vtraque Lateranense. Concilium cap. 29. vt, supra. de multa prouidentia, &c.

z Auaritiis vna est ex potiorib. causis, quibus merito prohibetur pluralitas beneficiorũ, qua variè quidam torquentur ad congerenda pinguiora sacerdotia, & multorum sibi stipendia vendicare. c. 3. de cler. non resi. Io. de Selua in tract. de benef. in 3. par q. 39. & vix possunt plura beneficia ad vnum peruenire sine paupertate plurimorum hinc ex insatiabili multorum ambitu & auaritia multi paupe res necãtur inio Codro pauperiores vulgo contemnuntur.

CASVS IN QVIBVS PLVRALITAS BENEFICIORVM PARROCHIALIVM CONCEDITVR.

§ II.

PRIMVS casus quo priuilegium plura beneficia possidendi non negatur, est quando plures Ecclesię sunt adeò tenues in substantia quod neutra possit proprium sacerdotem conuenienter habere, vt determinat Alexander tertius. in cap. eam te, de ætate & qualitate ordinandorum.

Secundus est si sufficienti Ecclesiæ coniungitur tenuis parrochialis & insufficiens proprium nutrire sacerdotem. Concilium Tholetanum postquam prohibuit ne plures Ecclesiæ vni committantur presbytero subiungit. Eadem scilicet ratione præcipimus vt Ecclesia quæ vsque ad decem habuit mancipia super se habeat sacerdotem, quæ verò minus aliis coniungatur Ecclesiis vbi glos. super verbo Mancipia. dicit, quod decem faciunt plebem: sic de iure communi licet nullus possit habere plura beneficia curata quorum quodlibet sufficiat sibi & suis ad honestum & sufficientem victum, secundum suum statum, & vt possit iura

a Solet summus Pontifex legitimis de causis ad plura beneficia iuste obtinenda dispensare quia in benefi. ciis plenissimam habet potestatem.

aut duo officia aut eorum alterum simul cum præbenda in eadem ecclesia absque dispensatione sedis Apostolicè tenere, corruptelam (cum sacris sit inimica canonibus & de ambitionis radice processerit) meritò reputantes eam authoritate Apostolica reprobamus statuentes vt cum officium vnum vix valeat aliquis dignè adimplere, &c. & habetur extra, de consuetud. cap. 1 in 6.

DE PERSONALI PAROCHORVM RESIDENTIA.

§ III.

VARIAS excitant in Ecclesia Dei tragedias plus æquo prælati negligentiores in pastorũ electione, Multi ex hac incuria turmatim & certatim nõ Pastores sed mercenarij euaserũt,[a] semetipsos pascentes, nubes sine aqua, quæ à ventis circunferuntur, árbores autumnales infructuosę, eradicatæ, fluctus feri maris despumantes confusa scandala, sidera errantia quibus procella tenebrarum ęternis in ærumnis nisi festinent ad resipiscentię portũ seruata est, vt conqueritur sanctus Iudas in epistola. Hi sunt qui secuti impios filios Heli [b] suum tãtum in diuinis lucrum exigunt nihil interim curantes quomodo cultus Dei præstetur & sic populum à pietate & charitate retrahunt, se solos ditare, & ocio torpentes beare satagunt, quidam magnatum coquinas inseruiunt, alij aulicos sequuntur luxus, alij venationibus alij certo lucro sed sordido, dant operã. Pauci Ecclesias ouilis crediti venerantur, non vt eorum propagetur salus, sed vt optimos prouentus recipiant. Ast hic video quosdam responsuros protritum illud excusationis crassæ dicterium, Qui per alios facit per se facere videtur,[c] sic reges nauigant, sic diuites ędificant. Fateor, verúm nec illi vocantur naucleri, nec hi architecti, at quidem isti sacerdotes quum nihil sacerdotis ipso nomine retineant, hoc insigni titulo gloriantur, honorem ac censum veris sacerdotibus debitum exigunt dici volunt & haberi quod non sunt, hinc fit vt mala nostra tempora nõ sine lachrimis experta sint Pastorum negligentiam multum commodi & decoris detraxisse gregi catholico. Sed quo colore? qui-

a Variis cladibus olim turbata est Dei Ecclesia, sed nunquam asperius prosequuta fuit quam cum ætere coacta est onus tales, quosdam qui se profitebantur pastores, quum verè mercenarij essent.

b 1. Reg. 1. c. d.

c Vsitatissima regula his qui à canonibus & residentia officij sui volunt, excusari cum nihil impensius taceant, quã vicarias suorũ operas, idcircò citra sacras decretorum constitutiones duo ctiam regio edicto caueri, vnũ, quod edicto Regis Henrici 2. de residentia prius cautum fuerat, nempe vt in prædia & possessiones ecclesiæ eius qui præsens non fungeretur suo munere iniiceretur manus regia alterum vt grauissimè animaduerteretur in Episcopum qui vel grãtis admisisset rectoris ecclesiæ vicariũ, quanto magis autem si accepta pecunia?

D bus

meorum oues meas requiram. His ſanè paſtoribus expediens fuerat vt mola aſinaria appoſita collo demergeretur in profundum maris. Non erat qui animam poneret qui congregaret diſperſa qui confracta conſolidaret, ſed bene qui tonderet. Imperãtes cum auſteritate, impingentes cornibus, honores putantes ſe conſequutos non onera requiret ergo ea bonus paſtor & hæc erit mercenariorum pœna vel maxima ne ſub occaſione omnium ſeipſos paſcant, & opes congregent & requiret verus paſtor ouem centenariam quæ perierat. Huic ſententię adſtipulatur elegiographus Propheta Hieremias, Væ paſtoribus qui diſpergunt & dilacerant gregem paſcuæ meæ, dicit dominus Hanc comminationem euitare nequeunt multi ex noſtris paſtoribus, quos idem alloquitur Dominus. Vos diſperſiſtis gregem & eieciſtis eum & non viſitaſtis eum, ecce ego viſitabo ſuper vos malitiam ſtudiorum ſuorum ait dominus. O quam grauis eſt hæc mulcta qua Deus terrorem incutit iis qui ſunt negligentiores. Idcirco nos rex magnus & clariſsimus philoſophus Salomon conſolatur in Prou. 27. [d] Dilig ẽter agnoſce vultum pecoris tui tuóſque greges conſidera non enim habebis iugiter poteſtatem ſed corona tribuetur tibi in generatione & generationem quod conſilium explicatiùs ore ſalutifero Chriſti domini noſtri apparet, Ego ſum paſtor & cognoſco oues meas & cognoſcunt me meæ. Expreſſum autem & abſolutum ponit præceptum his qui curam paſtoralem ſuſceperunt dicens ter ad Petrúm paſce oues meas, paſce, inquit, non paſcere fac oues meas. Hinc Bernardus ſup. Cantica ſermone 76. non otioſè inquit toties repetitum eſt in commiſsione ouium *Petre amas me* id ſiquidem ſignificatum puto ac ſi illi dixiſſet Ieſus niſi teſtimonium tibi perhibente conſcientia quod me amas & valdè perfectéque ames, hoc eſt pluſquam tua pluſquam tuos pluſquam & te vt huius repetitionis meæ numerus impleatur nequaquam ſuſcipias curam hanc nec te intromittas de ouibus meis pro quibus ſanguis vtique meus effuſus eſt. Propterea attendite vobis quicunque miniſterij huius opus ſortiti eſtis. Hæc Bernardus ſermone 2. de exercitatione Chriſti, ſic ait,

[d] Sapiẽs de hac pecorũ cura maximè ſollicitus eſt in ſuis libris, tanquam ſimpliciſsima natura natura modeſtiſsima, & innocentiſsima. Debent autem hic locus rectoribus populorum tum eccleſiaſticis, tũ ſecularib. quos ſcriptura ſæpius paſtores vocat, mouentúrque omnes diligentem habere curam gregis ſibi commiſsi, ita vt ſeriò ſtuceãt & oues ſuas cognoſcere & earum qualitaté mores, atque vitam, idque per ſeſe ipſos preſtẽt non per mercenarios, vt vnicuique pro eius neceſsitate, & exigentia prouideant. Ad quod faciendum duplicibus, ac certis rationibus Sapiẽs, primò quia non habebunt ſemper poteſtatẽ eam, qua in populo Dei funguntur, quæ per mortem eis eripietur, vel non ſemper habebũt, poteſt autem curando oues Chriſti ſibi commiſſas, Secũdò quia ſi benè gregem Chriſti curauerunt gloria corona tribuetur illis in æternũ iuxta illud Petri ad paſtores

Ecclesia vel Ecclesiasticum beneficium committi debuerit, talis ad hoc persona queratur quæ residere in loco & curam eius per se ipsum valeat exercere.[g] Quod si aliter actum fuerit & qui receperit (quod contra sacros canones recepit) amittat & qui dederit largiendi potestate priuetur. Qui verò parrochialem habet Ecclesiam non per vicarium sed per seipsum illi deseruiat in ordine quē ipsius Ecclesiæ cura requirit, nisi fortè dignitati vel præbendæ parrochialis Ecclesia sit annexa, in quo casu concedimus vt qui talem habet præbendam vel dignitatem cum oporteat eum in maiori Ecclesia deseruire in ipsa Ecclesia parrochiali idoneum & perpetuum habeat vicarium canonicè institutum qui (vt prędictum est) congruentem habeat de ipsius Ecclesiæ prouentibus portionem, alioquin illa se sciat authoritate huius decreti priuatum, liberè alij conferendi qui velit & possit quod dictum est adimplere.[i] Hæc ibi & habetur de Præbendis & dignitatibus cap. Extirpandæ. §. qui verò.[k]

Concilium Lugdunense sub Gregorio. 10. ita diffiniuit, Is etiam qui ad huiusmodi regimen assumetur scilicet Parrochialis Ecclesiæ de qua prior sermo erat vt gregis sibi commissi diligentius curam gerere possit in parrochiali Ecclesia cuius rector extiterit residere personaliter tenetur, & habetur extra de Electione cap. licet in 6. §. is etiam.

Sacrosancta Tridentina [l] Synodus Sessione 6. de [r]esidētia nullos episcopos quouis gradu vel dignitate fulgentes excusari à residentia personali in suis Ecclesiis, dicit nullosque patriarchas aut Cardinales excipi ab hoc canone decernit Agathense Concilium canon. 30. his verbis Si quis in clero constitutus ab Ecclesia sua diebus solennibus defuerit idest natiuitate domini Epiphania Pascha vel Pentechoste dum potius singularibus lucris studet quam seruitio Dei parere conuenit vt eidem damnationi succūbat. Et postea dicitur in eodem canone Si quis Diaconus vel Presbiter per tres hebdomadas ab Ecclesia sua defuerit triennio à communione suspendatur.

Concilium Arelatense 2. can. 13. Nullus cuiuscunque ordinis clericus non Diaconus non Presbyter, non Episcopus

g de cler. non resid. c. quia nonnulli.

i de præb. & dignit. c. extirpandæ.

k Is dicitur in huius c. gl. residere qui cōtinue ibi moratur ar. C. de metat. l. de. uomī. lib. 12. nisi in casibus à iure exceptis, in quibus is qui abest fingitur esse præsens & residere vt extr. de cler. non resi. de cætero c. ex parte. & c. cùm dilectus.

l Priuatis & singularibus cōstitutionib. Pij. IIII. & Pij V. Pon. Max. cautū est idem quod Tridentini concilij patres de residentia statuerunt, id autem curatius pro sua pastorali sollicitudine in primis studebit, vt cum ipse illud diligenter obseruauerit, tū ab omnibus etiam ad quos pertinet, quàm diligentissime, inuiolatèque obseruetur, meminerintque omnes ac singuli, qui ex eiusdem concilij sanctione, vel canonum iure, vel cōsuetudine Ecclesiis personale residentiæ munus debent, præter mortalis peccati culpam, quam statim cōmittunt, fructus

quia comederunt Iacob, & locum eius desolauerunt. Psal. 78. Quem dabis mihi de numero præpositorum qui non plus inuigilet subditorum euacuandis marsupiis quam vitiis extirpandis? vbi qui orando flectat iram, qui prædicet animum placabilem domino? Hæc Bernardus & infra. Propterea relinquamus istos non inuentores sponsæ sed venditores, & inquiramus potius illos à quibus sponsa se inuentam loquitur.

QVIBVS CAVSIS LICEAT PASTORI A GREGE SIBI COMMISSO ABESSE.

§ IIII.

PRÆSENTIS æui corruptela & hominum scelera vindices manus domini prouocantia Zachariæ prophetiam [a] compleuerũt cui cœlitus demandatum fuit sumere sibi vasa pastoris stulti. Hæc est, Indue personam stulti pastoris, accipe pastoralia instrumenta qualis insanus pastor sumit. Sume inquam vasa oleo iuniperino vacua, peram absque cibo, fistulam raucam, quæ vix possit audiri baculum denique ferreum, qui vno ictu manuum ouem interficiat. Quorsum domine, assumam vasa hæc Pastoris stulti? Quia ecce ego suscitabo pastorem in terra, qui derelicta non visitabit, dispersum non quæret, & contritum non sanabit & id quod stat non enutriet & carnes pinguium comedet & vngulas eorum dissoluet. Talia experti sumus & multo maiora absentibus pastoribus, qui toto vitæ suæ tempore minimè viderunt oues suas. Strutio naturalium historiarum scriptis oua sua aspiciendo fouere, suoque solo aspectu fœtum ab ouis haurire legitur, quæ si intueri desinat inania & sterilia redduntur, sic subditi pastorum oculis sunt fouendi eorum enim aspectus subditis ne pereãt perquam necessarius est. Frustrà tot tantaque decreta adducimus, pertinaciùs in posterũ exasperãtur pastores huius temporis. Derident sacra Concilia, & Tridentinum præcipue tot pœnis & [illegible] pere vt supra diximus residentiam prælatorum [illegible] Veruntamen quo mitiùs cicurarentur feroces [illegible] mi qui nihil humani nec benignitatis

ecclesiam. to. c. confirmat. Idemque Cœlestinus c. ex parte. & Innoc. c. qualiter...

a Hunc pastorem à Propheta hoc in loco descriptum, interpretes Antichristum esse asserunt, quod si ita est, diligentissimè sane pastorib. prouidendum, ne in tantum dedecus ruant, vt tam teterri, atque detestandi pastoris nomine iure notari possint, neque verò satis est, si vicaria ministrorũ suorum opera (dũ recti valent) vtantur, cũ ipsissimos præcipiatur, vt nõ segniter, sed diligenter agnoscant vultum pecoris sui, & proprias oues vocent nominatim. Nã si cura bruti gregis illã mutuam agnitionem exposcit, quanto magis studium quod erga Christianam familiam impendendũ est? vbi sane [illegible] sunt subditi, [illegible], & morborum genera: alius enim consolatione indiget, alius consilio, alius reprehensione alius denique alio celeriore subsidio.

durante, iidem episcopi & superiores sollicitè prouidere procurent vt per bonos & sufficientes vicarios ab eis in huiusmodi Ecclesiis deputandos animarum cura diligenter exerceatur, & deseruiatur laudabiliter in diuinis, quibus de ipsarum Ecclesiarum prouentibus necessaria congruè largiantur. Elapso vero dicto septennio hi cum quibus fuerit vt præmittitur dispensatum, ad diaconatus & presbyteratus ordines infrà annum se faciant promoueri, alioquin ex tunc dictam pœnam nisi de causa iusta omiserint ipso iure se nouerint incursuros. Hæc ibi.

Vbi Bonifacius 8. reuocat edictum Concilij Lugdunensis sub Gregorio 10. illud scilicet quod ad regimen Ecclesiarum parrochialium assumpti se ad Sacerdotium promoueri faciant infra annum à sibi commissi regiminis tempore connumerandum alioquin sint ipso iure priuati de quo edicto superius habitus est sermo. Alexander autem in suo proximè citato decreto duas assignauit causas iuste excusantes curatos à residentia facienda, in suis parrochialibus Ecclesiis, vnam specialem cum dicit pro studio literarum; alteram generalem cum adiecit vel pro aliis honestis causis contigerit eos abesse, quibus sequitur tertia legitima, nimirum cum habent plures simul Ecclesias parrochiales vt in casibus superius enumeratis.

Quarta causa est necessitas [f] suæ Ecclesiæ aut publica diocesis vel vniuersalis Ecclesiæ vtilitas, vt de Episcopis in 3. tractatu dicetur. Quandoque huic adiicitur.

Quinta causa scilicet ingressus religionis: beneficium enim ingredientis religionem non est infrà probationis annum, sine ipsius consensu alicui conferendum, sed interim eidem beneficio per alium deseruiri debet assignata sibi congrua de ipsius prouentibus portione vt determinat Bonifacius 8. extr. de regularib. c. Beneficium in 6.

Sexta est necessitas curati ob infirmitatem quemadmodum de rectoribus Ecclesiæ leprosis factis determinat Lucius 3. quod sit ei dandus coadiutor: de clerico egrotante cap. de Rectoribus. Imò vt sequenti cap. definit Clemens 3. Si rector Ecclesiæ sit leprosus ab administrationis officio

[f] Ecclesiæ necessitas vel vtilitas excusat clericum à residendo, vnde si pro negotio Ecclesiæ sit absens constituere vicarium potest, etiam si residere iurauerit. ead. ex parte. 1. 2. de cler. non resid. Adde quosdam casus descriptos per glo. in l. verum. §. ex facto. in verbo deponere. ff. de minor. Dummodo hoc non affectauerit § item cum. de excus. tut. in inst. doct. in c. de cætero. de cler. non resid. facit text. ibi Hippo. multos cumulat in l. 1. §. cum quæ. ff. de quæst. Qui etiã famulatur Episcopo non animo gratis potest residentiæ fructus lucrari vt dicit Angel. Clauas. in sua summ. in verbo clericus. 7. q. nu. 2. Excusatur etiam [illegible] sequens. l. ex ius. vel Archiepiscopi. cap. ad audientiam. & c. de cætero. de cler. non resid. ac c. tum. ile. Clus. vbi doct. eludem.

E remoueatur

remoueatur sed de bonis Ecclesiæ sustẽtetur. Eadem ratione si ob insidias illi in sua parrochia paratas tutè habitare nequiuerit. Nota diligẽter circa dispensationẽ absentia talium curatorũ quod consilium Lugdunen. dicit ad tempus fieri tantum posse pro iusta causa nec vnquam Papã dare perpetuam indulgentiam super huiusmodi residentia quin potius datas per prædecessores reuocauit Bonifacius octauus de rescriptis cap. vlt. in 6. præfatis iustæ absentiæ causis non extantibus. Qui abest præmonendus est per Episcopum & ordinarium vt infra certos dies & tempore competenti redeat & resideat alias suo beneficio priuetur g vt vult Innocentius 3. in cap. inter quatuor. de clericis non residentibus. Vnde Papa priuauit sua parrochia titulari quendam Cardinalem eo quod per annos quinque contra statuta canonum illam deseruisset vt habetur in cap. ex gestis. de clericis non residentibus.

g Parochus cui datum est curam gerere animarum, ab Ecclesia sua ne discedat nisi prius facultate ab Episcopo, vel vicario generali scriptis impetrata, quam quidem etiam à vicario foraneo concedi posse permittitur, si triduo aut etiam quatriduo tantùm absuturus ille sit. Quod derepente discedere necesse habeat, neque statim redire possit id quatriduo ante Episcopo, vel generali vicario significet, id autem in facultatib. concedendis caueatur, vt absente illo, altero interim probo sacerdoti Ecclesiæ cura committatur, vtque totum absentiæ tempus intra annum duorum mensium spatium non excedat, nisi ex grauissima causa id tempori protrahendum esse Episcopus censuerit.

PAROCHORVM VICARII.

§ V.

A Capite ad calcem vsque fusiore narrationis copia necessariam gregi pastorum præsentiam docuimus sumpto inter plura argumento supremi pastoris Iesu Christi asserentis bonum pastorem animam suam dare pro ouibus suis, mercenarium autem viso Lupo aufugere. Quę quidem pia cura tantum valere debet apud fideles ouilis christiani custodes vt maioribus vti exhortationibus operæ pretium non videatur, Res enim in propatulo est quod neutiquam iuxtà Diui Thomæ sententiam pastorum vlli vbi subditorum salus eorum exigit præsentiam licet illis se personaliter subtrahere neque propter aliquod temporale commodum neque propter quoduis periculum imminens. Ne autem videamur inani sola vocum serie delectari absque rationũ examine, sic probatur. Obligatio cuiuscũque personæ ex fine eiusdem obligationis debet perpendi, finis autẽ pastoris cuiuslibet ecclesię est spiritualis salus populi cũ illa præsentiã eius exegerit, nullũ ergo periculũ eũ excusabit quo minus adesse teneatur. Id quod testimonio Christi cõfirmatur, nam si animã pro ouibus ponere

nere tenetur nullum minorum periculorũ culpa excuſabit, atque adeò neque vllũ temporalium cõmodum quandoquidẽ natura facilius indulgeat detrimenta euitare corporalia quam commoda procurare. Verum quando legitimus paſtor ſatis poteſt ſaluti plebis per alium prouidere & conſulere tunc non erit ei nefas quandiu prioribus rationibus deuincitur, à ſua Eccleſia in tempus ſecedere, caueat attamen ne imperitum conducat aut præficiat nec malis moribus corruptum, quia grauis hinc naſceretur gregi lues, ſed idoneum, vita & eruditione probatum ab Epiſcopo, qui ſalua conſcientiæ ſecuritate curam animarum ſibi committendam aſſumere poſsit, non conducta mercedis expectatione. Precipimus (inquit Innocentius 2.) ne conductitiis presbyteris Eccleſię committantur vbi gloſſ. conductitios appellat eos quibus pro certo pretio committitur cura animarum. Idem cum Innocentio habet Eugenius Papa 2. in ſuis decretis quæ leguntur 2. Tom. concil. c. 11. In harum conſuetudinum corruptelas Alexander 3. hoc ſanxit & edixit decretum quoniam enormis quædam conſuetudo in quibuſdam locis contra ſanctorum patrum inſtitutiones inualuit & indies inualeſcit vt ſub annuo prætio ſacerdotes ad Eccleſiarum regimen ſtatuantur ne id fiat modis omnibus prohibemus quia dum Sacerdotium ſub huiuſmodi mercede venale diſponitur ad æternæ retributionis præmium conſideratio non habetur, & recitatur Ne prælati vices ſuas vel Eccleſias ſub annuo cenſu committant. cap. quoniam. 2. Hæc enim pretio locare Simoniacum eſſet, vt infra profuſiùs dicere fert animus. Multi tamen ex eorum grege qui continuis illecebris & mundi voluptatibus gaudent in ampliſsimis Beneficiis vicarios pro ſua inſtituunt & deſtituunt voluntate, grauiſsimis ita penſionibus oneratos quod nec Eccleſiis poſſunt competenter in paupertate nimia deſeruire, nec epiſcopo in epiſcopalibus reſpondere, neque hoſpitalitatem vt conuenit tranſeuntibus impartiri, tandem excuſsis granis miſerè paleis victitant, adeò vt cogantur ſordidi & abiecti tenui victitare penuria. Vtinam intelligerẽt quod qui in ſacrario operantur quæ de ſacrario ſunt edunt, & qui altari deſeruiunt

a In huius canonis elucidationem hæc ex gl retulimus. Conductitios appellat eos, quib. pro certo precio committitur cura animarum. Hoc enim eſt iniquum, vt extra ne pral. quoniam. alias ſi prælatus aliquis alicuius Eccleſia habeat ſecũ ſacerdotem ſub annuo cenſu nõ eſt iniquum, & ſi peregre vadit & pro certo pretio interim aliquem conducit. Poteſt ergo quis conducere operas ſacerdotis alicuius etiã vſque ad ſeptennium ex pral. cap. ne praleg. vt ſuas. querelam. Sed non regimen animarum. Vel dic conductitios Preſbiteros appellari vicarios, quia per vicarios nõ debet quis regere Eccleſiam, vt extra. de cler. non reſid. quia nonnulli.

b Regimen Eccleſiæ ſub annuo cenſu committi non debet. Ex decreto Concil. Lateran. ſub Alex 3. p. 2. c. 2. & cap. 3. & de hac materia, vide Turrecremata. in. c. præcipimus. 21. q. 2.

uiunt cum altario participant, dignus est enim mercenarius mercede sua.[c] Omnibus autē palam est quod & apud Iudæos hi qui sacrorum vice funguntur & altario præsto sunt eorum donorum quæ in altario offeruntur participes sunt, iustum namque est (vt inquit Gregorius) vt illi consequantur stipendium qui pro tempore suum commodare reperiuntur obsequium,[d] vnde ex Cōcilij Agathensis decreto [e] Clerici omnes qui Ecclesiæ fideliter vigilantérque deseruiunt stipendia sanctis laboribus debita secundùm seruitij sui meritū per ordinationem canonum à sacerdotibus consequantur. Possunt ergo tales ministri non solum temporalia accipere ad suam sustentationem sed etiā ea exigere ab his pro quibus spiritualia exercent. Innocentius tertius ad Vigiliensem episcopum sic scribit, Consultationi tuæ ita respondemus [f] quod nihil pro Ecclesiarum consecratione potes vel debes præter procurationem accipere. [P]atione idem ostēditur. huiusmodi sumptus sunt à populo talibus ministris diuino iure debiti vt ex allegatis scripturis sacris patet, ergò licitè possunt exigi. Nota tamen cum sancto Thoma in 2. 2. q. 100. art. 3. quod stipendium sustentationis non debet exigi ab inuitis per spiritualium substractionem quæ sunt exhibenda, sed illis spiritualibus prius exhibitis licitè possunt statutæ & cōsuetę oblationes & quicunque alij prouentus exigi à nolentibus & valentibus soluere authoritate superioris interueniente. hæc sanctus Thomas. Cui consentit dominus Adrianus de Traiecto quodl; suo. 9. dicens Quod ob cautelam & ne pusillis scandalum fiat, ecclesia pręcipit ne quicquam ante sacratum & spiritualium rerum administrationem exigant ex. ca. ad Apostolicam, de simonia [g] Hæc ille. quod cap. licet formaliter hoc non exprimat tamen virtualiter intendit. in §. statuentes.

Tertiò possunt ministri spiritualium per episcopum compellere laicos ad danda temporalia in eorum sustentationem secundùm laudabilem illius loci consuetudinem. Concilium Lateranense sic habet cap. 66. Quia verò quidam laici laudabilem consuetudinem erga sanctam Ecclesiam pro fidelium deuotione introductam, scilicet, de dandis

c 12. q. 2. charitatem.
d Ex concil. Agathen. cap. 36.
e Arg. quod ad quem onus spectat, debetur etiam emolumentum. 7 q. 1. Pontifices. 16 q. 6. de lapsis. Labor enim non debet esse sine fructu 7 q. 1. Etsi labor ingratus quem debita præmia fallunt.
f 1. q. 1. clerici.
g Idem Innocent. 3. in Conc. Lateran. c. 1. 64. & c. 6 eo. ut in 4. consil & pro intellectu, præter doctores consule Sylvestrum in sua sum. q. 8. vbi plenis. vide etiam Paul. de Castr. cons. 401. incip. viso processu. & cons 342. circa primū & Bellameram consi. 32. incip. quod mulieri.

dandis temporalibus ministrantibus spiritualia vt præmittitur ex fermento hæreticæ prauitatis nituntur infringere sub prętextu canonicę pietatis. Quapropter super his prauas exactiones fieri prohibemus & pias consuetudines præcipimus obseruari, statuentes vt liberè conferantur Ecclesiastica sacramenta, sed per episcopum loci veritate cognita compescantur qui malitiosè nituntur laudabilem consuetudinem immutare. hæc ibi.

Ministri etiam spiritualium non habentes stipendium sustentationis possunt de sua sustentatione pro suis operibus & seruitio pacisci & suas operas ac laborem suum locare. Stipendium sustentationis & subuentionis necessariæ ministro sine qua non potest commodè salua sui status honestate diuina exercere officia permittitur: quod nimirum licitè possit sub pacto poni quemadmodum & reliquorum oportunorum ad diuina seruitia prouisio, scilicet, Calicis sacrarum vestium & huiusmodi, probatur ex cap. Significatum est, de præbendis & dignitatibus, vbi Alexander tertius approbat & confirmat collationem cuiusdam præbendæ cuidam sacerdoti cum hac conditione factam in Ecclesia Insulensi, Quod missam de sancta Maria nisi corporis infirmitate grauatus sit debeat quotidie celebrare, & confirmatur communi vsu Ecclesiæ qui est multæ authoritatis secundum Aug. ad Casulanum, quo admittit institutiones anniuersariorum & fundationes pias quibus datur Ecclesiæ tẽporale cum pactione scilicet de temporali pro sustentatione ministrorum imò etiam adiecta conditione quod si Ecclesia non faciat quod promittit temporale sustentationis poterit reuocari & repeti vt videtur & cap. Verum. de conditionibus appositis licet hoc facere non possit propria authoritate sed tantum superioris & iudicis Ecclesiastici ex cap. Nulli. & cap. Quicunque. 12. quæst. 2

h Ex huius gl. sententia dicimus quod sacerdos potest recipere pecuniam vice lebret diuina, qui si sic operas suas videtur posuisse locare arg. 10. q. 3. relatum. & 12. q. 2. charitatem. & c. quicunque. 1. de Simonia. cum sit. & 1. q. 2. c. vlt quia si ex stipendio fuere hic, nõ cogetur. Hic locus varijs modis apud Canonistas premitur de quo Scholastici Summulistæ in verbo Simonia variè loquuntur & Adri. 4. quodl. 9 cum Altisiodorens. antiquo Theologo complures allegat in risperuos in hanc sententiam, nempe quod liceat pro labore administrationis sacramentorum pretio pacisci. Durandus tamẽ in 4 dist 25. q. 3 omninò tenuit pro labore administrandi sacramenta quidquam recipi posse.

Postremò quod liceat ministro Ecclesiastico spiritualium locare operas suas docent Canonistæ & multi Theologi glossa enim super cap. Significatum est de præbend. & dignitatibus sic habet, Sacerdos si nullum habet beneficium Ecclesiasticum ratione cuius ac hoc teneatur, po-

i dist. 11. c. in his rebus.

test locare operas suas ad certum tempus & recipere mercedem pro labore suo nec Simoniam committit, Alias si habet beneficium non licet ei hoc facere hæc gloss. cui adheret Panormitanus dummodo talis non intendat pro spirituali pecuniam accipere pro seruitio & recõpensatione damnorum quæ sustinet trahendo moram ibi, pro quo inducit illud Agathen. Concil. decretum Clerici stipendia sanctis laboribus debita secundum seruitij sui meritum à Sacerdotibus consequantur. vbi notat illud, stipendia sanctis laboribus debita & inducit quod vicario Episcopi constituitur certa portio pro suo spirituali seruitio ex eo de elect. in 6. Vbi statuitur quod Curato Parrochiali dispensatiuè per septennium absente causa studij, deputandus est loco eius Vicarius bonus & idoneus cui de de ipsius Ecclesiæ prouentibus necessaria ministrentur. Improbat prætereà Panormitanus in dicto cap. Significatum est de præbendis & dignitatibus Innocentium & Hostiensem dicentes Sacerdotes posse locare operas corporales in seruitio honesto alicuius domini sed non spirituales quamuis pauperes. Inter doctores Beatus Bonauentura in 4. dist. 25. scripsit. q. Vltima. quod pro labore celebrationis missarum licet aliquid accipere.

Dominus Adrianus de Traiecto quodlib. suo nono. ar. 3. sic infert Ex his satis apparet quod pacta Sacerdotum super operarum locatione vel stipendij susceptione non sunt statim iudicanda Simoniacam continere prauitatem. Cardinalis Caietanus in comment. sup. 22. 5. Thomæ idem sentit scilicet Ecclesiasticis ministris licere locare operas suas ex pacto, quod confirmat ex Ecclesiæ consuetudine approbata quia videlicet sacerdotes seruituti per annũ alicui capellæ conueniunt pacto de annua quantitate pœcuniæ, alij conducuntur vt sint capellani annuales, alij menstrui interueniente pacto quod tantum debeatur eis singulis annis vel mensibus conformiter ad pactum implicitum in iure approbatum in cap. Significatum est de Præbendis & dignitatibus. Quod pactum in Ecclesia consuetum non est intelligendum de celebratione missæ & ministrationibus piritualium absolutè & secundùm se sic enim est spiritua-

le &

h Dispensare possunt Episcopi, & superiores cum habentibus parrochiales ecclesias sibi subiectas, quoad vsque ad septennium studendo non teneantur ad sacerdotium promoueri, ad subdiaconatum, tamen debent promoueri infra annũ, alias sunt priuati, & illo durante septennio debent in illa ecclesia idoneum poni vicarium de fructibus Ecclesiæ sustinendum, elapso septennio debet rector infra annum in Presbyterũ promoueri. Elapso verò dicto septennio, hi cum quibus fuerit dispensatum ad Diaconatum, & Presbyteratus ordines infra annum se faciant promoueri, alioquin extunc dictam pœnam (nisi iusta de causa id omiserint) ipso iure se nouerint incursuros. Hic notat Pet. quod post dispensationem fit reditus ad ius commune, sicut finito priuilegio l. Titia. §. vsuras ff. de legatis. 2.

le & sic pro tali non licèt pacisci sed tale pactum est intelligendum de temporali quod interuenit in huiusmodi administratione spiritualiũ,[1] scilicet de obligatione ad celebrandum missam in tali loco,tali hora, toties in Hebdomada & huiusmodi, nam istæ conditiones quæ per accidens iunguntur sunt temporales & propterea possunt sub pacto poni,ita quod licet sacerdos non posit locare actionem suam quam celebrando,prædicando , sacramenta ministrando,orando &c, exercet, quoniam sic ratione spiritualis quod principaliter queritur æstimaretur & appreciaretur potest tamen locare seu vendere obligationem suam ad personam suam continendam vel præsentandam in tali loco tali tempore & toties in hebdomada,&c.Quoniam hæc temporalia sunt & impedimenta propriæ libertatis notabiliter & per accidens sunt coniuncta actui celebrationis missæ vel aliorum spiritualium actuum , non sic est autem in eo qui non se locat nec obligat sed sponte quando occurrit celebrat quoniam nihil notabile temporale interuenit per accidens in sic sponte celebrante , & propterea de spirituali pactum faceret si conueniret de pretio , quia igitur in istis menstruis vel annuis obligationibus ad celebrandum, & huiusmodi interueniunt hæc temporalia accidentia,ideò dicuntur licitè locare operas suas quod non admittitur de non obligatis ad hæc accidentia.Hęc Caietanus.Nec officit prędictis sententia quorundam Canonistarum nempe Innocentij & Hostiensis super præfatum capitulum significatum est de præbendis & dignitatibus.dicentium, sacerdotes non posse locare operas suas spirituales,quamuis pauperes, ad quam opinionem tandem Panormitanus declinauit super capitulum Quam.de simonia.recedens à priori sua opinione deterritus hac authoritate Paschalis Papæ. Quisquis alterum horum vendiderit sine quo reliquum non prouenit neutrum inuenditum relinquit propter quam authoritatem dicit talem laborem non posse licitè vendi,id idem sentiunt inter Theologos Petrus de Alliaco in tractatu quem contra Cancellarium Parisiensem de simonia edidit, Petrus de Palude in 4. dist. 25.q.vltima, & Durandus de S. Porciano

in suo

[1] Vin poteris lector ad explicatissimam huius sententiæ rationem prouehi, iussi comite Caietano intelligas discrimen inter administrationem sacramentorum & alias spirituales actiones, nempe quod in sacramentali functione, nunquam carere posset specie Simoniæ, alia soluenda iura, & oblationes instituere præter decimas, vel illos redditum qui ad sustentationem instituti sũt, pro aliis verò actionibus secundi ordinis solennis institutis mercedis formam habentia ut pro exequiis mortuorum, pro cantoribus, atque id genus aliis. In huiusmodi ergo actionib. miscere quidpiam temporale assolet, quod cum nõ sit ad spirituale necessarium, nulla interuenit Simoniæ species, si pro mercede ex pacto fiat, est enim offerendum illud spiritualib. accessoriũ, quando verò id quod principaliter quæritur est spirituale, nõ licet pro illo, quidquam mercedis loco percipere.

in suo 4 distinct. eadem. nam volunt ipsi cum Pascali Papa quod temporale per se & necessario annexum spirituali non potest vendi aut pacto locari quod omnes fatentur, sed labor & temporale per accidens & contingenter annexum spirituali non negarent posse vendi. Attamen sanctus Thomas asserit quod habens stipendium sustentationis non potest locare operas suas ad vsum potestatis spiritualis sed debito officij suscepti stipendium vitæ illi præbentis debet illas impendere, si enim talis locaret operas suas. intelligeretur vendere ipsum spiritualis gratiæ vsum, Nam sacerdos habens vnde secundùm statum suum honestè viuat si ex pacto vult stipendium sustentationis, conuincitur quod tunc conuenit non de stipendio sustentationis sed de stipendio locatarum operarū quod solis pauperibus,debetur licet idē [m] Caietanus in sua Summula de peccatis titulo simonia in quarta regula dicat Ministris Ecclesiæ in articulo necessitatis licitum esse deducere in pactum stipendium sustentationis: & addit ,& quamuis hoc sit licitum quia tamen habet speciem simoniæ & prohibetur regulariter iure positiuo pacisci in huiusmodi,ideo cauendum: si autem sustentationis stipendium pro rei spiritualis exercitio gratiosè vel ex authoritate superioris detur ei qui non eget huiusmodi sustentatione poterit tamen licitè accipere exemplo episcopi ditissimi visitantis, cui tamen soluitur secundùm iura procuratio vt patet de simonia capit. cum sic. Vicariis ergo constituantur honesti prouentus, quibus sollicitudinem pastoralem absentem supplere queant ne cōsumptis omnibus & obliguritis solum vertere cogant,vt in Ecclesiæ parrochialis detrimentum,alioqui curatus ipse rationē reddere tenebitur totius damni dati. Iuri enim consentaneum est vt qui pondus diei & æstus patiuntur mercede expectata gaudeant.Quis militat suis stipendiis vnquam & de lacte gregis non mānducat? Qua in re precatum velim quemlibet ex eorum numero qui vicarias locant operas iustum esse laboris alieni æstimatorem. Percunctemur iam quæ sint sacra Pastorum in Ecclesia munera & officia.

[m] *In hoc dubio reprehéditur Caietanus per Sotū, dum (inquit) quod quando sustentationis stipendium superiorum authoritate decretum est, potest illud sacerdos, siue pauper sit, siue locuples percipere Nam idem sacerdotium potest diues sacerdos nihilominori iure suscipere quàm pauper. Quando verò eiusmodi stipendium non est lege constitutum: sed priuata conuentione constituendum, tunc (inquit) Pauper pacisci de illo potest, diues verò minimè, quoniā cum aliunde sibi sustentatio suppetit, indiciū est conuentum facere, non pro sustentatione, sed pro operarū mercede. Hunc tamen ego (inquit Soto) censendi vigorem, non facilè probarem, nā si ex rei natura ad sustentationem ministri talis functioni mancipatur talis sustentationis modus necessarius est, tūc ex natura rei emergit Simonia, atque adeò neque ex qualitate Sacerdotis oritur.*

DE

DE INTEGRA ET PVRA PASTORALIS OFFICII ADMINISTRATIONE.

CAPVT QVARTVM.

§ I.

Verbi Dei Prædicatio.

MIRARI penitus desinit animus, quomodo musti à caulis diuinis Ecclesiæ subtracti fuerint, cum illi qui gregem domini custodire debebant, lupos abigere, & latrare pro domino, muti & idola veluti obdormierint, adeò vt si contemptis verborum fumis rem æstimare libeat de pastoribus optimè illud Prophetæ verificetur, speculatores eius cæci, omnes nescierūt vniuersi, canes [a] muti non valentes latrare. Quemadmodum enim laudari canes [b] fidei & amicitiæ apud Græcos Symbola latratu deterrent fures nocturnos conantes irrumpere in domum sic optimi pastores circuitibus Leonum rugientium & Luporum rabidorum insidias auertunt, sed sicut fures solent panis stipe obiecta vocem canibus ne prodantur adimere ita qui priuati lucri desiderio anguntur & qui magno faucis hiatu pecunias aut honores temporarios ambiunt, potiusquam dominus gregis custodiam, & emolumentūiis Ecclesiasticis prædicatoribus clamare incipientibus, [c] arguere, increpare, & damnare Regum & magnatum vitia studentibus, officia, dignitates, sacerdotia eximia velut os, aut offam in os iniiciunt vt sileant & furibus prodent dominum domini. At fideles excubitores qui stant super muros Hierusalem nullo proiecto impedimento, nullo honoris aut fastus illicio à vigili cura & clamore excidunt apti sunt equidem ad venatum animarum [d] qui norunt quādo debeant mutare vocem &

a Isa. 56.

b οἰκουροί, id est, custodes domus, & excubitores.

c In pastores qui vitiorum affectu consensi fuerint, & dum labitur eos non corrigunt timent enim ne apud illos male audiant.

d Eleganti metaphora optimi pastoris animarum salutem venantium studium aperitur.

c Singularis laudis materiam habet qui præfectus est Christiano ouili sedulã & suam denouet operam in arcendis ab eo lupis & omnium vitiorum insidijs quod nunquam commodiùs fieri potest quam prædicationibus & exhortationib. gregis ergo curam habeant nõ suspinus & in vinea Domini sint assidui non præcepio desides. Quod si vel in vinea vul. es, vel in grege lupus incommodi aliquid intulerit, damnum præstabunt qui curam susceperant. Negligentia hæc crassiùs irrepsit in quosdam Parochos qui rei domesticæ sollicitudine, irretiti nihil de pascendo grege in doctrina, & optimis institutis curant. Alij abscondunt talentum domini, ne profectus illorum sit omnibus manifestus. Quod si Athenniensium lege cautum fuit, vt esset capitale erranti viam non monstrare, multò odiosiùs esse debet in lege Christiana.

qui bus modis feram in casses domini adducere.[c] Hi sunt qui dormiunt inter medios cleros qui pennas habent columbæ deargentatas non sine grato tonnitu salutaris doctrinæ, non terrena querentes sed cælestia. Hi sunt medici spirituales qui cœlesti pharmaco & salutifera theriaca verbi Dei pestilates humores & venenosas è corde hominum euellunt & reuocant optimis consiliis animos effrænatiores & licentiores ad explendas omniũ peccatorum libidines & affectus. Isti sunt inquam qui populum belluam multorum capitum, induratissima corda doctrinæ veluti lydio lapide flectere possunt, quique cœlestes thesauros aperiũt & vberrima gratiarum dona infundunt. Eximiam quandam laudem olim promeruerunt, qui mundo cum omnibus suis pompis ac voluptatibus contempto procul recesserunt in horridas solitudines: in ferarum lustris aut in speluncis asperam agebant vitam, ab omnium hominum commercio semoti sibi duriora imperantes quam patiuntur qui in desertas deportantur insulas. At iudice Chrisostomo rem præstat vt multo difficiliorẽ, ita multo sanctiorem qui populo bonum præstat pastorem. Monendi sunt ergo parrochi omnes vt suscepti docendi muneris curam sædulo exequi studeant qua nihil vel egregius vel Deo gratius excogitari potest. Miramur quod sanctorum precibus & orationibus mortui reuixerint, sed non minoris est admirationis pia concio quę multitudinem animarum extinctam & in peccatis mortuam ad vitæ lucem excitat, sic enim ad vnam piscatoris orationem cœlitus elaboratam circiter tria milia hominum in nouas creaturas transformata sunt. Itaque si Petrus flexis genibus Deum orauit, ad multorum preces excitaturus vnam mulierculam ad vitam corporis, quã reuocare quid aliud erat quam bis mori? quid faciendum pio & charitatis viuo zelo perculso prædicatori qui hoc agit vt quamplurimas animas in peccatis velut in sepulchro putrefactas ad veram reuocet vitam? Id clarius significasse videtur Gregorius 13. Pontifex Max. in Epistola ad Ludouicum Granatensem Dominicanum, qua eius eruditionem & pietatem commendans vero & paterno affectu suos labores in publicam lucem & publicum commodum

dum amplectitur eique gratulatur his verbis. *Multas conciones habuisti libros præstanti doctrina & pietate refertos edidisti, idem quotidie facis nec vnquam cessas præsens atque absens quamplurimos Christo acquirere. Gaudemus isto tum aliorum, tum tuo ipsius tam præstanti bono & fructu. Quot enim ex concionibus, scriptisque tuis profecerunt (profecisse autem per multos quotidieque proficere certum est) totidem Christo filios genuisti longeque illos maiori beneficio affecisti quam si cæcus aspectum aut mortuis à Deo vitam impetrasses.*[f] O fœlix & beatum munus! quo sacra adyta cœlestis aulæ nobis reserantur, quo mentes immortali illa dape vescuntur & æternæ gloriæ præmia reportant. Eia ergo tu parroche vide ministerium quod accepisti à Domino vt illud impleas. Fideli Propheta nihil honorabilius, pseudopropheta nihil detestabilius, synceris Euangelistis & pastoribus nihil apud Deum preciosius, pseudoeuangelistis nihil abominabilius. Prædicationis officium cum puræ mentis ardore accenditur, & propter Dei gloriam exercetur, Deo & angelis mirum in modum placet, vt de clarant illa Prophetæ verba Quam speciosi, pedes Euangelizantium bona. Quibus similia sunt Cant 7. Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis filia Principis, calceaméta autem esse preparationem ad Euangelium censet Apostolus. Imparatus ergo accedet ne pastor ad Publicum suggestum in conspectu summæ trinitatis & sydereæ Curiæ verba salutaria interpretaturus apud populum, parum est exibilari ab vno populo, sed explodi ab vniuerso cœtu sanctorum angelorum ac piarum animarum summę est infœlicitatis. Diuinis ergo suppetiis cõfisus consideret pastor quæ merces, quod stipendium cœlitus ei promittatur, & horribilem male gesti muneris vindictam. Videat circunstantes oues Christianas suæ creditas fidei, & in seipsum descendens perpendat quantam animi puritatem, quantam eruditionem, quantam prudentiam, quantum charitatis adorem, quantam fortitudinem, exigat ista functio qua vel abstineat si se cognouerit parum instructum vel ea prædicet quibus est opus,

[f] *Hæc Epistola est omnibus ferme Granatensis operibus optimo iure in suo vestibulo insignis, qua apud Summum Pontificem Gregorium tertium ob eximios ingenii fructus, & labores in publicũ commodum sparsos eum fœlicissimũ in concionibus studium, quo multis annis claruit in Lusitania, & Hispania commendatur. Plura de Prædicationis officio & necessitate scripsit in illa elegantissima oratione de officio pastoris quam habuit in consecratione D. Antonii Pinarii Episcopi Mirandensis, cuius eximiores flosculos colligemus in classe Episcopi.*

PRAEDICATIONIS NECESSITAS.

§ II.

OMNIBVS sacerdotibus concionis catholicę curam ex officio non competere, VVitcleffij,& Husſij error in Concilio Constantieñ[a] damnatus dilucide testatur, positiui namque iuris ratione id prohiberi ſub excommunicationis ſententia niſi cui ex officio vel commiſsione incumbit pontificum ſacra decreta clamant.[b] Etſi Gregorius li.1. Dialogorum quendam laicum Equitium nomine laudibus commendat quod prædicaret populo, cum hoc officium ſit ſacro ordini annexum.

Verum ne promiſcua rationum ſerie obruamur ad prolixos ſcripturæ diſcurſus, ſatis huic paragrapho conſuluiſſe arbitrabor ſi compendioſiùs dixerim quibus hoc prædicationis munus conueniat.[c]

Sexta ſinodus generalis can. 33. ſic habet, Nulli liceat populo in ſuggeſtis diuinas ſcripturas explicare, niſi is ſacerdotali tonſura vſus fuerit & benedictionem à ſuo paſtore canonicè receperit, ſi quis ſecus fecerit deponatur. & can. 64. eiuſdem Sextæ ſynodi. Non oportet laicum publicè diſputare vel docere ſed ordini à domino tradito cedere & aurem eis qui docendi gratiam acceperint aperire & diuina ab eis doceri. Qui hæc tranſgreſſus fuerit quadraginta diebus excommunicetur.[d]

Leo Papa hæc ſpecialiter ſtatuites, vt præter domini ſacerdotes nullus audeat prædicare ſuis monachis ſiue laicus ille ſit qui cuiuſcunque ſcientiæ nomine glorietur. In principio (teſte Ambroſio)[e] vt creſceret atq; multiplicaretur Eccleſia omnibus de clero cõceſſum erat & euangelizare & baptizare & ſcripturas in Eccleſia explanare, at vbi omnia loca circumplexa eſt eccleſia ex tunc conſtituta ſunt conuenticula & rectores & officia in eccleſia ſunt ſubordinata, ſequitur vt nunc neque diaconi in popuo prædicent, neque clerici neque laici baptizent. Hinc dominus Caietanus in 2.2. S. Thom. q. 187. art. 1. dicit quod licet prædicare ſecundùm ſe non ſit alicuius ordinis, nam in Synagogis Iudæorum & templo non ſacerdotes & Leuitæ prædicabant

a Concil. Conſt. Seſſ. 8. & 15.

b 27 q 1. cap. adiucimus. de hæreticis. cap. ſicut præcipitur. c. excommunicamus. 1. co. tit.

c *VValdenſes in hunc errorum ſcopulum lapſi fuerant, vt docerent liberam eſſe cuique Christiano verbi Dei prædicationem, adeò vt quamuis à ſuperiore ſit prohibitus, ne id agat ipſũ, tamen poſſe prædicare verbum Dei aſſerunt. Hanc ſententiã damnat Beatus Paulus in Epiſt. ad Romanos, dicens, Quomodo prædicabunt niſi mittantur. Arbitratur námque Paulus neminem poſſe iuſtè officium prædicationis exercere, niſi id ſibi mandatum fuerit, & ad illud exercẽdum miſſus fuerit & in Epiſt. ad Romanos 10. Quomodo prædicabunt, niſi mittantur.*

d 16. q. 1. cap. adiucimus.

e Ambroſius in Epiſtola ad Epheſios.

predicabant alioquin non fuisset permissum Christo prædicare nec concessum à principibus Synagogæ quod Paulus prædicasset in Synagoga Actuum 13.[f] tamen Ecclesiastica lege factus est actus sacri ordinis, vt nunc solis sacerdotibus liceat prædicare: hæc ille, propter quod prædicans in mortali peccato etiam occulto peccat mortaliter secundùm S. Thom. in 4. sententiarum. dist. 19. [g] Quod sequitur Caietanus in 2. 2. q. qua supra & in 3. parte q. 64. artic. 6. ad primum. Nemo autem quantumuis virtute & eruditione insignis prædicatoris subire munus debet, nisi ei tanta sit prouincia delata ab episcopo loci vel ab Apostolica sede. Quia nonnulli sub specie pietatis virtutẽ eius iuxta quod Apostolus ait abnegantes authoritatem sibi vendicant prędicandi cum idem Apostolus dicat, Quomodo prædicabunt nisi mittantur, omnes qui prohibiti, vel non missi præter authoritatem ab Apostolica sede vel Catholicæ episcopo loci susceptam priuatim vel publicè prædicationis officium vsurpare præsumpserint excommunicationis vinculo innodentur, & nisi quam citius resipuerint alia competenti pœna plectantur.

Concilium Lateranense sub Leone 10 Sess. 11. anni. 15. sic statuit Sacro approbante concilio statuimus & ordinamus, vt nullus tam clericus sæcularis quam cuiuscunque etiam mendicantium ordinis regularis aut quiuis alius ad quem facultas prædicandi tam de iure quam de consuetudine, vel priuilegio ad huiusmodi officium exercendum admittatur, nisi prius per superiorem suum diligenter examinatus in qua re conscientiam ipsius superioris oneramus ac morum honestate, ætate, doctrina, probitate & vitæ exemplari ad illud aptus, & idoneus reperiatur, & hic quocunque prædicaturus postea accesserit de huiusmodi examine & idoneitate sua per literas sui examinatoris approbatorisque Episcopis & aliorum locorum ordinariis fidem legitime faciat. Hæc præfatum concilium. Quibus autem delegatum sit prædicandi officium testatur Viennense Concilium hoc canone Parochialium Ecclesiarum Curatis siue rectoribus noscitur de iure competere prædicare, seu proponere verbum Dei, & confessiones audire.

[f] extra. de hæreticis. c excommunicamus.

[h] Distinctione vn opus est. vt peccator publicus prædicare profectò non possit absque mortali crimine illud enim scandalum directè fructui prædicationis obstat, iuxta verbum Gregorij in Pastorali. Necesse est cuius vita despicitur, eius prædicatio contemnatur. Et Arist. in Ethic. Dum sermones (inquit) moribus dissonant, contemnuntur, & veritatem interimunt. Quare vt Paul. ad Rom. 2. ait per huiusmodi Prædicatores qui prædicant non furandum, publici sunt latrones, nomen Dei blasphematur inter gentes. Quando verò quis est occultus peccator, quod nullum sinistrũ dedit exemplũ, & tunc maximè quando ex officio incumbit non esse peccatum cum timore & reuerẽtia prædicare, nã possit sua prædicatio esse fructuosa. Contẽptus verò est semper mortalis; vt si quis tam impudenter

 extra.

extra.de ſepulturis cap.dudum. §.verum in Clementinis Auguſtinus de Ancona in ſua ſumma de Eccleſiaſtica poteſtate quæſtione 64. art.2. optimè dicit quod Epiſcopis Archidiaconis & præsbiteris qui ad curã animarum aſſumuntur.ex officio conuenit prædicare quia in officio eis commiſſo anthoritas docendi & inſtruendi animas eis commiſſas includitur. Prædicationis vero argumenta non deſunt in ſacræ ſcripturæ eloquio, ex quo ſeligenda ſunt quę concionabitur Paſtor in ſuorum auditorum commodum latiſsima quandoquidem diuini præconij ſeges ex ſcriptis Apoſtolicis & canonicis colligi poteſt. Ideo Lateranenſe Concilium ita ſtatuit Seſsione vndecima, Mãdamus omnibus qui hoc onus prædicationis ſuſtinent & in futurum ſuſtinebunt vt euangelicam veritatem & ſanctam ſcripturam iuxtà interpretationem doctoruum quos Eccleſia vſuſque diuturnus approbauit legendoſque hactenus recepit & in poſterum recipiet, prædicent & explanent, nec quidquam eis ex proprio ſenſu contrarium vel diſſonum adiiciant. hæc ibi.

prædicationem vilipenderet. vt in aliquem non peccaret illum in peccato exercere h Conci Trid. Seſs. 5. optimè prouidens quatenus ſpecialius promoueant ab Eccleſiaſtica verbi Dei concione, iubet Epiſcopos cauere, ne aliquẽ niſi moribus & doctrina probatum in ſui diœceſi prædicare permittant. Si verò quod abſit prædicator errores aut ſcandala diſſeminauerit. Epiſcopus ei prædicationem interdicat, quòd ſi hæreſes prædicauerit contra eum procedat. Curent quoque Epiſcopi ne quis Prædicator ex falſis informationibus vel aliàs calumnioſè vexetur iniuſtè, ne de eo conquerendi occaſionẽ prebeant. Scripturas ſacras ſiquidem dogmata, non ſecundũ priuatum ſenſum, ſed iuxtà patrum orthodoxorum receptam mentem ſermone aperto ac ſimplici diſcipline tamen, & graui perorare debet.

Vaſenſe Concilium can.4.docet & ſtatuit homelias ſanctorum eſſe populo publicandas. Concilium Senonenſe cap.11. in Eccleſiis parrochialibus per ſingulos dies dominicos presbiteri parrochiales curati per ſe aut eorum vicarios clara & intelligibili voce ac verbis maternis annuntient decem præcepta decalogi & articulos fidei. Aurelianenſe Concilium 4.can.5. Parrochiani clerici ſtatuta canonum à Pontificibus ſuis neceſſaria ſibi legenda percipiant ne ipſi vel populi quæ pro ſalute eorum decreta ſunt excuſent ſe poſtmodũ ignoraſſe. Et habetur in 2.vol. Conciliorum. Sexta Synodus generalis quæ fuit Conſtantinopolitana inter nouem illius capitula cap. 7. ſic ſtatuit. Commonendi ſunt omnes fideles à minimo vſque ad maximum vt orationem dominicam & ſymbolum memoriter teneant & ſingulis diebus, qui amplius non poteſt ſaltẽ duabus vicibus mane ſcilicet & veſperi, ea dicãt quæ à Catholicis & orthodoxis patribus in precũ vſum cõcinnata ſunt, & Deo creatore ſuo adorato inuocet ſanctos vt pro ſe apud maieſtatem diuinã intercedere dignẽtur, hæc

faciant

faciant in Basilica quibus basilicæ locus est aut in itinere, in Syluis, agris &c. vbicunque cum hora matutina vel vespertina inuenerit sic faciat sciens Deū vbique pręsentem esse secundum illud in omni loco d. eius. 6. Psal. 101. Quod si curatus nesciat, aut non possit, vel nolit prædicare, prouideat de prædicatore idoneo. Si enim Episcopus etsi pro posse in sua diocesi prædicans nihilominus in sui suffragium prouidere debet de prędicatoribus idoneis qui in sua diocesi concionem vt in concilio Lateranensi diffinitum est ca. 20. quid agendum putas Parrocho cui proprio iure hæc delegata est prædicandi prouincia? Asciscat ergo secū concionatorē qui moribus & exemplo tum doctrinæ nitore pascat gregem, qui inquam prædicet euangelium vitia & virtutes, pœnam & gloriā, clamet increpet, arguat, instet oportunè importunè sanis & insanis videlicet. Prædicatori quidem omne tempus oportunum est, refocillentur auditorū animi diuini verbi nectare. Increpationi misceatur obsecratio quædā ita vt asperitati obiurgationis misceatur lenitas quædam, & doctrina, ne vel odisse videamur, si austeri sumus in corripiendo vltra quam sat est, aut timore litigare si tantum increpemus nec doceamus. Nihil enim facilius quam carpere vitam alienam. Nonnunquam enim pastores iræ suæ stimulum, Iustitiæ zelum putant & cum vitium virtus creditur sine metu culpa cumulatur. Alij vero ne beneuolentiam perdant in desidiæ torporē cadunt. Paulus Timotheo scribit increpa in omni patientia, Tito autem arguere precipit cum omni imperio, alteri frænum, alteri calcaria adhibens, alteri patientiam, alteri imperium proponens. Notissima est autem Pythagoræ sententia, ignem ne gladio percutias, id est ira percitum ne lacessas, ne cornutam bestiam videaris impetere, & quæ fœnum gestat in cornu quin magis concedere conuenit, & blandis verbis tumidum animum placare pro eo quod flamma vehementior quo magis exagitatur hoc magis ac magis inualescit, Et quemadmodum rem difficilem aggreditur qui ignem velit gladio dissecare vel aëra, sic qui animum irati vult ledere exacerbādo. Hinc est quod sæpe dura vulnera per leuia fomenta mollescunt neque enim negligen-

ter

1 Omnium sententia piorum potissimum constat nihil plebanno aut parrochis amplius, aut dignius ex officij necessitate incumbere quā doctrinam Christianam populo summè necessarium, veluti animæ pabulum tradere, verum verò sit salutare consilium illis id muneris iniungere in Tridentina Synodo propositum fuit & prima fronte sic nonnullis Patribus apparuit, sed non defuit, qui vt sententiis pensiculatiùs agitaretur, supplex orauit, à qua postea decernenda, vt scribit Sotus supersessum est. Enimuerò vt decorum & saluciferum est illis Parrocialib. sacerdotib. qui verè Theologi sunt id muneris suis plebibus impendere, sic pestilentissimum est Theologiæ ignaris id committere. Quamobrem ne rudes illi, & inculti sugestum publicum cum ludibrio conscendāt aut à beneficio abstineant, aut idoneos cōcionatores instruendis gratis inueniant.

terintuendum est quod cum Saulem nequam spiritus inuaderet, Dauid cythara eius sedabat insaniam. Quia cum sensus Potentum aut diuitum per elationem in furorem vertitur, ad sobrietatem mentis quasi dulcedine Cytharæ humano nostro eloquio reuocatur. Nathan ad Dauid quasi ad ægrum medicus venerat, secundum vulnus videbat sed de patientia ægri dubitabat vnde abscōdit ferrum medicinale sub veste similitudinis, quod eductum subito deflixit in vulnus, vt secantem gladium sentiret eger, antequam videret, ne si ante cerneret recusaret. Considerans enim peccatorem & Regem, miro modo audacem reum prius per cōfessionem ligare studuit vt deinceps secaret. Non cuiuis liberum est equo generoso ac natura feroci admouere manum sed multo maioris est artificij sic docere Principem vt persuadeas optima, sic admonere vt obtemperet, sic increpare vt non excandescens ira se se vertat ad deteriora, sic denique in publico notare vitia principum vt populum non irrites ad seditionem ac rebellionem. Nolim autem quempiam putare me liberè prædicatoris authoritati aliquid detrahere in his præsertim temporibus quibus pastorum conniuentia & taciturnitate tanta peperit incommoda sed meo iudicio mitius & modestius agendum est cum publica vitia publicè corripiuntur. Doctoris namque sanctissimi Thomæ lectione excerpsi expendentis illud Esaiæ *Quasi tuba exalta vocem tuam*. Prædicatorem dici tubam quia inuitat ad vitam, ad bellum, ad consilium, ad festum & indicat incessum viri, quemadmodum enim tubæ sonus ab omnibus percipitur sic concionatoris verba omnium sine discrimine debent arguere vitia. Sed cum omni mansuetudine nec satis est arguere vitia, sed doctrina præmittēda quæ persuadet esse nepharium quod reprehenditur. Aperiendæ sunt pariter fores quibus ad salutis pristinos lares regredi valeant deuij vt scelera conterant, postremò excussis erroris tenebris commonstrandum quantò rectius atque etiam iucundius sit virtutis & beatitudinis radios contemplari. In hac re nō leuiter errant qui sanctitatis & inculpatæ vitæ normam mentientes specialius in priuatorum scelera excandescunt, dicēda tacendáque

k Incorrigendu aut coercendis plebis vitiis summa prudentia prædicatori opus est, & quæ ad Cathechismum pertinent omnia exponere debet, pariter & annunciare, quas virtutes insequi & quæ vitia oporteat declinare frequenter, nunc spe præmiorum erigere nunc suppliciorum metu deterrere. Vitanda est quoque manifesta reprehensio vtriusq; tam Ecclesiasticæ, quàm ciuilis potestatis. Neque inuehendum est in ordinem aliquem, aut aliquod approbatum viuendi genus neque cuiusuis quantumuis scelerata persona nominanda est, nisi bonum commune & grauis id exigat causa.

tacendaque euomunt, vnde pœnitentinm arcana produntur, dum quædam curiosiùs edocere & pandere volunt quæ & auribus tædium, & ipsi concionatori contemptum & minorem beneuolentiam conciliant. Satis est in genere crimen proponere, nec id absque horrore & abominatione, tempestiuior reseruatur arguendi occasio in secreta confessione. Quidam ad fabulas paganorum confugiũt & miscẽt temerè sacra prophanis.[1] Quidã magnis verborum innolucris aulicorum luxum reprehendunt, vestiariorum nouos ornatus, impudicitiæ, veneficij, & magiæ crimina sigillatim adeò vt vel imitandi vel ridendi occasionem sæpissimè concedant. His admiscent lepida dicteria & sales festiuas, quæ Agelastis etiam ipsis risum mouerẽt, nam hoc genus hominum stolidum & sui amans, quemadmodum gaudet depingi in tabula ita amat & vulgi lingua depingi. Vix quisquam æquo animo scit corripi & obiurgari ab eo cuius vita publicis & fœdis coloribus deuenustatur & contaminatur, sed intolerabilius est ab eo reprehendi qui sibi ignoscit in his quæ castigat in aliis. Huius inuidiæ sopietur suspicio si prædicator suam personam admisceat, hoc ferme pacto, Nos omnes naturæ fragilitate propensi sumus ad vitia, nos quotidie (ni nobis gratia diuina opituletur) prolabimur. Ipse peccator, peccatores admoneo, Simul errauimus, simul emendemus, vt quorum nunc communis est dolor iis reconciliatis sit communis omnium gratulatio. Vsurpaui mihi (inquit Gregorius) cotis officium quæ ferrum reddit acutum cum sit inutilis ad secandum. Pulchrum depinxi hominem pictor fœdus, aliósque ad perfectionis littus dirigo qui adhuc in delictorum fluctibus versor. Si mihi tacitè dicas cur ipse talis non sim qualẽ te esse desidero illud breuiter (ait Hieronymus) respondebo, non mea esse quæ dico sed domini Saluatoris, non monere quod ipse possim, sed quid alius debeat velle, qui seruus Christi futurus est. Et athletæ suis incitatoribus fortiores sunt, & tamen monet debilior vt pugnet qui fortior est. Ideo Chrisostomus vt auditores verbi Dei beneuolos & dociles concioni redderet, non vitam sed doctrinam vult perpendi. Si bene vixerint eorum est lu-

[1] Sunt quidam concionatores qui publicis concionibus nihil solennius habent dictis quàm prophanis vti doceris in certo quodã lepore exornatis, Scitè ergo admonendi sunt sacrorum expositores & concionatores, ne signis prophanis similitudinibus ridiculis temerè vtantur ad sacros vsus exprimendos, in quo nonnulli minus prudenter, oblectantur. Quamuis enim pictorib. atque Poetis comicis vti liceat imaginibus ad mores hominum taxandos, vt in Sardanapalo lasciuiam, & in Parmenone vafriciem, nonnunquam tamen in sacris ita libere fas est prophanis vti, sed illis quæ spiritus Sanctus, secundum Ecclesiasticos interpretes reuelauit etenim qui propterea quod aduersarium nostrum diabolum leonem appellat Petrus quem Christus deuicto imagine Herculis Leonem necantis Christũ significaret, vel ob id quod Sathanam qui animas in suam

crum, si bene docuerint vestrum. Accipite igitur quod vestrum, est nolite discutere quod alienum. Frequenter enim de malo homine bona doctrina procedit sicut terra vilis pretiosum aurum producit, nunquid propter vilem terram pretiosum aurum contemnitur? Igitur sicut aurum eligitur & terra derelinquitur, sic & vos doctrinam accipite & mores relinquite.

ECCLESIASTICA SACRAMENTORVM ADMINISTRATIO.

§ III.

CVM ex professo ministri & dispensatores [a] ministeriorum Dei dicamur superest, vt præstemus quod in optimis dispensatoribus requiritur. Ministeria autem Dei non solùm sunt quæ ad fidem & morum doctrinam pertinent sed sacramenta omnia quæ sub illis speciebus quæ apparent latentem Dei gratiam continent. Hinc ad Ephesios 5. Vbi de matrimonio legimus sacramentum hoc magnum est, Græcus textus habet τὸ μυστήριον τοῦτο μέγα ἐστίν. [b] Et hoc quidem generaliter significat quicquid sub figura rem admirabilem continet. Nos arctius accipimus pro signo rei sacræ, estque Sacramentum [c](vt ex D. Augustino [d] & aliis, auferunt Theologi) inuisibilis gratię visibilis forma. Sacramenta ergo quę curati dispensare habent sunt quinque baptismus, pœnitentia, Eucharistia, Matrimonium, & extrema vnctio, in quibus administrandis summa prouidentia adhibenda est ne quid perperam aut incongruè fiat quod si sacramenti minister peccato mortali detineatur caueat ne indignè ad hæc conferenda veniat, reus enim esset, & peccatum peccato adderet vt sentit Sanctus Thomas 3. parte suæ summæ Theologiæ quæst. 64. art. 6. ad 3. quod probat auctoritate Dyonisij 1. cap. Ecclesiasticæ Hierarchiæ dicentis malis non esse fas Symbola tangere id est sacramenta & authoritate Augustini lib. 2. contra Epistolam Parmaniani dicentis simul omnia sacramenta obsunt indignè tractantibus, & hac ratione confirmat sententiam Sacramenta nouæ legis sunt multò digniora sacramentis veteris legis sed accedens ad sacraměta veteris legis cum immunditia prohibita & sic ea ministrans peccabat secundùm

c.aternam obtrudens, superauit effigie eiusdem Herculis Cacum claua tundentis eum repræsentaret plus nimio esset prophanus aut fortasse blasphemus. Quapropter qui mysteria scripturæ sacræ sub prophanissima imagine secularium aulicorùmque virorum, ac mulierum prophanare apud nos cœperunt meritissimè sunt prohibiti.

a 1. Corinth 4. & 13.

b *Ἀ μυστήριον ve quidam volunt, dictum est, ἀπὸ τοῦ μύειν στόμα, quod est os claudere, cùm ea haberetur, ea quæ in religionis sacratioribus ceremoniis tractabantur in publicum proferre quæ rerum arcanarum occultatio maximè omnium in sacramentis nostris (vt author est Dyonisius in variis ecclesiasticæ Ierarchiæ locis) requiritur.*

c Ephes. 1. & 5. Col. 1. 1. Timo. 3. Apocal. 1.

d *Aug de ciuitate Dei lib. 10. c 5. & Epist. 5. ad Marcel.*

cundùm illud Leuitici. Omnis qui de stirpe vestra est accesserit ad ea quæ consecrata sunt in quo est immunditia peribit coram Domino. Examinandæ sunt mullis modis Ministri qualitates.[e] Si quis vestem gestaret regis aut annulum aut quod ui s aliud ornamentum nonne timeret illud detur pare aut polluere & omni qua posset diligentia custodiret ne in terram aut lutum aut locum quo posset maculari caderet. Si ergo vestem regiam sic custodis, fortè ne polluatur quanto maiori diligentia curare debes ne polluas nomen Dei tui? Et si sacerdos nunc non times corporis excidium quod Dominus hic sacerdotibus comminatur antiquis time eum qui postquam corpus occiderit, potestatem habet mittere animã in gehennam, Arbitratur populus non sua interesse qualiter viuat eius Sacerdos siue bene siue male, non curat. Cõsidera quæso Deum munera tua non hilari vultu suscepturum si minister tuus immũdus sit. Dum enim is qui displicet, ad intercedendũ mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. Hoc ergo tibi valet iniquus minister, quod rarò aut nunquam eò in termedio Deo tuo reconciliaberis. Considera ergo an curare debeas eius munditiam an non. Si sacerdos tuus velit se illecebris & scorto tradere tuum est eum in officio continere & auferre ei omnem peccandi occasionẽ non propter ipsum solum, qui se it perditum sed propter Deum tuũ & propter te. Si sordido lucro inhiet & sese negotiis sæcularibus implicare voluerit, da ei omnia necessaria, vt nullam habeat turpis lucri occasionem & si lubricus sit, consule castitatem, aufer meretricem, coge seruare quod vendit, similiter honora eum, non propter se vt dixi, sed propter eum cuius minister est. Cum enim sacerdos videret te, pro nihilo aut vilem reputare eum, quid turpitudinis timebit aut mali non audebit perpetrare? Magna enim ni fallor Sacerdotum Parrochorum pars munditiæ, in populo quo cum viuit consistit si voluerit inebriare non porrigas potum, si cibis ventrem explere nega cibum, si enim materiam vitiis eius non administraueris, castum sobrium, & virtutibus plenum pastorem habebis. Sacra ergo mysteria celebraturus, & plebem cœlestibus huiusmodi thesauris.

e In sacro ministro dum exequitur officium suum qualitates triplices considerari possunt. Nam quædam sunt adeò necessaria, vt sine his omninò non consecraret, aut conficeret, vt si careret intẽtione. Nõ loquor de defectu materiæ aut formæ, nam illa sunt requisita ex parte sacramenti. Neque loquor de defectu potestatis, nam illa requiritur, vt constituatur legitimus minister. Sed de necessaria qualitate ad ipsum actum, quem exercet is qui iam habetur pro legitimo ministro. In hoc genere ergo sola est necessaria intentio. Accidentariæ autem sũt statura, natio, pulchritudo, sanitas, ætas, & c. De quibus propterea nihil præcipiendum est. Medij generis sunt illæ qualitates quæ requiruntur quidem ad exercitium officij, vt commodius & dignius fiat, sine quibus in ministerio sæpe peccatur, & effectus etiam aliquando excinditur à recipien-

thesauris.

thesauris locupletaturus intra se sæpius hæc dicere debet. Quomodo me inquinari permittam? oleum vnctionis Dei super me habeo, vestibus sacris indutus sum, coronã sacerdotij mei super caput gero, qua ergo frõte me sordibus inuolui permittam. Probè itaque parati formã & ritum ministrandi dicta sacramenta à suo Episcopo sumere debent parrochiales curati ita decernente 4. Tholetano Concilio can. 25. [f] Quando presbyteri in parrochiis ordinantur libellum officialem à suo sacerdote accipiant vt ad Ecclesiam sibi deputatam accedant, ne per ignorãtiam etiam in ipsis diuinis Sacrãmentis offendant ita vt quando vel ad letanias vel ad Concilium venerint rationem Episcopo reddãt qualiter susceptum officium celebrent vel Baptizent. hæc ibi. Quantum vero ad ceremonias attinet quoniam Ecclesia sola est quæ à Christo sacramentorum thesaurum accepit, & verum ac legitimum vsum eorum tenet & nouit, idcircò minister in omnibus se Ecclesiæ conformabit [g] non solum in iis quæ sunt essentialia Sacramentorum sed etiam in accidentalibus, quæ plærunque significationis causa aut pietatis excitandæ gratia instituta sunt, aut ex veteri traditione Apostolorum accepta, & aliquando etiam mutata, pro ædificatione fidelium. [h]

...ibus, attamen ita sunt necessariæ, quin sine ipsis sacramenta verè conficiuntur. In hoc ordine sunt Sanctitas, fides, Ecclesiastica vnitas, reuerentia, deuotio: & huius generis alia.

[f] dist. 38. cap. presbyter.

[g] *Insequendus est semper Ecclesiæ ritus, ausus est enim temerarius eorũ qui & Apostolorum & sequentis Ecclesiæ formam nolentes obseruare nouam ceremoniarum in administratione sacramentorum constituunt regulam.*

[h] Tertul. lib. de Baptismo.

BAPTISMVS.

§ IIII.

OMNIVM sacramentorum ianua [a] baptismus ad abluendas veteris peccati originalis nimirum sordes auspicatur, institutus quidem à Christo vt ablueret nos à peccatis, sanctificarét, & iustificaret. Illo Christum induimus, filij efficimur Dei, & fratres Christi per adoptionem atque hæredes regni cœlorum, nec sine Baptismo quis salutem consequi potest, siue adultus sit siue paruulus. Alios multos effectus recenset August. lib. contra Iud. cap. 2. & Chrysost. de Baptis. Circa cuius collationem tanta reuerentia obseruetur vt citra necessitatem nullus nisi sacerdos baptizare præsumat, nec nisi Parrochialis Sacerdos aut episcopus vel per illos commissus vt patet ex cap. presbyteris & cap. de consecrat. distinct. 4. [b] Baptizare autem

[a] *Veneranda sunt Baptismi nomina apud Dionysium, quẽ θείαν γέννησιν vel θεογενεσίαν vocat: hoc est diuinam generationem vt quendam ex homine Deum, fieri obstupescamus. Dicitque esse ἀρχὴν τῆς τῶν ἁγιωτάτων ἱερουργίας ἐντολῶν, id est, principium sacrè peragendi augustissima mandata.*

[b] de consecr. dist. 4. c. constat ex Isid.

autem non debet curatus citra necessitatem sine exorcismis & aliis ceremoniis ab antiquo traditis de quibus diffusè agit Gratianus de consecrat.dist.4.per varia cap. Quæ si ob necessitatem fuerint omissæ postea data facultate debent suppleri prout iubetur. Obseruet preterea Curatus vt Baptismus detur in fontibus Ecclesiarum non in domibus priuatis duobus duntaxat exceptis casibus, scilicet nisi baptizandi fuerint filij regum vel principum quibus valeat hoc deferri vt possint eorum filij in suis aulis vel domibus baptizari aut talis necessitas emerserit propter quam nequeat paruulus absque periculo ad Ecclesiam deferri qui autem secus præsumpserit aut suam in hoc præsentiam exhibuerit taliter per Episcopum suum castigetur quod alij attentare similia non præsumant. Hæc Clemens 5. In concilio Viennensi & habetur extra.de Baptismo & eius effectu cap.vnico.in Clementinis.

Sexta Synodus generalis can.31 prius id statuerat, Cleri cos (inquit) qui in oratoriis quę sunt intra domos ministrãt vel baptizãt hoc illius loci Episcopi sẽtẽtia facere decernimus qui sic non seruauerint deponantur. Olim Ecclesiasticis canonibus non nisi episcopo & presbytero dabatur hoc ministerium propter Ecclesiæ honorem, quo salua pax est inquit Tertullianus. Sed in necessitate Eunuchus à Philippo diacono baptizatus fuit, & à Laurentio multi. Ananias quoque Paulum baptizauit. Ab hæreticis baptizatos non esse baptizandos iterum definiuit Concilium Nicenum. Quare non refert qualem doctrinam is habeat modo in nomine patris & filij & spiritus sancti id fiat. Aug. contra Donat.lib.3.cap.14.licet dubitauerit aliquando antea de eo ministro qui ipse baptizatus non esset. Pius enim sacerdos is vocatur qui ea forma baptizat quam dominus instituit id est, in nomine Patris & filij & spiritussancti quam qui seruat & baptizare vult is piè ac religiosè baptizat quanquam ipse non sit alioqui Pius, idcirco dixit prius Apostolus doctrina hæc est vis appositionis manus in vnoquoque baptizato, hæc scilicet quæ consistit in aspersione aquæ, in inuocatione sanctæ Trinitatis, baptismi quandoquidem Christiana forma præscripta à Christo ipso nulla

c Beato Cypriano visum est nõ esse posse apud hæreticos vel schismaticos Christi baptismum, ideoque ab iis baptizatos esse rebaptizandos. Eiusdẽ sententia fuit Cyrillus Hierosolymorum Episcopus. Sed ex variis locis alias exploratum est hæreticos baptizari posse, dummodo facere intẽdant quod intẽdit Ecclesia & hoc modo Baptismus in vnitate Catholicæ fidei ab eis accipiatur, nec ita baptizatos rebaptizari debere. Hæc conclusio certius confirmatur ex August. 23. Epist. ad Bonifaciũ vbi docet Concilium plenarium, id est, Nicenum (aliud enim plenariũ ante Aug. tempora non extitit) definiuisse Baptismum hæreticorum esse legitimum, solis Cataphrygis & Paulianistis exceptis qui formã Baptismi non excipiunt illi qui errabant circa ipsum sacramẽtum eiúsque formam aut effectum, cuiusmodi erant Ariani Sabelliani

 alia

alia eſt potior nec vſitatior quam quæ in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti conſtat, hæc enim verba cum aquæ elemento ſacramentum faciunt.[a] Exploremus iam tandem an cæteræ ceremoniæ quæ appendicis loco per Apoſtolos & Eccleſiam adiectæ ſunt huic primæ inſtitutioni reſpondeant aut neceſſariæ penitus habeantur. Illæ ergo orationes & exorciſmi conſulto traduntur pro foribus eccleſiæ ne domum quam decet ſanctitudo ingrediatur veteris culpæ reus & immundus. Ideò vt dignus tam eximia regia efficiatur ante ſacras ædes conſtitutus interrogatur, eiicitur dæmonis rugientis proditio à noua hac creatura, quæ deinde teſſera Chriſtiana inſignitur. Pro ſexus autem differentia orationes & benedictiones adhibentur quemadmodum alia fuit Adamo, alia Euæ maledictio impoſita.[b] Sacerdos qui Chriſti vices gerit in os pueri inſufflat, vt per hoc miniſterium diuinum ſpiritum infundi, & ſathanam fugari ſignificetur. Hinc progreditur ad exorciſmos qui vt inquit Ambroſius à lege ad nos permanarũt. Et Dyoniſius Areopagita iſtud acceptum ad Apoſtolos tradidit Eccleſię & exorciſmorum formulas nobis præſcribit. Ignatij parem authoritatem licet addere qui exorciſtas ſaluere iubet in ea quam dedit Anthiochenis. Cornelij Epiſtolam conſeruatam ab Euſebio, ac Nicephoro prætermitto. Impium enim videtur negare Characteriſtorum iſtud in Eccleſia. Exorcizatus puer ſignatur Crucis ſanctæ ſigno, in fronte primum deinde in pectore, vt hoc veluti ariete eiiciatur frangatur, & concutiatur dæmonis imperium, vt eleganter retulit Gratianus, Poſtea (inquit) ſignatur baptizandus ſignaculo ſanctæ crucis tam in corde quam in frõte, vt ab eo tempore Apoſtata diabolus in vaſe ſuo priſtino ſuæ interemptionis cognoſcens ſignaculum, iam ſibi deinceps illic ſciat ſe eſſe alienum. Et Diuus Auguſtinus in quodam ſermone, denique (inquit) ne dubitares nec erubeſceres quando primum credidiſti, ſignum Chriſti in fronte, tanquam in domo pudoris accepiſti, recole frõtem tuam ne ſigna appaueſcas aliena. Eiuſdem erant in veteri lege myſterij ſigna illa quibus præſeruandi diſcriminabãtur dum poſtes ſignabantur in Aegypto vt Angeli percutientes.

& cõſimiles qui de Trinitate in eius nomine percipiebatur Baptiſmum perniciosè ſenſerãt. Quod ſi error circa ſacramentum non obeſt, nec obeſt particularis intẽtio falſa, quia ſemper venit de tali errore. vide D. Aug. lib. de de hæreſ. hæreſ. 44. & contra Epiſt. Parmen. lib. 2. c. 13. & li. 2. contra Donatiſtas cap. 17.

[a] Hæc debẽtur Auguſtino dicenti, Detrahe verbũ ab aqua accedit verbum ad elementum, & ſic ſacramentum. Vnde iſta tanta virtus aquæ, vt corpus tangat, & cor abluat? niſi faciẽte verbo, non quia dicitur, ſed quia creditur.

[b] Cum diſcrimine ſexus ſit baptizandorum exorciſmus nam & maledictio illa non ſine diſcrimine lata eſt ſuper Adamum & Euam, mulieri enim dixit, Deus, multiplicabo ærumnas tuas, & in dolore paries filios, & ſub poteſtate viri eris. Ada verò in ſudore vultus tuĩ veſceris pane tuo.

cutientes gladios euaderent domus illius incolæ.[c] Singularia pariter sequuntur mysteria. Adhibetur enim oleũ sanctum, idest chrisma, quoniã (vt ait Aug.) scriptũ est in actis apostolicis.[d] Vnxit eũ dominus spiritu, nõ vtique oleo visibili. Sed dono gratiæ, quod visibili significatur vnguento, quo baptizatos vngit Ecclesia,[e] & Ambrosius.[f] Omnes, dũ baptizamur in regnum Dei, & in sacerdotiũ, vngimur gratia spiritali, quod; scilicet per extremã vnctionẽ significatur. Itẽ Tertul.[g] Caro abluitur, vt anima emaculetur. Caro vngitur, vt anima cõsecretur. Caro signatur, vt anima muniatur, &c. Vnde & Damasce. lib. 4. Orthodoxæ fidei cap. 10. Oleum in baptismate assumitur, vnctionem significans, & Christus vnctus, id est vnctos nos efficiens, & misericordiam Dei nobis annuntiãs per Spiritũ sanctum Theoph.[h] quoque in Lucam huius rei faciens mentionem hanc tradidit sententiam: Qui baptizantur liberantur à vulneribus animæ, oleo quidem vnguenti vincti, statim autem cõmunicantes, & dominici sanguinis participes fiunt. Idem Cyprianus epistolarum lib. 1. epistola. 12. confirmat dicens. Vngi quoque est eum necesse, qui baptizatus sit, vt accepto Chrismate, & vnctione esse vnctus Dei, & habere in se gratiam Christi possit. Quæ quidem Christi gratia aduersus diabolum nostra est spiritualis armatura, quam in ipso baptismate consequimur primo, cuius gratia Christiani (hoc est vncti) à Christo nuncupamur, sicut quam optimè describit Rabanus, vt diaboli insidiis resistere possimus. Quod & D. Aug. ostendit dicens. Christi nomẽ à chrismate dictum est, Chrisma autẽ græcè, latinè vnctio nuncupatur Ideo autem nos vnxit, quia luctatores contra diabolũ fecit Et Ambros. Vnctus es quasi athleta Christi, quasi luctam huius seculi luctaturus, professus es luctaminis tui certamina. Qui luctatur, habet quod speret, vbi certamen, ibi corona. Et hanc doctrinam ex Apostolorum traditione ecclesia accepit cuius Institutioni nihil vnquam detrahendum est absque piaculo nisi iubeat necessitas.[i] Post exorcismum dantur preces quarum meminit ipse Dyonisius sub εὐχῶν appellatione quæ fiebant cum Cathecumeni ipsi procumberent in genua vt Deus eis dignaretur à machinis

c Tertullianus lib. extremo de anima. Minutius Felix libro contra gentes. Seuerus Sulpitius lib 3. de vita Martini de Exorcistis sunt scriptis amplè tractarunt.

d Can. posita de consecr. dist. 4.

e Augustinus Serm. 1. part. 2.

f Ambrosius de iis qui initiant. cap. 16.

g Tertullianus de carnis resurrectione.

h Theophilactus super Lucam c. 10.

i Omnia profectò quæ ad ceremonias baptismi pertinẽt non nisi ad honestatem, & ipsius solennitatem, atque fidelium vtilitatem baptismo adhibentur, ita quod sine ipsis, Baptisma perfici posset, peccaret tamen qui, si illas, nulla vrgente necessitate, sed solo contemptu prætermitteret, cum illarũ in Ecclesia Dei antiquissimum omnibus constet institutũ, tẽpore autẽ necessitatis mediũ sine ipsis, verũ etiam & absque Episcopo & sacerdote potest quilibet baptizare

c Singularis laudis materiam habet qui præfectus est Christiano ouili sedulã & suam deuouet operam in arcendis ab eo lupis & omnium vitiorum insidiis quod nunquam commodius fieri potest quam prædi canonibus & exhortationib. gregis ergo curam habeant nõ suspsius & in vinea Domini sint assidui non præcepto desides Quod si vel in vinea vul, es, vel in grege lupus incommodi aliquid intulerit, damnum præstabunt qui curam susceperant. Negligentia hæc crassius irrepsit in quosdam Parochos qui rei domesticæ sollicitudine, irretiti nihil de pascendo grege in doctrina, & optima institutio curant. Alij abscondunt talentum domini, ne profectus illorum sit omnibus manifestus. Quod si Atheniensium lege cautum fuit, vt esset capitale erranti viam non monstrare, multo odiosius esse debet in lege Christiana.

qui bus modis feram in casses domini adducere.[c] Hi sunt qui dormiunt inter medios cleros qui pennas habent columbæ deargentatas non sine grato tonnitu salutaris doctrinæ, non terrena quęrentes sed cælestia. Hi sunt medici spirituales qui cœlesti pharmaco & salutifera theriaca verbi Dei pestilates humores & venenosas è corde hominum euellunt & reuocant optimis consiliis animos effrænatiores & licentiores ad explendas omniũ peccatorum libidines & affectus. Isti sunt inquam qui populum belluam multorum capitum, induratissima corda doctrinæ veluti lydio lapide flectere possunt, quique cœlestes thesauros aperiũt & vberrima gratiarum dona infundunt. Eximiam quandam laudem olim promeruerunt, qui mundo cum omnibus suis pompis ac voluptatibus contempto procul recesserunt in horridas solitudines: in feratum lustris aut in speluncis asperam agebant vitam, ab omnium hominum commercio semoti sibi duriora imperantes quam patiuntur qui in desertas deportantur insulas. At iudice Chrisostomo rem præstat vt multo difficiliorẽ, ita multo sanctiorem qui populo bonum præstat pastorem. Monendi sunt ergo parrochi omnes vt suscepti docendi muneris curam sædulo exequi studeant qua nihil vel egregius vel Deo gratius excogitari potest. Miramur quod sanctorum precibus & orationibus mortui reuixerint, sed non minoris est admirationis pia concio quę multitudinem animarum extinctam & in peccatis mortuam ad vitæ lucem excitat, sic enim ad vnam piscatoris orationem cœlitus elaboratam circiter tria milia hominum in nouas creaturas transformata sunt. Itaque si Petrus flexis genibus Deum orauit, ad multorum preces excitaturus vnam mulierculam ad vitam corporis, quã reuocare quid aliud erat quam bis mori? quid faciendum pio & charitatis viuo zelo perculso prædicatori qui hoc agit vt quamplurimas animas in peccatis velut in sepulchro putrefactas ad veram reuocet vitam? Id clarius significasse videtur Gregorius 13. Pontifex Max. in Epistola ad Ludouicum Granatensem Dominicanum, qua eius eruditionem & pietatem commendans vero & paterno affectu suos labores in publicam lucem & publicum commodum

dum amplectitur eique gratulatur his verbis. *Multas conciones habuisti libros præstanti doctrina & pietate refertos edidisti, idem quotidie facis nec vnquam cessas præsens atque absens quamplurimos Christo acquirere. Gaudemus isto tum aliorum, tum tuo ipsius tam præstanti bono & fructu. Quot enim ex concionibus, scriptisque tuis profecerunt (profecisse autem per multos quotidieq́ proficere certum est) totidem Christo filios genuisti longeq́ illos maiori beneficio affecisti quam si cæcus aspectum aut mortuus à Deo vitam impetrasses.*[f] O fœlix & beatum munus! quo sacra adyta cœlestis aulæ nobis referantur, quo mentes immortali illa dape vescuntur & æternæ gloriæ præmia reportant. Eia ergo tu parroche vide ministerium quod accepisti à Domino vt illud impleas. Fideli Propheta nihil honorabilius, pseudopropheta nihil detestabilius, synceris Euangelistis & pastoribus nihil apud Deum preciosius, pseudoeuangelistis nihil abominabilius. Prædicationis officium cum puræ mentis ardore accenditur, & propter Dei gloriam exercetur, Deo & angelis mirum in modum placet, vt de clarant illa Prophetæ verba Quam speciosi, pedes Euangelizantium bona. Quibus similia sunt Cant 7. Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis filia Principis, calceamēta autem esse preparationem ad Euangelium censet Apostolus. Imparatus ergo accedet ne pastor ad Publicum sugestum in conspectu summæ trinitatis & sydereæ Curiæ verba salutaria interpretaturus apud populum, parum est exibilari ab vno populo, sed explodi ab vniuerso cœtu sanctorum angelorum ac piarum animarum summę est infœlicitatis. Diuinis ergo suppetiis cōfisus consideret pastor quæ merces, quod stipendium cœlitus ei promittatur, & horribilem male gesti muneris vindictam. Videat circunstantes oues Christianas suæ creditas fidei, & in seipsum descendens perpendat quantam animi puritatem, quantam eruditionem, quantam prudentiam, quantum charitatis adorem, quantam fortitudinem, exigat ista functio qua vel abstineat si se cognouerit parum instructum vel ea prædicet quibus est opus,

[f] *Hæc Epistola est omnibus fermè Granatensis operibus optimo iure tui so vestibulo insignis, qua apud Summum Pontificem Gregorium tertium ob eximios ingenü fructus, & labores in publicū commodum sparsos eum fælicissimū in concionibus studium, quo multos annis clarust in Lusitania, & Hispania commendatur. Plura de Prædicationis officio & necessitate scripsit in illa elegantissima oratione de officio pastoris quam habuit in consecratione D. Antonij Pinarij Episcopi Mirandensis, cuius eximiores flosculos colligemus in classe Episcopā.*

PRAEDICATIONIS NECESSITAS.

§ II.

OMNIBVS ſacerdotibus concionis catholicę curam ex officio non competere, VVicleffij, & Huſsij error in Concilio Conſtantiēſi [a] damnatus dilucide teſtatur, poſitiui namque iuris ratione id prohiberi ſub excommunicationis ſententia niſi cui ex officio vel commiſsione incumbit pontificum ſacra decreta clamant.[b] Etſi Gregorius li. 1. Dialogorum quendam laicum Equitium nomine laudibus commendat quod prædicaret populo, cum hoc officium ſit ſacro ordini annexum.

Verum ne promiſcua rationum ſerie obruamur ad prolixos ſcripturæ diſcurſus, ſatis huic paragrapho conſuluiſſe arbitrabor ſi compendioſiùs dixerim quibus hoc prædicationis munus conueniat.[c]

Sexta ſinodus generalis can. 33. ſic habet, Nulli liceat populo in ſuggeſtis diuinas ſcripturas explicare, niſi is ſacerdotali tonſura vſus fuerit & benedictionem à ſuo paſtore canonicè receperit, ſi quis ſecus fecerit deponatur. & can. 64. eiuſdem Sextæ ſynodi. Non oportet laicum publicè diſputare vel docere ſed ordini à domino tradito cedere & aurem eis qui docendi gratiam acceperint aperire & diuina ab eis doceri. Qui hæc tranſgreſſus fuerit quadraginta diebus excommunicetur.[d]

Leo Papa hæc ſpecialiter ſtatuites, vt præter domini ſacerdotes nullus audeat prædicare ſuis monachis ſiue laicus ille ſit qui cuiuſcunque ſcientiæ nomine glorietur. In principio (teſte Ambroſio)[e] vt creſceret atq; multiplicaretur Eccleſia omnibus de clero cōceſſum erat & euangelizare & baptizare & ſcripturas in Eccleſia explanare, at vbi omnia loca circumplexa eſt eccleſia ex tunc conſtituta ſunt conuenticula & rectores & officia in eccleſia ſunt ſubordinata, ſequitur vt nunc neque diaconi in popuo prædicent, neque clerici neque laici baptizent. Hinc dominus Caietanus in 2. 2. S. Thom. q. 187. art. 1. dicit quod licet prædicare ſecundùm ſe non ſit alicuius ordinis, nam in Synagogis Iudæorum & templo non ſacerdotes & Leuitæ prædicabant

a Concil. Conſt. Seſſ. 8. & 15.

b 27 q 1. cap. adiicimus. de hæreticis. cap. ſicut præcipitur. c. excommunicamus. 2. eo. tit.

c *VValdenſes in hunc erroris ſcopulum lapſi fuerant, vt docerent liberam eſſe cuique Chriſtiano verbi Dei prædicationem, adeò vt quamuis à ſuperiore ſit prohibitus, ne id agat ipſum, tamen poſſe prædicare verbum Dei aſſerunt. Hanc ſententiā damnat Beatus Paulus in Epiſt. ad Romanos, dicens, Quomodo prædicabunt niſi mittantur. Arbitratur námque Paulus neminem poſſe iuſtè officium prædicationis exercere, niſi id ſibi mandatum fuerit, & ad illud exercēdum miſſus fuerit & in Epiſt. ad Romanos 10: Quomodo prædicabunt, niſi mittantur.*

d 16. q. 1. cap. adiicimus.

e Ambroſius in Epiſtola ad Ephcſeos.

predicabant alioquin non fuiſſet permiſſum Chriſto prædicare nec conceſſum à principibus Synagogæ quod Paulus prædicaſſet in Synagoga Actuum 13.[f] tamen Eccleſiaſtica lege factus eſt actus ſacri ordinis, vt nunc ſolis ſacerdotibus liceat prædicare:hæc ille,propter quod prædicans in mortali peccato etiam occulto peccat mortaliter ſecundũm S.Thom. in 4.ſententiarum .diſt 19. [g] Quod ſequitur Caietanus in 2.2.q.qua ſupra & in 3.parte q.64. artic.6. ad primum. Nemo autem quantumuis virtute & eruditione inſignis prædicatoris ſubire munus debet, niſi ei tanta ſit prouincia delata ab epiſcopo loci vel ab Apoſtolica ſede. Quia nonnulli ſub ſpecie pietatis virtutẽ eius iuxta quod Apoſtolus ait abnegantes authoritatem ſibi vendicant prędicandi cum idem Apoſtolus dicat, Quomodo prædicabunt niſi mittantur, omnes qui prohibiti, vel non miſsi præter authoritatem ab Apoſtolica ſede vel Catholicæ epiſcopo loci ſuſceptam priuatim vel publicè prædicationis officium vſurpare præſumpſerint excommunicationis vinculo innodentur, & niſi quam citius reſipuerint alia competenti pœna plectantur.

Concilium Lateranenſe ſub Leone 10 Seſſ. 11.anni. 15. ſic ſtatuit Sacro approbante concilio ſtatuimus & ordinamus, vt nullus tam clericus ſæcularis quam cuiuſcunque etiam mendicantium ordinis regularis aut quiuis alius ad quem facultas prædicandi tam de iure quam de conſuetudine,vel priuilegio ad huiuſmodi officium exercendum admittatur,niſi prius per ſuperiorem ſuum diligenter examinatus in qua re conſcientiam ipſius ſuperioris oneramus ac morum honeſtate,ætate,doctrina,probitate & vitæ exemplari ad illud aptus , & idoneus reperiatur , & hic quocunque prædicaturus poſtea acceſſerit de huiuſmodi examine & idoneitate ſua per literas ſui examinatoris approbatoriſque Epiſcopis & aliorum locorum ordinariis fidem legitime faciat. Hæc præfatum concilium. Quibus autem delegatum ſit prædicandi officium teſtatur Vienneſe Concilium hoc canone Parochialium Eccleſiarum Curatis ſiue rectoribus noſcitur de iure competere prædicare,ſeu proponere verbum Dei,& confeſsiones audire.

[f] extra.de hæreticis. c excommunicamus.

[h] Diſtinctione vti opus eſt, vt peccator publicus prædicare profectò non poſſit abſque mortali crimine illud enim ſcandalum directè fructui prædicationis obſtat, iuxta verbum Gregorij in Paſtorali: Neceſſe eſt cuius vita deſpicitur, eius prædicatio contemnatur. Et Ariſt in Ethic. Dum ſermones (inquit) moribus diſſonant, contemnuntur, & veritatem interimunt. Quare vt Paul.ad Rom 2. ait per huiuſmodi Prædicatores qui prædicant non furandum, publici ſunt latrones, nomen Dei blaſphemari inter gentes. Quando verò quis eſt occultus peccator, quod nullum ſiniſtrũ dedit exemplũ, & tunc maximè quando ex officio incumbit non eſſe peccatum cum timore & reuerẽtia prædicare, nã poſſit ſunt prædicatio eſſe fructuoſa. Contẽptus verò eſt ſemper mortalis; vt ſi quis tam impudenter

extra. de sepulturis cap. dudum. §. verum in Clementinis. Augustinus de Ancona in sua summa de Ecclesiastica potestate quæstione 64. art. 2. optimè dicit quod Episcopis Archidiaconis & præsbiteris qui ad curã animarum assumuntur. ex officio conuenit prædicare quia in officio eis commisso authoritas docendi & instruendi animas eis commissas includitur. Prædicationis vero argumenta non desunt in sacræ scripturæ eloquio, ex quo seligenda sunt quę concionabitur Pastor in suorum auditorum commodum latissima quandoquidem diuini præconij seges ex scriptis Apostolicis & canonicis colligi potest. Ideo Lateranense Concilium ita statuit Sessione vndecima, Mandamus omnibus qui hoc onus prædicationis sustinent & in futurum sustinebunt vt euangelicam veritatem & sanctam scripturam iuxtà interpretationem doctoruum quos Ecclesia vsusque diuturnus approbauit legendosque hactenus recepit & in posterum recipiet, prædicent & explanent, nec quidquam eis ex proprio sensu contrarium vel dissonum adiiciant. hæc ibi.

Vasense Concilium can. 4. docet & statuit homelias sanctorum esse populo publicandas. Concilium Senonense cap. 11. in Ecclesiis parrochialibus per singulos dies dominicos presbiteri parrochiales curati per se aut eorum vicarios clara & intelligibili voce ac verbis maternis annuntient decem præcepta decalogi & articulos fidei. Aurelianense Concilium 4. can. 5. Parrochiani clerici statuta canonum à Pontificibus suis necessaria sibi legenda percipiant ne ipsi vel populi quæ pro salute eorum decreta sunt excusent se postmodũ ignorasse. Et habetur in 2. vol. Conciliorum. Sexta Synodus generalis quæ fuit Constantinopolitana inter nouem illius capitula cap. 7. sic statuit. Commonendi sunt omnes fideles à minimo vsque ad maximum vt orationem dominicam & symbolum memoriter teneant & singulis diebus, qui amplius non potest saltẽ duabus vicibus mane scilicet & vesperi, ea dicãt quæ à Catholicis & orthodoxis patribus in precũ vsum cõcinnata sunt, & Deo creatore suo adorato inuocet sanctos vt pro se apud maiestatem diuinã intercedere dignẽtur, hæc faciant

prædicationem vilipenderet. vt insignum non putaret illum in per... exercere h Conci. Trid. Sess. 5. optimè prauidens quanto fructu promaneant ab Ecclesiastica verbi Dei concione, iubet Episcopos cauere, ne aliquẽ nisi moribus & doctrina probatum in sua diœcesi prædicare permittant. Si verò quod absit prædicator errores aut scandala disseminauerit. Episcopus ei prædicationem interdicat, quod si hæreses prædicauerit contra eum procedat. Curent quoque Episcopi ne quis Prædicator ex falsis informationibus vel aliàs calumniosè vexetur iustámve de eo conquerendi occasionẽ habeat. i. Scripturas sacras fideique dogmata, non secundũ priuatum sensum, sed iuxta patrum orthodoxorum receptam mentem sermone aperto ac simplici disciplinato tamen, & graui perspicuè debet.

faciant in Basilica quibus basilicæ locus est aut in itinere, in Syluis, agris & vbicunque cum hora matutina vel vespertina inuenerit sic faciat sciens Deũ vbique præsentem esse secundum illud in omni loco d. eius. 6. Psal. 101. Quod si curatus nesciat, aut non possit, vel nolit prædicare, prouideat de prædicatore idoneo. Si enim Episcopus etsi pro posse in sua diocesi prædicans nihilominus in sui suffragium prouidere debet de prędicatoribus idoneis qui in sua diocesi concionem vt in concilio Lateranensi diffinitum est ca. 20. quid agendum putas Parrocho cui proprio iure hæc delegata est prædicandi prouincia? Asciscat ergo secũ concionatorẽ qui moribus & exemplo tum doctrinæ ni tore pascat gregem, qui inquam prædicet euangelium vitia & virtutes, pœnam & gloriã, clamet increpet, arguat, instet oportunè importunè sanis & insanis videlicet. Prædicatori quidem omne tempus oportunum est, refocillentur auditorũ animi diuini verbi nectare. Increpationi misceatur obsecratio quædã ita vt asperitati obiurgationis misceatur lenitas quædam, & doctrina, ne vel odisse videamur, si austeri sumus in corripiendo vltra quam sat est, aut timore litigare si tantum increpemus nec doceamus. Nihil enim facilius quam carpere vitam alienam. Nonnunquam enim pastores iræ suæ stimulum, Iustitiæ zelum putant & cum vitium virtus creditur sine metu culpa cumulatur. Alij vero ne beneuolentiam perdant in desidiæ torporẽ cadunt. Paulus Timotheo scribit increpa in omni patientia, Tito autem arguere precipit cum omni imperio, alteri frænum, alteri calcaria adhibens, alteri patientiam, alteri imperium proponens. Notissima est autem Pythagoræ sententia, ignem ne gladio percutias, id est ira percitum ne lacessas, ne cornutam bestiam videaris impetere, & quæ fœnum gestat in cornu quin magis concedere conuenit, & blandis verbis tumidum animum placare pro eo quod flamma vehementior quo magis exagitatur hoc magis ac magis inualescit, Et quemadmodum rem difficilem aggreditur qui ignem velit gladio dissecare vel aëra, sic qui animum irati vult ledere exacerbãdo. Hinc est quod sæpe dura vulnera per leuia fomenta mollescunt neque enim negligenter

i Omnium sententia piorum potissimum constat nihil plebanum aut parrochum amplius aut dignius ex officij necessitate incumbere quam doctrinam Christianam populo summè necessarium, veluti animæ pabulum tradere, verum vero sic salutare consilium illa id muneris iniungere in Tridentina Synodo propositum fuit & prima fronte sic nonnullis Patribus apparuit, sed non defuit, qui vt sententia penficulatius agitaretur, supplex oranit, à qua postea decernenda, vt scribit Soras supersessum est. Enimuerò vt decorum & salutiferum est illis Parœcialib. sacerdotib. qui verè Theologi sunt id muneris suis plebibus impendere, sic pestilentissimum est Theologiæ ignaris id committere. Quamobrem ne rudes illi, & inculti sugestum publicum cum ludibrio conscendãt aut à beneficio abstineant, aut idoneos cõcionatores instruendi gratia inuenia[n]t.

ter

terintuendum eſt quod cum Saulem nequam ſpiritus inuaderet, Dauid cythara eius ſedabat inſaniam. Quia cum ſenſus Potentum aut diuitum per elationem in furorem, vertitur, ad ſobrietatem mentis quaſi dulcedine Cytharæ humano noſtro eloquio reuocatur. Nathan ad Dauid quaſi ad ægrum medicus venerat, ſecundum vulnus videbat ſed de patientia ægri dubitabat vnde abſcōdit ferrum medicinale ſub veſte ſimilitudinis, quod eductum ſubito deflixit in vulnus, vt ſecantem gladium ſentiret eger, antequam videret, ne ſi ante cerneret recuſaret. Conſiderans enim peccatorem & Regem, miro modo audacem reum prius per cōfeſsionem ligare ſtuduit vt deinceps ſecaret. Non cuiuis liberum eſt equo generoſo ac natura feroci admouere manum ſed multo maioris eſt artificij ſic docere Principem vt perſuadeas optima, ſic admonere vt obtemperet, ſic increpare vt non excandeſcens ira ſe ſe vertat ad deteriora, ſic denique in publico notare vitia principum vt populum non irrites ad ſeditionem ac rebellionem. Nolim autem quempiam putare me liberē prædicatoris authoritati aliquid detrahere in his præſertim temporibus quibus paſtorum conniuentia & taciturnitate tanta peperit incommoda ſed meo iudicio mitius & modeſtius agendum eſt cum publica vitia publicè corripiuntur. Doctoris namque ſanctiſsimi Thomæ lectione excerpſi expendentis illud Eſaiæ *Quaſi tuba exalta vocem tuam.* Prædicatorem dici tubam quia inuitat ad vitam, ad bellum, ad conſilium, ad feſtum & indicat inceſſum viri, quemadmodum enim tubæ ſonus ab omnibus percipitur ſic concionatoris verba omnium ſine diſcrimine debent arguere vitia. Sed cum omni manſuetudine nec ſatis eſt arguere vitia, ſed doctrina præmittēda quæ perſuadet eſſe nepharium quod reprehenditur. Aperiendæ ſunt pariter fores quibus ad ſalutis priſtinos lares regredi valeant deuij vt ſcelera conterant, poſtremò excuſsis erroris tenebris commonſtrandum quantò rectius atque etiam iucundius ſit virtutis & beatitudinis radios contemplari. In hac re nō leuiter errant qui ſanctitatis & inculpatæ vitæ normam mentientes ſpecialius in priuatorum ſcelera excandeſcunt, dicēda tacendáque

k Incorrigendis aut coercendis plebis vitiis ſumma prudentia prædicatori opus eſt, & quæ ad Cathechiſim pertinent omnia exponere debet, pariter & annunciare, quas virtutes inſequi & quæ vitia oporteat declinare frequenter, nunc ſpe præmiorum erigere nunc ſuppliciorum metu deterrere. Vitanda eſt quoque manifeſta reprehenſio vtriuſq; tam Eccleſiaſticæ, quàm ciuilis poteſtatis. Neque increpandum eſt in ordinem aliquem, aut aliquod approbatum vitæ inſtitutum neque cuiuſuis quantumuis ſceleratæ perſona nominanda eſt, niſi bonum commune & grauis id exigat cauſa.

tacendaque euomunt, vnde pœnitentium arcana produntur, dum quædam curiosiùs edocere & pandere volunt quæ & auribus tædium, & ipsi concionatori contemptum & minorem beneuolentiam conciliant. Satis est in genere crimen proponere, nec id absque horrore & abominatione, tempestiuior reseruatur arguendi occasio in secreta confessione. Quidam ad fabulas paganorum confugiũt & miscẽt temerè sacra prophanis.[1] Quidã magnis verborum inuolucris aulicorum luxum reprehendunt, vestiariorum nouos ornatus, impudicitiæ, veneficij, & magiæ crimina sigillatim adeò vt vel imitandi vel ridendi occasionem sæpissimè concedant. His admiscent lepida dicteria & sales festiuas, quæ Agelastis etiam ipsis risum mouerẽt, nam hoc genus hominum stolidum & sui amans, quemadmodum gaudet depingi in tabula ita amat & vulgi lingua depingi Vix quisquam æquo animo scit corripi & obiurgari ab eo cuius vita publicis & fœdis coloribus deuenustatur & contaminatur, sed intolerabilius est ab eo reprehendi qui sibi ignoscit in his quæ castigat in aliis. Huius inuidiæ sopietur suspicio si prædicator suam personam admisceat, hoc ferme pacto, Nos omnes naturæ fragilitate propensi sumus ad vitia, nos quotidie (ni nobis gratia diuina opituletur) prolabimur. Ipse peccator, peccatores admoneo, Simul errauimus, simul emendemus, vt quorum nunc communis est dolor iis reconciliatis sit communis omnium gratulatio. Vsurpaui mihi (inquit Gregorius) cotis officium quæ ferrum reddit acutum cum sit inutilis ad secandum. Pulchrum depinxi hominem pictor fœdus, aliósque ad perfectionis littus dirigo qui adhuc in delictorum fluctibus versor. Si mihi tacitè dicas cur ipse talis non sim qualẽ te esse desidero illud breuiter (ait Hieronymus) respondebo, non mea esse quæ dico sed domini Saluatoris, non monere quod ipse possim, sed quid alius debeat velle, qui seruus Christi futurus est. Et athletæ suis incitatoribus fortiores sunt, & tamen monet debilior vt pugnet qui fortior est. Ideo Chrisostomus vt auditores verbi Dei beneuolos & dociles concioni redderet, non vitam sed doctrinam vult perpendi. Si bene vixerint eorum est lucrum

[1] Sunt quidam concionatores qui publicis concionibus nihil solennius habent dictu quàm prophanis vti dicteriis certo quodã lepore exornatis, Sciè ergo admonendi sunt sacrorum expositores & concionatores, ne signis prophanis aut similitudinibus ridiculis temerè vtantur ad sacros vsus exprimendos, in quo nonnulli minus prudenter, oblectantur. Quanquam enim pictorib. atque Poetis canticis vti liceat imaginibus ad mores hominum taxandos, vt in Sardanapalo luxuriam, & in Parmenone vafriciem, nonnunquam tamen in sacris ita libere fas est prophanis vti, sed illis quæ spiritus Sanctus, secundum Ecclesiasticos interpretes reuelauit etenim qui propterea quòd aduersarium nostrum diabolum leonem appellat Petrus quem Christus deuicit imagine Herculis Leonem laceranti Christũ significaret, vol ob id quod Sathanam qui animas in suam

crum, si bene docuerint vestrum. Accipite igitur quod vestrum, est nolite discutere quod alienum. Frequenter enim de malo homine bona doctrina procedit sicut terra vilis pretiosum aurum producit, nunquid propter vilem terram pretiosum aurum contemnitur! Igitur sicut aurum eligitur & terra derelinquitur, sic & vos doctrinam accipite & mores relinquite.

ECCLESIASTICA SACRAMENTORVM ADMINISTRATIO.

§ III.

CVM ex professo ministri & dispensatores [a] ministeriorum Dei dicamur superest, vt præstemus quod in optimis dispensatoribus requiritur. Ministeria autem Dei non solùm sunt quæ ad fidem & morum doctrinam pertinent sed sacramenta omnia quæ sub illis speciebus quæ apparent latentem Dei gratiam continent. Hinc ad Ephesios 5. Vbi de matrimonio legimus sacramentum hoc magnum est, Græcus textus habet τὸ μυςήριον τοῦτο μέγα ἐςίν.[b] Et hoc quidem generaliter significat quicquid sub figura rem admirabilem continet. Nos arctius accipimus pro signo rei sacræ, estque Sacramentum [c](vt ex D. Augustino [d] & aliis, auferunt Theologi) inuisibilis gratię visibilis forma. Sacramenta ergo quę curati dispensare habent sunt quinque baptismus, pœnitentia, Eucharistia, Matrimonium, & extrema vnctio, in quibus administrandis summa prouidentia adhibenda est ne quid perperam aut incongruè fiat quod si sacramenti minister peccato mortali detineatur caueat ne indignè ad hæc conferenda veniat, reus enim esset, & peccatum peccato adderet vt sentit Sanctus Thomas 3. parte suæ summæ Theologiæ quæst. 64. art. 6. ad 3. quod probat auctoritate Dyonisij 1. cap. Ecclesiasticæ Hierarchiæ dicentis malis non esse fas Symbola tangere id est sacramenta & authoritate Augustini lib. 2. contra Epistolam Parmaniani dicentis simul omnia sacramenta obsunt indignè tractantibus, & hac ratione confirmat sententiam Sacramenta nouæ legis sunt multò digniora sacramentis veteris legis sed accedens ad sacraméta veteris legis cum immunditia prohibita & sic ea ministrans peccabat secundùm

c.ternam obtru dens, superauit effigie eiusdem Herculis Cacum claua tundentis eum repræsentarےt plus nimio esset prophanus aut fortasse blasphemus. Quapropter qui mysteria scripturæ sacræ sub prophanissima imagine secularium aulicorúmque virorum, ac mulierum prophanare apud nos cœperunt meritissimè sunt prohibiti.

a 1. Corinth 4. & 13.

b [illegible] vt quidam volunt, dictum est, ἀπὸ τοῦ μύειν στόμα, quod est os claudere, cùm ea habeantur, ea quæ in religiosis sacratioribus ceremoniis tractabantur in publicum proferre quæ rerum arcanarum occultatio maximè omnium in sacramentis nostris (vt author est Dyonisius in variis ecclesiasticæ Hierarchiæ locis) requiritur.

c Ephes. 1. & 5. Col. 1. 1. Timo. 3. Apocal. 1.

d Aug. de ciuitate Dei lib. 10. c. 5. & Epist. 5. ad Marcel.

cundùm illud Leuitici. Omnis qui de ſtirpe veſtra eſt acceſſerit ad ea quæ conſecrata ſunt in quo eſt immunditia peribit coram Domino. Examinandæ ſunt mullis modis Miniſtri qualitates.[e] Si quis veſtem geſtaret regis aut annulum aut quod ui s aliud ornamentum nonne timeret illud deturpare aut polluere & omni qua poſſet diligentia cuſtodiret ne in terram aut lutum aut locum quo poſſet maculari caderet. Si ergo veſtem regiam ſic cuſtodis, forde ne polluatur quanto maiori diligentia curare debes ne polluas nomen Dei tui? Et ſi ſacerdos nunc non times corporis excidium quod Dominus hic ſacerdotibus comminatur antiquis time eum qui poſtquam corpus occiderit, poteſtatem habet mittere animã in gehennam, Arbitratur populus non ſua intereſſe qualiter viuat eius Sacerdos ſiue bene ſiue male, non curat. Cõſidera quæſo Deum munera tua non hilari vultu ſuſcepturum ſi miniſter tuus immũdus ſit. Dum enim is qui diſplicet, ad intercedendũ mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. Hoc ergo tibi valet iniquus miniſter, quod raro aut nunquam eò in termedio Deo tuo reconciliaberis. Conſidera ergo an curare debeas eius munditiam an non. Si ſacerdos tuus velit ſe illecebris & ſcorto tradere tuum eſt eum in officio continere & auferre ei omnem peccandi occaſionẽ non propter ipſum ſolum, qui ſe it perditum ſed propter Deum tuũ & propter te. Si ſordido lucro inhiet & ſeſe negotiis ſæcularibus implicare voluerit, da ei omnia neceſſaria, vt nullam habeat turpis lucri occaſionem & ſi lubricus ſit, conſule caſtitatem, aufer meretricem, coge ſeruare quod vendit, ſimiliter honora eum, non propter ſe vt dixi, ſed propter eum cuius miniſter eſt. Cum enim ſacerdos videret te, pro nihilo aut vilem reputare eum, quid turpitudinis timebit aut mali non audebit perpetrare: Magna enim ni fallor Sacerdotum Parrochorum pars munditiæ, in populo quo cum viuit conſiſtit ſi voluerit inebriare non porrigas potum, ſi cibis ventrem explere nega cibum, ſi enim materiam vitiis eius non adminiſtraueris, caſtum ſobrium, & virtutibus plenum paſtorem habebis. Sacra ergo myſteria celebraturus, & plebem cœleſtibus huiuſmodi theſauris.

[e] In ſacro miniſtrò dum exequitur officium ſuum qualitates triplices conſiderari poſſunt. Nam quædam ſunt adeò neceſſaria, vt ſine his omninò non conſecraret, aut conficeret, vt ſi careret intẽtione. Nõ loquor de defectu materia aut forma, nam illa ſunt requiſita ex parte ſacramenti. Neque loquor de defectu poteſtatis, nam illa requiritur, vt conſtituatur legitimus miniſter. Sed de neceſſaria qualitate ad ipſum actum, quem exercet is qui iam habetur pro legitimo miniſtro. In hoc genere ergo ſola eſt neceſſaria intentio. Accidentaria autem ſunt ſtatura, natio, pulchritudo, ſanitas, ætas, &c. De quibus propterea nihil præcipiendum eſt. Medij generis ſunt illæ qualitates quæ requiruntur quidem ad exercitium officij, vt commodiùs & digniùs fiat, ſine quibus in miniſterio ſæpe peccatur, & effectus etiam aliquando excinditur à recipien-

thesauris locupletaturus intra se sæpius hæc dicere debet. Quomodo me inquinari permittam? oleum vnctionis Dei super me habeo, vestibus sacris indutus sum, coronã sacerdotij mei super caput gero, qua ergo frõte me sordibus inuolui permittam. Probè itaque parati formã & ritum ministrandi dicta sacramenta à suo Episcopo sumere debent parrochiales curati ita decernente 4. Tholetano Concilio can. 25. [f] Quando presbyteri in parrochiis ordinantur libellum officialem à suo sacerdote accipiant vt ad Ecclesiam sibi deputatam accedant, ne per ignorátiam etiam in ipsis diuinis Sacramentis offendant ita vt quando vel ad letanias vel ad Concilium venerint rationem Episcopo reddãt qualiter susceptum officium celebrent vel Baptizent. hæc ibi. Quantum vero ad ceremonias attinet quoniam Ecclesia sola est quæ à Christo sacramentorum thesaurum accepit, & verum ac legitimum vsum eorum tenet & nouit, idcircò minister in omnibus se Ecclesiæ conformabit [g] non solum in iis quæ sunt essentialia Sacramentorum sed etiam in accidentalibus, quæ plærunque significationis causa aut pietatis excitandæ gratia instituta sunt, aut ex veteri traditione Apostolorum accepta, & aliquando etiam mutata, pro ædificatione fidelium. [h]

BAPTISMVS.

§ IIII.

OMNIVM sacramentorum ianua [a] baptismus ad abluendas veteris peccati originalis nimirum sordes auspicatur, institutus quidem à Christo vt ablueret nos à peccatis, sanctificarét, & iustificaret. Illo Christum induimus, filij efficimur Dei, & fratres Christi per adoptionem atque hæredes regni cœlorum, nec sine Baptismo quis salutem consequi potest, siue adultus sit siue paruulus. Alios multos effectus recenset August. lib. contra Iud. cap. 2. & Chrysost. de Baptis. Circa cuius collationem tanta reuerentia obseruetur vt citra necessitatem nullus nisi sacerdos baptizare præsumat, nec nisi Parrochialis Sacerdos aut episcopus vel per illos commissus vt patet ex cap. presbyteris & cap. de consecrat. distinct. 4. [b] Baptizare autem

...tibus, attamen res sunt necessariæ, quia sine ipsis sacramenta verè conficiuntur. In hoc ordine sunt Sanctitas, fides, Ecclesiastica vnitas, reuerentia, deuotio: & huius generis alia.

f dist. 38. cap. presbyter.

g *Insequendus est semper Ecclesiæ ritus, ausus est enim temerarius eorũ qui & Apostolorum & sequentis Ecclesiæ formam nolentes obseruare nouam ceremoniarum in administratione sacramentorum constituunt regulam.*

h Tertul. lib. de Baptismo.

a *Veneranda sunt Baptismi nomina apud Dionysium, quẽ enim γέννησιν vel θεογενεσίαν vocat hoc est diuinam generationem vt quendam ex homine Deum, fieri obstupescamus. Dicitque esse ἀρχὴν τῶν ... principium sacrè peragendi augustissima mandata.*

b de consecr. dist. 4. c. constat ex Isid.

autem non debet curatus citra necessitatem sine exorcismis & aliis ceremoniis ab antiquo traditis de quibus diffusè agit Gratianus de consecrat.dist.4.per varia cap. Quæ si ob necessitatem fuerint omissæ postea data facultate debent suppleri prout iubetur. Obseruet preterea Curatus vt Baptismus detur in fontibus Ecclesiarum non in domibus priuatis duobus duntaxat exceptis casibus, scilicet nisi baptizandi fuerint filij regum vel principum quibus valeat hoc deferri vt possint eorum filij in suis aulis vel domibus baptizari aut talis necessitas emerserit propter quam nequeat paruulus absque periculo ad Ecclesiam deferri qui autem secus pręsumpserit aut suam in hoc præsentiam exhibuerit taliter per Episcopum suum castigetur quod alij attentare similia non præsumant. Hæc Clemens 5. In concilio Viennensi & habetur extra.de Baptismo & eius effectu cap.vnico.in Clementinis.

Sexta Synodus generalis can.31 prius id statuerat, Clericos (inquit) qui in oratoriis quę sunt intra domos ministrāt vel baptizāt hoc illius loci Episcopi sentētia facere decernimus qui sic non seruauerint deponantur. Olim Ecclesiasticis canonibus non nisi episcopo & presbytero dabatur hoc ministerium propter Ecclesiæ honorem, quo salua pax est inquit Tertullianus. Sed in necessitate Eunuchus à Philippo diacono baptizatus fuit, & à Laurentio multi. Ananias quoque Paulum baptizauit. Ab hæreticis baptizatos non esse baptizandos iterum definiuit Concilium Nicenum. Quare non refert qualem doctrinam is habeat modo in nomine patris & filij & spiritus sancti id fiat. Aug. contra Donat.lib.3.cap.14.licet dubitauerit aliquando antea de eo ministro qui ipse baptizatus non esset. Pius enim sacerdos is vocatur qui ea forma baptizat quam dominus instituit id est, in nomine Patris & filij & spiritussancti quam qui seruat & baptizare vult is piè ac religiosè baptizat quanquam ipse non sit alioqui Pius, idcirco dixit prius Apostolus doctrina hæc est vis appositionis manus in vnoquoque baptizato, hæc scilicet quæ consistit in aspersione aquæ, in inuocatione sanctæ Trinitatis, baptismi quandoquidem Christiana forma præscripta à Christo ipso nulla

c Beato Cypriano visum est nō esse posse apud hæreticos vel schismaticos Christi baptismum, idcòque ab iis baptizatos esse rebaptizandos. Eiusdē sententia fuit Cyrillus Hierosolymorum Episcopus. Sed ex variis locis aliis exploratum est hæreticos baptizari posse, dummodo facere intēdant quod intēdit Ecclesia & hoc modo Baptismus in vnitate Catholicæ fidei ab eis accipiatur, nec ita baptizatos rebaptizari debere. Hæc conclusio certiùs confirmatur ex August. 23. Epist. ad Bonifaciū vbi docet Concilium plenarium, id est, Nicenum (aliud enim plenariū ante Aug. tempora non extitit) definiuisse Baptismum hæreticorum esse legitimum, sōlis Cataphrygis & Paulianistis exceptis qui formā Baptismi non excipiunt illi qui errabant circa ipsum sacramētum eiusque formam aut effectum, cuiusmodi erant Arriani Sabelliani

cutientes gladios euaderent domus illius incolæ.[c] Singularia pariter ſequuntur myſteria. Adhibetur enim oleũ ſanctum, id eſt chriſma, quoniã (vt ait Aug.) ſcriptũ eſt in actis apoſtolicis.[d] Vnxit eũ dominus ſpiritu, nõ vtique oleo viſibili. Sed dono gratiæ, quod viſibili ſignificatur vnguento, quo baptizatos vngit Eccleſia,[e] & Ambroſius.[f] Omnes, dũ baptizamur in regnum Dei, & in ſacerdotiũ, vngimur gratia ſpiritali, quod, ſcilicet per extremã vnctionẽ ſignificatur. Itẽ Tertul.[g] Caro abluitur, vt anima emaculetur. Caro vngitur, vt anima cõſecretur. Caro ſignatur, vt anima muniatur, &c. Vnde & Damaſce. lib. 4. Orthodoxæ fidei cap. 10. Oleum in baptiſmate aſſumitur, vnctionem ſignificans, & Chriſtus vnctus, id eſt vnctos nos efficiens, & miſericordiam Dei nobis annuntiãs per Spiritũ ſanctum Theoph.[h] quoque in Lucam huius rei faciens mentionem hanc tradidit ſententiam: Qui baptizantur liberantur à vulneribus animæ, oleo quidem vnguenti vincti, ſtatim autem cõmunicantes, & dominici ſanguinis participes fiunt. Idem Cyprianus epiſtolarum lib. 1. epiſtola. 12. confirmat dicens. Vngi quoque eſt eum neceſſe, qui baptizatus ſit, vt accepto Chriſmate, & vnctione eſſe vnctus Dei, & habere in ſe gratiam Chriſti poſsit. Quæ quidem Chriſti gratia aduerſus diabolum noſtra eſt ſpiritualis armatura, quam in ipſo baptiſmate conſequimur primo, cuius gratia Chriſtiani (hoc eſt vncti) à Chriſto nuncupamur, ſicut quam optimè deſcribit Rabanus, vt diaboli inſidiis reſiſtere poſſimus. Quod & D. Aug. oſtendit dicens. Chriſti nomẽ à chriſmate dictum eſt, Chriſma autẽ græcè, latinè vnctio nuncupatur Ideo autem nos vnxit, quia luctatores contra diabolũ fecit Et Ambroſ. Vnctus es quaſi athleta Chriſti, quaſi luctam huius ſeculi luctaturus, profeſſus es luctaminis tui certamina. Qui luctatur, habet quod ſperet, vbi certamen, ibi corona. Et hanc doctrinam ex Apoſtolorum traditione eccleſia accepit cuius Inſtitutioni nihil vnquam detrahendum eſt abſque piaculo niſi iubeat neceſsitas.[i] Poſt exorciſmum dantur preces quarum meminit ipſe Dyoniſius ſub εὐχῶν appellatione quæ fiebant cum Cathecumeni ipſi procumberent in genua vt Deus eis dignaretur à machinis

c Tertullianus lib. extremo de anima. Minutius Felix libro contra gentes. Seuerus Sulpitius lib. 3. de vita Martini de Exorciſtis ſuis ſcriptis amplè tractarunt.

d Can. poſita de conſecr. diſt. 4.

e Auguſtinus Serm. 1. part. 2.

f Ambroſius de iis qui initiant. cap. 16.

g Tertullianus de carnis reſurrectione.

h Theophilactus ſuper Lucam c. 10.

i Omnia profecto quæ ad ceremonias baptiſmi pertinẽt non niſi ad honeſtatem, & ipſius ſolennitatem, atque fidelium vtilitatem baptiſmo adhibentur, ita quod ſine ipſis, Baptiſma perfici poſſet, peccaret tamen quis, ſi illas, nulla vrgente neceſſitate, ſed ſolo contemptu prætermitteret, cum illarũ in Eccleſia Dei antiquiſſimum omnium conſtet inſtitutũ, tẽpore autẽ neceſſitatis ne dũ ſine ipſis, verũ etiam & abſque Epiſcopo & ſacerdote poteſt quiſlibet baptizari.

machinis & molitionibus dæmonis conſeruare. Orat hic Sacerdos vt baptizandus fiat Cathecumenus,hoc eſt, vt edoceri poſsit myſterium ſacræ fidei, quæ cum Dei ſolius Domini ſit ab illo petere debemus qui adiuuat incredulitatem noſtram & fidem adiungit. Salem ſacratum ſacerdos dat in os baptizandi vt per typum ſapientiæ ſale conditus fœtore careat iniquitatis ne à vermibus peccatorum vltra putrefiat, habet enim ſal in ſacris & prophanis ſcriptis miſticam quandam ſapientiæ ſignificationem, hinc fit vt toties præcipiatur in Leuitico condire oblationes ſacrificiorum.Huius ſalis patres Concilij Carthaginenſis meminerunt, cuius ſacri ritus vetuſtas ex eo liquet quod Burgundi [k] ſalſati à quibuſdam cognominentur quod fide Chriſtiana primi erudiri inter populos Galliȩ ſalem in Baptiſmo ſuſceperint vnde extat verſus

Strenua prima ſalem cepit Burgundia ſacrum.

Parrochus eum quem baptizare vult, præparat iubendo diabolo in nomine domini cuius vim & opem implorat vt recedat eb eo,quod ipſum precantur cum eo qui adſiſtunt,ergo poſtquam is qui eſt baptizandus,dixit quid velit & ab eccleſia petat,expoſitaque eſt ei vita Chriſtiana qua deinceps poſt Baptiſmum viuendum eſt ei,vt vitam ęternam conſequatur,& poſtquam eum cruce ſignauit eodem ordine quo in eccleſia Romana hodie fit ſequitur renunciatio & confeſsio fidei. Deinde introducitur in Eccleſiam & vngitur oleo cathecumenario in pectore tanquam Athleta Chriſti & inter ſcapulas vt patienter ferre poſsit labores & ærumnas huius vitæ, pro Chriſto.Caro vngitur(inquit Tertullianus)vt anima conſecretur,caro ſignatur vt anima muniatur,caro manus impoſitione adumbratur vt anima ſpiritu illuminetur, Caro corpore & ſanguine Chriſti veſcitur ut anima Deo ſaginetur..

Antequam baptizentur dant ſua nomina baptizandi rurſumque profitentur fidem iuxta interrogationem Sacerdotis. Paratus autem Sacerdos abluere interrogat ſemel,iterum & tertiò.Vis baptizari quia nemo inuitus baptizari debet.Tunc pro religione fit Trina merſio quamuis & vna ſufficiat.[l] Hæc enim diuerſitas nihil obeſt fidei aut

[k] *Vulgus vitio vertit Burgundis quod ſalsi nominentur, quod tamẽ ſummi fuit olim honoris eximiam hanc appellationem Chriſtianiſmo ſuscepto cõſequi, & ideò Clodoueus Gallorum rex ſuit Chriſtianus hortatu Clotildis eius vxoris neptis Gondebaldi Burgundionum regis.*

[l] *Hoc in Concilio Tholetano ſexto probatum eſt, in quo ſic concluditur. Propter vitandum ſchiſmatis ſcandalum, vel hæretici dogmatis vſum, ſimplicẽ teneamus baptiſmi merſionem, ne videantur apud nos qui tertiò mergunt hæreticorũ approbare aſſertionẽ dum ſequuntur & morem. Et re vera trinã merſionem ita fieri non eſt neceſſe, vt non vna immerſione baptiſmus abſolui poſſe, quia & vnum eſſe Deum qui trinus eſt in perſonis, & ſemel tantũ mortuum ne deinceps amplius moriturũ ſignificetur*

aut sacramenti veritati. Infans itaque abluitur, in nomine sacræ Triadis. Deinde vngitur Chrismate [m] in vertice tanquam in regem & sacerdotem & veste candida [n] induitur quia quicunque in Christo baptizati sunt Christum induunt. Et lampadem [o] accipit offerendam mysteriis ad significandum lumen fidei, quo illuminatus est per baptisma.

Omnia quæ de patrinis aut paruulorum susceptoribus in medium adferre possumus Augustini ferme verbis comprehenduntur dum inquit. Hoc itaque admoneo, fratres dilectissimi, vt quoties sancta solennitas venit, quicunque viri, quæcunque mulieres de sacro fonte filios spiritualiter exceperunt, cognoscant se pro ipsis fideiussores apud Deum extitisse, & ideò semper illis solicitudinem verè charitatis impendant, & admoneant, vt castitatem custodiant, virginitatem vsque ad nuptias seruent, à maledicto, vel periurio linguam refrænent, cantica turpia, vel luxuriosa ex ore non proferant, non superbiant, non inuideant, iracundiam, vel odium in corde non teneant, auguria non obseruent, phylacteria, & characteres diabolicos nec sibi, nec suis aliquando suspendant, incantatores, velut ministros diaboli fugiant, fidem catholicam teneant, ad ecclesiam frequentius currant, contempta verbositate lectiones diuinas attentis auribus audiant, peregrinos accipiant, & secundum quod ipsis in baptismo dictum est, hospitum pedes lauent, pacem & ipsi teneant; & discordes ad concordiam reuocare contendant, sacerdotibus, & parentibus honorem amore veræ charitatis impendant. Hæc ergo omnia, & his similia si filios, & filias vestras admonere contenditis, cùm ipsis ad æternam beatitudinem fœliciter peruenietis. Nemo se circumueniat, fratres charissimi, nullus homo sibi solummodo viuat, & sicut frequenter suggessi, quantoscunque aliquis exemplo sanctæ vitæ ædificauerit, cum tantis, & pro tantis mercedem beatæ vitæ & retributionis accipiet, & quantiscunque exemplum malæ conuersationis, etiam si non eum illi sequantur, præbuerit, pro tantis se malis rationem nouerit redditurum. Et ideò sicut iam supra suggessi, neophytus nostris, auxiliante Do

[m] Cur ante baptismum paruuli oleo postea autē chrismate inungantur ratio est, vt primo pa ratiores simus ad audiendum fidem: atque in cordibus nostris fidei virtus confirmetur, nósque inde ad bene operandum roboremur. Post baptismum verò, vt confiteamur liberè nos esse Christianos, & omni petenti de nostra fide rationem possimus reddere. Hinc enim Christiani dicimur, quia vncti.

[n] Vestis candida indicium est quod exuerimus inuolucrum peccatorum, & innocentiæ casta velamina ad imitationē Christi induerimus, cuius vestimenta facta sunt candida, vt nix. Atque hunc habitum no primitiuæ Ecclesiæ baptizati, gestare solebāt per dies octo, vocabanturque albati & post diem octauū vestē albam in templo deferebant, & aliā induebant Dionys. Eccl. Hierarchia. cap. 2.

[o] Cereus ardēs qui datur baptizato significat fidem necessa-

H mino

rismi, illam quidem ardentem, non mortuam, sed quae igne charitatis accensa otiosa esse non potest.

mino, exemplum bonę cōuersationis, quantum possumus, debemus ostendere, vt non pro illorum destructione pœnam recipere, sed potius pro ædificatione ad indulgentiam peccatorum mereamur peruenire præstante Domino nostro Iesu Christo.

p S. Tho. 3 par. q. 67. art. 8. ad 1. & 2. Angelica Baptismus. 8. § 1 & 2. Tabie. Baptis. 5. § . 15. vtque. de sacr. Bapt. vers 30. Antho. tit 1. c. 15. §. 3. Sum. confess. lib. 4. tit. 7. q. 25. Richar. 4. sent. dist. 42. art. 1. q. 3. Sylu. Bapt 5. §. 5. Armil. Bapt. §. 37.

q Certi sunt canones Leonis adscripti & Vuormaciensis Conci. 4. c. 1. qui mulieribus locum hic videtur permittere, viros tamen constat vtrique sexui olim addetos susceptores, quorum est officium docere, si quis autem pudorem causetur, respondeo fuisse Diaconissas.

Ad hoc Catholicum & Christianum anadochi munus ritè suscipiendum omnes promiscue fideles admittuntur non autem infideles vt fuit declaratum in concilio Maguntino. Neque pater aut mater nisi in extrema necessitate vbi alius haberi non potest. Abbas & monachus & alij religiosi non debent tenere ad baptismum tamen si tenent sunt compatres. de p consecr. dist. 4. de Cathechismis. Arceantur pręterea publici peccatores, non confirmati, nescientes orationem, & symbolum & quicunque inidonei sunt vt alios instituant. Nec ille est patrinus in cuius nomine paruulus è sacro fonte suscipitur sicuti ferè faciunt optimates & principes, sed ij tantum sunt patrimi qui paruulum è baptismo suscipiunt. Qua ratione & quibus temporibus mulieres q assumptæ sint veluti fideiussores variè disputatur inter Canonistas. Rationi maximè consentaneum est paruulos habere sponsorem quem Dyonisius anadochum appellat. Cum enim paruuli peccatum suum ex aliena cōsequuti sunt transgressione primi parentis Adæ, decet & hoc diuinam misericordiam vt rursus adiuuentur per alienam voluntatem susceptoris qui pro eis spondeat & profiteatur. Vnde sanctè à maioribus constitutum est; non nisi Christianos posse in baptismo puerum offerre, cum enim cæteri nobiscum non teneant fidei articulos, quomodo pro puero obsides esse poterunt & qualiter docebunt ea quæ ignorant? Arduum plane est patrinorum officium durumque est suscipere paruulos ex sacro baptismatis fonte, præsertim hac tempestate propter hæreses varias quibus mundus infidelitate plenus vndique scatet. Si tamen baptizatus fiat hæreticus postea, nihil in hoc culpæ habet susceptor. Nemo enim reus dicitur alienæ culpæ cuius ipse non sit particeps. Nihilominus tenetur susceptor illum pro viribus auocare, cui si nō paret ac in peccato suo moritur susceptoris manus erit

innocens

innocens & omninò libera. Plures quoque ne baptizatum de baptiſmo ſuſcipiant, ſed vnus tantum, ſiue vir, ſiue mulier, per veteres, vel ad ſummum vnus, & vna, per Tridentinum Cõcilium ſtatutum eſt, tum quia diſciplinæ ordo à multitudine perturbari poteſt, tum ne ex multiplicata ſpirituali cognatione incommoda oriantur. Quare parrochus eorum nomina in libro deſcribat, prout etiam temporibus Dionyſij factum fuit. Quod ſi alij vltra deſignatos baptizatum tetigerint, cognationem ſpiritualem nullo modo contrahant. Si parochi culpa, aut negligentia, ſecus factum fuerit, arbitrio Ordinarij puniatur. Cum enim nulli ab eo deſignantur patrini, ex iure antiquo omnes leuantes patrini ſunt. Porrò imprudenter quidam errare eos ſcribunt qui cognationem oriri volunt non ex baptiſmo ſine ſolennitate, ſed ex ſolenni ſupplemento, quaſi in poſteriori actu tantum ex catechiſmo minor aliqua cognatio contrahatur.

r Dionyſius 2. & 7. cap. Eccl. Hierarch. tantum vnius patrini meminit, quem Hyginus eandem aſſerit Romanæ Eccleſiæ conſuetudinem eſſe, vt ſinguli adhibeantur ſi qua fides Iuoni, Burchardo, & Gratiano, datur nec diſſentit Leo Papa Maximus & Conc. Tridentino. Ab hac ſimplicitate & vnitate non ita pridem diſceſſum arbitror luculento eccleſiæ malo. Nam dum plures vnico filio cõſulere debent, nemo id præſtat, ſingulis in alios reiicientibus.

POENITENTIA.

§ V.

NE ſublata putetur ſpes ſalutis iis qui poſt Baptiſmum in vitia & peccata incidunt, aut contra pericula mortis æternæ omne remedium detractũ eſſe videatur, inſtar ſecundæ tabulæ [a] in naufragio data eſt nobis Pœnitentia cuius miniſter eſt Præsbyter habens iuriſdictionem, ordinariam, vel delegatam, quæ ad hoc ſubeundum myſterium in primis neceſſaria eſt, licet enim Presbyteri omnes poteſtatem habeant remittendi peccata non omnes tamen habent eius poteſtatis executionem niſi paſtores ordinarij videlicet, curatus, Epiſcopus, Summus Pontifex & qui ab his delegantur vel committuntur, nec refert quo tempore velis, quadrageſimæ vel alio niſi in periculo mortis quo caſu omnis ſacerdos poteſt nõn ſolũm à peccatis omnibus abſoluere, ſed etiam ab omni excommunicatione. De hac ordinis & Iuriſdictionis [b] poteſtate ſic ordinat & determinat Bonifacius 8. Extra. de pœnitentia & remiſsione. cap. Si Epiſcopus in 6. Nulla poteſt conſuetudine introduci quod aliquis præter ſui ſuperioris licen-

Burchard. lib. 4. c. 25. 28. Ivo. part. 1. c. 219. 229. & habetur de conſecr. diſt. 4. c. non plures.

a Ex B. Hieronymo Pœnitentia eſt ſecunda tabula poſt naufragium, quia ſi quis veſtem innocentiæ in Baptiſmo perceptã peccando corrũpit pœnitentiæ remedio reparare eam poteſt.

b Olaues ſacerdotales intellige non quod propriè ſit penes ſacerdotem iſta poteſtas, ſed quia

tiam ſibi confeſſorem eligere valeat qui eum poſsit ſoluere vel ligare. Et Alexander 3. Sicut ſententia à non ſuo iudice lata non tenet ita & facta confeſsio coram ipſo, de Iudiciis cap. Si clerici. Vt perfectè autem legitimus confeſſor [c] poſsit officio ſuo fungi oportet eũ ſecundùm ſacros canones perfectam habere ſcientiam vt ſciat & cognoſcat circunſtantias peccatoris & peccati, quæ quinque diſtinctionibus cognoſcuntur. Prima ſi pœnitens ſit excommunicatus. Secũdò ſi tenetur ad reſtitutionem, vel non. Tertiò ſi eſt in ſtatu perſeuerandi. Quartò ſi peccatum eſt reſeruatum ſuperiori, Vltimo ſi confitens eſt ſibi ſubditus. Vnde Cœleſtinus Papa optimè ſtatuit. Nulli ſacerdotum liceat canones ignorare nec quicquam facere quod poſsit patrum regulis obuiare. Et Auguſtinus docẽs quæ ſint neceſſaria ſacerdotibus ad diſcendum dicit ea his complecti quę ſunt Sacramentorum liber, Lectionarius Antiphonarius, Baptiſterium, Computus, canones Pœnitentiales, & c. vt ſupra & recitatur diſt. 38. cap. Quæ ipſis. Idem libro de pœnitentia, Qui vult inquit confiteri peccata ſua vt inueniat gratiam quærat Sacerdotem ſcientem ligare & abſoluere cum negligens circa ſe extiterit negligatur ab illo qui eum miſericorditer monet. [d] Et habetur de pœnit. diſt. 1. cap. Quem pœnitet. & diſtinct. ſexta. cap. Qui vult.

Summa etiam prudentia requiritur confeſſori, vt ſit diſcretus & cautus. Concilium generale Lateranenſe cap. 21. Sit autem Sacerdos diſcretus & cautus vt more periti medici ſuperinfundat vinum & oleum vulneribus ſauciati, diligenter inquirens peccatoris circunſtantias & peccati vulnus quibus prudenter intelligat quale debeat ei præbere conſilium & cuiuſmodi remedium adhibere diuerſis experimentis vtendo ad ſoluendum ægrotum. Sit præterea diſcretus in imponenda pœnitentia manuum vt habet Innocentius 3. Pœnitentia (inquit) non tam ſecundùm quãtitatem exceſſus quã pœnitentis contritionẽ per diſcreti ſacerdotis arbitrium eſt moderanda. Satisfactio enim imponenda magis pœnitenti quam peccatis metienda eſt ideo miſceat iuſtitiæ miſericordiam & miſericordiæ iuſtitiam vt habetur 45. diſt. cap. Diſciplina omnis. Et qui.

Hinc

et non ſolus venit Epiſcopus. alioquin ſcimus edoctis a patrib. Carthaginenſibus. cap. 6. & 7. propriè ac potiſſimum claues eſſe creditas Epiſcopis à quib. niſi fiat ſimplicibus ſacerdotibus facultas ſeruare poſſunt, efficere nihil poſſunt. Amb. lib 1. & de pœnit. c. 2. 14. Triden. Seſs. cap. 3.

c Ad legitimi confeſſoris munus ritè obeũdũ inter plura quæ requiruntur ſcientia & eruditio, tum acre iudicium principes obtinent partes. Nam vbi quis concidet ſtipes verius quã homo qui neque diſtinguere valeas inter leprã, & lepram, neque quicquam penſi habeat, qua confitens peccata, peccata numeret, miſerum eludet confitentem, ſeque ipſum perdit.

d Hodie indigno ludibrio ira ctatur ſacrum confeſsionis negotium, nonnulli pœnitẽtes quærunt medicos penitus inſulſos & curandis animæ ægritudinibus parum idoneos, homines ebrioſos, ſcortatores, indoctes, obſcu-

Hinc Chrisostomus in 23. caput. Matthæi. Si erramus inquit paternam pœnitentiam inungendo, nonne melius est de misericordia rationem reddere quam de austeritate vbi paterfamilias est largus & benignus, non debet dispensator & Sacerdos esse tenax & austerus & habetur 26.q.1. cap alligant. Sit inquam discretus in docendo pœnitentem ignorantem, Innocentius 3. Vbi supra. Apostoli inquit vestigiis inhærentes dicentis lac potum dedi vobis non escam paulatim eos scilicet Pœnitentes instruatis in fide, confessionis formam orationem dominicam & symbolum fidei eos sollicite edocētes, hortetur primum confessor pœnitentem vt dicat prout scit peccata de quibus ipsum remordet conscientia & precipuè grauiora permittatque dicere illa suo crasso [c] modo vt hinc sciat confessor quibus est inuolutus peccatis pœnitens & de quibus sit interrogandus nam debet esse cōfessor sicut auditor computi pro rege vt diligenter aduertat ne quid debitorum omittatur. Oleo diuinæ misericordiæ vel vino Iustitiæ diuinæ pœnitentem emolliat, desperatum erigat, pusillanimen confortet, debet enim confessor esse sicut Noë qui extendens manum columbam in arcam introduxit. Et sicut nauta ei qui inter fluctus iratos maris sæuissimi extra nauem est & vult intrare tabulam & manum porrigit vt saluet. Induceat pœnitentem ad propositum firmum mutandi vitam ita quod non amplius offendat Deum mortaliter rescindendo causas quare cecidit, puta malam societatem Illecebras & cætera irritamenta malorum, proponendo quoque periculum mortis repentinæ, grauitatem ingratitudinis in recidiuo exemplo de terra sepe infructuosa & de grauiori vltione in ingratos, his certe duobus præcipuè confessor debet studere. Hinc enim præcipuus fructus oritur qui est vt peccatū auferatur, & vitetur. Circa prudentiā confessoris in taxanda pœna satisfactionis pœnitentis laudo imponentes breuissimam satisfactionem tunc explendam quasi solam sacramentalē, nam huiusmodi pœnitentia tunc explēda, videtur testari eum cui imposita est non satis esse pœnitentē nec firmi propositi cauere relapsum, cuius oppositū supponere debet cōfessor, imo talibus

ros, vt videlicet secū agatur mitius, vt lateant vt os oblineant facilius. Studiis videant cordatum Theologū sedentem ac paratum illorum sordes pientissimo sinu excipere & contegere illum fugiunt et aduersantur, suáque nequitia dignos adeunt.

c Ratio confitendi simplicissima esse debet Qua enim ars quæritur, vt referas qua tu certa malitia, aut peccandi assueta libidine cōmisisti. Non est elegantia aut vocum structura piperata, quodē enitendum, aut elaborandum, sed quo simplicius, eo melius Quærebatur a etate sua Diuus Ambrosius vtrullos esse qui cōfessionem ritè instituerent, atque in eū vsū edidit libellū Christianos instruxit quo pacto deberent in hoc negotio versari.

 interdum

terintuendum eſt quod cum Saulem nequam ſpiritus inuaderet, Dauid cythara eius ſedabat inſaniam. Quia cum ſenſus Potentum aut diuitum per elationem in furorem vertitur, ad ſobrietatem mentis quaſi dulcedine Cytharæ humano noſtro eloquio reuocatur. Nathan ad Dauid quaſi ad ægrum medicus venerat, ſecundum vulnus videbat ſed de patientia ægri dubitabat vnde abſcōdit ferrum medicinale ſub veſte ſimilitudinis, quod eductum ſubito deflixit in vulnus, vt ſecantem gladium ſentiret eger, antequam videret, ne ſi ante cerneret recuſaret. Conſiderans enim peccatorem & Regem, miro modo audacem reum prius per cōfeſsionem ligare ſtuduit vt deinceps ſecaret. Non cuiuis liberum eſt equo generoſo ac natura feroci admouere manum ſed multo maioris eſt artificij ſic docere Principem vt perſuadeas optima, ſic admonere vt obtemperet, ſic increpare vt non excandeſcens ira ſe ſe vertat ad deteriora, ſic denique in publico notare vitia principum vt populum non irrites ad ſeditionem ac rebellionem. Nolim autem quempiam putare me liberè prædicatoris authoritati aliquid detrahere in his præſertim temporibus quibus paſtorum conniuentia & taciturnitate tanta peperit incommoda ſed meo iudicio mitius & modeſtius agendum eſt cum publica vitia publicè corripiuntur. Doctoris namque ſanctiſsimi Thomæ lectione excerpſi expendentis illud Eſaiæ *Quaſi tuba exalta vocem tuam*. Prædicatorem dici tubam quia inuitat ad vitam, ad bellum, ad conſilium, ad feſtum & indicat inceſſum viri, quemadmodum enim tubæ ſonus ab omnibus percipitur ſic concionatoris verba omnium ſine diſcrimine debent arguere vitia. Sed cum omni manſuetudine nec ſatis eſt arguere vitia, ſed doctrina præmittēda quæ perſuadet eſſe nepharium quod reprehenditur. Aperiendæ ſunt pariter fores, quibus ad ſalutis priſtinos lares regredi valeant deuij vt ſcelera conterant, poſtremo excuſsis erroris tenebris commonſtrandum quantò rectius atque etiam iucundius ſit virtutis & beatitudinis radios contemplari. In hac re nō leuiter errant qui ſanctitatis & inculpatæ vitæ normam mentientes ſpecialius in priuatorum ſcelera excandeſcunt, dicēda tacendáque

k Incorrigendu aut coercendu plebis vitiis ſumma prudentia prædicatori opus eſt, & quæ ad Cathechiſim pertinent omnia exponere debet, pariter & annuntiare, quæ virtutes inſequi & quæ vitia oporteat declinare frequenter, nunc ſpe præmiorum erigere nunc ſuppliciorum metu deterrere. Vitanda eſt quoque manifeſta reprehenſio vtriuſq; tam Eccleſiaſticæ, quàm ciuilis poteſtatis. Neque inuehendum eſt in ordinem aliquem, aut aliquod approbatum viuendi genus neque cuiuſquam quantumuis ſcelerati perſona nominanda eſt, niſi bonum commune & graue id exigat cauſa.

tacendaque euomunt,vnde pœnitentium arcana produntur,dum quædam curiosiùs edocere & pandere volunt quæ & auribus tædium, & ipsi concionatori contemptum & minorem beneuolentiam conciliant.Sa.is est in genere crimen proponere,nec id absque horrore & abominatione, tempestiuior reseruatur arguendi occasio in secreta confessione.Quidam ad fabulas paganorum confugiũt& miscẽt temerè sacra prophanis.[1] Quidã magnis verborum inuolucris aulicorum luxum reprehendunt,vestiariorum nouos ornatus, impudicitiæ, veneficij, & magiæ crimina sigillatim adeò vt vel imitandi vel ridendi occasionem sæpissimè concedant. His admiscent lepida dicteria & sales festiuas, quæ Agelastis etiam ipsis risum mouerẽt,nam hoc genus hominum stolidum & sui amans, quemadmodum gaudet depingi in tabula ita amat & vulgi lingua depingi Vix quisquam æquo animo scit corripi & obiurgari ab eo cuius vita publicis & fœdis coloribus deuenustatur & contaminatur, sed intolerabilius est ab eo reprehendi qui sibi ignoscit in his quæ castigat in aliis. Huius inuidiæ sopietur suspicio si prædicator suam personam admisceat,hoc ferme pacto,Nos omnes naturæ fragilitate propensi sumus ad vitia, nos quotidie(ni nobis gratia diuina opituletur)prolabimur.Ipse peccator, peccatores admoneo, Simul errauimus, simul emendemus, vt quorum nunc communis est dolor iis reconciliatis sit communis omnium gratulatio.Vsurpaui mihi(inquit Gregorius) cotis officium quæ ferrum reddit acutum cum sit inutilis ad secandum. Pulchrum depinxi hominem pictor fœdus, aliósque ad perfectionis littus dirigo qui adhuc in delictorum fluctibus versor.Si mihi tacitè dicas cur ipse talis non sim qualẽ te esse desidero illud breuiter (ait Hieronymus) respondebo,non mea esse quæ dico sed domini Saluatoris,non monere quod ipse possim, sed quid alius debeat velle,qui seruus Christi futurus est.Et athletæ suis incitatoribus fortiores sunt, & tamen monet debilior vt pugnet qui fortior est.Ideo Chrisostomus vt auditores verbi Dei beneuolos & dociles concioni redderet, non vitam sed doctrinam vult perpendi. Si bene vixerint eorum est lucrum

[1] Sunt quidam concionatores qui publicis concionibus nihil solẽnius habent dictu quàm prophanis vti dicterijs certo quodã lepore exornatis, Sciti ergo admonendi sunt sacrorum expositores & concionatores, ne signis prophanis aut similitudinibus ridiculis temerè vtantur ad sacros sensus exprimendos, in quo nonnulli minus prudenter, oblectantur.

Quamuis enim pictorib. atque Poetis conceditur ut liceat imaginibus ad mores hominum taxandos, vt in Sardanapalo luxuriosum, & in Parmenone vafrum, nemini tamen in sacris libere fas est prophanis vti, sed illis quæ Spiritus Sanctus, secundum Ecclesiasticos interpretes reuelauit etenim qui propterea quòd aduersarium nostrum diabolum leonem appellat Petrus quærere Christum deuicti imagine Herculis Leonem is... cerunt Christũ significare, vel ob id quod Sathanam qui animas in suam

G crum

crum, ſi bene docuerint veſtrum. Accipite igitur quod veſtrum, eſt nolite diſcutere quod alienum. Frequenter enim de malo homine bona doctrina procedit ſicut terra vilis pretioſum aurum producit, nunquid propter vilem terram pretioſum aurum contemnitur? Igitur ſicut aurum eligitur & terra derelinquitur, ſic & vos doctrinam accipite & mores relinquite.

ECCLESIASTICA SACRAMENTORVM ADMINISTRATIO.

§ III.

CVM ex profeſſo miniſtri & diſpenſatores [a] miniſteriorum Dei dicamur ſupereſt, vt præſtemus quod in optimis diſpenſatoribus requiritur. Miniſteria autem Dei non ſolùm ſunt quæ ad fidem & morum doctrinam pertinent ſed ſacramenta omnia quæ ſub illis ſpeciebus quæ apparent latentem Dei gratiam continent. Hinc ad Epheſios 5. Vbi de matrimonio legimus ſacramentum hoc magnum eſt, Græcus textus habet τὸ μυστήριον τοῦτο μέγα ἐστίν. [b] Et hoc quidem generaliter ſignificat quicquid ſub figura rem admirabilem continet. Nos arctius accipimus pro ſigno rei ſacræ, eſtque Sacramentum [c] (vt ex D. Auguſtino [d] & aliis, auſerunt Theologi) inuiſibilis gratię viſibilis forma. Sacramenta ergo quę curati diſpenſare habent ſunt quinque baptiſmus, pœnitentia, Euchariſtia, Matrimonium, & extrema vnctio, in quibus adminiſtrandis ſumma prouidentia adhibenda eſt ne quid perperam aut incongruè fiat quod ſi ſacramenti miniſter peccato mortali detineatur caueat ne indignè ad hæc conferenda veniat, reus enim eſſet, & peccatum peccato adderet vt ſentit Sanctus Thomas 3. parte ſuæ ſummæ Theologiæ quæſt. 64. art. 6. ad 3. quod probat auctoritate Dyoniſij 1. cap. Eccleſiaſticæ Hierarchiæ dicentis malis non eſſe fas Symbola tangere id eſt ſacramenta & authoritate Auguſtini lib. 2. contra Epiſtolam Parmaniani dicentis ſimul omnia ſacramenta obſunt indignè tractantibus, & hac ratione confirmat ſententiam Sacramenta nouæ legis ſunt multò digniora ſacramentis veteris legis ſed accedens ad ſacraméta veteris legis cum immunditia prohibita & ſic ea miniſtrans peccabat ſecundùm

c.mernam obtrudens, ſuperante effigie eiuſdem Herculis Cacum clana tandentem repræſentare plus nimio eſſet prophanum aut fortaſſe blaſphemum. Quapropter qui myſteria ſcriptura ſacra ſub prophaniſſima imagine ſæcularium aulicorúmque virorum, ac mulierum prophanare apud nos cœperunt meritiſſimè ſunt prohibiti.

a 1. Corinth. 4. & 13.

b [illegible] vt quidam volunt, dictum eſt, [illegible] quod eſt os claudere, cùm ſeſphas haberetur, ea quæ in religioſis ſacratioribus ceremoniis tractabantur in publicum proferre quæ rerum arcanarum occultatio maximè omnium in ſacramentis noſtris (vt author eſt Dyoniſius in variis eccleſiaſticæ Ierarchiæ locis) requiritur.

c Epheſ. 1. & 5. Col. 1. 1. Timo. 3. Apocal. 1.

d Aug. de ciuitate Dei lib. 10. c. 5. & Epiſt. 5. ad Marcel.

cundùm illud Leuitici. Omnis qui de ſtirpe veſtra eſt acceſſerit ad ea quæ conſecrata ſunt in quo eſt immunditia peribit coram Domino. Examinandæ ſunt nullis modis Miniſtri qualitates.[c] Si quis veſtem geſtaret regis aut annulum aut quod ui s aliud ornamentum nonne timeret illud detur pare aut polluere & omni qua poſſet diligentia cuſtodiret ne in terram aut lutum aut locum quo poſſet maculari caderet. Si ergo veſtem regiam ſic cuſtodis, fortè ne polluatur quanto maiori diligentia curare debes ne polluas nomen Dei tui? Et ſi ſacerdos nunc non times corporis excidium quod Dominus hic ſacerdotibus cominatur antiquis time eum qui poſtquam corpus occiderit, poteſtatem habet mittere animã in gehennam, Arbitratur populus non ſua intereſſe qualiter viuat eius Sacerdos ſiue bene ſiue male, non curat. Cõſidera quæſo Deum munera tua non hilari vultu ſuſcepturum ſi miniſter tuus immũdus ſit. Dum enim is qui diſplicet, ad intercedendũ mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. Hoc ergo tibi valet iniquus miniſter, quod rarò aut nunquam eò in termedio Deo tuo reconciliaberis. Conſidera ergo an curare debeas eius munditiam an non. Si ſacerdos tuus velit ſe illecebris & ſcorto tradere tuum eſt eum in officio continere & auferre ei omnem peccandi occaſionẽ non propter ipſum ſolum, qui ſe it perditum ſed propter Deum tuũ & propter te. Si ſordido lucro inhiet & ſeſe negotiis ſæcularibus implicare voluerit, da ei omnia neceſſaria, vt nullam habeat turpis lucri occaſionem & ſi lubricus ſit, conſule caſtitatem, aufer meretricem, coge ſeruare quod vendit, ſimiliter honora eum, non propter ſe vt dixi, ſed propter eum cuius miniſter eſt. Cum enim ſacerdos videret te, pro nihilo aut vilem reputare eum, quid turpitudinis timebit aut mali non audebit perpetrare? Magna enim ni fallor Sacerdotum Parrochorum pars munditiæ, in populo quo cum viuit conſiſtit ſi voluerit inebriare non porrigas potum, ſi cibis ventrem explere nega cibum, ſi enim materiam vitiis eius non adminiſtraueris, caſtum ſobrium, & virtutibus plenum paſtorem habebis. Sacra ergo myſteria celebraturus, & plebem cœleſtibus huiuſmodi

c In ſacro miniſtrò dum exequitur officium ſuum qualitates triplices conſiderari poſſunt. Nam quadam ſunt adeo neceſſaria, vt ſine his omninò non conſecraret, aut conficeret, vt ſi careret intentione. Nõ loquor de defectu materia aut forma, nam illa ſunt requiſita ex parte ſacramenti. Neque loquor de defectu poteſtatis, nam illa requiritur, vt conſtituatur legitimus miniſter. Sed de neceſſaria qualitate ad ipſum actum, quem exercet is qui iam habetur pro legitimo miniſtro. In hoc genere ergo ſola eſt neceſſaria intentio. Accidentaria autem ſunt ſtatura, natio, pulchritudo, ſanitas, ætas, &c. De quibus propterea nihil præcipiendum eſt. Medij generis ſunt illa qualitates quæ requiruntur quidem ad exercitium officij, vt commodiùs & dignùs fiat, ſine quibus in miniſterio ſæpe peccatur, & effectus etiam aliquando excinditur à recipien-

 theſauris.

thesauris locupletaturus intra se sæpius hæc dicere debet. Quomodo me inquinari permittam?oleum vnctionis Dei super me habeo,vestibus sacris indutus sum,coronã sacerdotij mei super caput gero,qua ergo frõte me sordibus inuolui permittam.Probè itaque parati formã & ritum ministrandi dicta sacramenta à suo Episcopo sumere debent parrochiales curati ita decernente 4. Tholetano Concilio can.25.[f]Quando presbyteri in parrochiis ordinantur libellum officialem à suo sacerdote accipiant vt ad Ecclesiam sibi deputatam accedant,ne per ignorãtiam etiam in ipsis diuinis Sacràmentis offendant ita vt quando vel ad letanias vel ad Concilium venerint rationem Episcopo reddãt qualiter susceptum officium celebrent vel Baptizent. hæc ibi.Quantum vero ad ceremonias attinet quoniam Ecclesia sola est quæ à Christo sacramentorum thesaurum accepit,& verum ac legitimum vsum eorum tenet & nouit, idcirco minister in omnibus se Ecclesiæ conformabit [g] non solum in iis quæ sunt essentialia Sacramentorum sed etiam in accidentalibus , quæ plærunque significationis causa aut pietatis excitandæ gratia instituta sunt,aut ex veteri traditione Apostolorum accepta,& aliquando etiam mutata,pro ædificatione fidelium. [h]

BAPTISMVS.

§ IIII.

OMNIVM sacramentorum ianua [a] baptismus ad abluendas veteris peccati originalis nimirum sordes auspicatur, institutus quidem à Christo vt ablueret nos à peccatis,sanctificarèt, & iustificaret.Illo Christum induimus,filij efficimur Dei,& fratres Christi per adoptionem atque hæredes regni cœlorum,nec sine Baptismo quis salutem consequi potest,siue adultus sit siue paruulus.Alios multos effectus recenset August.lib. contra Iud. cap. 2.& Chrysost.de Baptis. Circa cuius collationem tanta reuerentia obseruetur vt citra necessitatem nullus nisi sacerdos baptizare præsumat , nec nisi Parrochialis Sacerdos aut episcopus vel per illos commissus vt patet ex cap. presbyteris & cap. de consecrat. distinct. 4. [b] Baptizare autem

...ibus, attamen ita sunt necessariæ, quia sine ipsis sacramenta verè conficiuntur. In hoc ordine sunt Sanctificatio, fides, Ecclesiastica vnitas, reuerentia, deuotio: & huius generis alia.

f dist.38.cap. presbyter.

g *Insequendus est semper Ecclesiæ ritus, insipiens est enim temerarius eorũ qui & Apostolorum & sequentis Ecclesiæ formam nolentes obseruare nouam ceremoniarum in administratione sacramentorum constituunt regulam.*

h Tertul lib. de Baptismo.

a *Veneranda sunt Baptismi nomina apud Dionysium, quẽ θείαν γέννησιν vel θεογενεσίαν vocat hoc est diuinam generationem vt quendam ex homine Deum, fieri obstupescamus. Dicitque esse ἀρχὴν τῶν θειοτάτων ἐντολῶν, id est, principium sacrè peragendi augustissima mandata.*

b de consecr. dist.4. c. constat ex Isid.

autem non debet curatus citra necessitatem sine exorcismis & aliis ceremoniis ab antiquo traditis de quibus diffusè agit Gratianus de consecrat.dist.4.per varia cap. Quæ si ob necessitatem fuerint omissæ postea data facultate debent suppleri prout iubetur. Obseruet preterea Curatus vt Baptismus detur in fontibus Ecclesiarum non in domibus priuatis duobus duntaxat exceptis casibus, scilicet nisi baptizandi fuerint filij regum vel principum quibus valeat hoc deferri vt possint eorum filij in suis aulis vel domibus baptizari aut talis necessitas emerserit propter quam nequeat paruulus absque periculo ad Ecclesiam deferri qui autem secus presumpserit aut suam in hoc præsentiam exhibuerit taliter per Episcopum suum castigetur quod alij attentare similia non præsumant. Hæc Clemens 5.In concilio Viennensi & habetur extra de Baptismo & eius effectu cap.vnico.in Clementinis.

Sexta Synodus generalis can.31 prius id statuerat, Clericos (inquit) qui in oratoriis quę sunt intra domos ministrāt vel baptizāt hoc illius loci Episcopi sentētia facere decernimus qui sic non seruauerint deponantur. Olim Ecclesiasticis canonibus non nisi episcopo & presbytero dabatur hoc ministerium propter Ecclesiæ honorem, quo salua pax est inquit Tertullianus. Sed in necessitate Eunuchus à Philippo diacono baptizatus fuit, & à Laurentio multi. Ananias quoque Paulum baptizauit. Ab hæreticis baptizatos non esse baptizandos iterum definiuit Concilium Nicenum. Quare non refert qualem doctrinam is habeat modo in nomine patris & filij & spiritus sancti id fiat. Aug. contra Donat.lib.3.cap.14.licet dubitauerit aliquando antea de eo ministro qui ipse baptizatus non esset. Pius enim sacerdos is vocatur qui ea forma baptizat quam dominus instituit id est, in nomine Patris & filij & spiritussancti quam qui seruat & baptizare vult is piè ac religiosè baptizat quanquam ipse non sit alioqui Pius, idcirco dixit prius Apostolus doctrina hæc est vis appositionis manus in vnoquoque baptizato, hæc scilicet quæ consistit in aspersione aquæ, in inuocatione sanctæ Trinitatis, baptismi quandoquidem Christiana forma præscripta à Christo ipso nulla

c Beato Cypriano visum est nō esse posse apud hæreticos vel schismaticos Christi baptismum, ideóque ab iis baptizatos esse rebaptizandos. Eiusdē sententia fuit Cyrillus Hierosolymorum Episcopus. Sed ex variis locis alijs expioratum est hæreticos baptizari posse, dummodo facere intēdant quod intēdit Ecclesia & hoc modo Baptismus in vnitate Catholicæ fidei ab eis accipitur, nec ita baptizatos rebaptizari debere. Hæc conclusio certiùs confirmatur ex August. 23. Epist. ad Bonifaciū vbi docet Concilium plenarium, id est, Nicenum (aliud enim plenariū ante Aug. tempora non extitit) definiuisse Baptismum hæreticorum esse legitimum, solis Cataphrygis & Paulianistis exceptis qui formā Baptismi non excipiunt illi qui errabant circa ipsum sacramētum eiusque formam aut effectum, cuiusmodi erant Ariani Sabelliani

 alia

cutientes gladios euaderent domus illius incolæ.[c] Singularia pariter sequuntur mysteria. Adhibetur enim oleũ sanctum, idest chrisma, quoniã (vt ait Aug.) scriptũ est in actis apostolicis.[d] Vnxit eũ dominus spiritu, nõ vtique oleo visibili. Sed dono gratiæ, quod visibili significatur vnguento, quo baptizatos vngit Ecclesia,[e] & Ambrosius.[f] Omnes, dũ baptizamur in regnum Dei, & in sacerdotiũ, vngimur gratia spiritali, quod; scilicet per extremã vnctionẽ significatur. Itẽ Tertul.[g] Caro abluitur, vt anima emaculetur. Caro vngitur, vt anima cõsecretur. Caro signatur, vt anima muniatur, &c. Vnde & Damasce. lib. 4. Orthodoxæ fidei cap. 10. Oleum in baptismate assumitur, vnctionem significans, & Christus vnctus, id est vnctos nos efficiens, & misericordiam Dei nobis annuntiãs per Spiritũ sanctum Theoph.[h] quoque in Lucam huius rei faciens mentionem hanc tradidit sententiam: Qui baptizantur liberantur à vulneribus animæ, oleo quidem vnguenti vincti, statim autem cõmunicantes, & dominici sanguinis participes fiunt. Idem Cyprianus epistolarum lib. 1. epistola. 12. confirmat dicens. Vngi quoque est eum necesse, qui baptizatus sit, vt accepto Chrismate, & vnctione esse vnctus Dei, & habere in se gratiam Christi posſit. Quæ quidem Christi gratia aduersus diabolum nostra est spiritualis armatura, quam in ipso baptismate consequimur primo, cuius gratia Christiani (hoc est vncti) à Christo nuncupamur, sicut quam optimè describit Rabanus, vt diaboli insidiis resistere posſimus. Quod & D. Aug. ostendit dicens. Christi nomẽ à chrismate dictum est, Chrisma autẽ græcè, latinè vnctio nuncupatur Ideo autem nos vnxit, quia luctatores contra diabolũ fecit Et Ambros. Vnctus es quasi athleta Christi, quasi luctam huius seculi luctaturus, professus es luctaminis tui certamina. Qui luctatur, habet quod speret, vbi certamen, ibi corona. Et hanc doctrinam ex Apostolorum traditione ecclesia accepit cuius Institutioni nihil vnquam detrahendum est absque piaculo nisi iubeat necesſitas.[i] Post exorcismum dantur preces quarum meminit ipse Dyonisius sub εὐχῶν appellatione quæ fiebant cum Cathecumeni ipsi procumberent in genua vt Deus eis dignaretur à machinis

c Tertullianus lib. extremo de anima. Minutius Felix libro contra gentes. Seuerus Sulpitius lib 3. de vita Martini de Exorcistis sunt scripta amplè tractarunt.

d Can. posita de consecr. dist. 4.

e Augustinus Serm. 1. part. 2.

f Ambrosius de iis qui initiant. cap. 16.

g Tertullianus de carnis resurrectione.

h Theophilactus super Lucam c. 10.

i Omnia profectò quæ ad ceremonias baptismi pertinẽt non nisi ad honestatem, & ipsius solennitatem, atque fidelium vtilitatem baptismo adhibentur, ita quod sine ipsis, Baptisma perfici posset, peccaret tamen quis, si illas, nulla vrgente necesſitate, sed solo contemptu prætermitteret, cum illorũ in Ecclesia Dei antiquisſimum omnibus constet institutũ, tẽpore autẽ necesſitatis medio sine ipsis, verũ etiam & absque Episcopo & sacerdote potest quilibet baptizare

machinis & molitionibus dæmonis conseruare. Orat hic Sacerdos vt baptizandus fiat Cathecumenus, hoc est, vt edoceri posſit myſterium ſacræ fidei, quæ cum Dei ſolius Domini ſit ab illo petere debemus qui adiuuat incrudelitatem noſtram & fidem adiungit. Salem ſacratum ſacerdos dat in os baptizandi vt per typum ſapientiæ ſale conditus fœtore careat iniquitatis ne à vermibus peccatorum vltra putrefiat, habet enim ſal in ſacris & prophanis ſcriptis miſticam quandam ſapientiæ ſignificationem, hinc fit vt toties præcipiatur in Leuitico condire oblationes ſacrificiorum. Huius ſalis patres Concilij Carthaginenſis meminerunt, cuius ſacri ritus vetuſtas ex eo liquet quod Burgundi [k] ſalſati à quibuſdam cognominentur quod fide Chriſtiana primi eruditi inter populos Galliç ſalem in Baptiſmo ſuſceperint vnde extat verſus

Strenua prima ſalem cepit Burgundia ſacrum.

Parrochus eum quem baptizare vult, præparat iubendo diabolo in nomine domini cuius vim & opem implorat vt recedat eb eo, quod ipſum precantur cum eo qui adſiſtunt, ergo poſtquam is qui eſt baptizandus, dixit quid velit & ab eccleſia petat, expoſitaque eſt ei vita Chriſtiana qua deinceps poſt Baptiſmum viuendum eſt ei, vt vitam ęternam conſequatur, & poſtquam eum cruce ſignauit eodem ordine quo in eccleſia Romana hodie fit ſequitur renunciatio & confeſsio fidei. Deinde introducitur in Eccleſiam & vngitur oleo cathecumenario in pectore tanquam Athleta Chriſti & inter ſcapulas vt patienter ferre poſsit labores & ærumnas huius vitæ, pro Chriſto. Caro vngitur (inquit Tertullianus) vt anima conſecretur, caro ſignatur vt anima muniatur, caro manus impoſitione adumbratur vt anima ſpiritu illuminetur, Caro corpore & ſanguine Chriſti veſcitur vt anima Deo ſaginetur.

Antequam baptizentur dant ſua nomina baptizandi rurſumque profitentur fidem iuxta interrogationem Sacerdotis. Paratus autem Sacerdos abluere interrogat ſemel, iterum & tertiò. Vis baptizari quia nemo inuitus baptizari debet. Tunc pro religione fit Trina merſio quamuis & vna ſufficiat.[l] Hæc enim diuerſitas nihil obeſt fidei

aut

k Vulgus vitio vertit Burgundis quod ſalſi nominentur, quod tamē ſummi fuit olim honoris eximiam hanc appellationem Chriſtianiſmo ſuſcepto cō ſequi, & ideò Clodoueum Gallorum rex fuit Chriſtianus hortatu Clotildis eius vxoris neptis Gondebaldi Burgundionum regis.

l Hoc in Concilio Tholetano ſexto probatum eſt, in quo ſic concluditur. Propter vitandum ſchiſmatis ſcandalum, vel hæretici dogmatis vſum, ſimplicē teneamus baptiſmi merſionem, ne videantur apud nos qui tertiò mergunt hæreticorū approbare aſſertionē dum ſequuntur & morem. Et re vera trinā merſionem ita fieri non eſt neceſſe, vt non vna immerſione baptiſmus abſolui poſſe, qua & vnum eſſe Deum qui trinus eſt in perſonis, & ſemel tantū mortuum nec deinceps amplius moriturū ſignificetur.

aut ſacramenti veritati. Infans itaque abluitur, in nomine ſacræ Triadis. Deinde vngitur Chriſmate [m] in vertice tanquam in regem & ſacerdotem & veſte candida [n] induitur quia quicunque in Chriſto baptizati ſunt Chriſtum induunt. Et lampadem [o] accipit offerendam myſteriis ad ſignificandum lumen fidei, quo illuminatus eſt per baptiſma.

Omnia quæ de patrimis aut paruulorum ſuſceptoribus in medium adferre poſſumus Auguſtini ferme verbis comprehenduntur dum inquit. Hoc itaque admoneo, fratres dilectiſsimi, vt quoties ſancta ſolennitas venit, quicunque viri, quæcunque mulieres de ſacro fonte filios ſpiritualiter exceperunt, cognoſcant ſe pro ipſis fideiuſſores apud Deum extitiſſe, & ideò ſemper illis ſolicitudinem verè charitatis impendant, & admoneant, vt caſtitatem cuſtodiant, virginitatem vſque ad nuptias ſeruent, à maledicto, vel periurio linguam refrænent, cantica turpia, vel luxurioſa ex ore non proferant, non ſuperbiant, non inuideant, iracundiam, vel odium in corde non teneant, auguria non obſeruent, phylacteria, & characteres diabolicos nec ſibi, nec ſuis aliquando ſuſpendant, incantatores, velut miniſtros diaboli fugiant, fidem catholicam teneant, ad eccleſiam frequentius currant, contempta verboſitate lectiones diuinas attentis auribus audiant, peregrinos accipiant, & ſecundum quod ipſis in baptiſmo dictum eſt, hoſpitum pedes lauent, pacem & ipſi teneant; & diſcordes ad concordiam reuocare contendant, ſacerdotibus, & parentibus honorem amore veræ charitatis impendant. Hæc ergo omnia, & his ſimilia ſi filios, & filias veſtras admonere contenditis, cum ipſis ad æternam beatitudinem fœliciter peruenietis. Nemo ſe circumueniat, fratres chariſsimi, nullus homo ſibi ſolummodo viuat, & ſicut frequenter ſuggeſsi, quantoſcunque aliquis exemplo ſanctæ vitæ ædificauerit, cum tantis, & pro tantis mercedem beatæ vitæ & retributionis accipiet, & quantiſcunque exemplum malæ conuerſationis, etiamſi non cum illis ſequantur, præbuerit, pro tantis ſe malis rationem nouerit redditurum. Et ideò ſicut iam ſupra ſuggeſsi, neophytis noſtris, auxiliante Do-

m Cur ante baptiſmum paruuli oleo poſtea autē chriſmate inunguntur ratio eſt, vt primo parati ſimus ad audiendum fidem: atque in cordibus noſtris fidei virtus confirmetur, ac ſique inde ad bene operandum roboremur. Poſt baptiſmum verò, vt confiteamur liberè nos eſſe Chriſtianos, & omni petenti de noſtra fide rationem poſſimus reddere. Hinc enim Chriſtiani dicimur, quia vncti.

n Veſtis candida indicium eſt quod exuerimus inuolucrum peccatorum, & innocentiæ caſta velamina ad imitationē Chriſti induerimus, cuius veſtimenta facta ſunt candida, vt nix. Atque hunc habitum in primitiua Eccleſia baptizati, geſtare ſolebāt per dies octo, vocabanturque albati & poſt diem octauū veſtē albam in templo deferebant, & aliā induebant Dionyſ. Eccl. Hierarchia. cap. 2.

o Cereus ardēs qui datur baptizato ſignificat fidem neceſſa-

mino, exemplum bonę cōuersationis, quantum possumus, debemus ostendere, vt non pro illorum destructione pœnam recipere, sed potius pro ædificatione ad indulgentiam peccatorum mereamur peruenire præstante Domino nostro Iesu Christo.

Ad hoc Catholicum & Christianum anadochi munus ritè suscipiendum omnes promiscuè fidele admittuntur non autem infideles vt fuit declaratum in concilio Maguntino. Neque pater aut mater nisi in extrema necessitate vbi alius haberi non potest. Abbas & monachus & alij religiosi non debent tenere ad baptismum tamen si tenent sunt compatres. de P consecr. dist. 4. de Cathechismis. Arceantur pręterea publici peccatores, non confirmati, nescientes orationem, & symbolum & quicunque inidonei sunt vt alios instituant. Nec ille est patrinus in cuius nomine paruulus è sacro fonte suscipitur sicuti ferè faciunt optimates & principes, sed ij tantum sunt patrimi qui paruulum è baptismo suscipiunt. Qua ratione & quibus temporibus mulieres q assumptæ sint veluti fideiussores variè disputatur inter Canonistas. Rationi maximè consentaneum est paruulos haberē sponsorem quem Dyonisius anadochum appellat. Cum enim paruuli peccatum suum ex aliena cōsequuti sunt transgressione primi parentis Adæ, decet & hoc diuinam misericordiam vt rursus adiuuentur per alienam voluntatem susceptoris qui pro eis spondeat & profiteatur. Vnde sanctè à maioribus constitutum est; non nisi Christianos posse in baptismo puerum offerre, cum enim cæteri nobiscum non teneant fidei articulos, quomodo pro puero obsides esse poterunt & qualiter docebunt ea quæ ignorant? Arduum plane est patrinorum officium durumque est suscipere paruulos ex sacro baptismatis fonte, præsertim hac tempestate propter hæreses varias quibus mundus infidelitate plenus vndique scatet. Si tamen baptizatus fiat hæreticus postea, nihil in hoc culpæ habet susceptor. Nemo enim reus dicitur alienæ culpæ cuius ipse non sit particeps. Nihilominus tenetur susceptor illum pro viribus auocare, cui si nō paret ac in peccato suo moritur susceptoris manus erit

innocens

nam, illam quidem ardentem, non mortuam, sed quæ igne charitatis accensa vetustissimum potest.

P S. Tho. 3 par. q. 67. art. 8. ad 1. & 2. Angelica Baptismus. 8. § 1 & 2. T ibid. Baptis. 5. § 15. vtique. de iur. Bapt. vers 10. Ancharanus tit. 1. c. 25. § 3. Sum. confess. lib. 4. tit. 7. q. 25. Richar. 4. sent. dist. 42. art. 1. q. 3. Sylu. Bapt. 5. § 5. Armil. Bapt. § 37.

q Certi sunt canones Leonis adscripti & Vuormaciensis Conci. 4. c. 1. qui mulieribus locum hic videntur permittere, viros tamen constat vtriusque sexui olim additos susceptores, quorum est officium docere, si quis autem pædorem causetur, respondeo fuisse Diaconissas.

innocens & omninò libera. Plures quoque ne baptizatum de baptiſmo ſuſcipiant, ſed vnus tantum, ſiue vir, ſiue mulier, per veteres, vel ad ſummum vnus, & vna, per Tridentinum Cōcilium ſtatutum eſt, tum quia diſciplinæ ordo à multitudine perturbari poteſt, tum ne ex multiplicata ſpirituali cognatione incommoda oriantur. Quare parrochus eorum nomina in libro deſcribat, prout etiam temporibus Dionyſij factum fuit. Quod ſi alij vltra deſignatos baptizatum tetigerint, cognationem ſpiritualem nullo modo contrahant. Si parochi culpa, aut negligentia, ſecus factum fuerit, arbitrio Ordinarij puniatur. Cum enim nulli ab eo deſignantur patrini, ex iure antiquo omnes leuantes patrini ſunt. Porrò imprudenter quidam errare eos ſcribunt qui cognationem oriri volunt non ex baptiſmo ſine ſolennitate, ſed ex ſolenni ſupplemento, quaſi in poſteriori actu tantum ex catechiſmo minor aliqua cognatio contrahatur.

r Dionyſius & 7. cap. Eccl. Hierarch. tantum vnius patrini meminit, quin Hyginus eandem aſſerit Romanæ Eccleſiæ conſuetudinem eſſe, vt ſinguli adhibeantur ſi qua fides Iuoni, Burchardo, & Gratiano, datur nec diſſētit Leo Papa Maximus & Conc. Tridētino. Ab hac ſimplicitate & vnitate non ita pridem diſceſſum arbitror luculento eccleſiæ malo. Nam dum plures vnico filio cōſulere debent, nemo id præſtat, ſinguli in alios reiicientibus. Burchard. lib. 4. c. 25. 28. Ivo. part. 1. c. 219. 229. & habetur de conſecr. diſt. 4. c. non plures.

POENITENTIA.

§ V.

NE ſublata putetur ſpes ſalutis iis qui poſt Baptiſmum in vitia & peccata incidunt, aut contra pericula mortis æternæ omne remedium detractū eſſe videatur, inſtar ſecundæ tabulæ [a] in naufragio data eſt nobis Pœnitentia cuius miniſter eſt Præsbyter habens iuriſdictionem, ordinariam, vel delegatam, quæ ad hoc ſubeundum myſterium in primis neceſſaria eſt, licet enim Presbyteri omnes poteſtatem habeant remittendi peccata non omnes tamen habent eius poteſtatis executionem niſi paſtores ordinarij videlicet, curatus, Epiſcopus, Summus Pontifex & qui ab his delegantur vel committuntur, nec refert quo tempore velis, quadrageſimæ vel alio niſi in periculo mortis quo caſu omnis ſacerdos poteſt nōn ſolùm à peccatis omnibus abſoluere, ſed etiam ab omni excommunicatione. De hac ordinis & Iuriſdictionis[b] poteſtare ſic ordinat & determinat Bonifacius 8. Extra. de pœnitentia & remiſsione. cap. Si Epiſcopus in 6. Nulla poteſt conſuetudine introduci quod aliquis præter ſui ſuperioris licentiam

a Ex B. Hieronymo Pœnitentia eſt ſecunda tabula poſt naufragium, quia ſi quis veſtem innocentiæ in Baptiſmo perceptā peccando corrūpit pœnitentiæ remedio reparare eam poteſt.

b Claues ſacerdotales intellexit, non quod propriè ſit penes ſacerdotem iſta poteſtas, ſed quia

Hinc Chrisostomus in 23. caput. Matthæi. Si erramus inquit paternam pœnitentiam inungendo, nonne melius est de misericordia rationem reddere quam de austeritate vbi paterfamilias est largus & benignus, non debet dispensator & Sacerdos esse tenax & austerus & habetur 26.q.1. cap alligant. Sit inquam discretus in docendo pœnitentem ignorantem, Innocentius 3. Vbi supra. Apostoli inquit vestigiis inhærentes dicentis lac potum dedi vobis non escam paulatim eos scilicet Pœnitentes instruatis in fide, confessionis formam orationem dominicam & symbolum fidei eos sollicite edocētes, hortetur primum confessor pœnitentem vt dicat prout scit peccata de quibus ipsum remordet conscientia & precipuè grauiora permittatque dicere illa suo crasso [e] modo vt hinc sciat confessor quibus est inuolutus peccatis pœnitens & de quibus sit interrogandus nam debet esse cōfessor sicut auditor computi pro rege vt diligenter aduertat ne quid debitorum omittatur. Oleo diuinæ misericordiæ vel vino Iustitiæ diuinæ pœnitentem emolliat, desperatum erigat, pusillanimen confortet, debet enim confessor esse sicut Noë qui extendens manum columbam in arcam introduxit. Et sicut nauta ei qui inter fluctus iratos maris sæuissimi extra nauem est & vult intrare tabulam & manum porrigit vt saluet. Inducat pœnitentem ad propositum firmum mutandi vitam ita quod non amplius offendat Deum mortaliter rescindendo causas quare cecidit, puta malam societatem Illecebras & cætera irritamenta malorum, proponendo quoque periculum mortis repentinæ, grauitatem ingratitudinis in recidiuo exemplo de terra sepe infructuosa & de grauiori vltione in ingratos, his certe duobus præcipuè confessor debet studere. Hinc enim præcipuus fructus oritur qui est vt peccatū auferatur, & vitetur. Circa prudentiā confessoris in taxanda pœna satisfactionis pœnitentis laudo imponentes breuissimam satisfactionem tunc explendam quasi solam sacramentalē, nam huiusmodi pœnitentia tunc explēda, videtur testari eum cui imposita est non satis esse pœnitentē nec firmi propositi cauere relapsum, cuius oppositū supponere debet cōfessor, imo talibus

ros, vt videlicet secū agatur initiùs, vt lateant vt o. oblineant facilius. Sicubi videant cordatum Theologū sedentem ac paratum illorum sordes pientissimo sinu excipere & contegere illum fugiunt et aduersantur, suique nequissima dignos adeunt.

c Ratio confitendi simplicissima esse debet Quæ enim ars quæritur, vt referas quæ tu certa malitia, aut peccandi assueta libidine cōmisisti; Non est elegantiæ aut vocum structura piperata, quidē enitendum, aut elaborandum, sed quo simplicius, eò melius. Quærebatur ætate sua Diuus Ambrosius nullos esse qui cōfessionem ritè instituerent, atque in eū vsū edito libello Christianos instruxit quo pacto deberent in hoc negotio versari.

 interdum

interdum est differenda communio vt interim operibus misericordiæ exerceantur.[h]

Pœnitentiarum alia est solennis, alia priuata, alia publica. Pœnitentia solennis ideo dicitur quod cum quadam solennitate à iure introducta imponitur pœnitenti per Episcopum, vt cum Hæretico abiuranti imponitur habitus deferendus semper, vel frænum in ore coram populo, vel vt pedibus nudis & flexis genibus expectet pro foribus Ecclesiæ, maximè in cap. Ieiunij, qua die omnes quibus talis pœnitentia imponenda est, debent comparere personaliter ante fores Ecclesiæ, vt non solum pœnitentia populo manifesta sit, sed etiam peccatum ab Ecclesiæ ministro declaratur, pœnitentia solennis imponitur pro graui & enormi crimine quod statum vniuersum Ecclesiæ vel populi commouit & scandalizauit

Pœnitētia priuata est illa quæ fit singulariter & secretè. Hæc frequentanda venit. Quando aliquis peccata sua Sacerdoti confitetur & pœnitentiā hāc simplex curatus imponere solet, cuius necessitas post lapsum tanquam Euangelica orthodoxaque veritas est auscultanda, ecclesiæ sanctionibus receptissima, vt de Pœnit. dist. prima quamplurimis canonibus est videre, vt vtroque can. Non potest. & can. Neminem. & can. Agite pœnitentiam, & can. Multiplex ait Leo per pœnitentiæ medicinam spem vitæ æternæ lapsis patere. Quapropter Cōcilium Tridentinum insaniam Lutheri nullibi vsque ad ipsum auditam condemnat Anathema pronuncians eum qui sola fide absque sacramento pœnitentiæ in re vel in voto dixerit lapsum recuperare salutem.

Pœnitentia publica est illa quæ fit in facie Ecclesiæ non cum ea solennitate de qua prius dictum est esse solennius quando iniungitur peregrinatio cum baculo cubitali, vel cum aliqua veste vel cum aliquo signo distinctiuo Pœnitentiæ ab aliis. Et tutiùs est vt per Episcopum imponatur (qui debet cognoscere de grauibus criminibus) quam per sacerdotem aut parrochum, hæc autem non alia ratione quam inexcusabili prorsus negligentia aut imperitia sacerdotum in Latina ecclesia iam in totum penè exoleuit de qua

h Confessor debet esse talis qualis in Coloniēsi Synodo depingitur, vel vt egregiè edocetur apud Lopæsium 1. par. c. 27. vt sit vir integer, studiosus, peritus, taciturnus, Instructus bonis considerationibus ad instruendum pœnitentē, quem Deus illi obtulerit instruendum, vt sit compositus interiori, exteriorique modestia, & habitu & egregia prudētia insignitus sit, oporteat, vt nouerit ordinaria peccata, eorúmque applicare remedia vt nouerit interrogare pœnitentem de his quæ verisimiliter omittit confiteri vel quia ignorat, vel quia pudore cohibetur.

qua aliquid adferre non erit iustitiæ nec canonē vetustissimum Alexandri [i] Papæ nec [k] Ioannis nec Irenei [l] Historiam breuitatis gratia hic amplectar, sed summum Tertullianum suspiciam qui libro de Pœnitentia sic inquit. Quam porro ineptum pœnitentiam non adimplere, & veniam delictorum sustinere hoc est, precium non exhibere, & ad mercem manum emittere, hoc enim pretio Dominus veniam addicere instituit, hac pœnitentiæ compensatione redimendam proponit impietatem.

Item Exomologesis temporali afflictatione non dico frustretur, sed expugnat. *Rursus*, Deliqui, dicito, in Deum, & periclitor in æternum perire. Itaque nunc pendeo & maceror & excrucior vt Deum reconciliem mihi, quem delinquendo lesi.

D. Cyprianus qui hanc sententiam vbique ferè asserit, censet eos contra disciplinam domini, contra præcepta Imperatoris sui contra censuram diuinam & Euangelij legem facere, qui ante actam publicè pœnitentiam, reconciliant manifestè lapsos.

Imperitus est medicus, qui tumentes vulnerum sinus manu parcente contrectat, & in altis recessibus viscerum virus inclusum dum seruat exaggerat. Aperiendum vulnus est, & secandum, & putredinibus amputatis, medela fortiori curandum. Vociferetur & clamet licet & conqueratur æger impatiens per dolorem, gratias agat postmodum cum senserit sanitatem. Et compellens coepiscopos suos, inquit: Fratres dilectissimi, tametsi nouum genus cladis & quasi parum persecutionis procella sæuierit, accessit ad cumulum sub misericordiæ titulo, malum fallens & blanda pernicies.

Contra Euangelij vigorem, contra Domini ac Dei legem, temeritate quorundam laxatur incautis communicatio irrita & falsa, pax periculosa dantibus, & nihil accipientibus profutura. Non quærunt sanitatis patientiam, nec veram de satisfactione medicinam, pœnitentia de peccatoribus exclusa est, grauissimi extremique delicti memoria sublata est. Operiuntur morientium vulnera, & plaga lethalis altis & profundis visceribus infixa, dissimulato dolore

i Alexander can. 1. de pœnitentia & remissione. Manifesta peccata (inquit) non sunt occulta correctione purganda. & can. Conci. Maguntinensis declarat vt qui publicè peccat publica mulctetur pœnitentia.

k Ioannes Apostolus iuuenem initiatum lapsum in latrocinij crimina publica satisfactione expiauit. Locus est pulcherrimus Ecclesiastica. hist lib. 3 c. 23. in fine.

l Ireneus de muliere delusa per Marcum hæreticum cum fratres (inquit) cū magno labore conuertissent omne tempus in exomologesi cōsummauit plangens, & lamentans, ob hanc quam passa est ab hoc Mago corruptelam.

ni. Veterum Canonum institutis dicitur solis Episcopis licere pœnitētes in publica missa reconciliare, vel benedicere. Sacerdotibus autē non licet, nisi tamen periclitaretur pœnitens, quando demum licet, consulto tamen Episcopo modo cujuis possit, qua tamen sacerdotis reconciliatio si pœnitēs superstes permaneat Episcopali reconciliationi nihil præiudicat, quo minus eam adhuc post pœnitentiā à convalescentia peragendam requirere ab Episcopo oporteat. Nec profecto (cū bona venia id dixerim) videtur Episcopo posse facere potestatem Presbyteris reconciliandi publicè flagitiosos ante publicā pœnitentiam peractam. Publica enim scelera adeò reseruabantur, vt qui publico flagitio totam Ecclesiam commouissent, contristassentq. dato grauj scandalo, non ab alio quam totius ecclesiæ Præside Episcopo reconciliarentur.

dolore contegitur

Ante expiata delicta ante exomologesin factā criminis ante purgatam conscientiam, Sacrificio & manu sacerdotis, ante offensam placatam indignantis Domini & minantis, pacem putant esse, quam quidam verbis fallacibus vendidant. Non est pax illa, sed bellum, nec ecclesiæ iungitur, qui ab euangelio separatur. Quid iniuriam beneficium vocant? quid impietatem pietatis vocabulo appellant? quid eis qui flere iugiter & rogare Dominum suum debent intercepta pœnitentiæ lamentatione, communicare se simulant? Hæc sunt eiusmodi lapsis, quod grādo frugibus, quod turbidum sydus arboribus, quod armentis pestilens vastitas, quod nauigiis sæua tempestas, Solatium æternæ spei adimunt, arborem à radice subuertunt, sermone morbido ad Lethale contagium serpunt, nauem ad scopulos, ne in portum perueniat, illidunt.

Episcopi deberent necessariam hanc peccatorum medelam non ita contemnere aut ingrata obliuione præterire cùm tot prestet fructus in grege Christi & quod deplorandum est^m quod penes Episcopos id olim sedulo demandatum erat apud gregarios sacerdotes inuenitur ita vt de publicis delictis tanta solennitate expiandis iudicare audeant Sed reuertamur ad Cyprianum.

Non concedit pacem facilitas ista sed tollit, nec communicationem tribuit, sed impedit ad salutem. Persecutio est hæc alia, & alia tentatio, per quam subtilis inimicus impugnandis adhuc lapsis occulta populatione grassatur, vt lamentatio conquiescat, vt dolor sileat, vt delicti memoria vanescat, comprimatur pectorum gemitus, statuatur fletus oculorum, ne dominum grauiter offensum longa & plena pœnitentia deprecetur. Cum scriptum sit. Memento vnde excideris & age pœnitentiam. Nemo se fallat, nemo decipiat. *Hactenus D. Cyprian.*

D. Ambros. de pœnitentia publica sic ait, fleat pro te mater Ecclesia, & culpam tuam lachrymis lauet. Item. Volo veniam reus speret, petat eam lachrymis, petat gemitibus, petat populi totius fletibus, vt ignoscatur obsecret, & cum secundo & tertio fuerit dilata eius communio, credat remissius

misſius ſe ſupplicaſſe, fletus augeat miſerabilior, poſtea reuertatur, teneat pedes brachiis, oſculetur oſculis, lauet fletibus, nec dimittat, vt de ipſo dicat Dominus Ieſus, Remiſſa ſunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum.

Apud Diuum Hieronymum locus pulcherrimus & inſignis eſt in Fabiola, totum locum non recito, quia paulò prolixior eſt. Laudat Fabiolā,[n] quod poſt lapſum ad Chriſtum conuerſa, manifeſtè pœnituerit, quod ſaccum induerit, quod errorem publicè fateretur, & tota vrbe ſpectante Romana ante diem Paſchæ, in baſilica quondam Laterani (qui Cæſariano truncatus eſt gladio) ſtaret in ordine pœnitentium, Epiſcopo, presbyteris, & omni populo collachrymantibus, ſparſum crinem, ora lurida, & ſqualidas manus, ſordida colla ſubmittere. Quæ peccata, inquit, fletus iſte non purget? quas inueteratas maculas hæc lamentatio non abluat. Et poſtquam pœnitentiam eius contuliſſet cum publica pœnitentia Petri, Aaronis, Dauid, Achab, Manaſsis, Niniuitarum, & Publicani pectus pugnis verberantis, poſtea ſubiicit, Dico pœnitentiam illam hoſtiam Domino eſſe placabilem, & ſacrificium Deo ſpiritum contribulatum: Et, Malo pœnitentiam peccatoris, quam mortem. Et exurge, exurge, Hieruſalem, & multa alia quæ prophetarum clangunt tubæ.

Hoc vnum loquor quod & legentibus vtile ſit, & præſenti cauſæ conueniat. Non eſt confuſa dominum in terris & ille eam non confundet in cœlo. Aperuit cunctis vulnus ſuum, & decolorem in corpore, cicatricem flens Roma conſpexit, diſſuta habuit latera, nudum caput, clauſum os. Non eſt ingreſſa Eccleſiam Domini, ſed extra caſtra cum Maria ſorore Moſi ſeparata conſedit, vt quam ſacerdos eiecerat, ipſe reuocaret, deſcendit de ſolio deliciarum ſuarum, accepit molam, fecit farinam, & diſcalceatis pedibus tranſiuit defluenta lachrymarum. Sedit ſuper carbones ignis, hi ei fuere in adiutorium, faciem per quam ſecundo viro placuerat, verberabat, oderat gemmas, lintheamina videre non poterat, ornamenta fugiebat. Sic dolebat quaſi adulterium commiſiſſet, & multis impendiis medicaminum vnum vulnus ſanare cupiebat. Hactenus ille.

[n] *Publicam pœnitentiā in priſca Eccleſia viſitatam fuiſſe, vel ex hoc loco omnibus liquet, cuius hic modus erat: Facta corā legitimo paſtore peccatorum tum occultorum tum publicorum, ſi qua erant enumeratione, cum Eccleſiæ ædificationi expediret ſacerdotis authoritate & pœnitentium conſenſu, mulctas, ſatisfactiones, ſeu maius pœnitentiæ fructus palam agere iubebantur. Ritus publicæ pœnitentiæ latiſsimè deſcribit Conc. Agathenſ. diſt. 50.ca. in capite. Hoc ita ſe habere & Theodoſij Imperatoris exemplum indicat, qui publicæ pœnitentiæ laborē & ignominiam non erubuit. Triuit frontē ſolum expanſis manibus, proſtratus humi indutus cilicio, & qui publicè offenderat, publica lamēta, cineres ieiuniáque non refugit.*

o Aperit satisfactionis locum, quoquidem radices peccatorũ, causásque quasi excidimus. Est autem notandũ, quod peccata nostra duo consequuntur, macula & pœna, id est, culpa qua Deus offensus manet, & reatus, id est, obligatio ad pœnã. Culpa si remittatur, remittitur & reatus, quantum ad pœnam æternam inferni, sed non statim pœna omnis, quin reparatio aliqua fieri debeat illatæ iniuriæ, quia nec bonum irremuneratum, nec malum vllum à Deo impunitum esse potest, qui iustus est & iustitias dilexit. Non satis est sagittam è corpore extrahi, sed plaga quoque à sagitta inflicta sananda est, sic ab anima nostra per pœnitẽtiam culpa amota necesse est ad plagam, & reliquias peccati curam adhibere. Itaque pœnam temporalẽ sponte sumimus de nobis ipsis in hoc mũdo ne in æternũ damnemur.

Diuus Augustinus in Enchiridio cap. 65. sic ait, Nequ e de ipsis criminibus quamlibet magnis remittendis in sancta Ecclesia Dei desperanda est misericordia agentibus pœnitentiam, secũdum modum sui cuiuscunque peccati.

Et paulò post? Verùm quia plerunque dolor alterius cordis, occultus est alteri, neque in aliorum notitiam per verba vel quæcunque alia signa procedit, cum sit coram illo cui dicitur, Gemitus meus à te non est absconditus, rectè constituuntur ab his qui Ecclesiæ præsunt tempora pœnitentiæ, vt etiam satisfiat Ecclesiæ, in qua remittuntur illa ipsa peccata. Extra eam quippe non remittuntur. Ipsa namque propriè Spiritum sanctum pignus accepit, sine quo non remittuntur peccata. Ita vt quibus dimittuntur, peccata consequantur vitam æternam. Et cap sequenti docet, quod hæc remisio post peractam publicam pœnitentiam fiat propter futurum iudicium, significans peccatum graue, etsi hic per cordis dolorem remittatur, quod ad culpam attinet, non remitti tamen quoad pœnam, nisi peracta pœnitentia.•

Et dato huius exemplo in paruulis, qui tametsi ab omni culpa per lauacrũ regenerationis abluti sint, diuersorum nihilominus adhuc malorum afflictione cruciantur (quæ est peccati originalis post baptismum remanens pœna in renatis) subiicit. Multa mala hic videntur ignosci, & nullis suppliciis vindicari, sed eorum pœnæ reseruantur in posterum (neque enim frustra ille propriè dicitur dies iudicij, quando venturus est iudex viuorum & mortuorum.) Sicut è contrario vindicantur, hic aliqua & tamen si remittuntur, profectò in futuro sæculo non nocebunt, propterea de quibusdam temporalibus pœnis, quæ in hac vita peccantibus irrogantur eis, quorum peccata delentur, ne reseruentur in finem, ait Apostolus: Si enim nosipsos iudicaremus, à Domino non iudicaremur cum iudicamur autem à dominocorripimur, ne cum hoc mũdo damnemur. *Hactenus ille in in loco iam citato.*

Idem lib. de continentia cap. 6. Non permittit Deus impunita peccata, etiam in eis, quos à supplicio sempiterno, remissione liberat per eum, Nullus quippe debitæ grauioris

pœnæ

pœnæ accipit veniam, nisi qualemcunque longe minorem quam debuerit, pœnam, atque ita impartitur largitas misericordiæ, vt non relinquatur etiam iustitiæ disciplina.

Idem *sermo.* 57. de tempore. Parum est peccatorem pœnitere, nisi pœnitentiam peregerit, ad emendandum enim crimina, vox pœnitentis non sola sufficit. Nam in satisfactione ingentium peccatorum, non verba tantum, sed opera quæruntur.

Idem alibi, Agite (inquit) pœnitentiam, qualis agitur in Ecclesia Dei, vt pro vobis oret Ecclesia. Nemo dicat sibi, occultè ago, apud Deum ago, nouit Deus (qui mihi ignoscit) quæ in corde ago. Ergo sine causa dictum est, quæ solueris in terra erunt soluta & in cœlo. Ergo sine causa Claues datæ sunt Ecclesiæ Dei, frustramus verbum Christi. Si promittimus vobis quæ ille negat, nonne vos decipimus?

Et quid attinet ex huius sanctissimi & doctissimi Antistitis monumentis, in hanc sententiam plura afferre, quando apud hunc tam frequens est distinctio triplicis actionis pœnitentiæ P in ecclesia vsitatæ? vnius, quæ agitur ante baptismum ab adultis, quod nemo possit vitam inchoare nouam nisi quem veteris pœnituerit. Alterius quæ quotidiana est, pro his peccatis quæ humanæ fragilitati, quamuis pauca, tamen crebro subrepunt. Tertia pro peccatis quæ lethali vulnere sauciant peccatorem. De hac postrema sic habet Epist. ad Seleucianam. Agunt (inquit) etiam homines pœnitentiam, si post baptismum ita peccauerint vt excommunicari & postea reconciliari mereantur, sicut agunt in omnibus Ecclesiis, illi qui propriè pœnitentes appellantur.

Et lib. 50. homiliarum, Homilia 50. inter alia de hac tertia actione pœnitentiæ sic ait: Implicatus ergo tam mortiferis vinculis peccatorum, detractat aut differt, aut dubitat confugere ad ipsas Claues Ecclesiæ, quibus soluatur in terra, vt sit solutus in cœlo, & audet sibi post hanc vitam (quia tantum Christianus dicitur) salutem aliquam polliceri. Et paulò post: Iudicet ergo seipsum homo, in istis, voluntate dum potest; & mores conuertat in melius, ne cum iam non poterit, etiam præter voluntatem à Domino iudicetur,

P Pœnitentiæ necessitas, & fructus mirũ in modum commendatur in sacra scriptura, sic Ioannes suas cõciones auspicatus est, pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnũ cœlorum, sic Christus Petri lachrimas intuitus est. Magdalenæ plãctum ex nimia dilectione natũ probauit, laudauit, & ne quod testimoniũ deesset in cœlo, & in terra. Angelus qui loquebatur cum sanctissimo Ioanne Deum pœnitentiæ plurimi præclarè testatus est cum ait, Memor esto vnde excideris & age pœnitentiã, & prima opera fac. Esse porrò pœnitentiam desistere à peccatis præteritis, conuertendo se ad Deum, & ea agnoscere cum luctu & fixo proposito, deinceps rectè operandi intelligi potest ex Iesaia. 1. qui, cum excitaret ad pœnitentiam Israelitas inquit, Si conuersus ingemueris, saluus eris, & agnosces, vbi fuisti reum con... in vanis. Item ex Paulo. 2. Cor. 7. &c.

dicetur,& cum in ſe protulerit ſeuerißimæ medicinæ ſententiam,veniat ad Antiſtites,per quos illi in Eccleſia claues miniſtrantur,& tanquam bonus incipiens iam eſſe filius,maternorum membrorum ordine cuſtodito,à propoſitis ſacrorum accipiat ſatisfactionis ſuæ modum , vt in offerendo ſacrificio cordis contribulati deuotus & ſupplex, id tamen agat quod non ſolum illi proſit ad recipiendam ſalutem,ſed etiam cæteris ad exemplum , vt ſi peccatum eius non ſolum in graui eius malo , ſed etiam in ſcandalo eſt aliorum,atque hoc expedire vtilitati Eccleſiæ videtur, Antiſtiti in notitia multorum,vel etiam totius plebis,agere pœnitentiam non recuſet , non reſiſtat, non lethali & mortiferæ plagæ,per pudorem addat tumorem. Meminerit tamen ſemper quod ſuperbis Deus reſiſtit , humilibus autem dat gratiam. Quid eſt enim infœlicius , quid peruerſius quam de ipſo vulnere quod latere non poteſt,non erubeſcere,& de ligatura illius erubeſcere? Hactenus ille.

Memoratis ſanctißimis patribus ſubſcripſit magnus ille Leo epiſt.69. ad Theodorum. Foroliuienſem Epiſcopum,in hæc verba.Mediator Dei & hominum , homo Ieſus Chriſtus,hanc præpoſitis eccleſiæ dedit poteſtatem, vt pœnitentibus pœnitentiæ ſatisfactionem darent,& eadem ſalubri ſatisfactione purgatos ad communionem ſacramentorum per ianuam reconciliationis admitterent.

Sanctus denique Gregorius q in cap. 16. Iob.cap.4.Magna(inquit,)prædicationis arte agendum eſt , vt qui ex aperta correptione deteriores fiunt,quodam temperamento correptionis ad ſalutem redeant.Et poſt pauca: Sed hic de occultis potentium delictis loquimur. Nam quando & aliis cognoſcentibus peccatur,aliis etiam cognoſcentibus increpandi ſunt, ne ſi prædicator tacet,culpam approbaſſe videatur,atque hæc creſcens in exemplum veniat , quam paſtoris lingua non ſecat.

Idem epiſt.31.lib.12.Nec hoc quoque in hac parte ſollicitudinis relinquimus, quod omnes inceſtuoſi à liminibus ſanctæ Eccleſiæ ſint ſeparandi, r quouſque per ſatisfactionem precibus Sacerdotum , eidem ſanctæ Eccleſiæ Catholicæ reconcilientur, ſunt enim mali ſegregandi a bonis

[Margin notes:]

[illegible] ac , Quæ enim ſecundum Deum triſtitia eſt,pœnitentiam operatur ſtabilem in ſaluteem. Ita diffiniunt ſancti a diuinis ſcripturis edocti, Gregorius,Ambroſius, Auguſtinus.

q Conuincuntur hæretici qui ſublatam volunt in Eccleſia pœnitentiam , ac confeßionem , cuius reparatorem mentiuntur, B. Gregorium & ſucceſſores Pontifices, quiquidem meminit ſanctißimæ huius inſtitutionis, nihil tamen noui inuexit,ſed duntaxat quod à maioribus ſuis acceptum,atque ſeruatum in ſuã vſque cernebat ætatem, id porrò nobis cõmendare , atque in futura quoque ſecula traducere voluit.

r Erat moris Apoſtolici cõfiteri omnia,& ſi quid iuſſum erat , euulgabatur,nunc autem edicto etiã Tridentino liberati ſumus ab illa neceßitate,& verecundia,nec aliud quæritur quã vt Sacerdoti iuriſdictionẽ habenti confiteantur peccata.

bonis, iniqui à iustis, vt saltem rubore suo, conscientias suas recognoscant, & conuertantur à prauitatibus suis. Et si incorrigibiles apparuerint, segregentur à fidelibus, vsque ad satisfactionem. Iuxta Saluatoris Domini sententiam, qua inter cætera de peccante in fratrem præcipiendo ait, Si peccauerit inte frater, &c. Quod si non audierit, dic Ecclesiæ. Si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & publicanus. His ergo & aliis multis sanctorum patrū authoritatibus segregandi sunt boni à malis, ne pereant iusti pro iniustis, sicut scriptum est. Perit pius pro impio, Debet enim discretio fieri inter bonos & malos, sicut est inter hædos & oues.

Manifesta quoque peccata non sunt occulta correctione purganda, sed palam sunt arguendi qui palam nocent, vt dum aperta obiurgatione sanantur, ij qui eos imitando deliquerant corrigantur, dū enim vnus corripitur, plurimi emendantur, Et melius est vt pro multorū salute vnus cōdemnetur, quam per vnius licentiam multi periclitentur.

Nec mirum si inter homines hæc ratio custoditur, cum & inter iumenta hoc fieri persæpe cognouimus, vt ea quæ scabiem vel impetiginem habere videntur, separantur à sanis, ne illorum morbo sana inquinentur & pereant, Hactenus Gregorius.

Vnum tantum adhuc testimonium addam ex Ruperto quod mirè cum testimonio D. Gregorij quadrat. Non sibi (inquit) contraria est lex sancta, quam hodie Christi tenet Ecclesia: nam latentem peccati causam, secreta confessione proditam gaudenter intra veniæ ianuas, deprænhensa vero per alium cognita crimina, non solum forense tribunal, sed & Synodica irrecuperabiliter plectit seueritas. Nam illud (nimirum forense tribunal) vita hæc autem ecclesiasticis honoribus reos priuat. Huiusque Rupertus, qui ante annos quadringētos plus minus vixit, dicti auctor est.

Hæc de necessitate publicæ pœnitentię ob publica crimina imponendæ adduxisse suffecerit.

Sed vt redeamus ad confessoris officium nobis primò occurrit summa sigilli confessionis religio, quod qui violat ius naturale [s] videtur offendere quo nihil vel commen-

[s] Frangens sigillum confessionis ius naturale violat, quodquidem iubet secreta ab eo, cui mādata sunt seruari oportere iuxta illud Prouer. c. 11. relatum in c. qui ambulat. 5. q. 5. Qui ambulat fraudulenter reuelat arcana, qui autem fidelis est, seruat amici cōmissum. Iubet & natura lex non esse aduersus alterum faciendum, quod contra se fieri non placeret ca. 1. dist. 1. & habetur Matthai. cap. 7. & l. 1. in prin. vbi doctores. ff quod quisque iuris. Atque is qui alteri secreta mādat nihil aliud cupit, quā quod illud non reuelari atque detegi debet, ergo & ipse idem seruare. Hinc rectè scripsit Scotus in 4 sent. dist. 21. & cum eo Clauasius in summa in verbo cōfessio. l vltima. num. 2. sigillum confessionis esse de iure natura.

commendabilius vel proximius in hac cura esse debet, nihil solennius seruandum quàm debitum efficax secretam tenendi confessionem, auditam enim reuelans pœnitentis delictum mortaliter peccat, quia sacrilegij iniuriam infert sacramento ex cuius natura est vt confessor nihil sciat vt homo, cuius os variis seris occluditur. Concilium generale Lateranense cap. 21. ita habet. Caueat autem omnino sacerdos ne verbo vel signo vel alio quouis modo prodat aliquatenus peccatorem sed si prudentiorũ consilio indigerit illud absque vlla expressione personæ cautè requirat. Quoniam qui peccatum in iudicio pœnitentiali sibi detectum præsumpserit reuelare non solum à sacerdotali officio deponendum decernimus verumetiam ad agẽdam perpetuam pœnitentiam in arctum monasterium detrudendum.[t] Huic etiam adstipulatur Gregorij sententia. Sacerdos ante omnia caueat ne de his quæ ei confitentur peccata sua alicui recitet quod ea confessus non propinquis, non extraneis neque quod absit pro aliquo scandalo, nam si hoc fecerit deponatur & omnibus diebus vitæ suæ ignominiosus peregrinãdo pergat. Scito ergo sigillum confessionis ita obligare ad secretum vt nullo præcepto nullo metu nulla vi excusari possit, nec pro scandalo vitando nec pro salute spirituali pœnitentis sit infrigendum, quia confessor vt Deus non homo scit, & ne cõfessio exosa sit hominibus, & ex modo committendi quia pœnitens reuelat ea vt secreta imo potest iurare confessor se nihil scire si de alicuius peccato quod in confessione tantum scit interrogetur, sed non addat se nescire in confessione.

t Sancitum est à Gregorio in eo cap. sacerdos. de pœn. dist. 6. Sacerdotem reuelantem hanc cõfessionem sacramentalem fore deponendum & illi præcipiendũ vt peregrinetur dum in humanis erit. 1n. 5 addit. in cap. omnis de pœn. & remiss. Sacerdotem ita ab officio dispositum esse in arctum monasterium detrudendum, atque custodiendũ quæ sanè pœna loco peregrinationis indicta fuit quàm pœna mutationem factã fuisse opinor quod peregrinatione illa non solum ipsi sacerdoti, sed & vniuerso ignominiosa erat. c. diaconi. 93. dist. & annotarum. Calder. consf. 1. de vita & honest. cler. & Nauar. in d. cap. sacerdos. ad fi. de pœ. dist. 6.

EVCHARISTIA.

§ VI.

CVI commissa est gregis animarum cura eidem est commissa prouisio eorum quæ necessaria sunt aut à Christo ordinata ad salutem huiusmodi animarum inter quæ porissimum salutiferum est Eucharistiæ Sacramentum secundum illud Ioannis. Nisi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis eius sanguinem non habebi-

Ioan. 6.

tis vitam in vobis, neceſſarium eſt enim ad conſeruationem & augmentum ſpiritualis vitæ [a] non ſecus atque cibus cuius ſumptio ſacramenti ex parte eius conſiderata, quanto frequentior eſt, tanto conuenientior ſecundum tamen eccleſiæ moderationem, ſed conſiderata diſpoſitione ſumentis, non omnibus conuenit quotidiana ſumptio, quoniam cum ad hoc cœleſte conuiuium reuerentia & deuotio exigatur, (à quibus multis modis impedimur & ſine quibus accedendum non eſt) non omnibus id expedit: quod maximè in ſæcularibus & ciuilibus negotiis implicatis locum habere putarem qui vero ex officio ſunt mediatores inter Deum & populum, non eſt æquum vt ab his impediantur. Nō æquum eſt vt permittant ſe implicari his quibus eorum deuotio tepeſcat. Huius ſacramenti effectus diligenter dicendi & inculcandi populo multis ſcripturę & patrum teſtimoniis. Ad illud autem accedentes ſic moneātur. Primò vt veniant cum conſcientia mundata & purgata ab omni peccato mortali. Secundò quod à cordibus euellant & penitus eradicent feces veteris rācoris aut odij.. Tertiò quod nullus excommunicatus vel interdictus ſumere præſumat. Quartò quod ab vxoribus abſtineant per aliquot dies ſcilicet duos vel tres ante & poſt ſicut conſuluerunt ſancti patres. Quintò quod poſt ſumptionem corporis Chriſti non ſpuant in loco immundo neque in loco alio qui poſsit pedibus conculcari præſertim antequam illū cibum comederint vel ſumpſerint, vel digeſtionem factam eſſe putauerint. Et quod ſe ſeruent quantum poterint à vomitu & nauſea. Sexto addimus vt antequam in os ſacramentum accipiant ſupplices adeant Chriſtum in ipſo ſacramento præſentem, & ſeipſis exhibentem. Debent ergo tria habere præ oculis communicaturi, Primum fidem verbi domini dicentis, Hoc eſt corpus meum quod pro vobis datur, hoc facite in meam commemorationem. Deinde timorem ex ipſius Apoſtoli doctrina, aduerſus Corinthiorum [b] indignum in ſynaxis ſumptione abuſum. Qui māducat & bibit indignè iudiciū ſibi mānducat & bibit non diiudicans corpus Domini. Tertiò dilectionem & charitatem erga Deum, qui filio ſuo nō pepercit,

[a] Vita & celeste anima Eucharistia eſt quam ideo Clariſsimus Areopagita vocat, εὐχαριστίαν τελετῶν τελεσιουργικωτάτην, id eſt, quæ ſacra ratione maximè perficiat hominem, quaſi rei dignitatem conaretur vocis amplitudine referre. Iuſtinus in Apolog. ad Antonium, Ign. Epiſt 7. & 11. Clemens. Alex. lib. 2. Orig. lib. 8. contra Celſum.

[b] Hic probatur facili argumento corporis & ſanguinis Chriſti veritas ſacris ſubeſſe myſteriis dum Paulus reprehendit Corinthios, quod abuterentur tā turpiter ſacra cœna Domini. verus Theologia tradit duabus de cauſis Apoſtolum hæc admiſcere, quod moris ſit Paulum in

medio argumento si quid præclarum se offerat eò digredi, deinde quia hoc vehementer ad istorum reprehensionē faciebat. Ecclesiastica verò consuetudo declarat, ne quis indocium sibi manducet eā probationem necessariam esse, vt nullus conscius peccati mortalis quantumuis sibi contritus videatur absque præmissa sacramentali confessione ad sacram sinaxim accedat.

cit, sed pro nobis omnibus tradidit eum, & cum gratiarum actione denique hoc venerandum sacramentum manducare quod est Eucharistia. Sacerdotes quibus vasa domini data sunt debent omni venerationis cultu & pietate succendi ad sacrum huius mysterij officium cum huius fideles fiunt participes, sint prudentes ideo & cautione illud dent, quibus est denegandum denegent & quibus dandū est non denegent nec relapso in hæresim etiam tradito brachio sæculari modo ad fidem reuersus humiliter petat vt habetur extra de hæreticis cap. 4. in 6. Ad diuina Christi mysteria negligenter accedens supplicium intolerabile meretur & si vel semel in anno quis hoc audeat, ignis enim spiritualis plena est ipsa mensa. Et quemadmodum fontes naturaliter aqua scaturiunt sic & hæc mēsa flammā quandam ineffabilem fouet, caue igitur ne accedas cum stipula ligni & fœno, ne maius efficias incendium & animum qui fit eius particeps exuras. Regem venerare, Regem excepturus es per communionem, rege autem in animum intrante magna esse debet trāquillitas, magna quies alta summáque cogitationum pax. Dicunt quidam, satis mihi est semel in anno Eucharistiam accipere sed miserè seipsos deludunt nam si quotidie tentaris, si quotidie nutas & periclitaris, si quotidie eges gratia, virtute, robore, medicina, venia, fauore, præsenti Dei ope, & alimoñia spirituali vt pietatem colas quomodo semel tantum in anno huius gratię particeps esse cupis, qui per singula penè momenta, gratia & præsentia Dei eges. Hæc salutaria pręcepta parrochi animis subditorum instillare debent quo dignius & sanctius sese componant ad sanctam synaxim, à qua reiiciant, hæreticos, scismaticos, notorios simoniacos, apostatas, veneficos, & huiusmodi iniquissimę farinæ homines pertinaces & impœnitentes, quod si sanctè pastoris exequi onus percupiant altius menti haurient historiam illam apus Nicephorum de Philippo [b] qui primus Romanorum imperatorum Christianæ fidei rudimentis initiari voluit quod cū in priuilegio Paschatis ad altare accederet sacrā Eucharistiā sumpturus, ab episcopo tāquam publicus peccator repulsus est & in loco pœnitentiū qui erat humilis & contemptus

[b] Philippus primus Christianus Imperator: cum ex magna parte Christianam fidem amplexus fuisset: atque in Paschæ vellet in sacra ædes prorumpere repulsus est à Fabiano, nec ante receptus quàm peregisset impositam pœnitentiam.

contemptus cum aliis ſtare iuſſus fuit, qui etiam ſacræ communionis tempore extra Baſilicam pellebatur qua in re neſcio quid magis me ad admirandum alliceat, an epiſcopi conſtantia virili characteris & dignitatis authoritate corroborata, quæ hoc auſa eſt, an Imperatoris obedientia qui demiſſa fronte & humiliter vnius Epiſcopi mandato paruit. Priſcis illis temporibus nondum refrixerat Eccleſiæ ſacramentorum honos. Nam quamuis non adeò frequentabatur ſacra communio maiore tamen deuotione & ſingulari præparatione id fiebat vt ex concilio Agathenſi docemur.[d] Hæc nos præfati ſumus ad debitam tanti myſterij rationem, ne præceps Sacerdos vel leuiore animaduerſione quicquam faciat, ideo nec immeritò nec imprudenter ſtatuit Honorius 3. Ne propter incuriam ſacerdotum diuina indignatio grauius exardeſcat, diſtrictè præcipiendo mandamus quatenus à Sacerdotibus Euchariſtia in loco ſingulari mundo & ſignato ſemper honorifice collocata deuotè ac fideliter contineatur. Idque faciendum eſſe pro infirmis iubet ac præcipit Clemens Papa Epiſtola 2. ad Iacobum fratrem Domini, & negligenter ſe habens curatus circa cuſtodiam Euchariſtiæ eſt grauiter puniendus ex concilio Arelatenſi ita ſtatuente. Qui bene non cuſtodierit ſacrificium & mus vel aliquod animal illud comederit quadraginta diebus pœniteat, qui autem perdiderit illud in Eccleſia aut pars eius ceciderit & non inuenta fuerit triginta diebus pœniteat hæc ibi.

d Ante mille centum & amplius annos in Agathenſi Concilio cautum eſt, vt ſeculares qui in natali Domini Paſche, & Pentecoſte non communicaſſent Catholici, non crederentur, nec pro Catholicis haberētur, quod tamen propè ducentos ante annos iidem a Fabiano Pontifice Maximo ſancitum Burchardus, Vermatienſis. Iuo Epiſcopus Carnotenſis Grattanus in ſuis decretorum libris retulerūt. At verò in eodē Agathenſi Concilio, in quo vt ter in anno communicarentur ſeculares, ſancitum eſt, præceptum fuit, vt die Dominica Miſſas audirent vnde tenebantur ſinguli Dominicis dieb cōmunicare. Qui autem ſub iisdē temporibus quibus habitum eſt Agathenſe Concilium vixerūt, Chryſoſtomus, Auguſtinus, Ambroſius, non obſcure ſuis iudicant ſcriptis, quod ſuo quoque ſæculo hic refrigeratus erat feruor Chriſtianorum [illegible]

Vtrumque docuit & ſtatuit Generale concilium Lateranenſe cap. 20. ſcilicet diligentiam & ſollicitudinem in cuſtodia Euchariſtiæ, & in hoc negligentis pœnam debitam his verbis. Statuimus in cunctis Eccleſiis vt Chriſma & Euchariſtia ſub fideli cuſtodia clauibus adhibitis conſeruetur vt non poſsit ad illa temeraria manus extendi, ad aliqua horribilia vel nephaira exercenda, ſi verò his ad quem ſpectat cuſtodia ea incautè reliquerit tribus menſibus ab officio ſuſpendatur, etſi per eius incuriam aliquid nephandum inde contigerit grauiori ſubiaceat vltioni & habetur de cuſtodia Euchariſtiæ cap. ſtatuimus. Deferat

præterea Curatus sacramentum Eucharistiæ in decenti habitu superposito mundo velamine ferat manifestè ac honorificè ante pectus cum omni reuerentia & timore semper lumine præcedente, cum sit candor lucis æternæ vt ex hoc apud omnes fideles deuotio augeatur vt habet Honorius 3. de celebratione missarum. cap. Sane. Per se tantum ministret hoc sacramentum Sacerdos de consecrat. distinct. 2. cap. peruenit. 2. ex glos. Propter tanti sacramenti dignitatem honorabili & reuerendo cultu habenda est ecclesia, illiusque orramenta. Hinc Concilium generale [c] Lateranense cap 19. ita habet. relinqui nolumus incorrectum quod quidam clerici Ecclesias sic exponunt supellectilibus propriis & etiam alienis vt potius domus laicæ quam Dei Basilicę videantur, non considerātes quod Dominus non sinebat vt vas transferretur per templum. Sunt & alij qui nō solum Ecclesias dimittunt incultas verumetiam vasa ministerij & vestimenta ministrorū ac pallas altaris, necnon ipsa corporalia tam immunda relinquūt quod interdum aliquibus sunt horrori, quia verò zelus nos comedit domus Dei firmiter prohibemus ne huiusmodi supellectilia in Ecclesiis, admittantur, nisi propter hostiles incursus aut incendia repentina seu alias necessitates vrgētes ad eas oporteat haberi refugium, sic tamen vt necessitate cessante res in loca pristina reportentur. Præcipimus quoque & oratoria, vasa, corporalia & vestimenta prædicta munda & nitida probè conseruentur, nimis enim videtur absurdum in sacris sordes negligere quę dedecerent etiam prophanos. Hæc Concilium Lateranense quantum ad vestimenta ministrorum & Ecclesiæ honesta & munda seruanda sanxit de Consecratione distinct. 1. cap. vestimenta. Vt superiore classe fusius enarrauimus.

Turbulenta ista sæcula aspera adeo monitoribus me maximè mouent ad congerendas sacrarum authoritatum acies quibus crebrioris communionis habetur summa ratio quę talis esse debet vt nullomodo careat legitima præparatione, ne Pauli comminationi subiiciamur, cum consideratione tantæ maiestatis suęque proprię vilitatis & indignitatis

quod vix semel in anno, vel etiam biennio cō munnicarent adducerentur, idq; casu magis, & consuetudine quodammodo sine lege quàm ex animo.

c Nicæna Synodus præcipit c. 13. vt in omnibus omnino Ecclesiis conseruetur istud viaticum, & quod magis mirū est, dicit hoc esse Christiani & antiquissimi moris. Quod cum ita sit, cùm eo tempore iam ista consuetudo radices egerit, antiquitatemque præ se tulerit canonicē. Falluntur multū hæretici qui nobis hunc preciosum thesaurum surripere conātur, & nullam eius habendā adseruationem asserunt. Idcirco optima ratione intelligimus statutum à Beato Petro anathema Presbyteris & Diaconis, si negligenter sanctam Eucharistiam seruauerint, vel dispensauerint quod huiusmodi negligentia ad detrimentum populi spectet, præbetur etiam suspicio quod nō credant esse ibi corpus Christi, cùm ita neglig-

gnitatis cognitione tum vitæ deterioris in meliorem mutatione: Ambrosij enim est exhortatio. Sic viue vt merearis quotidie accipere, qui non meretur quotidie accipere nō meretur post annum accipere. Sed cum Theologis nostris confidentiùs ausim dicere quod quamuis debitę deuotionis augmenta non ferueant adeo, dummodo absit cōtemptus indignitas: non debere propterea à frequenti communione abstinere sed considerando misericordiam Dei fiducia magna accedere & cogitare se quidem indignum esse sed tanto magis egere, & medicum requirere debere quanto magis senserit se ægrotum, cum non opus sit valentibus medicus, sed male habentibus. Et sic est intelligendus D. Thomæ Aquinatis locus [f] dum aliquantulum abstinere iubet à frequentiore communione potissimum quibus reuerentia ex frequentatione minuitur, quo pietatis excitetur virtus & deuotionis flamma. Ecce patres qui τὸν ἐπιούσιον panem quotidianum animæ alimentum sæpius petendum & licitè accipiendum senserunt.

Quotidie (ait Diuus Ambrosius) si accipis, quotidie tibi hodie est. Vnde planum fit, nos vtiliter & fructuosè posse quotidie sumere, quod Dominus nos docet quotidie petere.

An Paulus tempus præscribit, & non potius, vt probet seipsum homo, & sic de pane illo edat, dicens, facultatem toties sumendi facit, quoties (quod vtinam crebrius fiat) fuerit quispiam probatus? An non etiam primos Christianos quotidie probatissimos in fractione panis perseuerasse, non minus quam in orationibus & doctrina probant Apostolica acta, & crebri apud Corinthios conuentus, in quibus Paulus non frequentiam, sed minus dignam præparationem cum abusibus damnat.

Peracta (ait Anacletus) consecratione; omnes communicent qui noluerint Ecclesiasticis carere liminibus. Sic enim & Apostoli statuerunt, & sancta Romana tenet Ecclesia. Scio (inquit beatus Hieronymus) Romæ hanc esse consuetudinem, vt fideles semper Christi corpus accipiāt. Quem morem etiamnum Aethiopiæ Ecclesiæ, quæ Præsti Ioannis potentissimi regis imperio parent, mordicus reseruarunt.

[Margin:] genter & indecorè illud tractent.

[f] D. Thomas qui sacra ista mysteria cæteris omnibus altiùs perscrutatus est duo requiri scribit ex parte recipientis Eucharistiam, desiderium coniunctionis cum Christo quod efficit amor & reuerentiam sacramenti, quod ad donum timoris pertinet, & primum horum incitet ad quotidianam huius sacramenti frequentationem, secundum autē retrahat: vult, vt si quis experientia comperisset, ex quotidiana sumptione augeri amoris feruorem, & reuerentiam non minui, communicare eum quotidie posse, si autem sentiret per quotidianā frequētationem, reuerentiam minui, & feruorem non multū augeri, talis debet aliquando abstinere, vt postmodum cum maiori reuerentia ac deuotione accedat, atque idcircò in hu iudicio suo vnumquēque relinquendum; quod si quis abstinendum sibi ex cau-

reſeruarunt. Quorſum beatus Ignatius D. Ioannis diſcipulus dixiſſet: Feſtinate ergo frequenter ad Euchariſtiam, & gloriam Domini accedere, quãto enim hoc ipſum aſsiduè agitur, expelluntur poteſtates Satanæ, qui actus ſuos conuertit in ſagittas ignitas ad peccãdũ. Quorſum D. Cypria. g cum tanta Theologorum h acie diceret: Hunc panẽ dari nobis quotidie poſtulamus, ne qui in Chriſto ſumus, & Euchariſtiã quotidie ad cibũ ſalutis accipimus, intercedente aliquo grauiore delicto, dũ abſtenti & non cõmunicantes cœleſti pane prohibemur à Chriſti corpore ſeparemur, ipſo prædicante & monente, Ego ſum panis vitæ, qui de cælo deſcendi. Si quis ederit de hoc pane, viuet in æternũ. Quãdo ergo dicit in ęternum viuere, ſi quis ederit de eius pane, vt manifeſtum eſt eos viuere, qui corpus eius attingunt, & Euchariſtiam iure communicationis accipiunt, ita contra timendum eſt & orandum, ne dum quis abſtentus ſeparatur à Chriſti corpore, procul remaneat à ſalute, comminante ipſo & dicente. Niſi ederitis carnem filij hominis, & biberitis ſanguinem eius, non habebitis vitam in vobis. Et ideo panem noſtrum, id eſt, Chriſtum dari nobis quotidie petimus, vt qui in Chriſto manemus & viuimus, à ſanctificatione & corpore eius non recedamus. Hæc Cyprianus.

Quid vero Ambroſius: Si quotidianus eſt panis, ait, cur poſt annum illum ſumis, quemadmodum Gręci in Oriente facere conſueuerunt? Accipe quotidie, quod quotidie tibi proſit, Sic viue, vt merearis quotidie accipere. Et paulo poſt. Qui vulnus habet medicinam requirit. Vulnus eſt, quia ſub peccato ſumus, medicina eſt, cęleſte ac venerabile Sacramentum.

Diui Chryſoſtomi ſententia eſt, Hoc nempe eſt, quod vniuerſa perturbat, quia non munditia animi, verum interuallo temporis longiori meritum putas, ſummamque arbitraris reuerentiã ac religionem eſſe, ſi non ſæpius cæleſtem illam adeas menſam, Ignoras quoniam indigne accedere, etiamſi ſemel tantum fiat, te ſupplicio tradit, dignè vero etiamſi ſępe accedas, ſalutem inde conquiris? Non eſt audaciæ ſæpius accedere ad Dominicam menſam,

ſiorum dictu pu cet, nemo ille mo l. ſtus cret, modò abſtenendum nõ putet ad annum vel multos menſes, ſed vt D. Thomas dicit aliquando breue, ſcilicet tempus.

g Cypria ſer. 6. de orat. dominica.

h Inter ſacra ſcripta ſæpè frequens communio commendatur plebi, non quod neceſſariũ iudicatum ſit vnquam quotidie percipere, ſed quod natura huius ſacramenti in animi alimento ac nutrimento poſita, ita videatur communiter exigere quotidianam communionem ad cibum ſpiritus, ſicut corporale nutrimentum ad corporis neceſſariam refectionem, frequentiſsimè exigi videamus, licet ſimilitudo vtrinque non quadret, quia non ſic animus hoc vno viſibili ſacramento, ſicut ordinariè corpus ſolo alimento.

sam, sed indignè accedere, etiamsi semel tantum quispiam toto vitæ tempore accedat. At nos adeo insensati sumus, vt cum innumera per totum annum scelera perpetremus, nihil ea curemus exuere, cæterum satis esse arbitramur, si non assiduè præsumamus atque contumeliosè Christi corpus attingere neque intelligimus miseri, quod hi qui cruci Christum affixerunt, semel tantum id fecerunt. Nos igitur, quia semel crucifixerunt, minus idcirco delictum est: & qui Christum prodidit, semel tantum prodidit, nunquid ergo hoc illum supplicio eripuit? Quid igitur hanc rem temporis lege metimur? Tempestiuum accedendi tempus munditia conscientiæ faciat Nihil habet amplius quod in Pascha consummatur mysterium, quam quod continuo celebratur. Vnum quippe atque idem est, eadem est Spiritus sancti gratia, semper Pascha est. Nostis profecto cui initiati estis, id quod dicimus; siue Sexta feria, siue Sabbato, siue Dominica die siue in celebritate Martyrum, eadem litatur hostia, idem sacrificium consummatur. Nos omnes inuitamur ad hoc cœleste conuiuium, sed nemo vestem nuptialem induit, nemo seipsum probat. Idem Chrysostomus alio in loco de frequenti communione sic est cōcionatus. Probet (ait) seipsum homo.[1] Non quemadmodum nunc facimus, temporis gratia accedentes magis, quam animi studio, neque vt præparati ad vitia nostra expurganda compunctionis pleni accedimus, sed vt in solennitatibus simus, quando omnes adsunt, consideramus. Sed non ita Paulus præcepit, sed vnum tempus nouit & conueniendi & communionem sumendi, ipsam consciētiæ puritatem. Et ita purum illud attingere sacrificium, non pigrè disponi, & miserè cogi propter solennitatem accedere. Neque rursus compunctum & præparatum impediri, eò quod non sit solennitas. Solennitas enim bonorum operum est demonstratio, animæ puritas, vitæ certitudo, quæ si habueris, semper celebrare poteris solennitatem, semper accedere. Quid clarius ad ostendendum semper nos celebrare, & cōmunicare posse, si adsit animæ puritas.

Audi etiam Theophylactum, siue mauis potius Athanasium in illud Pauli, Probet autem seipsum homo, sic

1 *Summa est adhibenda cura vt dignè suscipiatur sacramentum hoc Epulum, nā Paulus nihil sanctius aliud monet, quā vt probet seipsum homo, & sic de pane illo edat, cum autem duo in sacramento exhibeantur, sacramentum & res sacramenti obseruabis quoque esse homines, qui nec sacramentū sumunt, nec rem sacramenti: aut quòd non credāt aut quod crimine aliquo retineantur, quos excusantes illi in Parabola nuptiarum referūt & quadrat in eos quod dictum ibidem est, Non erāt digni. Alij sacramentum quidem sumunt sed absque eius gratia, & fructu, quo indignos & ad iudicium manducare cum Apostolo asserimus, quidam gratiam omnémque fructum sacramenti absque sacramento hauriūt, quibus scilicet, licèt rectè praparatis sumendi tamen sacramenti non est facultas, aut copia, quibus D. Augustinus ait; Bono animo sis crede, & manducasti.*

exhortantem: Neminem tibi iudicem propofuerim præter teipfum. Tu itaque confcientia examinata difcuffaque adito ea myfteria non feftis, non profeftis diebus, fed quouis tempore, cum purum te & dignum compereris. Suffecerint iſta Piis omnibus ad fidem faciendam, nam de pofteriorum ætatū Patribus, Gregorio, [l] Bernardo, Innocentio, Beda, D. Thoma, Bonauentura, [k] Gerfone, Durando aliifque, non arbitror eos teftimonia defiderare, cum nihil certius fit quàm illos omnes frequentem communionem mirificè femper multifque nominibus commendaffe, vtpote quod Sacramentum hoc animæ cibus fit, quo crebrior, tanto efficacior, vt rectè monuerit Innocentius cauendum effe, ne nimia illius dilatione mortis periculum incurratur, quod nos Chrifto proximifq; magis magifq; veniat quod ad illius memoriam gratifsimis animis celebrandam excitet, quod in illis legitimo vfu plures fimul virtutes diuinę exerceantur, quodq; perfectius fit laudabiliufq; ex amore accedere, quam timore abftinere, tum etiam prudentius ex frequenti dignaq; communione plures fructus carpere, quam ex abftinentia paucos fperare vel nullos. Qui enim veretur accedere, vel abftinet, quod confifus de induftria propria fperet fe alio tempore aptiorem futurum, & ftulta perfuafione ducitur, cum conftet neminem vel toto vitæ tempore dignum fe reddere poffe tanto myfterio, cum id diuino munere & non induftria noftra nobis obueniat, aut abftinet, quia maiorem Dei gratiā fe præparantē expectat, fatua fanè expectatione ducitur, cum Dominus femper nobis præfto fit, conferens gratiam fimul ac impedimentum fuftulerimus. Propè eft enim Dominus, inuocantibus eum vt canit Pfaltes.

...um facramento sua gratiam: vimque illius percipiunt, fi probati ac digne accedant.

[l] Gregorius li. 4. dialogorum. cap. 65 de Beato Caſsio Epifcopo Narnieſi refert quod quotidie celebrabat, & audiuit vocē de cælo dicētē, Age quod agis, & non ceſſet pes tuus, in natali enim Apoſtolorum venies ad me, Quo vtique die poſt ſeptennium migrauit ad Dominum.

[k] Bonauentura. 4. diſt art. vlt. q. 2. ait vt qui ſe ſentit eo feruere, modo quo ſancti in primitiua Eccleſia quotidie ſumat, qui verò medio modo aliquādo accedat aliquando ceſſet. Alexander Alenſis. 4. par. q. 51. membro 3. & Gerſo. tract. 9. ſuper Magnificat. mal... propenſius in alteram partem inclinant, ſcilicet quod ſit quotidie accedendū ſi fieri poteſt. Cui quodā parti adhæret Gabriel in can. lect. 87.

MATRIMONIVM.

§. VII.

CHRISTVS vt omnium aliorum facramentorum ita huius facramenti matrimonij eft principalis effector hic fanctificat matrimonium nullus alius. Sed fi quis quærat cur hoc folum non indigeat homine miniftro iſtà afsignatur ratio quia in omnibus aliis facramentis ratione

tione formæ aut ratione materiæ fuit opus miniſtro. Oportuit enim in quolibet Sacramento diſponere primo, materiam quæ recipiat formam ſacramentalem & ſuper quam[a] forma ipſa aduenìens fieret ſacramentum vt patet de aqua Baptiſmi ſaltem quando confertur ſolenniter. Patet & in Euchariſtia ſimiliter, quoniam aptatur materia per ſacerdotem. Et ſic in cæteris requiritur myſta, ad materiæ diſpoſitionem. At Matrimonium ſolum quod inter fideles contrahitur eſt materia ſuapte diſpoſita ad ſanctificationem, vt nihil requiratur in coniugibus quam eos eſſe Chriſtianos vt dignetur Deus ſanctificator aſsiſtere & ſacramentum conſtituere & gratiam conferre non ponentibus obicem. Huius rei gratia inter infideles matrimonium non eſt ſacramentum cum deſit materia debita. Quum autem poſtmodum efficiuntur fideles & perſeuerat matrimoniũ, quia materia ipſa diſpoſita eſt, confeſtim fit ſacramentum. Sine fide autem eſt quidẽ materia, ſed minimè diſpoſita. Huius ſacramẽti dignitas ex ipſius Pauli teſtimonio & definitione[a] liquet ob idq; multa neceſſaria ſunt ad huius conſiderationẽ. Primũ quod contrahatur inter legitimas partes. 2. quod nõ ſit clandeſtinum. Tertium quod legitimo tẽpore contrahatur. Quartum quod cum debita reuerentia celebretur. Circa primum præſupponendũ eſt duplicia in genere eſſe impedimenta matrimonij, quædam impedientia contrahẽdum & dirimentia contractum ſuper quibus antequam contrahantur conſuli Sacerdotes ſolent. Sunt alia quæ impediunt cõtrahendum ſed non dirimunt cum iam cõtractum eſt de vtriuſq; impedimenti ratione latè & diffuſè agit Gratianus. à 27. vſque ad vltimam incluſiuè, quæ eſt 36. & de eiſdem agitur in variis decretalium libris & titulis. Idcirco aduertat & ad amuſsim conſideret curatus decretum illud Clementis 5. in concilio Viennenſi ſub hoc verborũ tenore. Eos qui diuino timore poſtpoſito, in ſuarum periculum animarum ſcienter in gradibus conſanguinitatis vel affinitatis canonica conſtitutione interdictis, aut cum monialibus contrahere matrimonialiter non verentur, nec non religioſos & moniales aut clericos in ſacris ordinibus conſtitutos matrimonia contrahentes

refrænare

a Theologi accuratam matrimonij definitionem conſtituunt, his verbis, Matrimonium Chriſtianum eſt ſacramentum, quo ad legitimum conſenſum in mutuam corporis traditionem legitimæ perſonæ ita inter ſe vniuntur, vt inter eas perpetuum coeat vinculum, & gratia ipſis in eo ſtatu neceſſaria diuinitus infunditur. Et D. Paulo excellenti titulo vocatur magnum, quæ in re Syriacam vocem videtur mirari. ארוא arauſo quæ pro matrimonio ſumitur, imò non myſterium magnũ quã rem efficacem ſignificat, vt ſignum intelligas, & quidem efficax.

refrænare metu pœnæ ab huiusmodi eorum temeritatis audacia cupientes ipsos excommunicationis sententiæ ipso facto decernimus subiacere, præcipientes Ecclesiarum Prælatis vt illos quos eis constiterit taliter contraxisse excommunicatos publicè tandiu nuncient, seu à suis subditis faciant nunciari, donec suum humiliter recognoscentes errorem separentur ab inuicem & absolutionis beneficium obtinere mereantur per prædicta quoque iuribus quæ sic contrahentibus alias pænas imponunt, in nullo volumus derogari. [b] Hæc sacrum Viennense Concilium.

De Clandestina verò copula euitanda salubre dedit consilium Euaristus vt in tomo primo Conciliorum legitur. Quale debet esse legitimum coniugium fidelium vt à patribus & ab Apostolis eorumq; successoribus traditum inuenimus, non fit coniugium nisi ab his qui super ipsam fœminam dominationem videntur habere, vxor petatur & à patribus aut propinquioribus sponsetur & suo tempore sacerdotaliter vt mos est cum precibus & orationibus à Sacerdote benedicatur, & à proximis tempore congruo petita legibus dotetur, solenniter accipiatur & biduo vel triduo orationibus vacent & castitatem custodiant vt bonæ soboles generentur & domino in actibus suis placeat, quapropter filij charissimi ita peracta legitima scitote esse connubia, aliter vero præsumpta non coniugia sed aut adulteria aut contubernia aut stupra vel fornicationes potius quam legitima coniugia esse non dubitate. Hæc Euaristus Papa & habentur. 30.q.5.cap. Aliter. Concilium generale Lateranense sic statuit Prædecessorum nostrorum inherendo uestigiis clandestina coniugia penitus inhibemus perhibentes etiam ne quis sacerdos talibus interesse præsumat quare specialem quorundam locorum consuetudinem ad alia generaliter prorogando statuimus vt cum matrimonia fuerint contrahenda in Ecclesiis per Presbyteros publicè proponantur competenti termino præfinito vt infra illum quo voluerit & legitimum impedimentum apponant & ipsi presbyteri nihilominus inuestigent vtrum aliquod impedimentum obsistant, cum autem

b Nulla est spes contrahendi nuptias iis qui se voto continentiæ aut religioni alligarunt, adeò vt Græci hac in re nimium molles & indulgentes hoc ipsum adserant, Nam canonem. 10 Ancyranum concedentem nuptias diacono qui in violenta consecratione stipulatus sit potestatem, postmodum ducendæ vxoris abrogauit Concilium sextum vniuersale can. 14. & Balsamon Photiusque dicunt Imperatores in legibus contra iusse. Quicquid igitur initiatus conetur, quicquid faciat, vt sacramentum monachismi violet, & coniugium contrahat sacrilegus, nihilominus efficitur, & furatur Deo quod summo iure ante illi debetur. Nec sit impunè tolerandus in Ecclesia, quin tales Connubiatores & Incestuosi studeat omni censurarum genere adigi debet, quo-u, que vsi ...

tem

tem probabilis apparuerit coniectura contra copulam contrahendum contractus expresse interdicatur [c] donec quid fieri debeat super eo manifestis constiterit documentis. Si qui vero Clandestina vel interdicta coniugia præsumpserint in gradu prohibito etiam ignorãter soboles, e tali coniunctione suscepta prorsus illegitima censeatur de parentum ignorãtia nullum habitura subsidium, pari modo illegitima proles censeatur si ambo parentes impedimentum scientes legitimum, præter commune edictum in conspectu ecclesiæ contrahere presumpserint sane parrochialis sacerdos qui tales coniunctiones prohibere contempserit aut quilibet alius regularis qui eis præsumperit interesse per triennium ab officio suspendatur grauiter puniendus sicut culpæ qualitas postulauerit. Hæc sacrum Lateranense Concilium. Postremò In matrimonij celebratione debita reuerentia obseruanda est ex parte contrahentium vt cum sit Sacramentnm quod in mutuo consensu per verba de præsenti expressè consistit sanctè & in conscientiæ puritate suspicatur propter quod ne clandestinè contrahatur rectissimè per sacros canones vetatur, [d] clandestina siquidem coniugia id est quæ sunt sine testibus sufficientibus qui ecclesiam representent illicita sunt propter tria. Primò quia iure naturæ matrimonium debet esse actus publicus qui ad hoc exigitur vt in vita sociali personæ se habeant vt coniuges. Secundò vt vitetur scandalum quod inde facere oritur nam talis cohabitatio fornicaria reputatur, nam vsus matrimonij clandestini est peccatum mortale vtrunque coniugem infamem reddens & à iure damnatur vt adulterium seu fornicatio. Tertiò vt vitetur periculum quotidianum quo transitur ad secundum coniugium, omisso clandestino coniugio, & testibus destituto, & propter hæc tria rectè prophani isti contractus & clandestini prohibentur, Verùmtamen etsi tale matrimonium inter personas alioquin legitimas contractum sit illicitum, est efficax nihilominus & in foro Dei verum ratum & firmum & per cõsequens humana authoritate indissolubile, nam solus mentium consensus inter personas legitimas facit matrimonium, vt determinat Ni-

[c] *Tale est decretum concilij Tridentini in clandestinas nuptias. Sess. 24 c. 1. Qui aliter quàm præsente Parocho vel alio sacerdote de ipsius Parochi, seu ordinarij licentia, & duob. vel tribus testibus matrimonium contrahere attentabunt eos ad sic contrahendum omninò inhabiles reddit S. Synodus.*

[d] *Quemadmodum & sacramenta, & res omnes sua habent peculia, & (vt sic dicam) proprietates ita sacramentum matrimonij videtur gaudere publico: tanquã vnica sua voluptate, Enar. stus Soter Concilium Valentianum, & alia pleráq; secuta, vsque ad Tridẽtinum ita seriò, & rigidè requirunt publicã consciientiam vt non haberi voluerint matrimonium, nisi vbi vel suppetat, vel publicum, vel non de sit, saltem plurium testium arbitrium.*

colaus Papa in c.Sufficiat.47.q.2. Aliud iam æquius multo habetur decretum ex Concil.Triden.* Reuerenter etiam celebrãdum est matrimonium iuxtà edictum Euaristi Papæ suprà citatum & secundum Concilium Carthaginense quartum. can. 12. Sponsus & sponsa benedicendi cum sunt à sacerdote à parentibus suis vel paranymphis offerantur, qui cum benedictionem acceperint eadem nocte pro reuerentia ipsius benedictionis in virginitate * permaneant. Et benedicendæ sunt nuptiæ primo matrimonio non secundo tertio & deinceps nubentium vt patet, de secundis nuptijs cap. 1. Et gratis quia vt habet Concil. Lateranense sub Alexandr. 3. horribile nimis est, vt pro benedictionibus nubentium aliquid exigatur, [e] & Innocentius 3. reprehendit quosdam capellanos qui pro benedictionibus nubentium aliquid exigebant. Hic aliquantulum est subsistendum vt obiter tempus nubentibus proprium exploremus.[f] Tanta est hominum perfidia libidine æstuantium vt temerè ad matrimoniũ se conferant, qui vbi deferbuerunt de rescindendis nuptiis cogitant. Hinc natum est caput septimum Tridentinæ Sessionis vigesimæ quartæ vbi coërcentur errones illi, vagæ & promiscuæ voluptatis incerta mancipia, qui, vti pererrant orbem sic in omnibus ferè non modo prouinciis sed etiam vrbibus non tam vxores quam concubinas sibi esse debere putant. Effecit quoque horum nequitia vt iam olim constitueretur ne vnquã homines aduenę & ignoti huc admitterẽtur nisi esset facta certa fides, partim à magistratu, partim à pastoribus, homines esse solutos, liberos, nõ indignos hoc sacramento, vsque adeo Ecclesia semper est execrata illa clandestina cõtubernia, quæ postremò nulla esse decreuit quæ prius mulctata fuerant anathemate, non tantum in ipso sacramento, sed in eius præludiis ac sponsalibus. Est igitur huius rei proprium vt publicè ac solenniter perficiatur non absque temporis ratione, sed statis diebus, nam illæ omnes appendices quæ nuptias solent comitari, sacrum tempus Ieiuniorum non postulant. Concilium tamẽ Tridentinum tantum in aduentu & quadragesima cum suis octauis nuptiarum prohibitiones obseruari præcipit.

Operosum

* Sess. 24. c. 1.

* distinct. 23. cap. vltimo.

e De Symonia cum in ecclesię c. suam.

f Euaristus Pontifex Apostolica successioni proximus Epist. 1. non patitur vxorem etiam desponsatam accipi nisi solenniter, & suo tempore, & mox dicitur id fieri tempore congruo debere. Soter ab Apostolo Petro duodecimus decretorum cap. 5. vult quadam nuptias interdicta anni spatia, sed quàm diuturna non aperit. Concilium Nicenum. 2. c. 51. vetat in quadragesima: non tantùm matrimonium celebrari, sed & martyrum natalitiis diebus. Concilium Tridentinum tantùm in aduentu, & quadragesima cum suis octauis nuptiarum prohibitiones obseruari præcipit.

Operosum est profectò negotium scitè deligere vxorem, sed multo difficilius illicitos contractus subiici oneri quo nihil homini tristius adferri potest, cum enim pessumdatis impedimentis iuris diuini & humani libidini consulitur, fieri nequit quin tristes sortiantur euentus huiusmodi matrimonia, nihil dicam de his qui ob vitium corporis arcentur à copula vt sunt surdi[g] & muti à natura nihil morabor ætatẽ[h] amentiam aut metum,[i] sed præterire illud nequeo quod hodie iure cognationis & affinitatis contempto nullus delectus in ducendis vxoribus habetur cum tamen tam serio prohibeatur.[k] Ad quartũ ad tertium vsque gradum cognatis contrahere vetitum est, cognatis (inquam) siue naturali, siue spirituali, siue legali specie coniunctis. Tot enim cognationis feruntur species, & quidem quod ad primam pertinet, ad quartam vsque seriem vetatur coniugium, cum satis natura coniunctis non sit opus maioribus vinculis. Legalis cognatio nascitur cum fortunati, vel illiberes quospiam in filium, & filiam adoptant, inter quos infra gradum tertium non coalescit matrimonium, vt si fingamus verbi gratia Abrahamum, Damascum, Eleazarum, & alium quemlibet adoptasse, tunc enim inter vtriusque liberos contractus iniri nequiuisset, si quidem prius emancipati non fuissent. Spiritualis autem necessitudinis origo est, quod quis in baptismi, confirmationísve sacramento pro filiolo, vel filiola fideiussor efficitur, quæ tertium quoque gradum præfigit matrimonio. Et si libeat rem in exemplo contueri, vide mihi, sacerdotem, vel Episcopum, qui ex legitimis vxoribus sustulerint liberos his cum nefas est cuiquam, qui vel ab eo sacerdote baptismum, vel ab episcopo confirmationem acceperit, iungi matrimonio, priusquam tertia generatione spirituale vinculum obsolescat, vt omittam parentes ipsos, siue carnales, siue spiritales ita cohærere, vt simul contrahere nunquam valeant. Et ista quidem quotidie redeunt in vsum, ne dicam in abusum, cum per ignorantiam parochorum, aut aliorum negligentiam talia vel dissimulantur, vel contemnuntur hinc Incestus, hinc fornicationes:

g Mutus & surdus à natura non potest contrahere matrimonium, nec carnale, nec spirituale, & sic non posset religionẽ profiteri, secundùm Doct. in l. discretis. & ibi Ias in fin quiciam allegat Doctor. in l. ex facto. & l. mutum.

h Contractus ante pubertatem etiam cum nexu carnalis copulæ non facit matrimonium. c. attestationes. de despon impu. Cald. in tit. de spon cons. 2. a litis 458. Phil. in c. vnico. §. 1. de despon. impub. in 6.

i Nota quod hic metus debet esse qui possit cadere in constantem virũ, quod arbitrio iudicantis relinquitur. gl. in l. interpositas. C. de transact. Couar. in Epito. 4. c. 3. §. 2. nu 8.

k Impeditur matrimonium propter consanguinitatem. 35. q. c. 1. & per totum. & l. 1. & l. Iurisconsf. ff. de grad. scilicet ad 4. vsque gradũ inclusiue. c. non debet. extra. de consanguini. & affinit.

Matrimonium contrahentes ſcienter in gradu prohibito, bona ipſorum ipſo iure debent publicari. tex. eſt in aut.inceſtas.C.de inc.nup.& § 1. in aut.de ince. nup. & c. cum ſecundum de hære.lib.6.& ita not.Boër.deciſ.264.nu. 13.& Cou.in 4.lib.decre.in 2.par.c.6.§.8.nu.5. Confiſcatio autē ipſa fit ſtatuto iure etiā in 250. caſib. quos nouiſsimè poſuit, & recenſuit Lud.Greſoles in tract. in quibus caſibus iure ciuili omnium bonorum, vel partis publicatio fit indicta.vbi à fol.3. vſque ad fin. ponit multiplices caſus, Præmiſſa verò ampliantur, vt matrimonium hoc non poſſit contrahi cum ſanguinea, vel prohibita etiam ſub iſta conditione,videlicet,ſi pontifex diſpenſauerit, ſec. Innoc. Card.& Abb.in c.ſuper eodem de condi.appo.Cald. conſ. 1.in tit.de ſpon.& iſtorum ſententiam ſequitur etiam Arc. conſ. 134.& in l.apud Iulianum.§. conſtat.de leg.1. quam ait ibi eſſe communem. In contrariam vero partem inclinauit Anto.de But,in d.c.ſuper eo,cuius opinio de de conſuetudine ſeruatur,vt refert, atteſtaturq; Boer. in d. deci. 264. nu. 27. & de iſta vltima opinione vide Ancha. in ca. publico.de conuer.coniu. Ampliatur ſecundo regula præmiſſa,vt habeat locum non ſolum ſi nuptias contrahant ſed etiam ſi acceſſum habuerint ad conſanguineas, vel moniales,vel alias prohibitas perſonas, vt in cle.1.de conſang. & affin.& vltra miſsionem bonorum ſunt ipſo iure excōmunicati, vt tenet Iac. de Simancas in lib. inſtitutionum catholicarum,c.40. numero quinto Regula iſta ita explicita interpretatur primum non habere locum in ſponſal. quia requiritur neceſſario,quod matrimonium ſit carnali copula conſummatum,vt in c.& ſi neceſſe,de donatio. inter virum & vxorem quem tex.ita intelligunt ibi Ant.Ab. Præpoſ.& omnes communiter.Bal.Nouel.in tract. de dote in ſecunda parte numero tertio & ſeptimo & Couar.memorato.§.8.numero vigeſimo.Limitatur ſecundo, quando maritus, ſiue mulier ignoranter commiſerunt inceſtum, vel contraxerunt matrimonium illicitum ſecundùm gloſ. in cle.1.de conſangui.& affini. vbi expreſſe tenet, & probat,quod ille, qui in caſu prohibito matrimonium ignoranter contraxerit,non incidit in pœnam illius cle. videlicet

1 Qui dotis vel donationis nomine datum eſt iniuſtis nuptiis exiſtentibus fiſco vendicatur. l.4.C.de inceſt. nup. fallit tamē in 5 caſib. per Vigelium extra cis in comm. 6. anni. in 2. part. c. 2. de nuptiis. 3.memb. reg. 3. fol.19 Dos mulieris nubentis in caſu à iure prohibito ſcienter tamen facto, licet errauerit in iure, ſi matrimonium carnali copula fuerit conſummatum, applicatur fiſco. com. dicit Abb. in c.& ſi neceſſe.nu.7. de don. inter virum & vxo. prout illum refert Bello cōſ. 84 nu.3.& ita tenet gloſ. in l. fin in verbo nupſit. ff. de condi.ſine cauſa Clar.d.§.fin q 80. verſic. dos mulieris.

cet in pœnam inceſtus,adulterij,illiciti coitus, & denique matrimonium hoc excuſat etiam à proceſſu criminali, quam gloſ.ſequitur Felin.in c.examinata.numero ſeptimo de iudi. & Couar. in d. §.8. numero decimonono. Ex hoc procedit,& videtur verum dummodo ſtatim quod ſciuerunt matrimonium non ſuſtineri & valere, abſtineant à Venere,tex.eſt in l.ſi adulterium cum inceſtu,§.iidem imperatores.& ibi Bartol.& Ang.ff.de adul.& Ioan.Bap. Plotius in repeti.l. ſi quando.numero 289.C.vnde vi.& Paulus Girlandus in tract.de pœnis illiciti congreſſus queſt.5.numero tertio. [m] Hic diſquirendum eſt congruenter, vtrum matrimonium hoc putatiuum,data ignorantia in altero ex contrahentibus ita prolem legitimet, ſicut verum, & per conſequens filij nati ex huiuſmodi matrimonio ſint legitimi.gl.in l.qui cõtra.C.de inceſtis nup.determinauit quod non.Contrariam verò ſententiam,quod imo ſi vnus eorum duntaxat impedimentum ignorauit, filij iſti ſunt legitimi, quoad vtrumque parentem.tenet glo.in c.referenti.in ver. ignorãtiam.[n] qui filij ſint legitimi in c.cum inhibitio.§.1 in verſic.ſi ambo.de clandeſt. deſponſ. & in c.in ciuitate. 34. q.2.& hoc dictum ſequitur Iac.de Aren.in d.l. qui contra. num.3.& Bal.ibi nu.4. in 1. lectu. ſibimet parum conſtans.

Diſparitas cultus etiã prohibetur nam iure infidelis nõ debet ſociari Chriſtiano, [o] ſed de hæreticis quæſtio non parua ſuboritur num inter Catholicum & Hæreticum Ius matrimonij legitimi conſtet & quamuis non debeat inter eos matrimonium contrahi: ſi tamen contrahatur,matrimonium tenet gloſ. in cap.non oportet. vigeſimaoctaua. q. 1.quam eſſe ordi.aſſerit Didacus à Segura Hiſpanus in tra. de bonis matrimon.conſt.adquiſit.fo.9.idem probat Diuus Thomas in quarta diſt.39.q. 1. art.1.& ibi Dominic. Soto. Card.& omnes in c. fi. de condit.appo. optimus text. in c. decreuit.de hæretic. in 6. contra gloſ. in d.c.fin.quæ dixit matrimonium contractum cum hæretica non tenere, quæ ab omnibus æquioribus Iudicij doctoribus cordatè refutatur.

Refert autem apud Couarruuiã Iacobus Septimacenſis vir inſigni præditus eruditione,in catholicis inſtitutionib. c.40.nu.7.

m Hoc etiam tenet ibi Alber. num. 2. Bartol. etiam ſibi ipſi contrarius in auth.de inceſtis nuptiis in princ. Abb.in c.2. qui filii ſint legitimi Anchar. in c.1. de conſtitut. & conſ.185.præpo. in d. c. cùm inhibitio. num. 7. Plotius in d l.ſi quando. nume. 289.

n Pœna inceſtarum nuptiarum non incurritur à contrahentibus ignorantia facti inductis. Bald.nouell. in tract. de dote. par. 11. Com.dicit quem refert Couar.in Epiſt. 4.c.6. §. 8.num.22.

o Dubium non eſt apud Latinos quod inter Chriſtianos, & infideles, ſeu Iudæos aut Turcas peragitur, ſit matrimoniũ, quidamque contractus non autem ſacramentum,quia contrahentium alter non eſt membrum Chriſti. Veteres tamen Canones Laodiceni.10. & 31. & Chalced.14. & Carth. 24. ſi fortè promittat infidelis conuerſionem (vnà enim cum baptiſmo ſacramentum conſequetur) permittũt.

c.40.num.7.in lucem editis, canonem 72. sextæ synodi admodum vrgere aduersus nostram opinionem, quam tamē nos communiter hactenus receptam fuisse, non temere asseueramus, existimantes nullibi contrariam probari ex his canonibus & constitutionibus, quæ titulo & nomine publico vtriusque iuris palam habentur. Attamen fatemur in dicto canone manifestè probari, irritum esse matrimonium contractum inter Catholicum & hęreticam. Hi vero canones per Gentianum Heruetum è Græco in Latinum versi sunt. Qua ratione qui communem opinionem sequuntur nullius culpæ notari possunt. Nec ipse video congruam responsionem quæ iure valeat prædicto canoni aptari si velimus defendere communem sententiam. Et is Canon de eo sit intelligendus qui propriè hæreticus dici solet, de eo nempe, qui semel Catholicam fidem professus in aliquam hæreseos labem inciderit. Illud verò admonemus Franciscum Torrensem libro vno in publicum edito de canonib. sextæ synodi, conatū fuisse probare plures canones, qui sextæ synodi esse feruntur minimè ab ea editos fuisse, sed falso illi suppositos, Sed & hoc non est ita facile admittendum: præsertim quo ad canonem istum, de quo disputamus, Nam & capite decimoquinto synodi Chalced. & Laodicenæ cap. decimum & 31. atque Carthaginensis caput vigesimumprimum prohiberi videtur matrimonium inter Christianum, & hæreticam, p quanuis non sic precisè, & in vniuersum vt in dicto capitulo septuagesimosecundo quo irritum esse decernitur. quo tamen in loco Theodorus Balsamō & idem in Nomo canono Photij titul. 12. c. 13. eundem canonem tum in exemplo, tum in interpretatione ita intellexit, vt sub hæretici nomine infidelem fuerit interpretatus, iuxtà Diui Pauli sententiam. 1. ad Corint cap. 7. qua & idem canon expressim vtitur. Quia tamen Latinorum est diuersa sententia, equidem puto matrimonium non esse irritum sed tamen nefarium, vt pote quo membrum Christi Belial prostituatur, luxq; cum tenebris pietas cum impietate copuletur, vt pulchrè docet ad Quirinum Cyprianus.

p Laodiceni, Chalcedonensis que canones hæreticos paganis accensent, tanquam pro iisdē habitos. Et tametsi Chalcedonens. (cuius est authoritas maxima) nil de rescissione promptè ferat, attamen docet eos, qui cōtrà faciunt, pœnis canonicis esse subdendos, nec illas exprimit, sed si Balsamonem adeamus: nō est alia, quàm separatio coniugum, & irritatio matrimonij. Atque ad huius rei cōfirmationē profert ille scriptor ius ciuile, & à natura matrimonij quòd imperatores asserunt, non tantùm in coniunctione corporū, sed multo magis in iure humano diuinique societate consistere, ducit argumentum: qua res in coagmentatione Christiani cum hæretico nunquam reperiatur. Apud nos sic res habet, si cum Turca, Iudæóve contrahas, non est sacramentum, si cum hæretico, matrimonium quidem erit, & sacramentum: sed non absque grauissimo piaculo coitur.

EXTREMA:

EXTREMA VNCTIO.

§ VII.

HVIVS sacramenti efficaciam apertè ostendit Diuus Iacobus [a] cũ inquit Infirmatur quis in vobis inducat presbyteros ecclesiæ & orent super eum vngentes eum oleo in nomine domini & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum dominus & si in peccatis sit remittentur ei Qua authoritate fulti Tridentini cathechismi authores abunde id se probasse putant hinc peccatorum remissionem quę est vis propria Sacramentorũ Administrũ principalem ex Innocentio didicimus Episcopum esse, vt reliquorum quoque Sacramentorum ius residere primarium penes episcopos,(si tamen sacerdotio præditi sunt) nullus ignorat. Quod autem à Conciliis ferè sacerdotes dicantur huius mysterij ministri fit propter grauiores cũras & functiones Episcoporum qui verbi prædicationem & ecclesiarum visitationem obeuntes, presbyteris & maximè curionibus vngendi legabant officium. Quia verò multis modis adeunt homines vitæ discrimen in duellis, in noxiorum suppliciis, præliis, & huiusmodi morbi [illegible]tionem habendam esse duximus vt illi, fiat huius copia Sacramenti qui putatur moriturus. Mortuo dari non debet, sed si moriatur inter vngendum cessandum est. Mala autem illa est consuetudo qua plerunque semimortui inunguntur, vt hanc esse reor vel maximam causam cur non sequatur inunctionem sanitas. Vbi enim quis ne sentire quidem potest, quid rerum agatur nedum fidem exercere vel spem erigere, quid mirum est si corporaliter minimum iuuetur à sacramento? Inunguntur partes corporis præcipuè, vt oculi, aures, & nares, labia, pectus, renes, manus, pedes, sed in harum partium vnctione mos patriæ est tenendus. Manus Sacerdotum vngi non solent, quod iam vnctæ fuerunt ab episcopo eodem modo laicorum frontes qui confirmati non fuerunt vngi debent. Sacerdos autem admoneat infirmum & post vnctionẽ, si sensum nondum amiserit, vt in fide Ecclesiæ perseueret quod pœniteat peccatorum præteritorum & proponat si superuixerit vitam emendare, & spem

[a] *Iacobus Apostolus sicut à Domino acceperat: sic tradidit: Vnde August. lib. 2. de visitatione infirmorum adducens hoc ipsum Apostoli verbum. Infirmatur quis in vobis, &c. Concludendo ait, Ergo si roges de te, & pro te fieri, sicut dixit Apostolus Iacobus, imò per Apostolum suũ Dominum ipse oleo delibutio, intelligitur spiritus sancti typica vnctio. Ex his igitur patet, vt (inquit) Venerabilis Beda super illud Marci ab ipsis Apostolis hunc sanctæ Ecclesiæ morem esse traditum, vt energumeni, vel aliq̃ quilibet ægroti vnguntur oleo pontificali benedictione consecrato. De hoc pariter sacramento mentionem facit Dyon. Areopagita cap. 7. par. 3 Eccles. Hierarchiæ.*

90 Hanc olei delibutionem sacramenti integram rationem habere stupendósque & mirabiles effectus asserunt Clem. Rom. lib. 8. de const. Apost. ca. 353. Hiero. in vita Hilarionis. Augu. lib. 2 de visit. infir. c. 43. & ser. 215. de tempore. Inno. I. Epist. ad Decentium Eugubium, Bernardus in vita S. Malachiæ Posteriori, post mortem, quando corpora sanctorum antequam darentur sepulturæ in spem, epionis resurrectionis eleo, perungebantur idque iusta mortuis fieri felita, vocat Clemens Alex. Tertullianus Sabees testatur scite plures & chariorus suas merces Christianis sæpe liendas profligari, quàm Paganis Dijs suis sumigandis.

spem omnẽ salutis suæ reponat in merito passionis Christi congratulari etiam ei debet, quod sacramentum hoc sibi administrari postulauerit. Est enim signum magnæ fidei & spei quam infirmus habet in auxilio Christi, & vnctione sancti spiritus In hac fide confirmet eum Sacerdos & consoletur. Profusiora de huius sacramenti administratione scribere decreueram nisi me tátorum doctorum in hac re scripta à cæpto opere reuocassent, quæ sædulo à pastoribus animarum consulenda sunt. Oportunè tamen singula res quosdã effectus & ritus extremæ vnctionis superaddã.

Res ergò & effectus eius sacramenti illis Iacobi verbis explicatur, Oratio fidei saluabit infirmum & alleuiabit eum Dominus, & si in peccatis sit dimittentur ei. Res etenim hęc gratia est spiritus sancti, cuius vnctio delicta, si quę adhuc sint expianda, & peccati reliquias abstergit, & ægroti animam alleuiat & confirmat, & sanitatem corporis interdum, vbi sanctæ animæ expedierit, restituit, proprium tamen effectum opinamur significari alleuiandi verbo, vt is sit animi quoddam leuamen & spiritualis alacritas, & robur ad ignotas futuri sæculi vias ingrediandas.

Quamuis igitur hoc sacramentum absolutè ad salutem non sit necessarium, negligere tamen aut diutius æquo differre periculosum, contemnere vero perniciosum est. Quare etsi vetus oleum exuratur in cœna Domini, nonnihil tamen ab iis Parochis qui statim nouum habere non possunt reseruandum est. Meminerint autem Parochi sententiæ Malachiæ: Obsecro Domine, insipienter egi. Ego peccaui qui distuli, non illa quæ voluit. Vnde consolari noluit nisi postquam illa defuncta reuixit, & eam cum gratiarum actione inunxit. Porro quibus verbis hoc vterentur Apostoli non est traditum, sed in concilio Florentino, assistentibus Græcis, Latinis episcopis, definitum est ægrotum in his locis vngi debere: In Oculis propter visum: In auribus propter auditum: In naribus, propter odoratum: In Ore propter gustum, vel loquutionem: In Manibus, propter tactum: In Pedibus, propter gressum: In renibus, propter delectationem ibidem vigentem, cum hac forma, Per istam vnctionem, & suam piissimam misericordiam,

Partes corporis inungẽdæ.

diam, indulgeat tibi Dominus quicquid deliquisti per visum, & similiter in aliis membris, Dicit : *Vngentes eum oleo:* *In nomine Domini*, insinuat materiam sacramenti, quæ est oleum, solenni benedictione ab episcopo consecratum. Oleum namque gratiam Spiritus sancti significat, quę confirmat internè hominem, & animam exhilarat. Consecratum vero oleum requiri indicat, dicens: *In nomine Domini*: Et, *E oratio fidei saluabit infirmum*, [a] &c. Ostendit virtutem & efficaciam sacramenti: si quidem hic promittitur alleuiatio corporalis infirmitatis, & donum spirituale in anima, id est, remissio peccatorum venialium & solutio pœnę debitæ pro peccatis & robur & fortitudo ad dimicandum contra dæmonem eo tempore grauiter insultantem. Postremo salus æterna. Hos sacramenti effectus sancta Trident. Synodus sess. 16. cap. 2. his verbis explicauit: Res porro, & effectus huius sacramenti illis verbis explicatur. Et oratio fidei saluabit infirmum: & alleuiabit eum Dominus, & si in peccatis sit, dimittentur. Res etenim hæc, gratia est Spiritus sancti, cuius vnctio delicta, si quæ sint adhuc expianda, ac peccati reliquias abstergit, & ægroti animam alleuiat, & confirmat, magnam in eo diuinæ misericordiæ fiduciam excitando, qua infirmus subleuatus, & morbi incommoda, ac labores leuius fert, & tentationibus dæmonis calcaneo insidiantis, facilius resistit, & sanitatem corporis interdum, vbi saluti animæ expedierit consequitur. Hæc ibi nos igitur: qui Deum offendimus in multis, in periculis infirmitatum constituti, non audiamus deliros hæreticos, epistolam Iacobi, & sacramentum ab eo promulgatum negantes, & quod oleum Apostolorum ad eos tantum pertinebat propter gratiam curationum, quam habebant, quæ cessauit in illis afferentes, sed audiamus Ecclesiam, audiamus Iacobum, qui authoritate Christi, remissionem peccatorum in hoc sacramento pollicetur. Capiamus concilium, quod Augustin. lib. de Rectitudine catholicæ conuersationis scripsit, dicens. Quotiens aliqua infirmitas occurrerit alicui, non quærantur præcantatores, non diuini, non sortilegi, non c[illegible]arij, neque per fontes, aut arbores aut biuia phyla[illegible]ria exerceantur, sed qui ægrotat in

[a] *Beneficentiam diuinam satis demirari nequeunt pij homines quæ cum suis nunquam defuerit in vita, tum maxime periclitantibus, iámque emigraturis tanta voluerit arma, præsidiáque præparare. Adiungitur præterea robur animæ, quod eruditi plerique putant esse proprium huius finem sacramenti, sicque interpretantur illud Iacobi. Et alleuiabit eum Dominus quàm Apostoli sententiam explicatiùs videtur* καὶ ἐγερεῖ αὐτὸν ὁ κύριος, erigetcũ *multo autem venustiùs habetur in Exemplari Hebræo* ומקים vemakim *quasi dicas faciens stare quod prius explicabat vetus Ecclesiæ versio quæ vtitur Innocentius ad Decentium* Et suscitabit eũ Dominus.

§ Vtcunq; quod ad corporis valetudinem attinet Dei consilio & voluntate cedderit, certa spe nos fideles debent hui° sacri olei virtute spiritualem sanitatem consecuturos esse, futurumque, vt si eos vita decedere contingat, præclara illius vocis fructum percipiant quæ scriptum est. Beati mortui qui in Domino moriuntur. Hæc & pleraque alia leguntur in Catechismo ad Parochos.

sola Dei misericordia confidat, & Eucharistiam cum fide & deuotione suscipiat, oleumq; benedictum fideliter ab ecclesia petat, vnde corpus suum vngatur.

Quod si ægroti hoc tempore eam minus consequuntur id quidem non sacramenti vitio, sed ob eam potius causam euenire credendum est, quod eorum magna pars, vel qui sacro oleo perunguntur, vel à quibus administratur, fides infirmior est, testatur enim Euangelista, Dominum apud suos multas virtutes non fecisse propter incredulitatem illorum. Quamquam etiam recte dici potest, Christianam religionem, ex quo altius tanquam radices egit in animis hominum, minus iam huiusmodi miraculorum adminiculis indigere, quam olim nascentis Ecclesiæ initio necessaria esse viderentur. Sed tamen hoc loco fides magnopere excitanda erit. Pro periodo huius § subiiciam eximium & Catholicum melos in encomium tanti Sacramenti quod olim canebatur in eius administratione.

[illegible] cælestis medicina patris,
Ver[illegible]anæ medicus salutis,
Prouidæ p[illegible]ebis precibus potenter,
Pande fauorem

En ob infirmos tibi supplicamus,
Quos nocens pestis valetudo quassat,
Vt pius morbo releues iacentes,
Quo quatiuntur.

Quo potestate manifestus extans,
Mox socrum Petri febribus iacentem,
Reguli prolem, puerumq; saluas
Centurionis.

Corporum morbos, animamq; sana
Vulneris causis adhibe medelam:
Ne sine fructu cruciatus vrat
Corpora nostra.

Ferto languenti populo vigorem:
Effluelargam populo salutem:
Pristinű more solito reforma.
Viribus ægros.

Iam Deus nostros miserare fletus,
Pro quibus te nunc petimus, medere:
Vt tuam cunctus recubans medelam
Sentiat æger.

Omnis impulsus perimens recedat:
Omnis incursus crucians liquescat:
Vigor optatæ foueat salutis
Membra dolentis.

Quo per illata mala, dum teruntur
Eruditorum numero decori,
Compotes intrent soci inte fructu
Regna polorum.

Gloriam patri, genitæq; proli,
Et tibi compar vtriusque semper,
Nomine trino, Deitate soli
Sydera clament.

Amen.

DE SEPVLTVRIS ET EXEQVIS DEFVNCTORVM HOSPITALITATE AC DEPOSITIONE PAROCHORVM.

CAPVT QVINTVM.

§ I.

Antiqua sepulturæ religio.

EXANIME corpus terra condi & humari lege ipsa naturali insitum nobis videtur, cum & summi Opificis Dei sanctio illa protoplasto lata idē denunciarit post grauissimum mortis & pœnæ comparatū supplicium. In sudore vultus tui comedes panem tuū עד שובך אל האדמה כי ממנה לקחת id est, Donec reuersus fueris in humū; ex ea enim sumptus es. Cum hoc sacræ scripturæ loco facit illud quod Euripides monet.

ἐάσατ' ἤδη γῆ καλυφθῆναι νεκρὸς
ὅθεν δ' ἕκαστον ἐς τὸ σῶμα ἀφίκετο
ἐνταῦθ' ἀπελθεῖν, πνεῦμα μὲν πρὸς αἰθέρα
τὸ σῶμα δ' ἐς γῆν. a

Non iniuria igitur terram pientissimæ matris appellatione dignati sunt mortales, vt quæ hominem fato functùm, sepulchro tanquam sinu suo complectatur. Cæterum fuerunt quidam in matrem hanc ingratissimi filij, qui à placidissimo hoc elemento desciuentes, corpora defuncta, non terra obruere vellent, sed flammis exuere instituerent. Apparet hunc morem humanorū corporum exurendorum, peruetustum fuisse. Nam Troianis temporibus illum fuisse, Homerus testis est, qui Appollinem in Græcos pestilentiam immisisse canit, qua cum multi extincti essent, corpora ipsorum igni cremabant,

Crebris ergo rogis ardebant funera nigra
Missa neci.

a *Id est Simili modo terra tege mortuos, Et vnde, quódque corpus venit Illuc etiam redeat Spiritus in æthera Corpus verò in terram.*

b *Homerus Iliad. α. cuius hic est versus. Βάλλ'· αἰεὶ δὲ πυραὶ νεκύων καίοντο θαμειαί.*

De Ciis apud Græcos legimus.[b] Id est. Cij mortuos comburunt, deinde collecta ossa in mortario pinsunt, & nauigio imponunt, cribrumq; simul accipiunt, & in pelagus nauigant, tandem contra ventum cursum tenent, donec cineres omnes efflati fuerint & dispersi. [c] Quinetiā & hunc morem seruabant, quod rogo incensi cadaueris vinum infundebant, & restinguebant, Sed & Vergilius hunc morem obseruat in funere Misseni Troiani, quem in littore Troiani flebant & curabant.

Postquam collapsi cineres, & flamma quieuit
Reliquias vino, & bibulam lauere fauillam.

Atqui vt Plinius scribit, ipsum cremare apud Romanos non fuit, veteris instituti, terra condebantur.[d] At postquam longinquis bellis obrutos erui cognouere, tunc institutum. Et tamen multæ familiæ priscos seruare ritus, sicut in Cornelia, nemo ante Syllam dictatorem traditur crematus. Idque voluisse, verius talionem, eruto C. Marij cadauere. Perseuerabat hic mos apud Romanos, sed cum ingēti luxuria. Siquidem cadauera vrebantur cum odoribus Arabicis, scibit Plinius. Non ferre Arabiam tantum annuo fœtu, quantum Nero princeps nouissimo Poppeæ suę die concremauerit. Maximi quoque Imperatores Romani de republica bene meriti vrebantur, & statim à rogo in Deorum numerum allegabantur. Iulius Cæsar in campo Martio extructo rogo crematus est maximo ciuium Romanorum conuentu, & certatim in ignem preciosissima quæque iactantium. Augustus extinctus, senatorum humeris in campum delatus est, & crematus. Exoleuit hic mos apud Romanos. AEgyptij domi seruabant funus.[e] Tandem nostro ęuo adeo in desuetudinem apud omnes gentes venit vt ignominiosum & dedecoris plenum sit à morte cremari, quod solum tanquam pœna iis infligitur, qui sibiipsis necem consciuerunt. Obseruent igitur nunc omnes à natura comparatum morem, & corpora sepulchro condunt, & terra obruunt Nam vt Cicero scribit, priusquam in mortuos iniecta gleba est locus ille vbi crematum est corpus, nihil habet religionis, iniecta gleba tumulis, & humatus est, & sepulchrum vocatur, ac tum denique multa religiosa iura

[b] Idem Homerus lib. ψ. ἰλιάδ. e statur. Dixerat, expediunt cineres extinguere vino Argolici heroes quoniam Vulcanus obibat.

[d] Cicero lib. 2. de legib. Ac mihi quidem, (inquit) antiquissimum sepulturæ genus illud fuisse videtur, quo apud Xenophontem Cyrus vtitur. Redditur enim terræ corpus, & ita locatum, ac situm quasi operimento matris obducitur. Tu tamen de ipsius Cyri sepulchro, vide Arrianum lib. 6 gestorum Alexandri, vbi aliud voluisse videtur.

[e] Cicero quoque de AEgyptijs idem scribit. Condiūt (inquit AEgyptij mortuos) & eos domi seruant. Persæ etiam cera circumlitos condiunt, vt quàm maximè permaneant diuturna corpora. Seruabatur etiam hic mos apud Græcos. Achilles Patroclum suum ab Hectore interfectum, priùs calida aqua lauit, deinde oleo pretioso vngit.

ſa iura complectitur. Cæterùm vt de ſepulchris aliquid tradam. Apparet olim ſepulchra, aut nulla, aut certe perrara in vrbibus fuiſſe. Nam Solonis axones nullum in vrbem ſepulchrum admiſere. Hinc Seruius Sulpicius ad Ciceronem. Ab Athenienſibus locum ſepulturæ intra vrbem vt darent impetrare non potui quod religione ſi impediri dicerent, nec tamen id antea cuiquam conceſſerant. Apud Sicyonios erat idem mos vt vt ſcribit Plutarchus. Quinetiam apud Romanos eadem conſuetudo ſeruabatur. vnde in duodecim tabulis lex eſt: Hominem mortuum in vrbe ne ſepelito, néve vrito. Etiam è pontificum collegio, vt Cicero ſcribit, decretum erat, non eſſe ius in loco publico fieri ſepulchrum, erant tamen nonnulli clari viri in vrbe ſepulti, quibus hoc ante legem virtutis cauſa tributum erat, vt Publicolæ, & Tiburto, quod etiam eorum poſteri iure tenuerunt. Exiſtimarunt forte veteres, ſi intra pomerium cuiuſque tumulus foret, huiuſmodi fauoralibus contaminari ſanctũ municipiorum ius, polluiq; vrbis genium aut tetro cadauerum odore peſtilenti ægra affici. Iis ergo opinionibus cum pleni eſſent ethnici, ſepulchra in vrbibus non habebant, ſed procul ab aſpectibus ſuis amandarunt, & in agris habebant. Qualem vero agrum in ſepulchrorum vſum delegerint, clarè Plato iis verbis ſcribit. Illa loca conuenit eſſe ſepulchra quæ coli non poſsint, ſed quæ natura agri tantummodo efficere poſsit, vt mortuorum corpora, ſine detrimento viuorum recipiat, ea potiſsimum compleatur, Quæ autem terra fruges ferre, & vt mater cibos ſuppeditare poſsit, eam ne quis nobis minuat néve mortuus. Athenienſes, auctore Cicerone, ſepulchrorum terram frugibus obſerebant, vt ſinus & gremium quaſi matris mortuo tribueretur, ſolum autem frugibus expiatum, vt viuis redderetur. Lycurgus ille ſeuериſsimus Lacedæmoniorum legislator longè aliter de ſepulchris ſtatuit. Nam vt Plutarchus auctor eſt Lycurgus ſuſtulit omnem ſuperſtitionem, & ſepeliri mortuos in vrbe & monumenta iuxta templa eſſe non prohibuit, vt iis aſpectibus iuuenes condoleſceret, & aſſueſceret, vt ne mortem pertimeſcerent, tanquam hæc inquinaret illos, qui vel mortuum

f Duillio conſule Senatum prohibuit, & legauit, aut vt alij legunt cauit ne quis in vrbe ſepeliretur, vt ſcribit Seruius. Quæ omnia pulchrè traduntur apud Alexandrum ab Alexandro lib. 3. c. 2. Solus omniũ authore Eutropio. libr. 8. in princi. omnium Traianus intra vrbem ſepultus eſt. Oſſa collata in vrnam auream in foro: quod ædificauit ſub columna ſita ſunt. Sic autem ſcribit Sextus Aurelius Victor breuis, ſcilicet, Traiani exuſtò corporis cineres relati Romam humatique Traiani foro, ſub eius columna, & imago ſuper poſita, ſicuti triumphantes ſolent: in vrbem inuecta Senatu præeunte, & exercitu.

g Plutarchus in Romulo & noſtra leges in l. ſanctum. §. 8. in municipiis quoque muros eſſe ſanctos, Sabinum rectè reſpõdiſſe Caſsius refert Prohibénſque oportere ne quid in his immitteretur. Et Vlpianus. in l. ſacra loca. 9.

 tuum

tuum corpus contingerent, vel per ſepulchra tranſirent. Cæterum Chriſtianum hoc & vetus inſtitutum, & tot ſæculorum conſuetudine nobis per manus traditum, conuulſere, vt multa alia pſeudeuangelici, & corpora ſuorum longe auehenda curant, ne videlicet monumentorum conſpectus, triſtitiam anxietatemq́; & mortis metum iniiciat, pauorque moriendi ſuboriatur. Et in euangelica quidem doctrina, ſcilicet, tantum prouecti ſunt, vt mortem pertimeſcant, quam ne gregarius quidem miles, modo largo conetur ſtipendio, magnipendit. Sed peſtilentiæ metus obtenditur ne putreſcentium cadauerum fœtor morbum vulget, & aerem tabefaciat. Atqui iam vſu edocemur, poſt tranſlata alio ſepulchra, peſtilentiam haud alias inclementius graſſari, vt iam nihil ſit quod in ſepulchra cõtagionum originem reiiciamus. Sed condonemus hoc humanæ imbecillitati, & mortis pauori, qui tamen in ſublimia illa pectora, & euangelica doctrina tantopere firmata, cadere non deberet. Sed quis non execretur tragica illorum ſcelera, idq́; eo indignantiùs, quod illa euangelij titulo adumbrare condidicere. Non enim ſatis habent ab orthodoxa & pia auorum fide deſciuiſſe, niſi etiam ſepulchra illorum impio conatu violent. Vſque adeò iam ſcelera inc reuerunt, vt ab omni re lucri bonus odor ſit, non templis parcitur, in rapinam cedunt templorum donaria, & conſecrata vaſa. Neque iis contenti homines impij ſacrilegas etiam manus mortuis iniiciunt, ſepulchralia ſaxa & columnas tanquam bellorum rapinas haſtæ ſubiiciunt, vſque adeò nullus iam auaritiæ pudor eſt, neque tantopere mirandum, quod Achilles exanime corpus Hectoris auro vendiderit, cum talia ſcelerum monſtra, euangelica illa pectora pariant. Immane nimirum ſcelus eſt, maiorum cineres & quieſcentes fauillas violare, quod Vergilium non latuit, qui canit Aeneam è Polydori ſepulchro haſtilia euellere aggreſſum, ſed vt quodque euulſit, mox etiam ſanguis ſequutus eſt, tandem vox è ſepulchro audita eſt.

Quid miſerum Aenea laceras? iam parce ſepulto,
Parce pias ſcelerare manus.

Vt nefariis ius violandi ſepulchra nihil vnquam valuit quorum

§. muros. ff. de rerum diui. qui ne ſcribit Hadrianum reſcripto ſuo pœnam ſtatuiſſe quadraginta aureorũ, in eos qui in ciuitate ſepeliũt quam fiſco inferri iuſſit, & magiſtratu. qui hoc paſſi ſunt, locũmque publicari iuſſit, & corpus tranſferri.

h In perduelliones noſtri temporis hæreticos, ſepulchrorum & ſacrarum rerum violatores conueniunt quæ ſequuntur. Pergit audacia (inquit Iuſtinianus) ad buſta defunctorum ad aggeres conſecratos, quum & lapides hinc mouere, & terram euertere, & ceſpitem euellere, proximum ſacrilegio maiores ſemper habuerunt. Sed & ornamenta quædam triclinii, atque porticibus auferre de ſepulchris. Rurſus. Qui ſepulchra violant, domos vt ita dixerim defunctorum, geminum videntur facinus perpetrare, nam & ſepultos ſpoliant deſtruendo, & viuos polluunt fabricando. Si quis igitur de ſepulchro abſtulerit ſaxa, vel

quorum pœnas paulisper enarrabimus sic, piis omnibus sepulchrorū religio humanis semper est exculta sanctionibus, Sic videmus Condendorum humanorum corporum religionum maximo cultu prioris æui patribus effulsisse & viguisse, adeo vt inter veteris testamenti volumina Abrahæ, Saræ, Iacob, Mosis sepulturæ cōmendentur. Laudat & Angelus Tobiam de sepultura quam ille defunctis impendebat. Et in nouo testamento exponitur diligentius officium hoc Christo domino exhibitum à Nicodemo & Ioseph ab Arimathia qui corpus illius in sindone munda & centum libris aromatum in sepulchro nouo de petra exciso sepelierunt. Et Magdalenam laudat Christus Matt. 26. quod vnguentum pretiosum illud seruasset ad sepeliendum se. Non erit absurdum his aliquantisper in prophanis sepulturæ antiquorum consuetudinibus spatiari quo dilucidius edoceamus hunc cultum nullis nisi bruta ferocitate & barbara sæuitia furentibus alienis. Priscam Mausoleorum [1] & tumulorum superbiam non admiror sed cultum pietatis & inferiarum officia suspicio. Diodorus Siculus lib. 2. biblioth. morem sepulturæ Aegiptiorum scribens & sacra asserit illos corpora mortua exenterata lauare, linire & condire in arca, hanc autem cum volunt erigere in armariis parietum domiciliorum reponere inuocare Deos (quia Idololatræ plures habebant) inferos, vt inter mortuos locent, & cum proximis agnatione idipsum & precari adstantes. Forsan, mutuo acceptus mos inuocationis ab Hebræis, qui & eandem præcabantur suis quos tumulo condebant vt Deum verum inuocantes animasque morientium ei commendantes, & in eorum sepultis eius fidei testimonium pro Epithaphio insculptis. Plato etiam libro 34. de legibus dial. 4. Mortuos (inquit) parentibus monumenta decentissima, quæ temperatissimè structa, neque consuetam magnitudinem oportet excedere, neque minora iis facere, quæ maiores genitoribus suis struebant. Annuas quoque curas defunctorum quæ ornamentum adferunt instaurare decet. & noua quotidie repetita memoria, semper parentes summopere honorare impendio moderatè pro fortuna vtentes. Diuini huius Philosophi

[illegible] vel [illegible] que [illegible] iam fabricanti grati, siue id fecerit venditurus, decem pondo argenti cogetur fisco inferre.

1 Arthemisia Regina Cariæ Mausolo mortuo sepulchrum ex xii inter orbis miracula annumeratum, cuius altitudo attollebatur. 25. cubitis. Cingebatur columnis 36. patebat ab austro ad Septentrion. 63. pedes. toto circuitu continebat pedes 411. ipsum ab Occidente celauit Scopas, à Septentrione Bryax, à Meridie Timotheus, ab occasu Leocares. Regina, opere nondum absoluto, concessit fatis. Artifices tamen non recesserunt nisi eo consummato. Ab hoc sepulchro omnia Regum & Imperatorum monumenta quæ pretiosa sunt: vocantur Mausolea. De hoc Proderit. lib. 3.

Nec Mausolei diues fortuna sepulchri, Mortis ab extrema conditione vacat.

Philoſophi ſententias & admirari & oſculari ſoleo in æqui & iuſti adminiſtratione ſed illum præcor audite qui militis ſtrenuis tumulum parat his verbis. [i] Eum qui in militia quum ſe ſtrenue geſſerit, obiit, primum aurei generis eſſe dicemus. Deinde Heſido fide adhibita aſſeremus quicunque hoc ex genere decedunt è vita, dæmones effici ſanctos, terreſtres optimos, expulſores malorum, cuſtodeſq; mortalium conſulemus ergo oraculum, quo pacto beatos diuinoſq; viros condere deceat, & quibus inſignibus præcipuè decorare atque ita condemus vt iuſſerit. Reliquum itaque tempus ſepulchra eorum veluti dæmonum colemus atque adorabimus. Egregij philoſophi aliquid Chriſtiani numinis hauriẽtis in religionis pietate Verba ſunt. Hac ratione priſci Cæſarei tam ſerio in ſepulchrorum violatores, leges & titulos ſeueriſsima animaduerſione ediderunt. Adde quod Germanicus pater Caij Cęſaris, [l] vbicunque clarorum virorum ſepulçhra cognoſceret, inferias manibus dabat. Et Adrianus Cæſar in Pompeij ſepulchro parentauit & monumentum reficit, teſte Dione Caſsio in Adriano. Sed redeamus ad ſancta patrum antiquorum monumenta, teſtatur ſacræ ſcripturæ authoritas Moſis ſepulchrum glorioſum fuiſſe, & Ioſuam ducem illum plebis Iſraelis magnifica funeris Pompa ſepulturam in loco Temnatzarach [m] dicto elegiſſe. Quid dicemus de ſanctorũ tumulis qui quondam carnis pallio induebantur ipſa alga viliores ab omnibus ſpreti & contemptibiles, vbi defuncti ſunt, regia diademata honore & pio applauſu populi excelluerunt? Romę ad ſepulchra piſcatoris & pellionis curritur, cunctis omnibus. Hæc alma ſancta Ciuitas hos Diuos tutelares Veneratur. Et in Cõſtantinopoli, Regis magnam gratiam putabant ſe adipiſci, non ſi iuxta Apoſtolos ſed ſi vel extra eorum veſtibula corpora eorum ſepelirentur, cumque Piſcatorum hoſtiariis Dioniſius Alexandrinus [n] ſibi congratulatur & magnæ laudis merito tribuit quod non ſolum martyribus famulari meruiſſet Chriſti athletis in carceribus ſed etiam quod lintea quibus illorum iam vita defunctorum corpora ad ſepulturam inuoluerentur neglecto vitæ periculo conficienda, præparanda curauerit.

lib. 5 [?]. dial. 5. de leg.

k Adde quæ Demoſthenes ait in orat. contra Marcoratum, Σόλων ἐν τοῖς νόμοις, καὶ ὁ θεὸς ἐν τῇ μαντείᾳ κελεύει τοῖς κατοιχομένοις ποιεῖν τοὺς προσήκοντας ἐν ταῖς καθηκούσαις ἡμέραις, id eſt, Solon in legibus & Deus in oraculo mandat, vt cognati & affines mortuis inferias certis diebus exhibeant.

l Suetonius in caligula. cap 1.

m Themnatzarach, id eſt, figura Solis, quia cum Ioſue Solem ſtare feciſſet ſuper eius ſepultura Solis figuram effinxerunt.

n Euſeb. lib. 7. hiſt. c. 10.

uesit. Idemq; rursus ad Hieracem Aegypti Episcopum aliquot sepeliendorum ritus his verbis comprehendit: Sanctorum corpora pij viri non sunt grauati manibus erectis, supinisq; excipere gremio suo reponere, occludere oculos, ora obturare, gestare humeris cadauera, decenter ornare illis adherescere amicè, complecti, lauare accuratè & linteo funebri inuoluere. Eusebius lib. 7. cap. 14. Asterij senatoris Romani egregium laudat facinus quo S. Marini fortissimi militis martyrio præsto adfuerit & eius corpus simul atque è vita migrauit pretiosa & splendida veste obtectum sustulit, atque humeris impositum denique magnifico & sumptuoso linteo inuolutum decenti sepulchro condiderit non autem gentilico ausu & bruta consuetudine combussit. ° Protomartyr Stephanus vt actorum Apostolicorum testatur historia magno suorum dolore & acerbissimo luctu sepultus est. Virgo Dei genitrix quæ hodie inter Sydereos axes splendore perpetuo chorus cat, quæque pro nostris patrocinatur votis pio & grato cultu per Apostolos vt scripsit post Dyonisium Areopagitam Nicephorus p in mausoleum delata. Cuius piæ traditionis religio summè exculta est ab Apostolis & eorum successoribus ad nostra vsque tempora. Anacletus q quo decentiùs & honoratiùs mortuorum sepulturæ prouideretur, à Traiano imperatore agrum recepit qui pulchrè & sanctè instructus locus condendis defunctorum corporibus destinatus est, quem recepta græca appellatione cœmiterium r quod est dormitorium nuncupamus. Post hæc furentibus vndique in Christianos Tyrannorum persecutionibus Fabius vigesimus primus in Pontificali Successione eodem argumento plura alia ampliora & frequentiora loca construxit, quæ tamen vastata ac sacrilegè temporis & hominum iniuria direpta Christianis restitui iussit Imperator Galenus vt idem laudata principis epistola narrat. Eusebius: Augustinus in libro de cura pro mortuis agenda ait solennitatē sepulturæ propter viuos & mortuos obseruatam fuisse. Propter viuos quidem qua duplici ratione, prima est naturalis error quando ex aspectu corporum hominum tabescentium oculi offenduntur, & fœtore inficiuntur sani. Secunda

o Cadauera Christianorum non ritu gentilico comburimus. Sed cum sciamus de terra corpora nostra esse plasmata, atque iterum in terram esse resoluenda iuxta illud. Terra es, & in terram ibis. Præterquā quòd humana corpora exurere horror est nos ea includimus tranquillis terra specubus.

p Nicephorus hist. Eccl. lib. 2. c. 22 & Dyonis. lib. de diuinis nominibus. 3. cap

q Platina in Vita Anacleti.

r Apud Grecanses, teste Ath neo li. 4. Dipnosp. Domus vbi hospites dormire solebāt, κοιμητήριον, dicebatur: ἀπὸ τοῦ κοιμᾶν, hoc est domio.

cunda ratio est fidei professio nostræ qui resurrectionem speramus. Non secus qui locum aliquem aut rem se recuperaturum aliquando sperat is diligenter eam notat & curat, sic sancti Patres fidem atque spem resurrectionis quam habebant hoc officio ostendebant curantes diligenter & cum honore fidelium suorum sepulturam. Vnde idem Augustinus li. primo de ciuitate Dei docet Iacob & Ioseph aliosque patres veteris testamenti voluisse in terra promissionis sepeliri vbi credebant Christum nasciturum cuius & resurrectio est causa resurrectionis nostræ. Quinimo & ipsum Adamum volunt Origenes, Cyprianus, Athanasius, Basilius, Epiphanius cum Augustino post longo senio decoctam vitam & multis rerum discriminibus fractam quibus nongentis & triginta annis iactatus fuit venisse tandem in montem qui postea dictus est Caluariæ ibidemque curasse sepeliri, vbi oraculo didicerat Christum mundi redemptorem moriturum. Tertia ratio est vt honore iusto afficiamus instrumenta misericordię, nam corpora sanctorum templa fuerunt & vasa spiritus sancti. Quarta est vtilitas viuentium quando occasio datur multis accedendi ad monumentum, vbi conditionis humanæ admonemur ex memoria defuncti. Alloquitur enim quodammodo viatorem sequutus eum Ecclesiasticus, Mihi heri & tibi hodie. Præter hæc etiam sepultura inter alia opera misericordiæ merito recensetur, quod in ea preces & suffragia fiunt pro defuncto & eleemosynæ dantur pauperibus. His adstipulatur Augustinus tomo quarto libro de cura pro mortuis agenda capitulo primo, dicens ad Paulinum episcopum. Scripsisti per homines filiæ nostræ religiosissimè Floræ, quærentes vtrum prosit cuiquam post mortem, vt corpus eius apud alicuius sancti memoriam sepeliatur. Hæc scripsisti ad me interim, non tacens quid ipse sentias, Nam dicis videri tibi non esse inanes motus animorum religiosorum, atque fidelium pro suis ista curantium. Adiungis etiam vacare non posse, quod vniuersa pro defunctis ecclesia supplicare consueuit, vt hinc & illud coniici possit homini prodesse post mortem, si fide suorum humando eius corpori talis prouideatur locus in quo appareat opitulatio

s Sepultura vnum est ex operibus misericordiæ quod Tobias exercuit & cæteri Patres Veteris Testamenti, illudque sibi voluit impendi Christus non tamen eatenus, vt eius sic in die iudicij mentionem inter cætera facturus. Quin verò Matthæi. 8. illi qui sequi ipsum recusabat, causatus quod vellet mortem patris expectare, & vltimum illud obsequium præstare, suo genitori, quem sepeliret: Dimitte (inquit) mortuos, id est, mortalia curantes sepelire mortuos suos. Quamuis illic eos potiùs increpare voluit quos cura viuentium parentum à professione religionis cohibet, vel remoratur. Cæterum patres antiquæ legis in terra promissa sepeliri curabant: vbi messias erat, & nasciturus, & moriturus.

etiam

etiam isto modo quæsita sanctorum. Sed hæc quum ita sint quomodo huic opinioni contrarium non sit, quod dicit apostolus posterioris ad Corinthios. capite quinto. Omnes astabimus ante tribunal Christi, vt ferat vnusquisque secundum ea quæ per corpus gesit, non te satis videre, significas. Hæc quidem apostolica sententia ante mortem admonet fieri quod possit prodesse post mortem, non tunc quando recipiendum est, quod quisque gesit ante mortem. Verum hæc ita soluitur quæstio. Quoniam quodam vitæ genere acquiritur dum in hoc corpore viuitur, vt aliquid adiuuent ista defunctos, ac per hoc secũdum ea quæ per corpus gesserunt eis quæ post corpus (seu post mortem) religiosè pro eis facta fuerint, adiuuentur, hæc ille.[t]

[t] Augustinus nullum aliud habuit subiectũ fœlicius in hoc opere de cura pro mortuis agenda, quàm religiosa sepultura commendationẽ, idcircò c. nono memorans quod habetur 2. Reg. c. 2. Laudatur (ait) illi & à Rege Dauid benedicuntur, qui Sauli & Ionatæ ossibus aridis sepultura misericordiam præstiterunt.

SENTENTIAE VETERVM PATRVM DE SEPVLTVRIS ET EXEQVIIS.

§ II.

EXORSISSE piam illam sepulturarum & exequiarum consuetudinem simul cũ ecclesiæ institutis, imo cũ ipso orbis exordio testes efficacis & insignis fidei profitentur. Ambrosius [a]libro primo de patriarcha Abraham, capite nono ait. Locus hic habet mortem vxoris, fletum mariti officium sepulturæ: Surrexit (inquit) Abraham à mortuo. Docemur, vt non diutius inhæreamus mortuis, sed quantum satis est officij deferamus, festinauit autem pro loco sepulchri precium soluere, quum gratis daretur, vt non in alienis locis, sed in nostris potius ædificemus tumulos parentum vel proximorum. Hoc ideo Abraham fecit, quia nondum erant huiusmodi Dei templa, in quibus fidelium in domino reliquiæ conderentur.

[a] Ambrosius satis esse ait officiũ defunctis fidelium corporibus impendere, dum Ecclesiæ antiquis institutis morem gerimus in eorum exequiis & sepulturis. Eadem dicit libro 10. Commentar. in Lucam, cap. de sepultura corporis Christi.

Augustinus de ciuitate Dei dicit non abiicienda, nec con[illegible]nenda mortuorum maximè iustorum ac fidelium corpora quibus tanquam organis & vasis ad omnia bona opera vsus est spiritus sanctus. Proinde antiquorum iustorum funera, officiosa pietate curata esse, exequias celebratas, sepulturam quoque prouisam, eos etiam superstites de sepeliendis aut transferendis corporibus suis filiis mandasse. Quod nunquam egissent sancti patres afflati spiritu

ſancto, & ſpiritum continuo poſt exhalaturi, ſi officioſa pietate curare, exequias emortuorum corporum celebrari, ſepulturam prouidere, & huiuſmodi cætera Deo grata non noſſent.[b]

[b] Antiqua pietate iuſtorum corpora ſepulta fuiſſe dicit Auguſtinus, & veteres ſuperſtites de ſepeliendis, aut transferendis corporibus ſuis filiis mandaſſe. eod. lib. cap. 13.

Dionyſius enim libro Eccleſiaſticæ Hierarchiæ, capite ſeptimo, poſt multa defuncto cuius vita pia vereq; Chriſtiana fuit, ſubdit de propinquis ipſius: Accipientes eum, ad ſummum ſacerdotem ducunt tanquam ſacris coronis donandum. Ipſe autem (nempe ſacerdos) cantans ſuſcipit & ea peragit quæ diuino inſtituto ſuper ſanctè quieſcentibus fiunt. Congregans ſacerdos ſacrum chorum, ſi ſacerdotalis ordinis fuerit qui dormiuit: ante ſanctum altare inclinans eam orationem ad Deum inchoat, & gratiarum actionem. Si ſanctis monachis, aut ſanctæ plebi inſertus erat, ad venerandum ſacrarium, ipſum ante ſacerdotem inclinat, deinde precem cum gratiarum actione præſul peragit, deinde verò miniſtri inſerta diuinis eloquiis veriſsima de noſtra reſurrectione promiſſa legentes, ſacrè cantant confitentes hoc, & valentia Pſalmorum cantica.[c]

[c] Idem Dyoniſius in Theoria eiuſdem capitis notat eos, qui ſtolidè ſubſannant ſepulturæ religionem. Sed hæc immundi (inquit,) id eſt, infideles, ſi viderint: aut audierint à nobis agi, in ſepulturis videlicet, illa è videbunt nõ oportet autem moueri ad hoc, ſi enim non crediderint, vt Eloquia aiunt, non intelligent.

In Oecumenij tractatulo quem edidit de locis prædicationũ, & de morte apoſtolorũ iam à mille centum octaginta annis, ſic habetur de eunucho Candaces reginę Aethiopum, qui Actuum octauo recenſetur à Philippo baptizatus, quod in Arabia fœlici prædicarit, ferturque martyrio vitam ibi finiuiſſe, & glorioſè ſepultus eſſe. Id nimirum teſtimonio eſt quod illo tam tempore apoſtolorum, quibus erat contemporaneus is Eunuchus, obſeruaretur glorioſa ſeu honorifica ſepultura. Gregorius Nazianzenus a mille ducentis annis oratione ſecunda in Iulianum Imperatorem, loquẽs de Conſtantij imperatoris pij & fidelis ſepultura, dicit: Conſtantius communibus omnium elatus eſt manibus ac pompis, iiſq; venerandis no ſtris necnon cantibus tota nocte reſonantibus, ac luminaribus accenſis, quibus Chriſtiani tranſitum pium honorare cenſemus, panegiriſque poſt interitum ductus eſt & corporis facta deportatio. Notus præterea ſermo fidelis, & qui ad multorum peruenit auditum, quod poſtquam corpus Taurum montem ſuperauit, vt in paterna eius condetur

retur ciuitate, nempe in magna hac & cognominis eiuſdem, vox quædam ex alto eſt audita tanquam canentium & præmittentium angelicarum puto virtutum, ob honorem pietatis eius ac retributionem ſepulturæ. [d] Poſtquam corpus magnæ & regiæ appropinquauit ciuitati, quid referre opus eſt vniuerſi exercitus concomitationem, ordineſque armatos non ſecus ac Imperatori viuenti obuiam factos aut ciuitatis illuſtris effuſionem memorabiliorem quam vnquam facta fuit, ſiue poſt hac erit.

Damaſcenus pariter in hiſtoria Barlaam & Ioſaphat, deſcripta morte Ioſaphat, qui deiectis regiis inſignibus, abnegatoque regni iure, Chriſti fidem, imo verè Chriſtianam & euãgelicam perfectionem profitẽs, hæremiticam duxerat vitam in hæremo, dicit eum à quodam alio viro ſancto, non procul ab eo degente (qui & diuina reuelatione præmonitus ipſa dormitionis hora adfuerat illa) ſacris laudibus honoratum, cunctiſq; peractis quæ Chriſtianis legitima ſunt in ſepulchro probatiſsimi quondam patris Barlaam (à quo veritatem primo fuerat edoctus) poſitum. En vt Deus ſeruo ſuo proſpexit de ſepultura, vt qui mundanos honores nihil prorſum fecerat propter Chriſtum, quantula poſſet in eremo (quam nulli præter Anachoretas incolebant) impendi legitimo Chriſtianorum more non orbaretur, & vbi frequens deerat clerus ac populus, & vbi cerei nulli, ſaltem (quod ſupererat) ſacris laudibus & cæteris quæ illic præſtari valebant honoraretur. Plurima ergo miracula in tranſlatione, & depoſitione, & deinceps per ſanctos famulos ſuos operatus eſt Chriſtus. Et quanta pompa, quanta multitudine magnatum & populi, quantis ſumptibus, canticis, lampadibus, accenſiſq; luminaribus honorificè celebrata eſt ſanctorum virorum ſecunda ſepultura, qui tametſi vitam adeo duxiſſent auſteram, adeò Chriſtianam & euangelicam vt non dubitarentur mox ad beatitudinem admitti, nullius omnino pœnę debitores, tam honorifica tamen ſepultura debuerant celebrari ad Dei, ipſorumq; ſanctorum honorem, & id obeuntium ſalutem. Etſi ſanctis iis nihil inde beatitudinis eſſentialis accedebat, Deo tamen ſanctiſq; debitus præſtabatur honos, acciden-

[d] *Solennem Pompam Gregorius Nanziãzenus Conſtantij Imperatoris exprimit quod clericatim reſonãte non tantùm die, ſed & nocte accenſis luminaribus, quib. priorum Chriſtiani tranſitum iam honorari Catholici cenſebant, ipſa celebraretur ſepultura. Nec eſt quod illam pompam aduerſari religioni Catholicæ dicãt, dummodo non ſit exceſſiua, nam paria fermè retulit Ambroſ. in libro de obitu Theodoſij 13. & refertur. q. 2. can. quia alij. Nam de Iacobo, de Moſe, Amon. non inferiora legimus.*

ſaltem quod valuit, præſtitit. Nam corpus obuoluit,foras protulit:hymnos circum corpus, pſalmóſque decantauit. Et quod ab hominibus neſcientibus eum obiiſſe non eſt exhibitum,Deus per leones,animãtium ferociſsimos,ſuppleuit,dum cadaueris pedibus accubantes ingenti fremitu rugiendo, defunctum ſanctum quodammodo planxerunt,inhumandóque corpori foſſam parauerunt. Quibus etſi non egeret ſanctiſsimi Pauli anima tamen corpori quod piis operibus obeũdis fuerat animæ vſui, id à ſuperſtitibus officium deberi,ſibique autori naturæ gratum eſſe,Deus hoc iudicio declarauit.

Chryſoſtomus homilia ſexageſima in Ioannem culpans inſanos quorundam ſui temporis fletus,vt pote quòd defunctos lugentes, ancillas aut ſeruos cedebant quaſi defunctos ſic honorarent, dicit. Honor mortuo non eſt fletus,non eiulatus, ſed hymni & pſalmi.Quo innuit hymnos & pſalmos ſuo tempore in defunctorum luctu decantari ſolitos. Idẽ Chryſoſtomus .tom.5.ad populum Antiochenum homil. ſeptuageſima, quæ inſcribitur, quod pro defunctis lugendum non eſt ſed orandum, vbi criminatur & arguit eos qui tantis eiulatibus & vociferationibus coram Iudæis & Gentilibus defunctos plangebant, vt eos nunquam reſurrecturos viderentur cenſere, & non expendere quod Paulus dicit nos per Chriſtum liberandos, qui metu mortis per omnem vitam eramus obnoxij ſeruituti: vt ex his quæ in defunctum funere exhibentur,moueatur, non ita lugere dicit.Sed vos iſta (nempe quòd per Chriſtum poſt hanc mortem ſumus a ſeruitute & ſubiectionem alorum liberandi)credi ab infidelibus nõ ſinitis,operibus pugnantes aduerſus ea: licet Deus multa fieri antea iuſſerit,vt hanc tolleret improbam conſuetudiuem. Quid enim ardentes (quæſo) lampades ſibi volunt? Nónne eos tanquam athletas comitamur? Quid autem hymni,nónne glorificamus Deũ, & illi grátias agimus, quia iã defunctũ coronauit,abſoluit à laboribus,&ab incertitudine ſublatũ penes ſe retinet?Nõne hymni propterea? nónne propterea pſalmodiæ?Poſtmodum iis obiurgatis ob in ſanum morem quo mulieres quædam ad deflendum mortuum conductas

canticis & lampadibus, ac cereis ardentibus. Splendidè verò & magnificè in Eccleſia, quam Ioſaphat à fundamentis erexerat, depoſita ſunt corpora.

£ Dyonyſius ſiquidem Areopagita eccleſiaſtica Hierar c 7. Gregorius Nazianzenus de Conſtã:ino imperatore vt patet ſuperius: Damaſcenus in hiſtoria Barlaam & Ioſaphat: Hieronymus in epitaphio Paulæ, nunc quoque vniuerſa orthodoxa eccleſia, conſuetudo huic rei fidem facit. Ob id ab hac ſemper obſeruata conſuetudine vbi cõmodè obſeruari poteſt, citra neceſſitatem recedere, nouitas eſt. Et ſi nouitas omnis, antiquitati aduerſa, ſuſpecta eſt, aut non facilè admittenda iubere ſine comitatu vllo, clámque corpus ſuum (quod organum: váſque Spiritus Sancti & ſacri corporis Chriſti fuit) ſine ceremonia vlla eccleſiaſtica, quæ omnia commodè præſtari valent, ſuſpectũ erit.

ductas

ductas ita stultis verbis & gestis defunctum lugebant vt gentes consueuerant, tandem addit. Qua de causa (quæso) presbyteros vocas & psallentes? Nonne vt te consolentur? nonne vt defunctum honorent? Cur igitur ipsum afficis contumelia? Tu fœminas, nostra destruentes, quantum in ipsis est producis Quid hoc risu peius? Limpidissimè ergo vides vt in funebribus defunctorum christianorum exequiis docet non tantum hymnorum & psalmorum decantationem, presbyterorum accersionem, sed etiam luminaria tunc iam in vsu fuisse. At dubitabitur meritò, quænam honorifica sit illa sepultura, qua sanctorum veréque christianorum corpora sepeliri pium & bonum est & in quibus consistit quod ab Ambrosio superius edocemur ex sacris, defunctis quantum satis est officij deferendum. Id nimirum euangelica subinnuit lectio dum Ioannis cap. 19. de Ioseph ab Arimathia & Nicodemo (quos Augustinus, Chrysostomus, Theophylactus, & Beda, vt superius protulimus, Christum honorificè sepelisse testãtur) dicitur. Acceperunt autem corpus Iesu, & ligauerunt illud linteis cum aromatibus sicut mos est Iudæis sepelire. In quem locum August. tracta centesimo vigesimo in Ioannem, in to. 9. & Pariter in eundem Ioannis locum dicit.

Non frustra euangelista dixit, Sicut mos est Iudæis sepelire. Ita quippe in officiis quæ mortuis exhibentur, morem cuiusque gentis esse seruandum admonuit.

Primum igitur ad honorificam spectat Christianorum sepulturam, id quod in ecclesia catholica seu vniuersali in iis obeundis officiis obseruatum dignoscitur, cuiusmodi sunt propinquorum consanguineorum ac affinium, & vicinorum, aliorúmve amicorum dum sepeliendum defertur corpus, concomitatio, dum cõmodè fieri potest. Quod in omni lege exhibitum constat: Siquidem in lege naturæ Ioseph patriarcha & fratres eius (vt iam declarauimus) dum patriachæ Iacob patris sui corpus sepeliendum detulerunt, dicũtur habuisse in comitatu maiores natu domus Pharaonis, currus, equites turbámque non modicam. Sed lege scripta, secundi Regum capite tertio. dum Abner occisi ad sepeliendum corpus portaretur, Dauid sequebatur feretrum.

g Statutum locum sibi in sepulturam deligere, nec superstitiosum, nec vanum est. Siquidẽ si superstitiosum aut vanum esset in certo loco, magis quàm in quouis alio sepulturam sibi deligere, patriarcha Iacob afflatus spiritu sancto non adiurasset filium suum Ioseph, vt non sepeliretur in AEgypto, sed vt reconderetur in sepulchro maiorum suorũ Gen 47. cap. Nec singulis benedictionibus, in prophetia spiritu singulis filiis collatis, in mandatis dedisset Genes. 49. cap. Sepelite me cum patribus meis in spelunca duplici vbi sepultus est Abraham & Sara vxor eius, Isaac cum Rebecca vxore eius vbi & Lia. Porro nec Ioseph ipse patriarcha, Genes. 50. cap. fratres adiurasset, & posteros, vt Aegyptum egredientes in terram promissionis suæ secum asportarent ossa.

feretrum. Et vt toti sepulturæ doceatur adstitisse, dicitur quod dum sepultus est Abner Dauid fleuit multum. Idque ex consuetudine tunc fuisse satis colligi potest ex hoc, Lucæ septimo cap. Venit Iesus in Naim. Et vt appropinquauit, ecce deferebatur vnicus matri suæ, & hæc erat vidua: & turba multa ciuitatis cum illa. Pariter eiusdem Lucę 23. cap. dicitur, quod mulieres quę sequutæ fuerant Christum à Galilæa, dum corpus eius in sepulchrum portaretur, subsequebantur, & viderunt monimentum vt positum erat corpus eius. Sub lege euangelica, idem obseruatum constat. Siquidem vel Christo euangelium prædicante, vel moriente, vel euangelio per apostolos euulgato, lex cu currit euangelica. Christo legem suam euulgante, vel iam mortuo, id obseruatum laudabiliter sacrum Lucæ refert euangelium: Apostolorum autem iam diffusa per orbem prædicatione, mox id obseruatum constat. Hęc de antiqua sepulturæ pietate dicta sufficiant.

LEGES IN FVNERE ET EXEQVIIS OBSERVANDAS.

§ III.

OPINABAR luculenter satis & copiosè vitia omnia Sacerdotalem splendorem obnubilātia viuis rationibus & summo grauissimorum authorũ satellitio discussisse. Sed adsunt prioribus vndequaq; peiores abusus in his qui lucrũ vndequaque corradũt & à mortuis tributum exigunt. [a] Iam maiore quã antea impetu obruor, omnium enim vel fœdissimum vel turpe scelus præclarum sacræ huius militiæ ordinem pessumdare & euertere conatus occurrit auaritia Symoniacorum ambitionis, & turpissimi lucri alumna, quæ etsi plurimum possit in Ecclesiasticis beneficiis maiorem illi potentiam concedunt Parrochi quidam qui vt aiunt sub ipsius Christi pede pecunias suffurari conarentur. Tridentino Concilio Bononiam translato paulò post suspenso & mortuo Paulo intermisso successor Iulius illud redauspicatus est, Bononiæ antea Sessione vndecima professus palam in sacramentorum Ecclesiæ ministerium innumerabiles abusus irrepsisse. Quorum

a Inexplebilis quorundam Parochorum auaritia hoc adagio iustè criminatur cuius meminit Aristot. lib. Rhetor. 3. tractans de iis quæ pudenda habeantur δεινὸν, (inquit,) πενήτων, ἢ τεθνεώτων ὄντων, καὶ ἡ παροιμία τὸ κἂν ἀπὸ νεκροῦ φέρειν, ἀπὸ αἰσχροκερδίας. id est, veluti si quis exigat à pauperibus, siue defunctis, vnde etiam illud tritum est adagiũ, etiam à defuncto tollere, propterea quòd id à turpis lucri cupiditate proficiscitur.

pallij exigatur, sed eidem confraternitati, ex præscripta taxa ratione tribuatur. Neque item vbi ab ecclesia, cuius ministri funus non comitentur, quicquam amplius exigi liceat.

Qui secus fecerit; quanquam simoniæ reus dici non omninò potest, cum pallio vsu consumantur, tamen vti exactor iniustus, & nostris mandatis inobediens, seuere Episcopi arbitrio puniatur.

Sicubi minus, quam supra præfinitum est, aut etiam nihil exigi, aut solui est consuetudinis, eam inuiolatè seruari mandamus, quique ab illa recedere voluerit, aut vlla ratione conetur, is graui pœna ab eodem Reuerendiss. Episcopo mulctabitur.

Vbi vero pia hæredum liberalitate, vltra præfinitam mercedem clericis eleemosyna offeretur eam quidem præsertim à pauperibus clericis recipi non vetamus.

Fideles verò omnes in Domino hortamur, vt in singulis parrochiis communi impensa serica, aut alio genere honesta pallia pro populi conditione ad feretra exornanda comparent, quæ omnibus præterea in funere gratis accommodentur.

At pro nobilioribus quidem liceat preciosa, si hæredibus libuerit, adhibere, sed redimere nequaquã ne vlli vnquam probamo, sed Ecclesiæ tantum, cui statim addicta sint vsui deseruiant.

Quod autem de palliis altarium vsui dicatis, ad operienda corpora adhiberi solitus, auditum est, id quidem cum vetitum Canone sit, ferri nullo modo potest, quare ne id amplius fiat, sub graui suspensionis, quoad clericales personas, qui eius criminis quomodolibet participes erunt quoad capitula autem collegia, aut vniuersitates, interdicti pœna districte inhibemus.

Cereorum autem, numerus, tantum adhibeatur, qui defuncti ipsius hæredibus satis esse videbitur, nisi fortasse sordide nimis, aut impie funus duci velint. Tunc enim Reueren. episcop. in vrbe, in diœcesi autem vicarius foraneus, tam defuncti, quam ipsorum hæredum conditione inspecta, honestam, ac decentem pompam funeri adhiberi iubebit, acturis remediis compellet.

At ne ob defuncti vestes, aut alia funerum ornamenta, quæ cum Ecclesiæ etiam oblata iure esse intelligantur, in pactionem sine simoniæ labe deduci posse videntur, scandalum in populo oriatur omnem diligentiam, ac studium adhibebit Episcopus.

Qui præterea curabit, vt clerici omnes in sacris ordinibus constituti, cum sacris vestibus suo cuiusque ordini congruentibus, omnino sepeliantur, de quibus parochorum quempiam nihil vendicare, prætendereue iure posse, aut debere, etiam quartæ funeralium ratione, declaramus.

Parochus, cùm primum aliquem in sua parochia finibus vita perfunctum esse nouerit, pro illius animæ salute orationes aliquas, vel breuiores, quæ pro defunctis leguntur pie recitet, certoq; campana signo populum commoneat, vt pro fratris anima preces fundat.

Tum si ille pauper miserabilisve ita sit, vt ex eius bonis impensa ad funus necessaria colligi non possint, ipse ecclesia, sua impensis, vel piorum hominum

conquisita eleemosyna funus ipsum saltem cum clerico prosequetur.

Quicunque ad funus vocati clerici, tam regulares quam seculares conuenerint, bini, atque ea cum modestia incedant.

Non aliis quidem vestibus, habituve indecenti, quam iis ipsis, quibus in choro vti solent funus comitentur.

At non discedant, quam feretrum ex humeris bastantium sublatum in ecclesia vbi humandum est, sistatur.

Priusquam oriatur, vel postquam occiderit Sol, defunctorum corpora nulla efferantur.

Nulla quoque vltra quadraginta horarum spacium, insepulta maneant.

At ne mane etiam ad sepulturam recipiatur maioris missæ tempore.

Neve diebus festis, nisi missarum omnium sacrificiis peractis.

Ne item die Dominico, neque alio solenni festo fiat officium mortuorum ac præsertim ne iis diebus missa vnquam pro defunctis celebretur, at neque etiam duplicibus festis, licet ij à populo pro festis minimè habeantur, colantúrve.

Quæcunque autem candelæ, cerei, intortitiáve ad crucem, vel ad feretrum, vel quauis alia ratione in funere, exequiis, vel defunctorum officiis adhibentur, ea ita Ecclesiæ donata, atque attributa esse censeantur, vt nec qui tradidit, ea repetere, nec qui accipit in alium quàm in ecclesiæ vsum, ab illo conuerti liceat.

Nulla in tota hac diœcesi de quarta funeralium, vel de ordine in funeribus ineundo controuersia, Dei gratia, audita sunt, si tamen aliquando suborientur, eas statim ex Tridentini Concilij decreto, diffiniat Reuerendiss. Episcopus, integramq́ ipsam funeralium quartam parocho, cui debetur, omnino persolui iubeat.

At quæ alicubi fieri consueuerunt, in funere defuncti laudationes, eas omnino interdicimus, nisi cum interdum aliter grauem aliquam ob causam Episcopus iudicauerit. Sed piæ aliquæ fiant earum loco hortationes, ad orandum pro anima defuncti, ad humanam fragilitatem agnoscendam, atque ad vigilandum continuò, quoniam qua hora non putamus, nihilq́ minus cogitantibus nobis hora mortis superuenire consueuit.

Cum autem episcopum (cui quidem diuturnam, & fœlicem vitam totis visceribus à Domino precamur) aliúmve, qui pro tempore erit, ab hac vita migrare contigerit, seculares regularesq́ omnes Clerici, & Sodalitates item omnes, quæ pœnitentiæ habitum quomodocunque induunt, ad illius funus conueniant, quod vt qua decet pompa ducatur, Canonici, & Capitulum diligenter curabunt.

Tum exequiis ritè, religioseq́ persolutis, eius animam præcipuis precibus Deo Omnipotenti commendare studebunt.

Sacerdotesq́ omnes potißimum tam in vrbe, quam in Diœcesi, statim Episcopi morte audita, primo die, quo pro defunctis missæ sacrum fieri liceat, missam pro illius anima celebrent.

Canonici autem in vnaquaque collegiata, ac præsertim in Cathedrali missam solemnem defunctorum celebrent.

Tum

effodi sepultura quam pro terra in qua sepeliendi sunt certum prætium ecclesiæ persoluatur, ideo mandamus quatenus cũ loci Diocesanus existas inhibeas clericis ne quicquam omnino præsumant exigere hac de causa. Prohibetur ex concilio Lateranensi in cap. cum in Ecclesiæ. de Symonia tanquam horribile aliquid accipere pro sepulturis & exequiis. Inoleuit pessimus ille mos quo extorquentur potius quã impetrantur nescio quæ præmiola pro funeris & exequiarum ratione, adeo vt nec homini liceat visceribus matris includi, quin prius non licitentur hæredes de loco sepulturę & de funeris ritu & ceteris quę non absque graui scandalo apud nos visuntur. Non opus est legum nouarum editione, sacri canones, Concilia, patrum decreta, execrantur frequentiores illos abusus qui hac in re committi solent sed vt piis parochis charitatis Christianę studiosis consulamus, nos quædam summa capita obseruationum quæ conueniunt huic instituto ex Bonhomio Episcopo quo nemo rem melius præstitit summatim referemus.

e Ioannes Franciscus Bonhomius Episcopus Vercellensis S. Sedis apud Sacram Cæsaream maiestatem cum potestate legati de latere nuncius, in visitatione Diocæsis Comensis libellum composuit reformationis Ecclesiasticæ omnium Ecclesiarum vsibus accommodata, ex quo hæc decreta de sepulturis, desumpta sunt.

Primò quidem iure omnes debent, quicunque animarum curam gerunt, nemini vnquam Christi fideli, qui in Ecclesiæ sanctæ gremio vita functus sit ecclesiasticam à se denegandam vel differendam eo etiam nomine sepulturam quod ea, quæ vel iure, vel consuetudine, vel etiam hac nostra consuetudine etiam pro stipendio, vel laboris mercede in funere præstari debent, sibi non persoluantur, aut denegentur, id quod est quidem non modo sacro Canonum iure sed etiam ciuili cautum.

Si quis igitur contra hoc decretum quicquam admiserit, is præter simoniacæ prauitatis labem, quam incurrit grauiter etiam Reuerendiss. Episcopi arbitrio mulctetur.

Nihil præterea clericum aliquem pro Ecclesiastica sepultura pacisci, aut etiam aliquid sponte datum recipere posse sine Simoniæ culpa declaramus.

Sed neque etiam pro sepulturæ loco, vt scilicet corpus aliquod in Ecclesia potius, quam in cæmiterio, aut in digniori Ecclesiæ, vel cæmiterij loco sepeliatur, quicquam exigi permittimus.

Neque item pro maiori cruce in funere gestanda, aut etiam campana maiori pulsanda, nisi maioris laboris ratione aliquid amplius erogandum videatur.

Tum Reuerendiss. Episcopus diligenter inspiciat, ne ab iis, ad quos pertinet, tam in vrbẽ, quam in diœcesi, quicquam aliud fiat, committatúrve in funere, quod simoniæ, vel sordidæ etiam auaritiæ suspicionem iniicere, aut cuiuspiam scandali occasionem præbere populo possit.

Tum parochi singuli cum populis suis supplicationes inibunt, Dei omnipotentis deprecandi causa, vt demortui pastoris animam pro sua misericordia in aeterna cœli recipiat tabernacula, piumq; ac solicitum successorem ipse eligat, qui animas sibi concreditas ad cœlestia pabula perducere valeat.

At verò in vrbe publicas indici processiones ab vniuerso clero obeundas, mandamus, quibus id potissimum à diuina maiestate petatur, vt orbato gregi bonum, ac vigilantem pastorem concedere dignetur.

Singulis autem annis in cathedrali ecclesia illius anniuersarium tum capituli, tum episcopi, qui successerit, sumptibus, quandiu proximè eius successor vixerit officium peragatur.

Die praeterea, omnium fidelium defunctorum commemorationem proximè sequenti, nisi Dominico aut duplici festo impedito, quotannis ab eodem Capitulo solenni ritu anniuersarium officium pro animabus omnium fidelium Episcoporum defunctorum celebretur.

Alia item anniuersaria postridie illius diei, quo pro Episcopis defunctis celebrata sunt. pro canonicis, alijsq; ecclesiae ministris defunctis, piè riteq; peragantur. Ex his singularia quadam excipiet quapiam officij Parochialis integritati consulunt.

DE PROHIBENTIBVS CASIBVS SEPVLTVRAM IN LOCO SACRO.

§ III.

PRIMAE aetatis hominibus graue animaduersionis genus iudicatum est corpora insepulta feris & vulturibus dare, quod nisi flagitiosis & proteruis euenisse legimus, quamquã Deus expectat quousq; illi à morũ improbitate discedant, ne condemnati extremum supplicium soluant, néve sepulturae spoliati honore proiecti iaceant inhumati, escaque volucrum euadant. Idcirco vt à vitae exitu & fine iudicetur hominis laus, sancta parens Ecclesia noluit omnibus sepulturae ius concedi, sed dignis tantum & de vitae & fidei puritate bene meritis. Ne ergo in hunc errorem impingant Parochi; Scire debent multis de causis diuini Iuris & statuti canonici authoritate facinorosos omnes publica vecordia peccati reos hinc arceri de quibus sigillatim differemus.

Qui enim sui adeo immemores ad scelera cœco impetu irruunt nequaquam debent sinu terrae foueri, sed cũ Phocione[a] igne aut diriore elemẽto absumi, tales enim meo iudicio indigni sunt qui cœlum intueãtur qui terra alantur. Primò ergo omnes qui sibi violẽtas manus[b] iniiciũt pro-

priae

a AEmilius in vita illius in fin. Plutar. in vita illius ad fin. qui Atheniẽsium in Phocionem mortuum crudelitatem ostendens sic scribit, AEiij inimici, quorum nondum erat iniuum satis explicata crudelitas, mortui quoque corpus atrociter insectati sunt. Illud enim nullo prorsus igne succẽnso, nullo funesto lumine nulla denique non honorum modo, sed ne humanitatis quidem significatione, Attici exportari finibus edixerunt. Dicitur; ex illius familiaribus neminem eius corpus contingere ausum, sed Conopionem quendam curandis funeribus quaestum facere solitum, mercede accepta, in Eleusinam deportasse cadauer, ibique igne ex agro Megarico sumpto, id concremasse.

b Can. 24. 23. q. 5. can. placuit.

priæ mortis conſcij quouis modo id contingant, vt probè decernit Concilium Bracarenſe his verbis, Placuit vt qui per ferrum, aut per venenum aut per precipitium, aut ſuſpendium, aut quolibet modo violentam ſibi ipſis inferunt mortem nulla pro illis in oblatione commemoratio fiat, neque cum Pſalmis ad ſepulturam eorum cadauera deducantur. Quod Canoniſtæ interpretari iubent de his qui truculenter ſui compotes id faciunt non de furore aut amentia perculſis vt latè docetur 15. quæſt. 1. Can. Quod autem. Hegeſippi hac in re lectio non parum prodeſt in eos qui ſuipſius carnifices ſunt lib. 3. cap. 17.

Deus omnipotens theſaurum nobis optimum dedit, atque incluſum in hoc vaſe fictili, & conſignatum commiſit nobis cuſtodiendum quoad ipſi placeat repoſcere. Nonne in vtroque crimen eſt, vel reiicere depoſitum non repoſcenti, qui dederit, vel repoſcenti negare? Si hominis depoſitum violare pœna infamiæ eſt, quanto magis violare depoſitum Dei? Depoſitum Dei anima eſt in hoc corpore, anima quæ mortis iſtius capax non ſit. Non enim vllo mortis vinculo aſtringitur, atque alligatur, ſed videtur mortem operari, cum ſoluitur corpore, atque de commiſſo ſibi contubernio ſeiungitur. Cur igitur ante repetitum depoſitum mortem irrogamus, & animam quaſi inutilem à nobis remittimus, atque è domo noſtra excludimus, & corpus ſine decore & gratia ſui in terram reſoluimus? Cur exeundi hinc præceptum nō expectamus? Miles teſſeram expectat, ſeruus imperium. Si quis horum ſine præcepto exierit, alter deſertor, alter fugitiuus eſt. Qui hominem fugit, pœnæ obnoxius eſt quamuis improbum fugerit dominum, nos optimum omnium fugientes, poſſumus non adſtringi impietatis flagitio: Et non multo poſt ſubiungit. Hæc non ſolum moribus hominum, ſed etiam legibus interdicta accepimus. Namque alij inſepultos proiici iubent eos, qui in ſe ferrum deiecerunt, Dignum eſt enim, vt qui patris imperium non expectauerunt priuentur quaſi quodam matris gremio, terræ ſepulchro. Alij dexteram manum abſindunt defunctis, vt ſeparetur è membris ſui corporis quod aduerſus corpus ſuum veſano militauit furore. Sed hunc exitum

c Apud antiquos pariter qui ſibi mortem cōſciuiſſent niſi cauſam iuſtam protuliſſent inſepulti relinquebantur animalium præda. Vnde Quintiliano, ſi vrēſt, Declamat 4. hæc lex celebratur. Qui cauſas voluntariæ mortis in ſenatu non reddiderit inſepultus abiiciatur. Quòd & à Ioſepho traditur belli Iudaici. lib. 3. c. 14. his verbis, Denique ſi qui ſe occiderint, apud nos quidem vſque ad Solis occaſum inſepultos abiici decretum eſt, cum etiam hoſtes ſepelire fas eſſe ducamus, apud alios autē iubētur abſcindi eiuſmodi mortuorum, manus quæ in ipſos armatæ ſunt, quoniam vt corpus ab anima ita manum eſſe à corpore alienam exiſtimarent.

tum sacrilegi fuerũt, aut proditores, vel percussores parentum, qui verum patrem non agnouerunt, nec se se cognoscunt. Ideo aut penitus sepeliri prohibentur aut non toti sepeliuntur. Secundum decreta eiusdem Concilij insepulti remanere debent publice facinorosi, [d] veluti fures, sacrilegi, Pyratæ, prædones, incendiarij, homicidæ, verumtamen aliud consideratur ex ciuilis potestatis iudicio pro suspensis in patibulis ante supplicium confessis & pœnitentibus, nam tales possunt sepulturæ mandari dummodo principis aut magistratus non repugnet iurisdictio. Nam in l. capitalium §. famosos. ff. de pœnis à iurisconsulto scriptum est, famosos latrones in his locis vbi grassati sunt, furca figendos esse. vt & conspectu deterreantur alij ab isdem facinoribus. Sic & Vlpianus in lege prima ff. de cadaueribus punit. corpora, inquit, eorum qui capite damnantur cognatis ipsorum negandá non sunt, & id obseruasse se etiam diuus Augustinus temporibus suis scribit. Hodie autem eorum, in quos animaduertitur, corpora non aliter sepeliuntur, quam si fuerit petitum & permissum. & nonnunquam non permittitur, maximè maiestatis causa damnatorum, Eorum quoque corpora, qui exurendi damnantur, peti possunt, scilicet vt ossa & cineres collecta sepulturæ tradi possint. Hactenus Vlpianus. Eadem rubrica Paulus scribit corpora damnatorum quibuslibet petentibus ad sepulturam danda esse, quibus satis probatur non esse regulariter corpora deneganda vt sepulturæ tradantur, requiri tamen iudicis permissionem & quandoque ob criminis grauitatem in exemplum oportere, vt insepulta maneant. Hinc expendi poterit quod idem iurisconsultus scribit lege penultima ff. de cadauer. punit. Missum in exilium ab aliqua ciuitate, non posse absque principis licentia in eam ciuitatem mortuum duci ad sepulturam, quod commendant Cardi. Anchar. in clement. prima de pœnit. & remissio. & Iaf. in l. 2. columna secunda C. qui testament. face. poss. Rauenna in Alphabeto aureo ad finem ante allegationem consuetudinis. optimus text. in capitulo ex parte. in 2. de sepult. & in c. is cui. de sentent. excommu. in sexto idem notat Ioan. Staphilæus de literis

d Censetur autē quod cuiuscunque datur sacramentũ pœnitentiæ, côcedendam esse sepulturam. tex. in c. 1 quæsitum. 13. q. 2. sacramentum verò pœnitentiæ nequaquam negari potest vltimo damnato in supplicio, si hi verè pœniteant; etiā si atrocissima perpetrauerint crimina c. 2. de furtis cap. super eod. de hæret. in sexto. tex. in §. gnu. clemen. 1. de pœn. & remissio. gl. idem esse censet de sacramento euchari-stiæ, quod probatur in d. c. 2. & in d. c. super eo etiam tempore interdicti sesecundùm Cald. de eccl. interdi. fo. 11. col. 4. & Sylu. in verb. interdictum 5. q. 7. vbi tamen obtentum est ne his, qui proximè sunt pœna morti puniendi Eucharistiæ sacramentum detur Sicut nec eis datur extrema vnctio: cùm ea tantum sit exhibenda his qui corporis ægritudine laborant, & ob eā in mortis periculo sunt constituti.

gratiæ & iust.fol.191.& id adeo verum est, vt non tantum corpus,sed nec eius ossa nec cineres possit in eum locum, à quo fuerit relegatus adduci, cum in dicta lege prima idem de ossibus & cineribus quod de corporibus damnatorum sit statutum,tametsi Ananias in c.2.de furt. & Hippo.in l. vltima numero quinquagesimo octauo. ff. de quæstio.existimauerint,posse ossa, vel cineres inconsulto principe in eum locum duci, quorum opinio magis est benigna quam vera,vt asserit Gualdensis de arte testandi.titulo de sepult.cautel.2.

Tertiò pertinaces hæretici [e] horumq; fautores & propugnatores nullum ius acquirunt inter sepulturas Christianorum,ex decreto ecclesię quod quicunque hęreticos credentes, receptatores, defensores vel fautores eorum scienter præsumpserint Ecclesiasticæ tradere sepulturæ vsque ad satisfactionem idoneam excommunicationis sententię se nouerint subiacere.Nec absolutionis beneficium mereantur, nisi propriis manibus publicè extumulent, & proiiciant huiusmodi corpora damnatorum. Et locus ille perpetua careat sepultura.Cuius rei ipsius naturæ religio & fidelium pietas iudicia expressit, ne pestilentissimi homines imo rabidissimi lupi gregis Christiani sepulchris immiscerentur.Simonis cadauer in Romano foro aliquādiu cōputruit. Cherinthi in balneo oppressum lacerumq; iacuit,Montani,ac Priscillæ & Maximilę de infœlici arbore suspenderunt, Theodoti ex aere cum cœlum petere tentaret graui lapsu confractum est. Sabellius turpiter occubuit.Manes in Perside excoriatus lupis & coruis præda fuit. Arius latrinas, Nestorius terræ horrendos hiatus pro sepulchro habuit. Suos habuerunt exitiabiles fines Nouatores omnes.

Quartò sepultura non patitur Iudæos Paganos & infideles,quoniam præter rectum & æquum esse iudicaretur eos mortuos sacris ecclesiæ priuilegiis facere participes qui ab eius communione vixerunt extorres. Canonis hæc verba sunto. Ecclesiam in qua Paganus sepultus est,non liceat consecrare neque missas in ea celebrare, sed iactare foras & mundare oportet.Et continuo post, Ecclesiam in qua

[e] Hæretici iure ipso quia sunt omnes excommunicati, debēt meritò ecclesiastica sepultura priuari. Nullus enim in excommunicatione decedens potest in loco sacro sepeliri, vt constat ex clemen. 1.de sepulturis. Sed ne quis fortè parum eruditus de hac re dubitaret, visum est ecclesiæ dignum esse, vt speciale de hac re conderetur decretum, quod omnibus hæreticis ecclesiasticam interdiceret sepulturam.& habetur in c.quicunque de heres lib.6 Et meritò quidē sic statutum est quoniam is pro quo orare non licet, indignus est, qui in loco sacro sepeliatur. Non enim ob aliam causam corpora in locis sacris sepeliuntur,(vt August. ait) nisi vt qui loca sacra ingrediuntur, pro illis,qui sunt ibidem sepulti Deū precentur. Et ob hanc causam in libro de cura pro mortuis agēda sepulchra defunctorum dicūtur monumenta quia mouent viuorū mētes,vt defunctorū recordētur.

qua mortuorum cadauera infidelium ſepeliuntur ſanctificare non licet ſed ſi apta videtur ad conſecrandum inde euulſis corporibus reædificetur.[f]

Quintò Lateranenſe conſilium [g] fœneratores pari pœna damnat niſi pœnitentia ducti de male ablatis doluerint, & male parta reſtituerint. Præſens ecce canon. Conſtituimus vt vſurarij manifeſti, nec ad communionem admittãtur altaris nec Chriſtianam ſi in hoc peccato deceſſerint accipiant ſepulturam, ſed nec eorum oblationem quiſquam accipiat. Qui autem acceperit aut eos Chriſtianæ tradiderit ſepulturæ, reddere compellatur, & donec ad arbitrium epiſcopi ſui ſatisfaciat, ab officij ſui executione maneat ſuſpenſus. Qui verò manifeſti vſurarij dicantur reperies in 6. Decretal. tit. de vſurariis. lib. 5.

Sextò nominatim interdicti & excommunicationis pœna publicati ab homine vel à iure idq; maiori quam vocant excommunicatione, eccleſiaſtica ſepultura prohibentur. Siquidem Clemens V. in Concilio Viennenſi hanc edidit conſtitutionem.[h] Eos qui propriæ temeritatis audacia, defunctorum corpora in cœmeteriis vel excommunicatos publicè aut nominatim interdictos ſcienter ſepelire præſumunt, decernimus ipſos excommunicationis ſententiæ ſubiacere. Qua non ſolum tales ſepelire vetat ſed & ſepelientes ſacris interdicit & Chriſtiana communione ſubmouet.

Septimò qui raptu, ſacrilegio, [i] peculatu publico, è præda viuunt, & indies crudeles factionum modos graſſantur in populum nec reſipiſcunt, nec ſatisfactioni ſeſe deuouere cupiunt penitus, à ſacræ ſepulturæ religione retruduntur, vt precipit & auſteriùs determinat Eugenius tertius cuius Decretum refertur Decret. lib. 5.[k] tit. decimo ſeptimo de Incendiariis raptoribus & violatoribus Eccleſiarum.

Octauò Gregorius nonus eccleſiæ ingreſſum & fidelium communionem, tum etiam poſt mortem pium parentandi & ſepeliendi catholicę ritum interdicit [l] perfidis iſtis nebulonibus, ſcurris & ſiccophantis indignas blaſphemias in Deum, beatam virginem & ſanctos euomentibus, nec

f Ex Vormacienſi Conci. cap. 80. & habetur. 13. q. 2. can. quæſitum eſt. ff. de caduc tollendis le 1. Lib. 5 dec. tit de hær. c. 1. De conſecrat. diſt 1. canon Eccleſiam.

g Conci. Lateranenſ. ſub Alexand 3 c. 5. lib. 5. decr. tit. 19. c. 3.

h De his præclara: & eximia decreuit Concilium Pariſienſe: ſub Ludonico, & Lothario Impp. li. 1. cap. 53. Item Clem. 5. in Conci. Viennenſ. lib. 3. hic autem de vſurariis manifeſtis, duntaxat intelligendũ eſt.

i 22. q. 1 c. Si quis per capillum.

k 6. q. 1. cap. quætor, & c. ſi quis.

l Cap. ad l. Iul. maieſtatis.

id immerito euenisse arbitrabimur si perpendamus quibus modis & quam iuste prohibeant execrenturq́; sacræ literæ porteta blasphemiæ. Quinimo suprema iura Imperatorum & Regum placita supremo supplicio adiudicant eos qui de ipsis potentibus aut de eorum statuis contumelias & scomata effunderit. Theodosij crudelis in Thessalonicenses animaduersio propter deiectam imperatoris statuam nota est.

Nono pabulo potius canum & luporum esse debent quam sepulturæ ij omnes qui pœnitentiæ remedio neglecto in manifesta peccati mortalis spurcitia decedunt & pertinacis scelerũ colluuie. Vt optime censet Gratianus delectatur.* Quibus eos enim (inquit) sacra loca non liberant, sed de culpa temeritatis accusant. Ibidemq́; can. Cum grauia, & sunt verba Gregorij magni.q Nam quod grauia peccata deprimunt ad maiorem cumulum damnationis potius quam ad solutionem eorum corpora in Ecclesiis ponuntur.

* 24. q. 2. c. quibus.

q Ex Gregorio hæc videntur exhausta esse, nã postquam ibi dixit quandã San Elimonsalem, quæ in Ecclesia sepulta fuerat, visam esse ibi cremari, ex eo colligit, quod quibus peccata dimissa non fuerint, ad euitandum iudicium sacris locis post mortem non valeant adiuuari.

Decimo omnes monachi paupertatis institutum professi qui corradendis nummulis studentes sine Abbatis aut superioris licentia cum peculio inuento moriuntur. Quod decretum ex Lateranensis Concilij canonibus exiliit: vbi habetur. Qui peculium r habuerit nisi ab Abbate fuerit ei pro iniuncta administratione permissum à communione remoueatur altaris, & qui in extremis cum peculio inuentus fuerit, & digne non pœnituerit nec oblatio pro eo fiat nec inter fratres accipiat sepulturam. Quod etiam de vniuersis religiosis precipimus obseruari. Petrus in actis Ananiam & Saphiram partem venditi agri contra votum seruãtes terribili ac subitanea morte mulctauit. Refert Hieronymus apud monachum vita defunctum in Nitria Aegypti inuentos esse centum solidos quos lina texendo acquisierat, eum autem S. S. Macari Pambonis, & Isidori sententia in sterquilinium humatum cum pecunia, dicendo pecunia autem tua tecum sit in perditionem.

r Monachus habens propriũ in morte, non debet cum fratribus sepeliri pro eo quod in peccato mortali moriuntur. 13. q. 2. pro obeuntibus. & 23. q. 5. placuit. c. super quodam.

s Vndecimo Gregorius quintus. Alexander tertius Innocentius, Eugenius & Concilium Lateranense cum Tridentino s eo Christiano more sepeliendos prohibuerunt

s Conci. Trid. de reform. c 19. Caieta[illegible] 2. 2. q. 95. artic. ad 3 argum.

runt, qui in duellis singulari certamine, hastiludiis & torneamentis (quæ vocant) perierint. Hi namque ludus cum ad ostentationem virium & vanam gloriam cum vitæ & animarum periculo fiant, merito prohibentur. libro quinto decretal. titul. 13. cap. 1. & 2. & ff. ad legem Aquileiam. [t]

Duodecimo Innocentius 3. in Concilio Lateranensi [t] anno domini 1215. cap. 20. sepulturæ officio priuari iubet omnes qui iuxtà ecclesiæ Romanæ ritum non vixerunt nec semel saltem in anno pœnitentes & contriti ad minus in Paschate Eucaristiæ sacramentum susceperint, cuius decreti æquitatem Patriarchæ Constantinop. & Hierosól. qui vna cum 70. Archiep. & 450. Episcopis huic concilio aderant, summis votis & calculis laudauerunt & perpetuo seruandam voluerunt.

> [t] Ex Concil. Lateranens. sub Alex. 3. c. 10. refertur & in Panormia. lib. 8. tit. 11. siue c. 148. & c. 1. eo. tit. in 1. Compilat. quod si quis in duello mortuus fuerit, quamuis ei poscenti pœnitentia non negetur Ecclesiastica tamen careat sepultura 2. q. 5. § sed qualibet.

Leprosi Christiani de consuetudine sepeliuntur in cœmeterio separato benedicto tamẽ. Excommunicati donec obtinuerint absolutionem in terra prophana sepeliuntur, post adeptam verò absolutionem, si videtur Prælato transferri possunt in locum benedictum.

DE PARROCHORVM HOSPITALITATE.

§ IIII.

APVD priscos gratis suscipiebantur hospites, & sacrosanctum fuit ius hospitalitatis. Ideo Paulus tam seriò hospitalem iubet esse Episcopum [a], & pastorem bona sua omnibus impertientem, pauperibus præsertim, & peregrinis amplius maximè verò propter Christum à natali suo pulsis & in mundo exulibus, ne ab infidelibus abacti solatij nihil inter fideles inuenientes concidant, & ad infidelitatem redeant. Philoxeniæ, siue hospitalitatis summa, & præclara merces.[a] Patriarchę angelos susceperũt hospitio cum se homines suscipere arbitrarentur. Abraham, [*] Loth, Gedeon, Manue pater Samsonis, & alij. Optimus Iob lętatur quod foris non manserit peregrinus, quódque ostiũ suũ semper viatori patuerit. Leo Papa 9. hospitalitate adeò insignis, vt domus eius pauperibus, & peregrinis semper pateret, cum leprosum ante foras suas inuentum diligenter in lecto suo locari iussisset, apertis manè foribus, ita

> [a] Isocrates de hospitibus hoc præceptũ tradit, ἅπασι μὲν τοῖς ξένοις ἀεὶ τὴν πόλιν παρέχειν, καὶ αὐτὰ συμβόλαια νόμιμα, id est, Omnibus peregrinis ciuitatem tuam præsta, et legitimã ad contracta facienda.
>
> [*] Genes. 19.
>
> Iob 31

non inuenit creditum pauperis nomine Christum eo loci iacuisse. Petrus apud Clementem Epistola prima inter alias presbyteros docet, Charitatis recipiendæ & habendæ maximum erit fomentum si frequenter inter vos communem cibum vestrum mensamque faciatis & quantum quisque præualet, crebrius panem salemq; suum cum fratribus sumat, per hæc dilectio comparatur & causa boni totius in huiusmodi communione consistit, ideo communes facite cibos vestros cum fratribus, secundum Deum per hæc tēporalia officia pacis & charitatis fructus æterna gaudia cōparate Multo autē sollicitius esurientes reficite, sitiētibus potū, nudis vestimentū date, ægrotos visitate, vinctos iuuate, peregrinos in domibus vestris suscipite exēplo piissimi Patriarchæ Abrahę.[c] Si S. Apostolus miseras huius sæculi corruptiones viuēs hic experiretur grauioribus cōcuteretur doloribus, cùm adeo consopita & frigida sit charitas fraterna vt frater à fratre vix secerni queat. Quantum ab hac pietate abhorreāt personati illi Pręsules & Abbates, quos cōmendatarios vocant pudet dicere. Quorū exēplo cæteri Sacerdotes siliceas habent aures pauperis peregrini querelis & planctibus, Polymestore, Diomede, Busyride Scytis ipsis & Thracibus crudeliores. Frustra pij religiosiq; homines ex sacris præcipuè mendicantium ordinibus eorum pulsant fores, stipem petunt, aut noctis subdio solamen, ignorantiæ illa capita, pium Monachorum genus exosum habent, interea compotationibus indulgent canes, equos, scorta, mimos & lenones fouent ex patrimonio pauperum, & peregrinos excludunt. Sunt alij parum mitiores & humaniores in illis Germaniæ partibus & aliqua earum vicinia, qui vt lautos se hospites exhibeant peregrinis plerunque solitis poculorum certaminibus ita vino eos obruunt vt vbi terrarum degant nesciant, Pręposterus est hic honos, eximiore reuerentia vult excipi Charitas. Quidam vtrisque peiores meo iudicio censentur, qui fratres eiusdem vitæ instituti hospitio suscipientes, non in propriis ædibus sed ad cauponarum & tabernarum mensas renitentes etiam pertrahunt, vbi liberius prauitatis rudi plebi indicia offerunt, nugis contendunt seinui-

cem

[c] Ex hoc pio Abraha studio, exortum haud dubio est, Apostolicum illud preceptum de hospitalitate colenda, quam nō solum Parocho inesse vult, sed etiam omnibus Christianis communem esse precipit. Hanc igitur virtutem, tanquam verè heroicam: dictu mirum est quantopere amplexi sint vetustissimi illi Christiani, imprimis monachicam vitam professi: qui in hospitalitate sectanda pium quoddam inter seipsos certamē sumpserunt, dū quisque peregrinos & hospites. inseruisse glorio sum & singulare putaret: & ingenti ignominia notatus erat cui non contigit hospites communicasse. Erat olim Romæ Pammachius patriciū genere, ac summæ operum vir, & Paula Romana matrona gener. Hic mortua vxore, monachi institutū, hortāte ad id Hyeronimo, secutus est, & opes suas in pios vsus insumere instituit, & xenodochium in portu Romano

cem inuitant & prouocant poculis, plausus & risus inconditos, inanes fabulas referre & cantare inter epulas solent. Bone Deus quantum prophanatur sacer honos qui tibi debetur, quot scãdala ex hac sacerdotum obscura nube oriuntur. A crapula ad libidinem deinde tradũtur, Nõ Aethnei ignes, nõ Vulcania tellus non Vesuuius mons tantis ardoribus æstuat vt eorum medullæ vino plenæ & dapibus inflammatæ. Siccine hospitalitatis exercetur ratio? siccine obliuiscitur Sacerdos nominis sui, vt pium charitatis affectum in ciborum & gulę ingluuiem transmutet vt blãdi illius dæmonis ebrietatis totus flectatur imperio, non vt faciat peccatum sed vt ipse totus sit peccatum? Mallem profectò incidere in Busiridis[d] aras, quã in istos sęuissimos Potatores qui inuitos ad suipsius carnificinam cogunt.

Quod genus hoc hominum quaue hunc tam barbara morem
Permittit patria?

Ea non est Sanctorum Patrum voluntas, vt ad hospitale soluendum munus extra rationis & cõtinentis temperantiæ metas exeatis. Non fuit ea mens Apostolorum dicentium. Beneficẽtiæ & cõmunicationis nolite obliuisci talibus enim hostiis promeretur Deus Hospitalitatẽ sectantes, hospitales inuicem sine murmuratione. Non sic sunt opera misericordiæ exercenda. Decet proculdubio Curatum hospitalem esse pro qualitate personarum & necessitate & facultatibus propriis sed non sceleroso luxu & superfluitate. Id autem quicquid fit modo sincera charitate comitetur, pauperibus clericis elargiatur vt digne Apostolorum canones tradunt, Si quis episcopus aut Presbyter clerico ex inopia laboranti necessaria non suppeditauerit à communione reiiciatur, si perseuerat deponatur, vt qui fratrem suum necauerit. Pupillos viduas & desolatos consoletur & visitet nam religio munda & immaculata apud Deum & patrem hæc est visitare pupillos & viduas in tribulatione eorum & immaculatum se custodire ab hoc sæculo Iacob. 1. cap. Ille enim recipit decimas à plebe vt ex illis partem pauperibus largiatur dicente Augustino serm. 299. de Tempore Decimæ tributa sunt egentium animarum.

incepit. Audiuit (inquit Hieronymus) xenodochium in portu fecisse Romano, & virgam de arbore Abraham in Ausonio plãtasse littore.

d Erant olim effers & barbari homines, qui in peregrinos sæuire ausi erant, & nullã aliam ob causam à veteribus prosecuti sunt, infaméisque redditi. Busiris solitus erat omniũ gentiũ hospites si quos nactus esset, immolare. Hunc sceleratis hominis morem, Vergilius hoc versu insectatus est.

Aut illaudati nescit Busiridis aras. Illaudatus est, vt A. Gellius interpretatur, quasi illaudabilis, qui neque mentione, aut memoria vlla dignus, neque vnquam nominandus est. Hãc sæuitiam æquauit Diomedes Thracia Rex quem Poetæ referunt solitum omnes peregrinos mandendos immanibus suis equis præbuisse.

QVIBVS

QVIBVS CAVSIS CVRATVS A BENEFICIO SPOLIETVR ET DEPONATVR AB OFFICIO.

§ V.

MVLTIS variisq; de causis iure[a] vel sententia parochi debent à beneficij fructibus perpetuo carere, quarũ maiora & grauiora hic cõplexi sumus capita. Primò si concubinam tenens admonitus & suspensus vel excommunicatus non desistat, per episcopum vel archiepiscopũ est à suo beneficio remouendus imo secundum antiqua iura ob simplicem fornicationẽ perpetuò spoliatur & deponitur. Secundò Si non resideat in suo beneficio sat s admonitus est deponẽdus. Tertiò si confessionẽ sacramentalem reuelauerit. [f] Quartò Si indignus sit pomotus ita de cernente. Cõcilio generali Lateranẽsi vt superius diximus, Curatus etiam negligens & inutilis inuentus tanquam indignus est ab officio & beneficio amouendus. Et qui Simoniacè promouetur, qui vi iniustè occupat aliud beneficium ipso iure primo & secundo priuatur.

Si quis habens personatum vel dignitatem cum Cura animarum & aliud beneficium & dignitatem cum cura recipiat, non tenet collatio ipsi facta sed irrita est ipso iure extra de electione cap. nemo.

Si hæreticus existens aut hæreticorum fautor receptator vel defensor ad nullum ecclesiasticum beneficium est admittendus quod si secus factum fuerit decernit irritum & inane Alexand. 4. extra. de hæreticis cap. 2. §. Hæretici autem cap. 6.

Quicunque ad preces huiusmodi virulentorum hominum hæreticorum scilicet, beneficia quęcunque obtinent priuati sunt ipso iure, etsi scienter talia receperint. De hæreticis cap. 2. §. ad hæc in 6.

Filij hæreticorum in hæresim motuorum vsque ad secundam lineam paternam sunt inhabiles ad beneficia ecclesiastica Clemens 4. de hæreticis.

Si ante vigesimum quintum annum prouideatur quis parrochiali cura, irrita est collatio Greg. de electione cap. licet

[a] Beneficium duobus modis amittitur, ipso iure, vel per sententiam. Primo beneficium amittitur ipso iure, quãdo instituitur ob aliquã caussam criminis, fortè aliam iustam, beneficium amittendũ, v. in casib. variis qui hic adscribuntur. Idem ferè est ipso facto, quod ipso iure c. 2. vt cler. vel mon. &c. lib. 6. vt si lex priuet, quẽ ipso facto, id est, simulácque, fuerit crimen commissum, sicut lesa maiestatis, vel hæresis. l. quisquis C. ad l. Iul maiest. c. cum secundum. de heret. in 6. quia hoc casu factum lex notat, & non sententiam. l. palam. circa fin ff. de ritu nupt.

licet nec ante talem ætatem.25.annorum alicui commendare potestatem ex causa vltra semestre alias irrita est. Extra de electione cap.Nemo.in 6.

Si curatus infra annum,à sibi regiminis commissi tempore numerandum non fiat Sacerdos,nisi ob studium impediatur aut alia quauis iusta ratione vt latiùs in prima classe differuimus. [b]

Si curatus factus,non intendens sacerdos fieri infra annum sed fructus accipere,per annum priuatur ipso iure & ad restitutionem tenetur. [c]

Habens curam annexam prebendæ nisi in ea cura posuerit vicarium perpetuum sit ipso facto ea priuatus.

Sunt & cæteri casus prioribus non inferiores quibus non solum sacerdos est ablegandus à beneficio, sed mulctis iuris puniendus, vt qui vi ingreditur possessionem beneficij,ius quod in eo habet,iure ipso amittit.

Schismaticus ipso quoque iure beneficium amittit.c.nos consuetudinem.12.dist. [d]

Et propriè is dicitur schismaticus qui se ab vnitate ecclesiæ Roma.diuidit,ac is qui constituit sibi ecclesiam ordinando clericos,& sacerdotes, episcopatus & beneficia conferendo.

Vt enim scirent homines quam graue & detestabile sit hoc crimē,ostendit Dominus in Datham & Abiron, quos terra viuos absorbuit,patet etiam in cap.denique, 7.quæst.1.& in ca in nomine,13.distin.& quicunque episcopatum, vel beneficium à schismatico accepit est excommunicatus,vel si ordinationi suæ consentiat,cap 1 schisma. [e]

Amittit etiam beneficium ipso iure is qui perpetrauit crimen læsæ maiestatis,necnon omnia bona, l. quisquis, C.ad leg. Iuliam. ma.c. cum secundum leges, de hæretic.lib.6. [f]

Præterea simoniacus ipso iure priuatur beneficiis,c.insinuatum.

Intellige quando crimen est notorium, secus si occultum,quia tunc veniret priuādus, nisi rehabilitetur,c.presbyter,1.q.1.Panor & alij in c.nisi,de renun.

Limita quoq; in resignationibus simoniacis,[g] quæ non

Q valent

b Non promotus intra annum ad sacerdotium obtinens Parrochialem Ecclesiam est ipso iure priuatus c. licèt cau. de elect.in 6.

c Cap.cum qui de praeben.lib.6. & infamis fit.l. fin ff. ad leg. Iul.de vi priu.

d Glos.in sum. 24.q.1. Panor & alij in rub. de schismat. & Io.de Anania,in rub. de schisma. dicit istos à Deo necnon ab hominibus puniri.

e Hoc expressè docet Angel. de Clauasio in sua sum. in verbo. schismat. §. 3. dicens solum Papam in hoc dispensare. cap. quia diligentia. de election.

f Nam de crimine hæresis ad hoc crimen bonum est argumentum,per gl. in l. Manichæos. C de hær.gl in c 1 de sent.li 6.

g Hoc expresse docet Inn in c. cùm vniuersorum. in fin. de rerum permut. Archidiaconus. in c. dudùm.in princ.de præb. in 6.Domin. de Rota decis.263. nota quòd resignatio,in antiq. sub tit. de renū. decis 7

valent in præiudicium resignantis, ideo qui per simoniam resignauit, videtur quod iterum posit resignare. glo. [illegible] & doct. in cap. super hoc, in verb. pecuniæ, de renun.

Actio diuersitatis est, quia per renunciationem nihil iuris quæritur illi, in fauorem cuius fit resignatio.[h]

Secus est in collatione, per quam ius quæritur, c. si tibi absenti, de præbendis in 6 Ideo facta simoniaco nulla est, quia dando pecuniam, vel alius simoniam committendo. fit inhabilis. c. ordinationes.[i]

Adhæc ipso iure perdit beneficium is, qui crimen sodomiticum commisit, grauissimum enim est crimen. c. mulier. 15. q. 1. vt iura armētur gladio contra reos huius, l. cum vir, C. ad legem Iul. de adulter. & hoc crimen apostasiam a natura vocat Lucas de penna in l. 3. & seq. C. de exactor. & except. lib. 12 Barb. consi. vlt. in 1. vol.

Percutiens Cardinalem. c. felicis, de pœnis, in 6. vbi adduntur aliæ pœnæ.

Idem si quis iniuriosè, vel temerè percusserit episcopum, aut cœperit, seu bannierit, vel hæc mandauerit fieri, ratúmve habuerit, hoc ipso priuatur beneficiis clement. 1. de pœnis.

Idem quoque est in homicida qualificato, videlicet in assassino, & conducto pretio ad aliquem interficiendum, vt capite primo de homicid. libro sexto Alexand. consilio centesimosexagesimosexto in 7.

Idem si parentes interfecerit, vel eorum alterum, siue fratrem c. inquisitionis, vbi Fel. colum. 1. de accus. Ioan. de Annania cons. 63. præsupposito.

Falsarius literarum Papæ beneficium amittit ipso iure. c. ad falsatiorum, de crimine falsi.

Idem post professionem in religione factam non antea, c. beneficium de regul. lib. 6. & antea non valet collatio, etiam facta professione, teste Paul. in consi. 432. cum statutum, in fi. in 1. vol.

Item si beneficiati alicuius ecclesiæ rectorem, vel clericum alium ipsius ecclesiæ, per se, vel alios occidere vel mutilare præsumpserint, beneficium prorsus amittunt. c. in quibusdam. de pœnis.

Item

h Cap. quod in dubiis, & c. admonet. de renuncia. Ideò is qui dedit pecuniam ad habendum beneficiū, non potest priuari iure, quòd non habet c. sernum. de capitis diminutione, in institut.

i 1 q 1. & c sanc. 15. q. 3. c. inquisitionis, de accus. Rebuff. in tract. de pacif. possess. in 4. limita. & in addit. ad 10. Naucler. in tract. de simon. in pœnis, quas ibi contra simoniacos congessit.

Item is qui coegit clericum resignare suum beneficium forte carceribus eum premendo, donec resignauerit.cle. multorum,de pœnis, & resignatio coactè facta nullius est momenti,ibidem.vide cap.sciant,de electio.libro sexto.[k]

Item apostata à fide beneficium amittit, quia plusquam hæreticus est,vt docet Azo in summa C.de apostatis, & ad clericatus officium admitti non debet.c.penul.& si.50. distinct.& Prouerb.6.c.dicitur, *Homo apostata vir inutilis*, & is est,qui a fide discedit,est quoque alterius generis apostata dictus scilicet cum transgreditur præceptum, alius etiam irregularis, vt quando dimittit habitum & religionem. glos.notat in cap.de aposta. qui duo postremi non sunt ipso iure beneficiis priuati,vide Panor.& alios ibidem.

Per sententiam quoque beneficium amittitur, quando priuationis sententia requiritur post crimen,vel aliam causam,vt communiter,nempe si quis homicidium committat,per sententiam est suo priuandus beneficio.[l]

Ideo potest quis ante sententiam priuationis resignare, cū non antea sit priuatus.c.fraternitati,de cle. excom.mi.[m]

Nisi quis impetrasset illud beneficium cum clausula, quo per cessum aut priuationem impetrandi debererur, tum quia hæc clausula reseruationem importat, quæ est sublata in Francia. Ideo resignatio bona est etiam si post priuationem fuerit appellatum à sententia.[n]

Sacrilegus quoque suum amittit beneficium per sententiam priuationis.[o]

Bannitus perpetuò etiam beneficium perdit quia priuandus est,cum beneficio seruire non valeat. Panormit.& alij in cap.cum non ab homine.de iudiciis,& in c. 2.de arbitr & ita visum fuit Senatui Tholosano,anno 1539. in vigilia Natiuitatis.

Periurus amittere debet beneficium per sententiam, quippe non merentur regere ecclesias,qui sunt irretiti crimine periurij

Exterus etiam est beneficio priuandus. & qui per collusionem obtinuit beneficium, tum qui improbè in alienas lites coëunt c.audiuimus.de collus.deteg.

Incendiarij clerici beneficia amittunt, quia de iure ciuili

k Notat Abb. in c.at si clerici. de iudiciis. col. 4. vers. 5. nota Decius. in d c at si clerici.in princ. colum.penult. Abbas in cap. fin de celebri miss.

l Cap clericus, ubi honore priuetur, & loco,ne cler. vel mon.c. ex literis.de excess. prel. Pan. in c.vlt. ibid.& sic requiritur factum & manifestum beneficiarij.& sententia priuationis iudicis.

m Fel Deci.& de Ripa in c.2. de rescr.& Fel. in c. inquisitionis.de acc.Aufr. in decis.Thol q. 436.

n Per l.qui à latronibus §.fi. ff de test. & nouissime Episcopus Vercen. in magno consilio per resignationem cuiusdam scelesti priuati, dummodo sententia illius priuationis & processus.

o Cap venerabilis.de election. vbi nunquid enim c quemadmodum de iureiurand.

uili capite puniuntur. p

A quo & quomodo sit deponendus Curatus Domini. Innocentius tertius docet de hæreticis c. cum ex iniuncto dicens quod si forte necessitas postularet vt sacerdos tanquam inutilis & indignus è cura gregis debeat remoueri, agendum est ordinatè apud episcopum ad cuius officium tam institutio quam destitutio sacerdotum noscitur pertinere. Depositio autem, priuationem importat legitimæ executionis ordinum, officiorum ac beneficiorum ecclesiasticorum, quemadmodum & suspensio non tamen ad tempus vel simpliciter cum spe relaxationis, sed absolute absque vlla spe restitutionis, remanentibus tamen priuilegiis clericalibus fori, &c. si quis suadente. 17. q. 4. qui conuinci non potest in iudicio sæculari nec puniri à laicis. Est autem depositio, remotio ab altaris ministerio quę cum simpliciter fit, perpetua intelligenda est absque vlla spe restitutionis, licet non exprimatur, vt per gloss. not. in c. 1. in gloss. fin. l. dist. At vero communiter pro nullo crimine Clericus deponi potest nisi in iure habeatur, vel crimen ipsum sit graue, aut secundùm quosdam, non solum, sed multiplicatũ propter verba quæ leguntur in c. 6. tuæ. de pœnis. Clerici in latrociniis vel aliis magnis sceleribus deprehẽsi. depositionis rei. Pœna autẽ depositionis ita cõsideratur quod. vbicunque pro aliquo delicto venit imponenda multa vltima scilicet mortis supplicio, ex præscripto legis ciuilis tum, de iure canonico in locum ipsius subrogatur. Quod refert ac sequitur Felinus in cap. qualiter. .2. §. ad corrigendos. columna quarta de accusationibus ita limitans tamen, nisi de iure canonico alia pœna tanquam ordinaria imponatur nec id temere propterea quod iure habita ratione flagitiorum diuersitatis quoque variè Depositionis pœna infertur, aliquando simpliciter, vt in c. Accedens. d. 50. & c. si quis à proprio Episcopo depositus. 21. quæst. 5. quo tempore nihil aliud reo relinquitur, præter laica communio interdum adiuncta alia pœna positiua veluti est, inclusio in Monasterio. c. dictum est. d. 8. aut alio in loco prout episcopo visum fuerit c. Sacerdos. d. dist. 81. nonnunquam etiam apposita damnatione ad perpetuos q carceres.

c. 27.

p capitali. §. incendiarij. de pœnit. vbi de ie text. plerumque ... & pessimam, & depopulatricem & horrendam incendiariorum malitiam authoritate Dei, & Beatorum Apostolorum Petri & Pauli omnino detestamur: vt ait Inn. in c. pessimam. 23. q. 8

q Clericus detrudi ad tempus determinatum pro pœna delicti ad carcerem adducari, quando ad duos, vel tres annos, plùs aut minùs, iuxta flagitij qualitatem, condemnatur, & tunc eo tempore exacto, statim liberari debet. Quo verò tẽpore reus in carcere est, sic tractabitur, prout in sententia præscriptum fuerit. Ad tempus autem indeterminatum adducitur aliquis carceri pro pœna sceleris ob incorrigibilitatem vnius vel plurium delictorum, & tunc retinere potest in carcere, quousque iudex cognouerit ipsius pœnitentiam, ac futurã emendationem,

cap. 17 de verborum ſignif.&c. vnico diuinis exemplis de pœnis in extrauag. Proinde Abbas hæc ipſa conſiderans in dicto capitulo tuæ de pœnis,bene ait, vbi pro delicto imponitur pœna mortis de iure ciuili,tunc depoſitum trudi in carcerem perpetuum, vbi vero imponitur alia pœna citra mortem, tunc detrudi in monaſterium. Circa quod notandum eſt etiam ſecundum eundem Àbbat.in cap.fin. de celeb. miſs. ad depoſitionem presbiteri non ſemper queri dolum,nam ſupina ignorantia æquatur dolo, quoadhoc. Crimina autem depoſitioni, pœnis vindicăda quæ ſint,patent clariùs enumerata apud canoniſtas. Illa autem quæ vel ſuſpendi, vel deponi,vel degradari merentur ad tria genera ac quaſi capita reduci poſſunt ſecundùm Hoſtienſem.Goff.& gloſſ.Ray,enormia,mediocria, ac minora iiſque applicantur & inunguntur prædictæ tres pœnæ Suſpenſionis,Depoſitionis ac degradationis. Enormia ſecundum eoſdem ſunt homicidium voluntarium, & caſuale præcedente culpa,Simonia in ordine ac beneficio quibus addit etiam hæreſim Goff. 1. q 1.c.ventum.Mediocria ſunt ſecundum Archie. Adulterium, furtum,ſacrilegiŭ,periurium fraus cŭ dolo,inceſtus ex Deceſſ.Prælatorŭ c. clerici & ſimilia adulterio maiorã,atque fornicatio notoria cŭ incorrigibilitate poſt admonitionem Minora quę ita vocătur reſpectu grauiorum ſint veluti venatio in clerico ludus aleæ ebrietas tumultus ſtrepitúſque in Synodo & ſimilia adulterio minora. Mitiùs etiam corrigendus eſt denunciatus de crimine aliquo probato, quam inquiſitus conuictus ſuper eodem crimine, quia finis inquiſitionis eſt, inquiſitum conuictum, aut confeſſum punire aliqua pœna pro iudicis arbitrio, [r] in vindictam communis boni potius,quam priuati ratione habita, vt ſuprà dictum eſt,ex capite vigeſimoprimo de accuſat.& gloſſ.ibidem. At finis denunciationis non eſt ad vindictam, aut pœnam, ſed ad correctionem,ac pœnitentiam,vt in capitulo decimoſexto ſuper his.de accuſat.Vnde tantum requiritur, vt iudex verbis denunciatum increpet,moneatq; vt pœnitere, atque emendare velit exceptis tamen ſupradictis duobus caſibus homicidij,ac Simonię,in quibus denunciatus perinde

interea q; reus miſſus, aut dariùs à iudice extrahi poteſt, prout res exigit. Ad perpetuos verò carceres,condemnatur aliquis, cum ſacro canones,vel iudex propter criminis atrocitatē sua puniendum eſſe iudicauerit.

[r] Animaduertat autem iudex quod ſi reus nō teſtium probationibus coactus ſed ſponte,ac ſua voluntate crimen fatetur,leuius ſit corrigendus, iuxtà illud quod habetur in c. presbyterum. d. 50. vbi propterea ait gloſ. Mitiùs agitur cum confeſſo, quàm cum conuicto, vt in c.de his vero diſt. eiuſdem. & 15. q vlt c. ſi quis Presbyter & d. 65.c Quia ſimpliciter. & 1.q. 5.c.præſentiam. Sponte autem dicitur aliquis ſuum fateri crimen quando nulla præcedit examinatio teſte gl. in c.ſi quis Preſbyter d.24. Sed ſi metu & timore probationem aliquis confitetur crimen, is habetur pro conuicto.

ac ſi

Notandum est cum iurisconsulto quod si crimen impediat ordinum executionem sit depositio, id est, priuatio sicut in accusatione, sin tantum beneficij possessionem, sit priuatio à beneficio, ita vt neque hanc pœnā moderari possit. Quod tamen ita intelligendum est, huiusmodi crimina, instar accusationis puniēda esse, quod hoc, vt priuentur officio, & beneficio: non tamen quo ad depositionem, vt in gl. in c.21.§.1.de accus. quia effectus inquisitionis non est depositio, sed priuatio administrationis, vel beneficij. c.12. per tot. de simon.

ac si fuisset accusatus vt testatur gloss. in dicto capitulo vigesimoprimo §. primo de accusat & hoc prouenit ex natura horum duorum criminum, quæ licet sint occulta, annexum tamen semper habent executionis impedimentum, etiam post factam pœnitentiam. Imo in nullo alio occulto crimine (inquit glos. ibidem) impeditur executio post peractam pœnitentiam, præterquam in homicidio (& hoc idem probatur de tempor. ordin. c. Quæsitum) & in Simonia, de quo scelere satis profusè superiùs diximus. Quædam sunt crimina, quæ impediunt executionem ordinis, vel beneficij retentionem, etiam post peractam pœnitentiam, quantumcunque sit crimen occultum, vt homicidium, nam homicida non potest vnquam sine peccato ministrare in ordine suo quantumcunque est crimen occultum. d. 50. c. Miror. & in c. fi. de temp. ord. & in c. Sicut. 1. de homicid & idem in Simoniaco in ordine, nam cum ordo sit vitiosè receptus, nec habuit executionem vnquam, ex pœnitentia potest hoc purgari & ordo intus ortus occidit, vt dicit tex. 1. quæst. 1. c. Quod quidam. Propterea volunt aliqui, vt denuncians contra aliquem in his duobus casibus homicidij, ac Simoniæ, se ad pœnam talionis obligare debeat, cum æquè puniantur denunciati, vt accusati. c. Super his. de accusat. quod tamen Glos. in dicto capitulo inquisitionis, non admittit, sed arbitratur, quod tantum debeat se obligare ad pœnam extraordinariam. Sicut excipiens. d. c. Super his. Quod autem denunciatus, & accusatus æquæ puniantur in homicidio, ac Simonia, videtur nobis verum quoad remotionem administrationis ordinis, ac beneficij quemadmodum etiam de inquisito, & hoc propter naturam illorum duorum criminum, quæ semper hoc secum afferunt, vt dictum est superius, non autem quoad integram Depositionē, veluti in accusatione, alioquin idem essent in homicidio ac Simonia, denunciatio & accusatio, quod tamen affirmandum non est: nam aliud est denunciatio, & aliud accusatio, vt habetur in capite decimo sexto, super his. de accus. & maioris quoque esset vindictę denunciatio, quam inquisitio, quod est contra naturam vtriusque, nam inquisitio fit ad pœnam arbitrariam

Iudicis,

Iudicis, æquitati tamen consentaneam, & denũciatio tantum ad emendationem, nisi denũciationem statim sequatur inquisitio, vt plerunque fieri solet in criminibus grauioribus, quoties enim quis de crimine enormi denunciatur, communiter non proceditur contra ipsum, nisi per inquisitionem veritas prius eruatur, & tunc inquisitionis modo denunciatus puniri videtur, vt ostendit Gloss. in d. c. Inquisitionis. §. 1. cum ait, denuntiator autem in probatione criminum alicui Clerico præsertim prelato obiectorum deficiens, ab officio, & beneficio suspenditur, donec innocentiam suam canonicè purget, scilicet quod non calumniandi animo ad huiusmodi crimina proponenda processerit, vt ceteri illa pœna perterriti ad infamiam aliorum facilè non prosiliãt, maximè suorum prelatorum, quia pœna vnius, est metus alterius. Idcirco cautela summa est habenda non solum in denunciatoribus sed etiam in testibus multi enim comperiuntur laici [t] flagrantes magno odio in clericos. Si enim denuncians non probat, quod intendit (inquit Gloss. in dicto capitulo secundo de calumn.) calumniari præsumitur, sicut in accusatore secũda quæstio. tertio capit. Qui non probauerit, quod obiecerit pœnam, quam ipse intulerit, patiatur & C. de aduocatis diuerso. iudicium. l. s. Quod si Denuntiator se omnino purgare voluerit, quod non odij, neque calumniæ causa: sed bono tantum zelo adductus, propter talia signa perspecta, vel talia verba audita crimen suspicatus denunciauerit, cum aliter probare non valuerit, per iuramentum facere poterit: gloss. in dicto capitulo secundo de calumn. Quod si denunciator huiusmodi per fraudem, & callidè egisse reperiatur, tunc vt calumniator iuxtà sacros Canones puniendus est, non pauci enim inueniuntur, qui cum volunt alicui per calumniam crimen intendere, quod probare non possint, astutè, ac subdolè Denunciationis specie vtuntur. Qui propterea maiori etiam pœna afficiendi essent, quam accusatores, ac Testes aperti, quandoquidem calumnia tecta plus obest, quam nuda & clara. Nam accusatores, ac testes aperti ante oculos ponunt, quod intendunt & Denunciatores tales cum fraude, ac per malitiam agunt &

[t] Laici plerunque Clericis opponendo sunt infesti ideo promissum est, vt Laici in causa criminali, testes esse contra eos non queant, etiam si suam, vel suorum iniuriam prosequantur, vt in d. c. 14. de testib. & attest. Quod procedit etiam contra clericum in minoribus, vt sentit Dom. in c. sicut Sacerdotes. 2. q. 7. refert Fel. in d. c. de cætero in prin. Id tamen fallit in crimine notorio, prob. in text. quem dicit ad hoc optimum Abb. in c pen. de purg. Canoni. Idem etiam in criminibus exceptis, videlicet Simoniaca, hæresis, ac læsa maiestatis: ita notat gloss. in c. cùm p. de accusa. verbo Laicus. Vbi etiã notandum est: quod si duo clerici dicerent Titium tale delictum commisisse, & duo laici assererent illum eo die secũ fuisse, ita vt illum tale delictum commisisse non esset possibile: statur laicis.

& clam quiq; per insidias sub specie pietatis ac zeli [illegible] tum virus euomunt, vt eorum versutiæ,& caliditati [illegible] fides habeatur, vnde insons accusatus aperto Testi, & accusatori facile obstare, sed denuntiatori tali difficulter potest, cum eius nequitia ipsum lateat. Hic non est dormitandum, hic non est titubandum, vbi de criminis & vitæ ratione habetur quæstio, Iudicem decet inflexibilem, sed discretum [v] & virtutis acie falsas testium machinas discreto examine discutientem, ne illæsis coruis vexet censura columbas. Quisquis igitur ille est (inquit sacer Canon) qui crimen intendit, in iudicium veniat. nomen rei iudicet, vinculum inscriptionis arripiat, custodiæ similitudinem (habita tamen dignitatis æstimatione) patiatur, nec impunitam sibi nouerit licentiam mentiendi, cum calumniantes ad vindictam poscat similitudo supplicij. Caueat itaque vnusquisque ne aut linguam, aut aures habeat prurientes, id est, ne aut ipse aliis detrahat, aut alios detrahentes audiat quia non solum ille reus est, qui falsum de alio profert, sed etiam is qui aurem citò calumniantibus præbet, sedens (inquit propheta) aduersus fratrem tuum loquebaris detrahendo, & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum &c. Parcant singuli detractioni linguæ, custodiantque sermones suos, & sciant, quia cuncti qui de aliis loquuntur, sua sententia iudicabuntur. Nemo inuito auditori libenter refert. Officium singulorum sit dilectissimi, non solum oculos castos seruare, sed & linguam, nec quid in cuiusquam domo agatur, alia domus vnquam per eos nouerit. Habeant omnes simplicitatem columbæ nec cuiquam machinentur dolos & serpentis astutiam ne aliorum supplantentur insidiis. Sed cum commodior huius tractandæ materiæ locus proximè immineat laconica secundæ classis hic erit Periodus.

*

v Discretum [illegible] esse [illegible] quia falso [illegible] [illegible] verbera Gelasij Papæ inquientis. Si quis [illegible] non probandum detulerit [illegible] intelligat, se [illegible] sustinere: vt [illegible] dispendio discat, sibi aliena verecundia impune insidiari, saltem de cætero non licere. An autem obiicimus contra clericum nō confirmatum, hoc est, ante confirmationem, & causa succumbens, aliqua certa pœna afficiendus sit Host. & plerunque Doct. affirmant castigandum pœna n. 1. de ele. lib. 6.

OECONOMIAE CANONICÆ

TERTIÆ CLASSIS.

De Episcoporum dignitate, Episcopatus & Presbyterij discrimine & optimi Præsulis descriptione.

CAPUT PRIMUM.

Episcopi & Episcopatus definitio & Reuerem

§ I.

COMPENDIOSÆ nominis Episcopi definitioni maximam nobis adferet lucem Etymologia [a] quæ veluti ex deriuatione & certis definitionis attributis propriam vocis perscrutatur originem. Delectamur etenim communi notionum intelligentia, nobis magis obuia, & ab hac omnis rei propositæ essentia solet adamussim explicari. Ne ergo ab antiqua docendi nostra methodo digrediamur, ab his singularibus quæ sensibus exposita sunt, dicimus episcopi nomen esse Græcum, Latinis non tamen ignotum, & ab ipsa vocis significatione quos Græci episcopos, nos superintendentes vocamus. Inter varia linguarum idiomata, soli Syri cum Latinis primam appellationem retinuerunt episcopi quem Episcopach. אפיסקופא frequẽtius tamen קשישא Kaschischa senem vel seniorem dicunt, ex communi presbytero-

[a] *Etymologia in definitione vocum maximam adfert lucem, qua vtitur Pomponius Iurisconsultus. in l. 299. pupillus. §. vrbs §. oppidum. §. territorium. ff. de vero signific. tit. 16. lib. 50. Cicer. lib. Topicorum ad Trebatium.*

rum titulo, cui affinis eſt vox illa qua Dyonifius epiſcopos ἱεράρχας, Ignatius vero ἀρχιερέας Hæbreis פקידים Pekidim verbo deducto ab illuſtratione & ſplendore, Epiſcopatus vero quod quadam vitæ claritate & fulgore lucere debeat iiſdem פקדה pekudah dicitur. [b] Sed veluti vicaria eſt ſignificationum & opinionum ſeges, ita etiam in ſacræ ſcripturæ interpretationibus multi loquendi modum ignorant, maximè noui teſtamenti, quo epiſcopi nominantur presbyteri, ac presbyteri epiſcopi hoc tum hinc animaduerti poteſt ex cap. 29. Apoſtol. Actuum, tum ex epiſtola ad Titum & ex ea quæ eſt ad Philippenſes prioreq; ad Timotheum. Nos tamen qui eccleſiæ nomine & auſpicio accuratius ſacra myſteria contemplamur ſcimus epiſcopos pontifices ſummos ſacerdotes principes ſacerdotũ & nonnunquã humilitatis ergo ſeniores ac presbyteros affinitatis cũ ſacerdotibus nomine cõtracto, cũ quibus adminiſtrandorum olim ſacramentorum & moderandæ eccleſiæ partiebantur onera. Explorata itaque nominis vi & origine puram & rotundam definitionem inquirimus quam aliunde nobis proficiſci nõ poſſe exiſtimamus commodior quam ab Ignatio, [c] qui ad Trallianum ſic loquitur. *Quid eſt epiſcopus niſi qui principatum omnem & poteſtatem ſuper omnes obtinet, quiq; quantum fieri poteſt ab homine eſt imitator per omnia Chriſti.* His conſentit Clemens Romanus in diataxibus libro ſecundo capite decimo & libro tertio capite vltimo. Conſtituens Epiſcopum ſecundum poſt diuinitatem in terris principem Sentio autem epiſcopatum ſiue pontificatum eſſe ordinem ſacrum ſiue ſacramentum, quo ad benedictionem epiſcopalem ritumq́. manuum epiſcopalium impoſitionis inunctionis & impoſitionis voluminis ſacræ ſcripturæ vertici, ſiue ceruicibus initiandi, presbytero legitimè comparato gratia & poteſtas officjo congruens diuinitus infunditur. Aſt vereor ne particula illa reiiciatur quæ epiſcopatum ſacramentum facit nam ſi eſſet ordo vt Dyoniſio placet plures eſſent quam ſeptem, quod vſui & ſententiæ eccleſiæ refragatur, Sed vt hic audiatur Diuus Thomas, [d] nomen ordinis vſurpatur tum pro ſacramẽto ordinis tum etiam pro officio & dignitatis gradu,

b Apud eoſdem Syros interdum Saouro dicitur Epiſcopus communicato cum ſenectute nomine quod Epiſcopos morum canities & venerentia deceat.

c Idem Ignatius eandem ſententiam aut definitionem alibi aliter notauit Epiſcopum, Sacerdotum, Principem imaginẽ ferentem, Dei quidem principatum Chriſti vero per Sacerdotium: vbi & ſacerdotium eſſe deſinit, vt ſit bonorum omnium in hominib. ſumma. vide 2. col. annotat. 1. §. Claſſis primæ huius OEconomiæ fol. 2.

d Si in conſecratione Epiſcopi imprimeretur character eſſet profectò ſuperior charactere ſacerdotis, atque adeò poteſtatem includeret conſecrandi, veluti Diaconi characterẽ ſubdiaconi includit ex quo fieret conſequens, vt non alio opus fuiſſet precedente ordine ſacerdotali.

du,& hac ratione Epiſcopatus non eſt ſacramentum ordinis eſt tamen ordo,hoc eſt,dignitas & gradus altior ſacerdotio, cui eminentiora officia ſunt annexa. Sedanda tamen ſunt vtriuſque controuerſiæ dubia & credendum non ſolum Areopagitæ ſententiæ verumetiam ipſius Con cilij decretis Tridenti habitis Seſsione vigeſimatertia ca. quarto & can ſexto vbi & ordinis & gradus Hierarchiæ ſacerrimus dicitur,non enim ſi dignitas & gradus eſt ſupe rior ſubinde ſit conſequens vt ſit nouum ſacramentum alioqui eadem ratione archiepiſcopatus & Papatus eſſent noua ſacramenta.Ne quem autem id fallat dum noſtri ſeptem numerant ordines, ipſum ſacerdotium ſupremum faciunt,cum vero rem non ſacramento , ſed poteſtate terminant,Epiſcopatum octauo,ſupremoq́; loco conſtituunt. Verum ille magnus Areopagita ita perſpicuè rem hanc tradit & conſentaneè ad can.2. [e] Carthaginenſis Concilij quarti,vt obſtupeſcere pius animus non ſatis queat. Eſt igitur ſacramentum,nam eſſe efficacem, & iuſtificatricem hanc initiationem diximus alias,& mox dicturi ſumus. At vero epiſcopum bene precari initiando,docet idem can. 2.Carthaginenſ. & precationis meminit nominatim Areopagita,Nominis Epiſcopi tantus eſt titulus & decor vt eo inſigniri ſupremus omnium ſuperintendens voluerit apud Iobum dicente Sopharo hæc pars eſt hominis impij & poſſeſsio bonorum quæ ſunt illi ab Epiſcopo,id eſt à Deo,vt ex phraſi Græca interpretatus eſt Origenes concatenatis Paraphraſtum expoſitionis in eo libello Cathenæ in beatum Iob quem Vaticani Bibliotheca pontificia poſt longos temporis ſitus in lucem emiſit Lugduni.Cum ergo audiunt epiſcopi hoc nomine Deum in ſacris literis appellari id curent in primis vt nominis ſui dignitatem tueantur vigilantiq́; ſtudio ad gregis ſalutem incumbant fide,vita,quæ omni culpa vacet doctrinaq́; ſint ornati. Diſcant quiſnam ſit hoc loco epiſcopus nuncupatus omniq́; ratione illius imaginem ſtudeant præſeferre.Quemadmodum enim qui regiam imitatur imaginem in eo quod præclarum eſt imitari conatur, illam item ſtudet exornare ſic de beato Epiſcopo dicendum eſt qui cogitatione atque

[e] Celebris eſt gloſſa huius controuerſia in proœmio Sexti Decretalium ponēs nonem ordines in Eccleſia eſſe, proue credit probare per canonem cleros. 21. diſt. & can. Epiſcopus. diſt. 23. Iſtorum autem ordinum Epiſcopatus eſt maior: quia nullum ipſo eſt inuenire maiorē, vel parem, vt not. can. in nouo diſt. 21. in princi 2. glo. Theologi verò rem accuratiùs conſiderantes dicunt Epiſcopatum non eſſe ordinem, ſicut neque Pſalmiſtatum, eò quòd certum non habeat officiū circa conſecrationē Euchariſtiæ ad Euchariſtiam, enim omnis ordo dirigitur. Quatenus itaque ordo Euchariſtiæ conſecrationem, reſpicit Epiſcopatus nō eſt ordo ſuprà Presbyteratum. dilatatus, neque illo eſt maior auctoritas collata, quàm presbyteratui, ſi autem quatenus Epiſcopatus munus officiumque dilatata & amplicata iurisdictionis ſupra corpus Chriſti myſticum conſideretur, tùm ad illud. Sacer. loru.

 imitatione

imatione eum qui verus eſt Epiſcopus complexus eum qui tanquam Deus inter homines verſatur qui eum ſibi propoſuit Epiſcopum aquo vere creatus eſt in Chriſto Ieſu Epiſcopus. Hæc Origenes, Antiqui vocabãt actores Eccleſiæ quos nunc diſpenſatores dicimus qui ſunt epiſcopi Οἰκονόμους enim græce vt nunc interpretari ſolemus diſpenſatores, ſic olim interpretati ſunt actores, teſtis eſt interpretatio latina antiquiſsima epiſtolæ ad Galatas in qua verbum œconomi Græcum ſic tranſlatum eſt cum ait quantò tempore hæres paruulus eſt ſub tutoribus & actoribus eſt. Et in vetuſtiſsima interpretatione Irenæi lib. 4. cap. 44. in fine. Quis igitur inquit erit fidelis actor bonus & prudens? Grecè eſt οἰκονόμους, Epiſcopi ergo dicebãtur actores Eccleſiæ, id eſt diſpenſatores, & ſic etiam vocantur in epiſtola Anacleti. 3 Quod ſi ita ſit vt tantis & propè diuinis laudibus præſulum infulæ exornentur, quam ſumus hodie nos præpoſteri, qui epiſcopos deridemus conculcamus, iiſq; abutimur veluti mãcipiis, ipſis profectò Barbaris inſipidiores tantũ honorem ſuis ſacrificis deferẽtibus? Si ſit regale præbendũ epulũ, vocatur Epiſcopus qui fabulæ velut alter Morio cathaſtrophũ abſoluat, ſi nuptias parantur adeſſe tantũ non cogitur non vt benedictionẽ cœleſtẽ ſua authoritate & officio coniugibus effundat & precetur, ſed ne quid deſit ad tumeſcentem gloriam magnatis, ne quid abrogetur à pompa regia aut ne tollatur ſcomatibus & Siccophantiis in pios eccleſiæ cultores materia, denique ſi quid illiberalius contemptibiliuſq; tractandum obtruditur epiſcopis. At longe ſecus Tridentini patres ſerio iuſſerunt ne ſe nimis deiiciant ſeq; Chriſti vicarios meminerint apoſtòlorumq; ſucceſſores, ſed tam eſt violenta conſuetudo vt reſiſti facilè non valeat etiam à viris ſatis conſtantibus. Nemo te cõtemnat inquit Paulus ad Titum id eſt talem te exhibe tum vita tũ verbo quod contemni à nemine poſsis, authoritatẽ enim verbi ac doctrinæ vita facit quanquam quia ſuperiora tria verba ad doctrinam pertinent propter literæ ſenſus eſt vt velit Titum non tantum cum vitæ ſimplicitate deſpici ſed ſic opportunè omnia loqui vt ne nimia in obiurgando humilitas contemptibilem eum

potestas minimè ſe extendat, Epiſcopatus quidem eſt ordo. f Apoſtolica conſtitutio de honore tribuendo Epiſcopis, hæc eſt, quæ in 2. lib c. 28. ſcripta eſt. Si cultores, (inquit,) Dæmonum in illuſum ſceleratis, & deteſtabilibus, atque impuris ſacris offenſione Dei plenis, vſque in hunc diem ſancta mutantur, vt etmetſi quæ execrabilia ſunt ab iis quæ ſunt ſancta, & religioſa comparatione quodem lõgiſsime diſtẽt, tamen in ſuis illis ludibriis, ſine execrabili ſacerdote offerunt nihil, nec efficiũt, immò illum os ſtatuæ lapideæ putant, expectantes, quid eis facere iubebat, idq; faciunt & abſque eo faciunt nihil, honorẽq; exiſtimãt, idq ad honorem ſtatuarum animatarum ventium, & ad cultũ malorum ſpirituum, ſi illi inquam: vanam & confictam opinionẽ habentes, ac nulla ſpe firma ſubnixi, ea tamen quæ ſanctitatem & religionem habent, ſtudent

cum reddat ſuis ſubditis & ſic authoritatis pontificiæ ſiue eccleſiaſticæ contemptum generet. In immenſum ſemper creſcunt laudis numeri qui eccleſiæ epiſcopis debentur, nihil hac vel clarius vel dignius ſub ſole intuemur, Extollat quicunque cupit Regia ſceptra, Paſtorale pedum non minori ſplendore & gloria fulcitur, Adde quod nullus eſt rex tam potēs, tam variis populis venerādus, quatenus rex eſt qui ſi res ipſas iuſta penſemus trutina, eccleſiæ non dicam epiſcopi ſed paſtoris cuiuſcunque quatenus paſtor eſt non ſit inferior dignitati. Quod ſi hęc paradoxa videantur, præſenti probatione ex vtriuſque partis functione cōcepta apparebunt ipſis Sybillæ foliis veriora. Reges iura condunt, leges promulgant, vt plebs ſub ſuis alis ſecura viuat, diſpereantque ſceleroſi & cæteri facinoroſi homines quorum vita, bonorum lucem offuſcat & obtenebrat. Non minor eſt epiſcopi cura nec inferioris commodi qui hoc agit vt in ſingulorum animis ſit tranquillitas, repullulaſcentem vitiorum perniciem extirpat, & conſopitis ac refrenatis huius mundi cupiditatibus bonos à malis vitæ integritate ſeparare facit. Rex agit vt à latronibus in tuto ſint mœnia, publicas vias ab inſidiis expurgat, agros cū pecoribus, domus cum patrefamilias tuetur Epiſcopus vero vt à ſathanæ impetu tuta ſint bona mentium nullis regum opibus æquiparanda, Impoſturas hæreſeos & ſchiſmaticorum cuniculos diſcutit & lacerat, ne incautæ mentes in tranſitu deprædentur, & vt grex Chriſtianus leonis rugiētis & rabidi lupi circuitus non timeat. Regia maieſtas ſua liberalitate quid donat? Stipendia, officia, titulos, ſenſus, equeſtris valoris inſignia, gemmas, cætera omnia quę nec habere tutum nec ambire bonum fluxa, & fortunæ dominio directè ſubdita. Quid epiſcopus? Præter cæleſtes theſauros & æternas coronas quas nobis in ſeptem Sacramentis confert & nos ipſis diuis ſimiles facit, è ſcripturæ ſacræ penore ſœtices & ſempiternas dapes depromit quibus ſaginantur & vegetantur ſpiritus, & torque veluti aureo ditati & multis virtutum gemmis illuſtres in cōſpectu angelorum candidi progredi poſſunt ad menſam illam quam præparauit Deus noſter dignis & Eccleſiæ ſuæ affectis fidelibus

imitari, quanto iuſtior eſt, nos, quorū fides clariſſima eſt, & ſpes vera, quæ promiſſum præclarum, & ſempiternum, & quod fallere nō poteſt, expectamus, per eos, qui nobis præſunt, honorē Deo deferre, ita vt Epiſcopo os Domino eſſe arbitremur.

g *Probatur exemplis apertiſſimis ſpiritualem poteſtatem eſſe præſtantiorem & eminentiorem, & ſupremā dignitatem. Facultates enim ſicut & artes & potentia æſtimandæ ſunt ex fine, ſicut & omnia alia, quæ ad finem ſunt. Finis autem poteſtatis ſpiritua. In longè excelſit finem temporalis poteſtatis, quantum ſcilicet perfecta beatitudo, & vltima fælicitas excellit humanam aut terrenam felicitatem. Et vt ait Innoc. in c. ſolitæ. de maior. & obed. Spiritualia tantò temporalibus ſunt digniora, quantò anima præfertur corpori. Et Hebræor. 7. Apoſtolus probat dignitatem Sacerdotij Euangelici ex eo,*

Melchisedech, qui erat Dei Sacerdos, benedixit Abraham, Genes. 14. Sine controuersia autem maior est, qui benedicit, quàm qui benedicitur. Abrahã autem erat Princeps temporalis, aut personã gerebat temporalis potestatis. Omnino igitur maior & augustior est potestas spiritualis temporali, atque adeò maiori cultu & obseruantia prosequenda.

delibus. In summa terrenum ac temporarium est quicquid propriè cadit sub curam regiam, ac diuinum est, cœleste & æternum est, quod tractat Episcopus. Nullis potest comparationibus adequari Episcopalis honor, si regum fulgori compares & principis diademati longe erit id inferius, quam si plumbi metallum ad auri fulgorem compares. Quippe cum videas regum colla & principum submitti genibus sacerdotum & osculata eorum dextera orationibus eorum se credunt communiri. Proinde quantum est interuallum inter cœlum & terram inter corpus & animam inter temporaria & æterna tantum interest inter regium munus & pastorale. In hac æstimatione nolim spectes quid homo deferat homini sed quid ipsa functionis natura promereatur. Vulgus pluris existimat coronam quam mitram magis veneratur septrum quam regnum. Quod si Pastores & Episcopi contemptui exhibiti, pontificij honoris conquerantur temerè pessumdatam regum amplitudine dignitatem, sciant se tanti dedecoris potissimas dedisse causas & si verum fateri volumus contemptus talis eorũ precipuè vitio exilit. Ex veterum monumentis liquet olim Episcopos non tantum apud plebem verumetiam apud monarchas summo in pretio fuisse ac tantum non adorari solitos. Testantur hoc manuum genuum ac pedũ oscula. Nomẽ enim episcopi non solũ exteris formidabile sed & amabile audiebatur. Declarat hoc Theodosius senior qui Ambrosio à templo excludenti paruit in pœnitentium locum abire iussus obediuit deposita regia maiestate publicitus solo procubuit, squalidus lachrimis veniam petiit, satisfactionis præscribenti leges non est reluctatus, denique è cancellis excedere iussus morem gessit modestè sese excusans. Sed vnde tanta vnius vrbis Episcopo authoritas? Quia verus erat Episcopus, nec illa seueritas vllum fastum aut arrogantiam præ se ferebat sed authoritatem sacerdote dignam, adeo vt Imperator non erubuerit hoc apud alios testari, se non reperisse nisi vnum Episcopum Ambrosium à quo didicisset quantum esset discriminis inter Imperatorem & Sacerdotẽ. Mirabuntur sæcula futura Constatini magni Imperatoris erga ecclesiæ

h Accidit Theodosio ad disciplinam militarem laus ingens, qua plurimũ valuit: & religionis. Nam cum Mediolani ingredi Ecclesia vellet Mysteria visurus prohibitus ob quoddam facinus (vt fieri solet) ab ingressu Ecclesiæ, nisi pœniteret, ita æquo animo id tulit, vt vltro ipsi Ambrosius gratias egerit, atq; pœnituerit.

Synodum & Episcopos reuerentiā de quo Theodoretus Ecclesiastic. Historiæ lib. 1. ca. 7. ita dicit. Ipse quoque Constantinus cum paucis postremus omnium ingressus est, & paruo subselliolo posito assedit, prefatus veniam prius, & petita concessione ab Episcopis. At Episcopis ait parata fuisse subsellia atque solia, magno apparatu & spendore. Itaque pius imperator Sacerdotum Christi dignitatem, & in illis Dei maiestatem venerans implebat id quod in Ecclesiast. legimus, In omni anima tua time dominum, & sacerdotes illius sanctifica. Non Theodosius tantum, non Constantinus, sed plures alij potentissimi Monarchæ regale sceptrum sacerdotis authoritati submiserunt. Quid ita? Quoniam videbant in illis relucentes episcopo dignas virtutes. Habet enim eximia virtus, vim admirabilem rapiendi mentes hominum in amorem & admirationem sui. Hac diuus Basilius Modestum Cæsaris præfectum impunè contempsit, nec impunè tantum sed hominem ferocem rapuit in admirationem Christianæ fortitudinis, hac Eusebium Ponti præfectum ira tumidum deiecit ac mox deiecto est opitulatus, hac Imperatorem Valentem[i] Catholicis infensum, & Arrianis fauentem quum esset ingressus Ecclesiam, ipsa rerum specie, vultus constantia, & oris dignitate primum in stuporem adegit mox sequenti colloquio à concepta crudelitate deterruit atque etiam ab Ariana factione inquam insano studio deperibat, reuocaret, nisi post maligno Sathanæ stipulatus fuisset consilio, & quod Episcopi permanserat authoritas abiectum pertinax subuertisset improbitas. Quid quod Allerbichus Cæsareæ aulæ magister Macedoni mnnachi viri monticolæ simplicis & omnium literarum rudis sanctimoniæ tantum tribuit vt liberè monentem audierit atque omissis sæuitiæ mandatis Cæsarem in diuersam sententiam pertraxit, Quod splēdidus ac facūdus legatus nō impetrasset impetrauit, aut imperauit verius despicabilis senicul⁹, conu ictu rusticanus, & pannis vilissimis obsitus. Quid Allebichum, quid Cæsarem commouit, Inclita virtus, omnisq; fuci nescia pietas quæ cunctos ad amandum allicit homines. Eam si præstarent hodie Sacerdotes & Episcopi nondum vsque

adeo

[i] Valens tam acer Arrianæ perfidiæ propugnator, vt religiones alias omnes toleraret, catholica verò tātùm fides infensus esset id quod Nicephorus lib. 11 c. 24. describit in hæc verba: Valēs, inquit diutius Antiochiæ commoratus, Euzoio ibi Ecclesiæ regēte, Iudæis, & Ethnicis Græcis, atque etiam qui Christianorum nomine censentur, & diuersa ab Euangelica doctrina dogmata complecterentur, omnib. quæ animis eorum placita essent, vt liberè agerent, permisit. Nam impius error sub Iouiniano quidem extinctus, a Iuliano autem excitatus, paulatim reflorescebat, & Dialia, Dyonisia, & Cereris sacra, non in angulis, Imperatore veluti perennte, peragebātur: & homines in medio foro, nemine obsistente, Baccantium quā numine afflantur, more discurrebant. Eorum verò tantū, qui catholicā doctrinam sequebantur, implacabilis hostis erat.

adeò degenerarunt ingenia mortalium vt egregiæ pietati non sint habituri honorem. Ast laudantur multi in sorde vitiorum inuoluti, laudátur equidem in ipsorum vituperio & quod gloria sibi vendicant merum est illis dedecus. Faxit Deus gratiarum largitor vt altius suscepti muneris dignitatem perpendentes Episcopi iamdudum pigro illo veterno sepulti ad meliorem frugem conuertantur quo redeat antiquus ille honor & splendor ecclesiæ.[k] Octaua Synodus generalis quæ fuit Constantinopolitana can.14. docet in quanto honore habendi sint Episcopi à Principibus sæcularibus, his verbis. Qui diuina gratia Episcopalem sortiuntur dignitatem ordinem cœlestis Hierarchiæ referunt in terris, quare merito sancimus vt digno in honore tam à principibus quàm cæteris hominibus habeantur. Nõ oportet itaq; vt principibus vel viris militari dignitate præditis obuiam longissimè procedant ab eorum Ecclesiis, nec mulis, equísve descendant in occursu aut timidè abiecteq; ante genua procidant velut adoraturi, imo vero non accedant ad mensas sæcularium Principum, sed cum omni modestia quę spiritualem deceat dignitatẽ, officia & debita omnibus tribuãt cui vectigal, vectigal, cui honorẽ, honorem, dũmodo Principes & pij Imperatores agnoscãt sibi Patres Episcopos qui liberè audeant reprehendere increpareq; & principes & cæteros qui militari honore fruuntur si quid peccauerint. Si quis vero Episcopus post hanc sanctionem suam dehonestauerit dignitatem, cadens ab honore sibi per canones debito, vixeritq; abiectè, secundum veterem & agrestem consuetudinem, amoueatur per annum, & princeps qui in causa fuerit excommunicetur per biennium. Hæc sacrum Concilium. In veteri lege Sacerdotum summorum eximius & authenticus habitus est honor [l] adeò, vt qui eorum votis reluctabatur vltimo supplicio traditus inobedientiæ & pertinacium exemplar erat. Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse prosperexeris (inquit) surge & ascende ad locum quem elegerit Dominus Deus tuus, veniesque ad Sacerdotes Leuitici generis & ad iudicem qui fuerit illo tempore quæresq; ab eis qui indicant tibi iudicij veritatem. Et facies quodcunque

k Episcopi quidam sui ordinis & dignitatis immemores vilius versantur apud proceres, vt de his nulla solẽnior habeatur existimatio, quia mensis suis aignotis sacrificulis quod malum ex eorum neglegentia profecto prouenire existimo cum enim optime possent si vellent suo respondere officio aliis multis reb. & illecebris a suo statu alienis animum inten[...]., id quod debent: reddere nolunt.

l Hæc omnia cum his quæ diximus in Prima Classe. 1. §. ad perpendiculum coeunt, vt referantur ad Ecclesiastica dignitatis amplitudinem.

m Vide Ioseph. antiq. li. 4. cap. 8.

que dixerint qui præsunt loco quem elegerit Dominus & docuerint te iuxtà legem eius, sequesque sententiam eorum,nec declinabis à verbo quod annuntiabunt tibi ad dexteram neque ad sinistram.*Qui autem superbierit nolens obedire Sacerdotis imperio qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille & auferes malum de Israel,cunctusq; populus audiens timebit, vt nullus deinceps intumescat superbia.Et alibi: Labia sacerdotis custodiunt scientiam & legem requirēt ex ore eius,quia angelus Domini Exercituum est, At non decet sacerdotem vt tantas laudum copias promereatur turpi velut idolum torpere ocio,ⁿquin suas nō exerat animi facultates.Non minore ergo cura & solicitudine Deus Ecclesiæ suæ rebus prouidit non minus honori,dignitati integritati,ac necessitati in Christo filio suo renati populi fauit & studuit, sic & patribus ac magistris ecclesiarum illorum loco constitutis,nos omnino obedire voluit.Tanta est huius sacri nominis virtus vt quamuis tragicè in hāc digladientur hæretici, nequeunt illam ne digito quidem lædere, quinnimo eius coguntur reuereri maiestatem & suis flectere verbis,ita vt Anthonius Sadelius[o] Caluiniani veneni impostor priscorum patrum ecclesiæ sacra numina miratus in hæc verba perditissimi huius & nebulonis menti contraria exclamarit.Hic lectores rogamus, vt non tantum Apostolos & euangelistas,verumetiam pios illos ecclesiarum Episcopos sibi ante oculos ponāt, quorum officia & studia eluxerunt inædificanda Christi Ecclesia.Reuocent in memoriam primos illos romanos episcopos qui puram Euangelij doctrinam & sanctis concionibus promulgarunt,& eoipso tandem sanguinem obsignarunt.Intueantur animo summam Cypriani in exequendo suo munere diligentiam,summam in omnibus vitæ partibus integritatem,fortissimam in obeunda morte pro Christi confessione constantiam,Contemplentur Alexandrum Athanasium & pleròsque alios strenuos ac fortes ecclesiæ duces qui Arrianam hæresim & innumerabiles alios errores & scriptis & voce profligarunt. Postremò infinitam hominum multitudinem ad Gregorij,Chrisostomi,Augustini,

* Deuteron. 17.

n Otio Dei ministrum putrescere nō oportet. Nam Sacerdos diues, & honoratus, quantum sit, nisi in actu semper sit, non differe ab idolo, Habent idola oculos, & non vident, aures & non audiunt, pedes, & non ambulant, nihilominus auro omnia & pretiosis rebus ornata coluntur atque adorantur à stultis vt preclarè scribit Iulius in Præfatione statutorum Bisuntin. Quamuis hoc in primis fieri sæpe populorum consuetudine sibi blandiatur plebs.

o Anthonius Sadelius in tractatu de legitima vocatione ministrorum. fol.78.alias vir contumeliosus, & pauci fugit, cogitur fateri successionem Ecclesiasticam insignem, concordem, & amabilem esse.

S Cathedram

Cathedram accurrentem & vndique circunfusam atque ab ipsorum ore pendentem sibi adhuc videre videantur. Quis non iudicaret hæc esse hominis Christiani & catholici pura de verò episcopalis authoritatis cultu testimonia? Sed sic vaticinatus est Caiphas sic inter mendacia ora veritas rutilat & fulget, sic verum fateri cogitur humanæ salutis hostis & proditor.

EPISCOPATVS SACERDOTIO DIGNIOR.

§ II.

CLEMENS priori epistola quæ est ad Iacobum fratrem domini presbiterorum & Episcoporum distinctionem dilucide fatetur se à Petro apostolici chori & ordinis ecclesiæ principe audiisse & episcopos quidem vicem Apostolorum presbyteros reliquorum discipulorum tenere, quare ipsos propriis episcopis subditos & obedictes esse debere scribit. In secũda epistola ad eundẽ diaconorum meminit inter eos quibus cõmissa sunt sacramenta & in præcedenti epistola oculos illos episcopi nominat quoniam circumlustrare (inquit) & perscrutari debent actus totius Ecclesiæ quem pari fermè verborum sententia sequutus est Irenæus lib.3.ca.3. [a] Anacletus etiam ipse discipulus Petri & ab eo presbyter ordinatus apertisime ho rum trium graduum mentionem facit epistola quidem tertia, Sacerdotũ (inquit) gradus bipartitus est, & sicut dominus illam constituit à nullo debet perturbari. Vbi statim adducta electione duodecim Apostolorum & septuaginta discipulorum, addit episcopi Apostolorum, presbyteri septuaginta discipulorum locum tenent. Pro patribus (ait Psaltes) nati sunt tibi filij &c. Arnobius, pro duodecim patriarchis, nati sunt duodecim Apostoli. Ergo pro septuaginta senioribus, septuaginta discipuli, & pro sacris vasis ac eorum filiis, Leuitis, Nathineis, &c. Pastores presbyteri, doctores [b] ordinati. Et omnes fere sequentes põtifices eadem testantur. Dyonisius Areopagita 5. ca. sunt Ecclesiasticæ Hierarchiæ horum trium ordinum mentionem facit, & distinctionem eorum ostendit. Ignatius in suis epistolis frequentisime etiam horum ordinum & distinctionis eorum meminit

a Ireneus. Habemus (inquit) annumerare eos qui ab Apostolis instituti sunt Episcopi & successores eorum. Nam si recondita mysteria sciuissent Apostoli, quæ seorsim & latenter ab reliquis perfectos docebant, iis vel maximè traderent, ea quibus etiam ipsas Ecclesias committebant.

b Dyonisius Apostolorum discipulus. cap. 5. de Ecclesiastica hierarchia ponit tres ordines hierarchicos vt sunt purgantium tantum, nempe diaconorum quibus conuenit cathecumenos cathechizare, & illuminantium: scilicet Presbyterorum administrantiũ Baptismũ, Pœnitentiam, & Eucharistiam, & perficientiũ, scilicet Episcoporum Quibus conuenit confirmare, & ordinare, & prædicare, & cũ ista functiones sint de iure diuino: palam edocet eosdem gradus, eodem fuisse iure distinctos.

meminit. In epistola quidem. 2. ad Magnesianos presbyteros episcopis subditos esse debere docet, nihilq; pręter ipsorum auctoritatem facere. Rem autem clariùs absoluit Anacletus papa & Martyr (qui quartus à Beato Petro Apostolo catholicæ ecclesiæ præfuit) in epistola de patriarchis & primatibus & reliquis episcopis ita dicens, Sacerdotum fratres ordo bipartitus est, & sicut Dominus illum constituit à nullo debet perturbari. Scitis autem à Domino Apostolos esse electos & cōstitutos & postea per diuersas prouincias ad prædicandum dispersos cum vero messis cœpisset crescere videns paucos esse operarios ad eorum adiumentum septuaginta eligi præcipit discipulos, episcopi vero Domini Apostolorum presbyteri quoque septuaginta discipulorum locum tenent. Venerabilis Beda libro tertio sup. Lucam ca. decimoquinto sic ait sicut duodecim Apostolos formam episcoporum exhibere simul & demonstrare nemo est qui dubitet sic & hos septuaginta duos figura presbyterorum, id est secundi ordinis sacerdotum gessisse secundum est, tametsi primis Ecclesię temporibus vt apostolica scriptura testis est vtrique presbyteri vtrique vocabantur episcopi quorum vnus sapientiæ maturitatem alter industriā curæ pastoralis significabat hæc Beda. Ratione triplici ostenditur episcoporum supra sacerdotes præeminentia. Prima figura debet correspondere veritati figurati. [d] Sed in Synagoga Hebræorū diuina institutione vnus erat summus Sacerdos sub quo constituti erant sacerdotes viginti quatuor maiores ipsius Dauid ordinatione qui officia templi & munia Sacerdotalia hebdomadalia administratione singuli per vices suas exercerent, sub quibus erant minores sacerdotes in ministerium tabernaculi & altaris Domini asciti vt patet primo Paralipomenum, ergò talis distinctio debet esse in sacerdotio nouæ legis quoniam teste Paulo omnia in figura contigebant illis apud quos Aaron summus Sacerdos fuit, filij eius inferiores, summus sacerdos distincta habuit ornamenta à minoribus, & solus intrabat in sancta sanctorum quod aliis illicitum erat Leuitic. 26. & ad Hebræos. [e] Secūda ratio Episcopus presbyteros ordinat & episcopos cōsecrat quod

d Nulla ratio permittit, vt distinctior fuerit hierarchia in Testamento Veteri, quam in nouo nam illud vmbra istud imagini cōparatur ab Apostolo ad Hebr. 10. Sequitur igitur, vt sicut in testamento Veteri iure diuino, Pontifices sacerdotibus minoribus auctoritate præstabant: ita enim Episcopi in Ecclesia Presbyteris præstent.

e Eusebius Papa can. manus. de consecr. dist. 5. Episcopi possunt confirmare, si tamen Presbytero, saltem sine licentia id attentaretur, totum esset irritum, & vanum, & inter Ecclesiastica sacramenta non reputaretur. Hinc fit, vt hæc officiorum distinctio sit de iure diuino.

nunquam ſimplici ſacerdoti licuit. Tertia confirmationis ſacramentum non poteſt conferri ab aliquo tantum ſacerdote ſed ex diuina ordinatione à ſolo epiſcopo hoc teſtante Concilio Hiſpalenſi ſecundo, cui interfuit Beatus Iſidorus quoque recenſens ea quæ presbyteris ſunt interdicta & ſolis Epiſcopis reſeruata cap. 7. ſuorum decretorum ita habet Siquidem nec benedicere eis eccleſiam vel altaria conſecrare neque per impoſitiones manuum fidelibus Baptizandis vel conuerſis ex hæreſi ſpiritum tradere nec Chriſma conficere nec Chriſmate baptizatorum frontem ſignare licet ſacerdotibus ſimplicibus ſupp. In concilio etiā Cōſtantienſi inter dānatos articulos Ioānis VVitcleff. f 15. & art. 28. vt hæreticus dānatur quo docebat cōfirmationē iuuenū & clericorū ordinationē locorum conſecrationē reſeruari Papę & epiſcopis propter ſolā cupiditatē lucri tēporalis & honoris. Hinc Auguſtinus lib. de Hæreſibus c. 53. Aërij errores enumerās, hunc inter illos recenſet quod videlicet preſbyteros pares faceret epiſcopis g Gratianus 21. diſtinct. ſui decreti ca. 1. ſic habet Simpliciter maiorū & minorum ſacerdotum diſceretio in nouo teſtamento ab ipſo Chriſto ſumpſit exordium qui duodecim apoſtolos tanquam maiores ſacerdotes ſeptuaginta duos diſcipulos quaſi minores ſacerdotes inſtituit, Petrum verò in ſummum ſacerdotem elegit dum ei claues regni cœlorum prę omnibus & pro omnibus tribuit. Sed videamus quid Hieronymo placeat & quid Damaſo de Epiſcoporum & Sacerdotum differentia Hieronymus in Epiſtola ad euagruūm ita ſcribit. Quod Aaron & filij eius atque Leuitæ in templo fuerunt hoc ſibi epiſcopi presbyteri & Diaconi in Eccleſia vindicent. Quis autem dicat non fuiſſet in templo differentiam inter ſummum Sacerdotem Aaron & filios eius minores ſacerdotes? Quod ſi fuit ſemper, fuit igitur ſemper (authore Hieronymo) differentia in Eccleſia inter Epiſcopos & presbyteros. Idem rurſus affirmat in epiſtola ad Nepotianum. Cum autem idem beatus Hieronymus in eadem epiſtola ad Euagrium dicit eundem eſſe epiſcopum & presbyterum factumque eſſe ad ſchiſmatis remedium, vt vnus eligeretur qui cęteris præpone-

f Vitcleffius vt eſt videre apud VValdensem. to. 2. de ſacramentis. cap. 117. & tom. 1. de ſacramentalibus. lib. 2. cap 60. dicebat nullum eſſe prorſus diſcrimen, ſed promiſcuè omnes ſacerdotes eſſe Epiſcopos, Atq; adeò quemlibet poſſe confirmare & ordinare, haberéque plenam iuriſdictionem in ſua Parœcia.

g Auguſtinus lib. hæreſib. hær. 53. AErium quendam commemorat qui cū Presbyter eſſet: doluiſſe fertur quod non potuerit eſſe Epiſcopus, quāobrem in Arrianorum hæreſim lapſus proprium adhibuit dogma, quod Presbyter ab Epiſcopo nulla differentia deberet diſcerni. Eiuſdem fuit maniæ Vitcleffius, quia Epiſcopatum, quem ambierat, conſequi nō potuit.

præponeretur non hoc voluit dicere, neque dixit, idem eſſe, epiſcopum eſſe & eſſe presbyterum, ſed eundem eſſe epiſcopum & presbyterum, quod à principio quidem ita fiebat, vt propter paucitatem fidelium vnus & idem eſſet epiſcopus, & presbyter cum non eſſet opus in ſingulis Eccleſiis, alio Epiſcopo, & alio presbytero, ſiquidem in̄ epiſcopo Presbyter cōtineretur. At poſtquam cœpit opus eſſe pluribus presbyteris tum nō amplius erat vnuſquiſq; idē presbyter & idē epiſcopus ne tot eſſent epiſcopi quot presbyteri, atq; ita fieret vt ait idem Hieronymus, vt vnuſquiſque ad ſe trahens epiſcopi dignitatē Chriſti eccleſiā rumperet. Rurſus idem Hieronymus in Commentariis epiſtolę ad Titum. Quid enim, inquit, facit epiſcopus, quod non faciat presbyter excepta ordinatione? Ergo placet Hieronymo vt ſit differentia epiſcoporum & ſacerdotum ratione ordinationis. Epiſcopus enim ordinare poteſt miniſtros eccleſiæ, presbyter vero non poteſt, Iam vt de Damaſo [h] loquamur in epiſtola de chorepiſcopis eos reprehendit quod cum nihil aliud eſſent quam presbyteri, tamen epiſcopi officium vſurparent, docetq; tota illa epiſtola eſſe differentiam ratione ordinationis inter epiſcopos & presbyteros, quare illis non conuenire nomen epiſcopi nec officium. Et vt omnibus obiectis fiat ſatis dico cū diuo Thoma 22. q. 184. ad 1. quod epiſcopi in primitiua eccleſia propter ſacerdotum parrochialium paucitatem, exercebant officia ſimplicis ſacerdotis, & ſic quia officia erant communia, ideo vocabulorum vſus tunc erat promiſcuus, ſed poſtea facta eſt nominum diſtinctio & idem vult dominus Ioannes de Turrecremata. lib. ſuo primo ſummę eccleſiæ. ca. 79.

h Damaſus in Epiſt. loquens de Chorepiſcopis qui cum ſolùm Presbyteri eſſent Pontificū more ordinare audebant. Vanum (inquit) eſt, & inane quicquid in prædicto ſacerdotij ſummi egerunt miniſterio. idem docet S. Leo in Epiſt. ad Epiſcopos Germaniæ & Galliæ.

APOSTOLICA EPISCOPORVM INSTITVTIO.

§. III.

IN ea tempora incidimus quibus non ſolum deridentur ſacra, ſed etiam ſacrorum eccleſiæ miniſtrorum labefactatur honos, multi neſcio qua inſania perculſi epiſcopatus gradum abolere conantur, veluti aliquod leue & fucoſum hominum inſtitutum, & quod tales ordinum diſpoſitiones non legant in epiſtola Beati Petri [a] & quia in priore

a Seniores in hoc Petri loco, Græcus textus habet πρεσβυτέρους, illud autem prouidentes in Græco: eſt ἐπισκοποῦντες. Sed ad hæc omnia vno verbo reſpondetur: nomina eo tempore fuiſſe communia, & propterea in omnibus his locis veros, etiam Epiſcopos Presbyteros appellari.

inquiunt epiſt.cap.5.miniſtros Eccleſiæ tantum presbyteros & quidem ſe compresbyterum vocet. Sed quis eſt tam rudis in ſacræ ſcripturæ intellectu qui non credat vocari hic epiſcopos communi vocabulo presbyteros? ſiquidem de paſtoribus qui cleros habent loquitur Paulus vnumq́; tantum ordinem epiſcoporum eſſe conſtat, ſicut eſt vnus item ordo minorū presbyterorum. Sed nunquam aliunde tergiuerſari verborum inuolucris opus eſt quam ab ipſa Apoſtolorum conſtitutione quæ nos rem omnem adeò edocebit vt hac iugulentur omnes in contrarium opiniones & ventilatæ hæreticorum obiectiones confundantur. De epiſcopis qui à nobis dum viximus ordinati ſunt certiores vos facimus, hos eſſe Iacobum Hieroſolymitanum fratrem domini & huic poſt mortem ſecundum ſucceſsiſſe Simeonem Cleophæ filium, & huic rurſus tertium Iudam Iacobi filium, deinde Zachæum qui antea fuerat publicanus, primum epiſcopum Cæſareæ Paleſtinæ, huic ſucceſsiſſe Cornelium & huic rurſus tertiū epiſcopum Theophilum Euodium Epiſcopum Antiochiæ à me Petro ordinatum, cui ſucceſsit Ignatius à Paulo ordinatus, Annianum Alexandriæ epiſcopum quem primum Marcus Euangeliſta ordinauit, huic ſucceſsiſſe Abileum à Luca euāgeliſta ordinatum Linum Claudiæ filium Eccleſiæ Romanorum Epiſcopum primū à Paulo [b] ordinatum poſt mortem verò Lini Clementem, quem ego Petrus ſecundo ordinaui, Timotheum Epheſi Epiſcopum à Paulo ordinatum cui ſucceſsit Ioannes à me Ioanne ordinatus Ariſtonem primum epiſcopum Smyrnæ, huius poſt mortem ſucceſſorem fuiſſe Strateam Loidis filium, cui ſucceſsit tertius. Epiſcopus alter Ariſton, Gaium Pergami epiſcopum & Demetrium Philadelphię quem ego Paulus ordinaui Lucium Epiſcopum Cenchrenſem, Titum Cretæ, Dionyſium Athenienſem, Marthonē Epiſcopum Tripolitanum in Phœnicia Archippum Epiſcopū Laodicenſem in Phrigia., Philemonem Epiſcopum Coloſſenſem Oneſimum qui fuit ſeruus Philemonis, Epiſcopum Berœenſem in Macedonia, Creſcentem Epiſcopum Eccleſiarum Galatiæ Aquilam & Nice tā epiſcopos Parœchiarum Aſiæ, Chriſpum

b *Quia B. Petrus non fuit ab Apoſtolis ordinatus Epiſcopus eccleſiæ Romanorum, ſed ab eo qui dixit ei, tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & quæ ſequuntur idcircò Apoſt. doctr. valde licitè dixit Linum Eccleſiæ Romanorum Epiſcoporum primùm à Paulo ordinatum: non enim fuiſſet primus ſi B. Petrus ab hominibus, aut per hominē ordinatus fuiſſet. Deinde cum eum antea B. Petrus Euodiū epiſcopum Antiochiæ ordinaſſet: vt hac eadē Apoſtolica doctrina narrat, & ſedem Antiochenam Romanam iubente Domino, vt B. Marcellus in Epiſt. ad Epiſcopos Antiochenæ prouinciæ teſtatur, tranſtuliſſet ad maiorem vtilitatem, vt Antherus Pont. ait, conſequens eſt Lucrum in eccleſia Romanorum non Epiſcoporum principalem, ſed adiutorem B. Petri fuiſſe, vt ex Pontificali miniſterio, tantùm*

ſpum Eccleſiæ Aeginenſis. Hi ſunt quos Parœciis Domini præfecimus quorum doctrinæ ſemper memores ſeruate ſermones noſtros, & ſit Dominus vobiſcum nunc & in infinita ſæcula vt ipſe nobis dixit cum eſſet ad Deũ ſuum, eundemque patrem aſcenſurus, Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſæculi, Amen.[c] Eos autem ſacros viros non oppidatim aut vicatim in vicis, caſtellis, modicisve Ciuitatibus inſtituerunt ne nomen Epiſcopatus, & dignitatis authoritas vileſceret.[d] Quod totidem pene verbis repetit Anacletus epiſt. 3. addens Per caſtellos, villas & ciuitatulas presbyteros ſic ab epiſcopis ordinandos, vt ſinguli per ſingulos ſint titulos ſuos. Illos ergo ad honorabilem tantum vrbem titulandos vel denominandos ne vileſcat nomen, hos ad qualecunque vel certe quemcunque locum vel eccleſiam in eo conſtitutam præfecti fuerint, in eadem vitæ ſuæ diebus duraturos. Bonifacio Germaniæ epiſcopo ſcribenti ſe nouos tres epicopos per totidem loca ordinauiſſe qui populo per eius prædicationem ad Chriſtum recens aggregato, præeſſent & prædicarent Zacharias Papa reſpondens merito prius vt maturè pertractaret ſubtiliterq; diſcerneret, num expediret & an loca, vel populorum turbę tales eſſent quę Epiſcopos habere mererẽtur, memor quod in ſacris canonibus pręcipitur vt minimè in villulis vel modicis ciuitatibus ordinentur Epiſcopi, ne vileſcat nomen Epiſcopi, ſynceris tamen eius literis prouocatus, ſuperiora conceſsit & ſedes illic Epiſcopales quę per ſucceſsionem Epiſcopos mererentur ſtatuit & confirmauit Merſenburgenſem, Bamburgenſem, Erphordienſem prępotentes hodie in Germania epiſcopatus. Cum autem Paulus diſcipulo epiſcopo præcipit vt conſtituat ſicut ei diſpoſuit presbyteros per ciuitates omnes ſcilicet maiores & minores Cretæ[e] quales erant tunc ſicut nunc item ſunt aliæ maiores aliæ minores par eſt profectò credere vt nunc non vnius gradus presbyteri minoribus & maioribus ciuitatibus præſunt ſic Paulũ [f] Tito pręcepiſſe vt conſtitueret presbyteros non vnius gradus per omnes ciuitates ſed maioris per maiores & minoris per minores id quod vſque in hodiernum diem fit, ſecundùm priſcam Apoſtolicæ

ſuſciperet, quantum à B. Petro præcipiebatur, vt Ioan. 3. in Epiſt. 1. ſua ſcribit.

c Can. Epiſcopi. diſt. 80. & can. audiuimus. 2. q. 2. & can. non debebere. 57. Laodicenus.

d *Conſtituenda non ſunt Epiſcopatus in paruu oppidu.*

e Erant Cretæ ſicut Strabo. lib. 10. teſtatur plures Metropoles et centum ciuitates, vnde ab Homero dicta eſt in Odyſſea Hecatompolis

f *Hac prima Pauli per Titum cõſtitutio, ad hodiernum, vſque diem ſeruata eſt in hac Creta inſula in qua eſt Metropolitanus qui primatem ſuum agnoſcit, inſra Metropolitanum, ſicut Epiſcopi per ſingulas Ciuitates non paruas. Hac eadem diſpoſitio Eccleſiarum: per totum Orientem & Occidentem cernitur.*

postolicæ dispositionis traditionem. Huius rei postremo testes sunt tot præclari & sancti episcopi Apostolorum discipuli qui nostris ecclesiis præfuerunt. Primus Archiepiscopus Rhemensis Ecclesiæ fuit Sanctus Sixtus beati Petri discipulus, quæ vndecim habet Episcopos in ciuitatibus non paruis. Habemus Senonensem Ecclesiam cuius primus Archiepiscopus fuit sanctus Sauinianus sancti Petri discipulus, quæ sex habet per Ciuitatem Episcopos. Item Viennẽsem Ecclesiam cuius primus Archiepiscopus fuit Crescens martyr Pauli Apostoli discipulus quæ sex item Episcopos habet per ciuitates non paruas. Nicæni Concilij temporibus quis negabit fuisse multos episcopos in Aegypto, Lybia & Pẽtapoli & plures Metropolitanos sic dictos à ciuitatibus quibus præerant, quæ erant metropoles, qui maiores episcopis illis essent? siquidem sine authoritate Metropolitæ ordinari Episcopus non potest, quibus si iam olim à Priscis temporibus ante Nicænum Concilium ab ipsis, inquam, temporibus apostolorum Alexandrinus Episcopus pręerat, vt quidem pręfuit sanctus Marcus, & successor eius Abilius & reliqui deinceps, liquet hunc Episcopalem ordinem ab ipsis Ecclesię primordiis conualuisse. Sic quoq; in Hierosolymitana diœcesi quindecim g episcopos apostolicã successionẽ sequutos fuisse legimus. Huius ecclesiasticę Politię formã clarius adnotauit Dyonisius Areopagita in Epistola ad Demophilũ. Tu ergo (inquit) decerne cupiditati & irę quę decẽt, tibi Diaconi, Diaconis Presbyteri Presbyteris Episcopi, Episcopis Apostoli & Apostolorũ successores, quem locũ cũ Theodoro Presbytero & Phocio constantinopolitano sanctus Maximus hoc scholio notatum reliquit, Pulcher (inquit) ordo Ecclesiasticus monachos, qualis erat Demophilus Diaconi: Diaconos presbyteri, presbyteros Episcopi, Episcopos Apostoli & successores Apostolorum increpant, Successores ergo Apostolorum qui sint maiores quam episcopi qui ipsi quoque sunt in suo gradu Apostolorum successores intelligere oportet, tum Patriarchas, tum Archiepiscopos, qui ipsi per prouincias mittuntur, vt episcopi per vrbes. Nec isti noua initiantur dignitate aut forma ab episcopali conse-

Dispositio graduum, & Ecclesiæ antiquissima.

g Quindecim ordine succedentes Episcopos Hierosolymis ex Hebræorum gente refert Euseb. lib. 4. Hist. c. 5. qui omnes fidem, & religionem Domini nostri Iesu Christi amplexati sunt, & apud alios magna diligẽtia propagare studuerunt. Multa etiam docent ista Apostol. ca.

li conſecratione extranea,ſed hęc res tota ſita eſt[h] iniuriſdictionis vel reſtrictu vel amplitudine. Etſi autem negare nequeamus quaſdam accedere cerimonias, illæ tamen nil innouant,non equidem magis, quam noſtrum catholicum ſacrificium variant ritus,& agendi modi varij,quos videmus, à diuerſarum nationum hominibus vſurpari, qui tamen adeò non arguant religionis vllam differentiam vt orthodoxiæ ſimplicitatem maximopere commendant.Nam ex iis patet maiorum noſtrorum ſummam concordiam quædam alibi permiſiſſe,ſed caput, ac ſummam rerum eandem vbique retinuiſſe.Sunt igitur hi omnes ordine ſiue ſacramento pares, iuriſdictione verò aliis maiores,ſub vno modo principe & generali antiſtite qui Papa eſt.Seligamus iam præcipuos vitæ piæ & ſanctæ floſculos quibus cingamus frontem optimi piíq; Epiſcopi.

h Eſt diſcrimen de iure diuino inter Epiſcopũ, & ſimplicem Sacerdotẽ quantum ad poteſtatem iuriſdictionis in iure dicendo,quàm ſecundùm poteſtatem ordinis in adminiſtrationibus quorundam Sacramentorum.

OPTIMI EPISCOPI ORNATVS

§ IIII.

ETSI iuſta Romanorum Pontificum decreta ampliſſimis non careant canonibus ad præcipiendam ſagacem in eligẽdis epiſcopis diligentiam, vſque adeo tamen irrupit ambitio,prophanæq; ditionis ſtepitus vt digna ſæpius electio corrumpatur. Hic fons eſt vnde ſcatet maxima pars calamitatum Eccleſiæ. Et hic quoque cum Hieronymo gemamus quando aliud in hac temporis perfidia non poſſumus,nunc vt tunc,imo tanto magis quam tunc, quam ſæcula profecerunt, ac etiamnum in peius proficiunt tam multos hanc rem beneficium, quod vocant facere vt non eos quærant qui eccleſiæ plus prodeſſe poſſint & in ea columnas erigere,ſed vel quos amãt vel quorum ſunt obſequiis delmiti,vel pro quibus maiorum quiſpiam rogauerit,vt deteriora taceam, qui vt clerici fierent muneribus impetrarunt, extinguentur proculdubio ab vſuum tantorum faces quamprimum quaſi albo pietatis & virtutis ſumpto helleboro· flexuoſas illas promotionum vias falſoſq; meandros purgantes Apoſtolico Conſilio omnium hac in re præſtantiſsimo parebimus. Non opus eſt per vaſta ſacrorum voluminum æquora diſcurrere nec emendicatis vti ſuffragiis,vnus Diuus Paulus hanc

a Nulla præſtãtior cura adhibẽda eſt in Eccleſiæ functionibus, quã in Eccleſiaſticorum miniſtrorum delectu, ſi enim contigit in his aliquid parum, minus prudenter fieri ſtatim in detrimentum Eccleſia vergit.

cœlestem Philosophiã & Episcopædiam vno quasi documento complexus est dum inquit, Oportet Episcopum sine crimine esse sicut Dei dispensatorem, non superbum, non iracundum, non vinolentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum, sed hospitalem, benignum, sobrium iustum, sanctum, continentem, amplectentem eum qui secundùm doctrinam est, fidelem sermonẽ vt potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicũt arguere. Hæc sunt præcipua episcopi insignia, hæ sunt veri episcopi dotes. Sed harum prima, perspicacius intelligenda est ex veritatis Grecæ trutina [c] Δεῖ τὸν ἐπίσκοπον ἀνέγκλητον Oportet Episcopum sine crimine. Ἀνέγκλητος non ita sonat quasi dicas, vacantem omni culpa, sed quam nemo possit accusare, siue criminari & vocare in ius ob aliquod flagitium. Sic enim interpretatus est prius hunc locum Diuus Chrisostomus. Nam plus est ἀνέγκλητον esse quam vacare crimine, propterea quod integritas non rarò fit obnoxia crimini ob speciem probabilem culpæ. At ne hanc quidem Paulus patitur in Sacerdote. Ἐγκαλεῖν enim est intento crimine vocare in ius. Et ἔγκλημα commissum ob quod aliquis in ius trahi possit, ἀνέγκλητος qui non possit ad hunc modum accusari. Atq; idem repetit paulo post *Oportet Episcopum sine crimine esse.* Augustinus ad Bonifaciũ colligit quod si idem esset sine crimine quod sine peccato nemo asciscendus esset ad ministerium ecclesiasticum. Sit (aiũt hîc greci) talis cuius nemo possit suggillare, aut carpere mores, vitam curet ab accusatione liberam, nullã det occasionem reprehẽsionis, modo iustæ. Sit alter aut tertius Cato * vt dicitur, quẽ si vel Momus, intueatur aut Lincæus censor propius circunspiciat non magis in eo culpabile aliquid inueniat quam in sole tenebras, aut in scirpo nodum, sitq; virgula diuina quædam, virga inquam directionis & iustitiæ. Eadem de causa Gregorius moral. libro trigesimoprimo capite nono. Virum ait gratia Sacerdotali dignum sine crimine, non sine peccato hic descriptum. Sic sane Latini distinguentes, humanæ hinc infirmitatis illinc maledicentiæ rationem quam Græci plus habuerunt, nisi quod inter hos Theodoretus, non cuiuis

[c] *Non exigit, vt sit sine peccato, quia hoc esset ferè homini impossibile, prout Euangelista docet, Si dixerimus (inquit ille.) quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Dicit Paulus oportere vt Episcopus sit sine crimine, quod non qualecunque, sed graue & mortale est peccatum.*

* Iuuenalis Habeat iã Roma pudorem, Tertius è cęlo cecidit Cato

cuiuis sed iustę tantum reprehēsionis affinem hic exponit, hoc est, non qui nunquam sit culpatus, à maleuolis præsertim & inimicis, sed qui iure culpari nequeat. Electo itaque duplex necessariū inculpatæ vitæ integritate, vt sciliect inculpatè viuat & ministret. Nam bene docentes & malè viuentes meritò reprehenduntur. Indignum quippe est vt quis in alios reprehendat quod ipse aliis scientibus fecit. [d] Hunc enim talem meritò arguit Paulus dicens. In quo enim iudicas alterum, teipsum condemnas. Et iterum quomodo ergo aliū doces teipsum nō doces qui prædicas nō furandum furaris? qui dicis non mechor, dū mecharis? Ob hanc causam saluator noster Iudæis adulteram mulierem accusantibus dixit, qui vestrum sine peccato est, primus in illam lapidem mittat. Quibus verbis innuere voluit eum qui peccatis esset obnoxius indignum esse qui alios aut punire aut reprehendere possit. Matth. 23. Bene in speciem viuentes & male docentes, nihilo magis sunt inculpabiles, imò prioribus peiores. Quid male viuentes & peius docentes? Sit igitur eligendus & electus hac prima vitæ sanctimonia illustris. In qua reliqui fermè omnes optimi episcopi tituli continentur, quos tamen specialiùs examinabimus iuxta Apoli tabulā, ne quid desit in hac nostra opera. Assentiamus sanctis patribus qui tam sollicitè cauerunt, ne præpostera fieret electio episcopi, sic enim ordinauit Innocentius tertius in Concilio generali Lateranensi c. 26. dicens. [e] Nihil est quod Dei ecclesiæ magis officiat quam quod indigni assumantur prælati ad regimen animarum, Volētes igitur huic morbo necessariam adhibere medelam, irrefragabili constitutione sancimus, quatenus cum quisquam ad regimen animarum fuerit electus is ad quem pertinent ipsius confirmatio diligenter examinet & electionis processum & electi personam, vt cum omnia ritè concurrerint, munus ei confirmationis impēdat, quia si secus fuerit incautè præsumptum, non solum deiiciendus est indignè promotus, verumetiam indignè promouēs puniendus, propter quod idem sacrum generale Lateranense concilium in præcedenti cap. 23. ita statuit Is vero ad quem fuerit deuoluta potestas scilicet electum confir-

[d] Non confundent opera tua sermonem tuum: ne cum in Ecclesia loqueris, tacitus quilibet respondeat, Cur ergo hæc quæ dicis, ipse non facis. Delicatus magister est, qui pleno ventre disputat de ieiuniis. Accusare auaritiam, & latro potest. Sacerdotis Christi, os, mens, manúsque concordent. Hyeron. in Epistol. ad Nepotianum.

[e] Gregorius in c. 3. de elec. et Innocen. 3. in Concilio generali Lateranensi. c. 26.

mandi vt præmittit Deum præ oculis habens non differat vltra tres menses cum consilio capituli sui & aliorum virorum prudentum viduatam ecclesiam de persona idonea ipsius quidem ecclesiæ vel alterius (si digna non reperiatur in illa) canonicè ordinare si canonicam voluerit effugere vltionem. Hæc ille. Et habetur de Electione ne pro defectu. Sed redeamus ad Episcographiam. Hortatur Apostolus episcopos tam excelso honoris culmine insignitos sobrios esse non vinolentos. Sacerdotes qui ministrant templo Dei prohibentur vinum & Siceram bibere ne in crapula aut ebrietate grauentur corda eorum & vt sensus officium Deo exhibens vigeat semper tenuisq; sit. Multo namque vino vinolentus est non qui modico vino vtitur, sed qui nimio indulget vinó & hoc etiam malum ingenij arcem destruit, & carnis ardores irritat qui sæpe homines in multa pertrahunt vitia. Vinũ & mulieres (inquit Ecclesiasticus) apostatare faciunt sapientes, Potatio etiam citra temulentiam vim mentis aufert, & vigorem iudicij laxat & tollit etiamsi iudicium non adimat. Atque vt dicit Hieronymus venter mero æstuans citò despumat in libidines, & D. Thomas vsum vini non per se sed per accidẽs illicitum facit, quandoquidem ex conditione bibentis qui à vino facile læditur, vel qui ex speciali voto obligatur ad non bibendum vinum, quandoque autem ex modo bibendi quia mensuram in bibendo excedit, quandoque autem ex parte aliorum qui ex hoc scandalizantur. Nec immerito reprehenduntur apud Hosseam Sacerdotes qui liberaliùs potabant cum illis vinum bibere prohibuisset Dominus quoties in templo erant ministraturi. Ac prætèrea, quia iudicaturi erant de munditia & immunditia, populúmque edocturi, in cuius officij ratione grauissima ministrat impedimenta Ebrietas, illi attamen muneris obliti curabant, splendidè cuticulam curabant, temulentia, & vino madentes & quod dicitur ad ambas vsque aures ingurgitati scandala dabant plebi. Ad hæc vini arguuntur quoniam illud bibebant vt ardentius ac potentius deliciarentur voluptatibus venereis, sciebant quandoque vinum esse voluptatis & libidinis fomentum, g illo enim tanquam oleo, ad suscitandam

f Vinum est irritamentum libidinis. Mortuus res Venus sine Baccho, & Cerere. Saturis Venus est, cæterùm infælicibus, miserisque nulla adest Venus mortalibus.

g Hieronymus ad Eustochium de custodia virginum. Vino sublato non est Venus. Eurip. in Bacchid. Athenæus libr. 10. Dipnosophistarũ, scribit Aristophanem vocasse vinum. Ἀφροδίτης γάλα, id est, lac venereum.

ſuſcitandam carnis flammam vtitur impudicus Amorum Præſes. Teſtis nobis eſt Apoſtolus vtriuſque virus affinitatem comprehendens. Nolite inebriari vino in quo eſt Luxuria. Atque hinc eſt quod Diuus Ambroſius cum Hieronymo toties vinum venenũ appellat. Hinc ad Nepotianum de vita Clericorum de vino loquens ait, libenter carebo poculo in quo ſuſpitio veneni eſt, atque ad Euſtochium ſi quid in me poteſt eſſe concilij ſi experto creditur hoc primum moneo, hoc obteſtor, vt ſponſa Chriſti Vinum fugiat pro veneno. Alter in tractatu de Helia inquit vina prætendis, venena diffundis etiam maior vis vini qam veneni eſt, denique venenum vino excluditur, non vinum veneno, multi à ſerpentum veneno curantur nemo ab ebrietate. Certe veneno caro vulneratur, vino mens. Ipſius ebrietatis deteſtatio tot nephandos effectus quotidie parturiens ab ipſa bibacitatis procacitate nos diſſuadere debet, & his potiſsimũ rationibus, prima quia Ebrij abutuntur Dei donis quibus pauperes conſolari poſſent. Secunda quia Dei ſpernuntur tam ſerio iniuncta præcepta, Prohibuit enim Chriſtus ebrietate corda grauari. Tertia quia vitiant & debilitant naturæ vires, adeo vt citius à compage corporis in ſui forſam exitium diſſolutæ rapiatur animus. Quarta quia in beſtias ſe conuertunt. Quinta diabolo ligatos & captiuos viliſsima mancipia ſe tradunt. Denique ſibiipſis cauſam & occaſionem præſtant ad nequiſsima facinora & obliuiſcuntur Dei, iuſtitiæ, honoris, & pudicitiæ. Sed quamuis deteſtanda ſit omnibus, maximè tamen in Principibus & ſacerdotibus, Nam cum præcipuè corporis humani hoc eſt Reipublicæ & eccleſiæ functiones delegatæ ſint, quid erit ſi ebrietas illis cor auferat, quomodo curabitur ſalus membrorum obtenebrato & ſepulto capite? [h] Hinc optimè Athenienſes quamuis ebrietatis vitium in omnibus improbarent, ex Solonis tamen inſtituto principem ebrium morte mulctabãt.[i] Simili lege Carthaginenſes interdixerunt magiſtratibus vſum vini quod in ipſis laudat Plato. [k] Quid dicemus de epiſcopis qui regio luxu, & compotationibus bona pauperum diſsipãt, ſeipſos perdunt & ad ſpurciſsimas carnis illecebras currunt, &

h Atheneus lib. 10. de feſtiuis compotationib. differens huiuſmodi Prouerbium eleganter vulgò dici ſolere ſcribit, τ οἶνον οὐχ ἔχειν πηδάλια, id eſt, vinum non habere clauum, propterea quòd ebrietas nihil, nec conſulte, nec moderate, nec facit, nec dicit. Obruitur enim ratio quæ claui vice ſobrios moderatur, atque gubernat. Itaq; violentiam nullu minùs ignoſcendæ eſt, quam qui Reipublicæ clauum moderantur, hoc eſt, paſtoribus regibus & magiſtratibus.

i Cœlius Rhodiginus lib. 18. cap. 31.

k Plato. 2. de legib.

ſpeculatoris officij immemores ebrietate ſtupidiſsima ſopiuntur, tales itaque epiſcopali pedo indignos cenſet Apoſtolus nomine ſobrij.

l Prudentia rerum omnium dux, veluti in Epiſcopo, ſumma eſſe debet, & meritò, quia ipſe veritatis magiſter dixit, Fidelis ſeruus, & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam.

m Ariſt. 6. Ethic. cap. 7.

Deinde prudentem[l] eligendum eſſe cupit, vt ſe ſuoſque fidelius regat, illi enim datur duplex adminiſtratio eccleſiæ ſcilicet in ſpiritualibus & temporalibus vt dictum eſt ideo excellenti prudentia opus habet, Eſt autem prudentia ſecũdùm Ariſtotelem recta ratio agibilium.[m] Cum autem triplicia agibilia incumbant Epiſcopo quędam ad ſeipſum & circa proprium bonum, quædam verò circa eccleſiam & domum ſuam, quædam autem circa politiam ſuæ diœceſis communem, ea propter triplici prudentia eum ornari decet, vna quam Philoſophus 6. Ethicorum cap. 8. vocat prudentiam ſimpliciter, id eſt ſine addito, quæ alias monaſtica ſiue perſonalis dicitur, qua homo ſingularis ſe debitè regit vt agat & vitet cum debitis circunſtantiis quæ ad bonum ſuum agenda ſunt & vitanda de qua Prouerbiorum primo. Prudentia ſaluabit te vt eruaris à via mala.

Alia eſt prudentia œconomica, directiua eorum quæ ad domeſticam conuerſationem ſpectant, de qua Prouerb. vigeſimo quarto Sapientia ædificabitur domus & prudentia roborabitur de qua prudentia agit, philoſophus in duobus lib. œconomicorum.

n Prudentia virtus non ſolùm Politicis adminiſtrationibus ſed Epiſcopis adeo neceſſaria, vt qui ſine hac aliquod regimen ſuſcipiunt, videntur cæcus, cum cæci ſint notificare viam.

o 2. Ethic. c. 5.

Tertia eſt prudentia [n] politica, quæ eſt cognoſcitiua & directiua eorum quæ ad ciuilem politiam pertinent inueniendo media, quibus multitudo ciuilis, iuſtè ac pacificè gubernetur, qua vti debet epiſcopus, ſecundùm duas eius partes, quæ ſunt legis poſitiuæ & legis executiuæ, Et rectè beatus Paulus prudentiæ præpoſuit immediatè Sobrietatem ſeu Temperantiam quoniam Philoſopho teſte [o] ipſa dicitur Sophroniſi, id eſt conſeruatrix prudentiæ, eo quod Temperantia ſeruat rectum iudicium in agendis & vitandis. Intemperantia autem per dominantem paſsionem, corrumpit rectam æſtimationem de fine & de mediis ad finem, quemadmodum & auaritia excludit prudentiam ſecundùm illud Exodi vigeſimo tertio Munera excæcant prudentes.

Irreprehenſibilem, ſobrium & prudentem poſtquam Epiſcopum

Episcopum constituit Apostolum quartam conditionem addit *Ornatum* per epitaxim & exaggerationem vt sentit Hieronymus ad Oceanum prioris verbi irreprehensibilis. Qui vitia non habet, irreprehensibilis appellatur: Qui virtutibus pollet ornatus est. Possumus & aliud ex hoc verbo intelligere iuxta illud Tullij,[p] Caput est artis dicere quod facias. Quidam enim tanta stoliditate superbiunt,[q] tantisq; gloriolis & fastu inflantur, vt & in motu & in incessu & in habitu & in sermone communi risum spectantibus præbeant & quasi intelligentes quid sit ornatus splendor & applausus comunt se vestibus, corpus eorum in purpura serpit, episcopalem alioquin diminui authoritatem opinātur cum superfluus vestium cultus non adest, quo nihil in episcopo vel fœdius vel turpius. Vnde perquam doctè Diuus Gregorius sentit nullum hominem sanctitate fulgentem esse in exterioribus incompositum, & egregiam huius rei causam subiungens ait. Intus enim est custodia quę composita seruat exterius membra. Et certè signum est interiora non rectè valere quando exteriora modestia non regit, produnt interiores animi affectus exteriores, ita vt facile cognoscantur.[r] Hinc sapiens ait Amictus corporis & risus dentium & incessus hominis annunciant de eo. Gregorius Nazianzenus ex vultu & habitu se scribit deprehendisse latentem in Iuliano improbitatem. An non facile iudicabitur illecebris deditus episcopus qui superbo oculo, crispatis capillis incedit? nonne effœminatus censetur qui meliores auroræ partes in parandis vnguentis & suffitibus consumit? Dum moliuntur, dum comuntur annus est. Ornatus iste (inquit Hieronymus) non est Domini sed velamen Antichristi. Modestia vestra nota sit omnibus inquit Paulus.[s] Modestiæ autē est vt asserit. S. Thomas gubernare exteriores hominis gestus ac motus corporis. Multos hodie videmus qui tanquam sponsi egrediuntur de thalamo suo, complures delicati vt nihil mūdi muliebris[t] obliuiscātur qui forte hunc locū Apostoli impudenter ab animi consideratione excusserunt, aut illud legere noluerunt. Episcopus vilem suppellectilem & mēsam ac victum pauperem habeat & vitæ meritis conquisitis querat, vt si fieri

potest

p Libr. 1. de Oratore.

q *Superbia vitium etsi omnibus sit vetitum, multò tamē magis rectori Ecclesiastico est interdictum à quo omnis superbia fastus, & omnis imperandi libido longissimè debet abesse.*

r *Solent etiam boni viri ex ipsa oris figura dignosci, vt & inquit Homerus Odyssee primo.* Οὐ μὲν γὰρ ἐκ κακῶν τις ἀπηνής [illegible] Ex specie minimè improbus ipsa Esse videbatur.

s Ad Philip. 2.

t *In Episcopos lasciuientes qui nimio luxui indulgent, & vanitati studiosius incumbunt.*

poteſt ſucceſſori ſuo meliorem relinquat.

Quinto requiritur in Epiſcopo pudicitia & continentia. Te ipſum caſtum cuſtodi. 1. ad Timoth. 5. [x] Quod ſi ſcribit hæc viro adeo ſeſe ieiuniis & aquæ potu extenuanti vt inde etiam ægrotaret, quid nos facere oportet aut quonam modo obſeruare? Si ille æquanimiter tulit monitionem quanto magis epiſcopus qui continuis Veneris flammis in publicum dedecus, ſuiq́. detrimentum exardeſcit. O viros lapideæ ceruicis, o tribus Anticyris inſanabilia capita. Nulla ne vos flectet ſæui Iudicis vindicta iuſta, quandiu fouebitis tepido affectu venereum ardorem quandiu inſequetur voluntas veſtra aulicorum luxus, & fœminarum blanditias quibus nihil venenoſius nihil peſtilentius, nullũ grauius vulnus inferri poteſt eorum intuitu quo deprædatur mẽtis libertas, eius voce blãdiloqua tolerabilius eſt audire baſiliſcum ſibilantem. Suſpicite Baſilij [y] temperantiam merè regiam & mirabilem. Proponite vobis Hieronymi conſtantiam Athletę conſtantiſsimi in vincenda carnis petulantia, eius Epinicium audite quod his fermè verbis cecinit. O quoties ipſe in eremo conſtitutus & in illa vaſta atque horrenda eremi ſolitudine, quæ exuſta ſolis ardoribus horridum monachis præbet habitaculum, putabam me Romanis intereſſe deliciis. Sedebam ſolus quia amaritudine repletus eram. Horrebant ſacco membra deformia & ſquallida cutis ſitum Aethiopicæ carni obduxerat. Quotidie Lachrimæ, quotidie gemitus, & ſi quando repugnantem ſomnus imminens oppreſsiſſet nuda humo vix horrentia oſſa collidebam. De cibo verò & potu taceo, cum etiam languentes monachi aqua frigida vtantur & coctum aliquid comediſſe luxuriæ ſit, ille igitur ego qui ob gehennæ metum tali me carceri damnaueram, ſcorpionum tantum ſocius & ferarum, ſæpe choris intereram puellarum, pallebant ora ieiuniis & mens deſideriis æſtuabat. In frigido corpore & ante hominem ſuum, iam carne præmortua ſola libidinum incendia bulliebant. Itaque omni auxilio deſtitutus ad Ieſu iacebam pedes, rigabant Lachrimæ, crine tergebam, & repugnantem carnem hebdomadarum inedia ſubiugabam. Memini me clamantem

[v] Chryſoſtomus de pudicitia.

[x] De D. Baſilio ſic loquitur Granatenſis in ſua oratione de officio paſtorũ. *Quid Diuum Baſilium commemorem, cuius mores quoddam regium, vt eius nomen ſonat præ ſe ferre videntur an non ne ille inuicta quadam animo magnitudine ac ſanctitate vitæ omni pompa atque apparatu deſtitutus cum ipſo Imperatore Valente Arriano tot annis pro fide Eccleſia decertauit. Quis autem Baſilio in victu & veſtitu frugalior, ſic enim de eo ſcriptum legimus. Erat autem Baſilius in victu, & veſtitu abſtinentiſsimus. vna tantùm tunica amiciebatur, humi cubitans, totus ſæpe noctibus vigilabat. Demum e his corpore per abſtinentiam conſumpto cum oſſibus, ac pelle tantùm ſuperſtes eſſet.*

tem

tem diem crebro iunxisse cum nocte nec prius à pectoris cessasse verberibus quam rediret Domino imperante tranquillitas Osæuissimum hostem libidinem. Ex huius Diui Hieronymi verbis perpendite quam rebellis sit malus ille Dæmon qui mediis in medullis flammas suas accendit, quod si hoc patitur ille qui exeso corpore solis cogitationibus oppugnatur quid patitur ille in cuius oculis tot pulchritudinum imagines luxuriantur, qui mulierum comitantur amplexibus, qui otio vitam transigunt quorum ædes ne dicam lupanaria Lenonibus, Colacibus & parasitis aperiuntur? Pudet vlterius fœditatem hanc orationis candore prosequi.

Hostis d... libido.

Sextò hospitalem eligit in episcopatū Apostolus, Non est ille hospitalis qui mensam suam instruit, & diuitibus ac potentibus, aut forte ebriosis, morionibus, ac nouarum rerum nunciis exponit. Sed qui seruos Dei specialia seminantes fouet, qui egentes & peregrinos excepit, Episcopi domus (ait Hieronymus) omnium commune debet esse hospitium. Laicus vnum aut duos aut paucos recipiens implebit hospitalitatis officium. Episcopus nisi omnes receperit inhumanus est. Verum ne in huius conditionis hospitalitatis expositione, aliquid minus probè & expeditè innotescat, tria supponuntur. Primum quod episcopus habet & possidet duplices diuitias temporales, scilicet proprias, ex parentum successione vel acquisitione & res Ecclesiæ suæ quomodocunque iustè pertinentes, de quibus canon. 40. Apostolorum habet, quod res episcopi & res Dominicæ debent manifeste discerni vt potestatem habeat episcopus de propriis moriens sicut voluerit & quibus voluerit derelinquere. Nè occasione Ecclesiasticarum rerum (quæ episcopi esse probantur) intercidant, fortassis enim aut vxorem habet aut filios aut propinquos aut seruos, & iustum est hoc apud Deum & hominem vt nec Ecclesia detrimentum patiatur ignoratione rerum pontificis, nec episcopus nec eius propinqui sub obtentu Ecclesiæ proscribantur, aut in causas incidant qui ad eum pertinent moreque eius iniuriis malæ famæ subiaceat.

y Hospitalem Episcopum desiderat Paulus qui non solum non aliena appetat quod faciunt hi qui lucris inhiant, sed etiam propria indigentibus, ea largiri oportet, Ob quam causam Doctores sacri dixerunt, Episcoporum & aliorum sacerdotum bona esse, bona peregrinorum, cæterorúmque pauperum, quibus illi necessario subuenire tenentur.

Concilium Agathense Episcopi de rebus propriis vel

 acquisitis

acquisitis vel quicquid de propriis sunt, si noluerint hæredibus derelinquant quicquid verò de prouisione ecclesiæ suæ fuerit omnia in iure ecclesiæ seruare censuimus. Secundò præsupponitur quod ecclesia licitè habet diuitias, redditus, & thesauros nam si oporteat episcopum esse hospitalem vt Paulus testatur, vultque viduas ab ecclesia sustentari, oportet eum diuitem esse. Et Beatus Ambrosius in libro de officiis Aurum (inquit) habet Ecclesia non vt seruet sed vt eroget & subueniat in necessitatibus. Tertio supponitur quod episcopus habet administrationem thesaurorum & bonorum ecclesiæ suæ. Vnde idem Ambrosius templo Dei nihil positum nec decerpere nec tradere cum illud custodiendum non tradendum acceperim. Et habetur 23 q. 8. cap. Conuenior. Sic custodire habet episcopus res ecclesiæ vt non possit sibi eas vendicare vt dicitur in cap. Prohibemus de censibus & exactionibus in canon. Apostolorum 39 Omnium negotiorum ecclesiasticorum curam Episcopus habeat, & in ea velut Deo contemplante dispenset, nec eo liceat ex eis aliquid omnino contingere aut parentibus propriis quæ Dei sunt condonare. Quod si pauperes sunt tanquam pauperibus submInistres ne eorum occasione ecclesiæ negotia depredentur, nec alienare sine consensu capituli potest. Harum itaque considerationum intellectu Hospitalitatem commendatam esse episcopis non ignoramus. Hinc meritò ab antiqua Sinodi generalis sexti constitutione apostolicos & paternos canones renouata, cautum est neminem prorsus episcopatum vendere vel vtcunque alienare vasa sacra, excepta causa olim ab antiquis canonibus ordinata videlicet pro redemptione captiuorum, sed non tradere bona ecclesiarum in emphiteutica pacta nec alias rusticas possessiones venundari, ac per hoc ecclesiasticos redditus ledere quos ad propriam vtilitatẽ & ob escam pauperum & peregrinorum sustentationem esse decernimus His potest adiici canon Apostolorum 58. Si quis episcopus aut presbyter clerico ex inopia laboranti necessaria non suppeditauerit à communione eiicitor, sin perseuerat deponitor, vt qui fratrem suum necauerit, Syluester Papa primus in Concilio

Marginal notes: z 1. q. 2. cap. Aurum. a Idem Ambrosius eod. lib. cap. 2. Qui (inquit) sine auro misit Apostolos: & Ecclesias etiam sine auro congregauit Quid opus custo are quod nihil adiuuat? an ignoramus quã tum a. ri. atque argenti de Templo Domini Assirii sustinerent? Nonne melius conflat sacerdos, propter alimoniam pauperum si alia subsidia desint, si quã sacrilegus contaminata asportet hostis? Nonne dicturus est Dominus? Cur passus es tot inopes fame emori? Et certe habebas aurum: vt ministrares alimoniam? Cur tot captiui deducti in commercium sunt, nec redempti? Cur ab hoste occisi sunt. Melius fuerat, vt vasa viuentium seruares, quam metallorum, ille verus thesaurus est Domini qui operatur, quod sanguis eius operatus est. Hæc Ambrosius.

Concilio Romano ducentesimo soxagesimo septimo episcoporum pietatem Constantino magno intersuos viginti canones ibidem editos canon. 4. ita statuit & admonuit, Commoneo autem vobis omnibus mihi consortibus monimentum hoc vt de reditibus ecclesiæ quatuor partes fiant quarum vna cedat Pontifici ad suam sustentationem. Altera presbyteris Diaconis & omni clero, Tertia templorum & ecclesiarum reparationi. Quarta pauperibus infirmis & peregrinis. Gelazius Papa primus in suis decretis capite vigesimonono vt habetur tomo primo Conciliorum & refert Gratianus decima secunda quæst. secundo can. Quatuor. in hac forma dicens. Quatuor autem tam de reddito quam de oblatione fidelium prout cuiuslibet ecclesiæ facultas admittit sicut dudum rationabiliter est decretum conuenit fieri portiones quarum vna sit Pontificis altera clericorum, tertia pauperum, quarta est fabricæ applicanda. Propter quod Cartaginense Concilium 4. can. 15. eiusdem Concili hæc continet. Episcopus vilem supellectilem & mensam ac victum pauperem [b] habeat & dignitatis suę auctoritatem fide & vita meritis quærat. Et can. 17. Eiusdem Concilij sic habetur episcopus gubernationem viduarum pupillorum ac peregrinorum non per seipsum, sed per Archipresbyterum aut Archidiaconũ agat. [c] Concilium Arelatense can. 6. ita statuit episcopus pauperibus & infirmis qui debilitate faciente non possunt suis manibus laborare victum & vestitum inquantum posibilitas valuerit largiatur.

b Pro pauperibus alendis alienationem bonorũ Ecclesiæ fieri permittunt iura. cap. aurum habemus. 12. q. 2. gl. Bart. & alij omnes in l. sancimus. in princ. C. de sacrosan. Eccles.

c Idem in epist. ad Episcopos per Lucaniam, & Brutios. c. 29. & in Conci. Paris. l. 1. c. 15. Pol. l. 3. tit. 11. Ansel. l. 5. c. 68. Burch. l. 3. c. 137. Iuo. p. 3. c. 293. Pan. l. 2. cap. 7.

Denique ne in hac tanta causa, ad solam rationum opem confugiamus, & antiqua patrum exempla, & conciliorum decreta antiquata esse fingamus, addo his omnibus Tridentini Concilij decretum, quod nostris celebratum temporibus, nostrisque curandis moribus institutum, omnem penitus excusationis ansam præripuit. Sic enim ait, Optandum est, vt ij, qui episcopale ministerium suscipiunt, quæ suæ sint partes agnoscant, ac se non ad propria commoda. non ad diuitias aut luxum, sed ad labores, & sollicitudines, pro Dei gloria vocatos esse intelligant, Nec enim dubitandum est, fideles reliquos ad religionem, innocen-

tiamq; facilius inflammandos, si præpositos suos viderint non ea, quæ mundi sunt, sed animarum salutem, ac cœlestem patriam cogitantes. Hæc cum ad restituendam ecclesiasticam disciplinam, pręcipua esse sancta synodus animaduertat, admonet Episcopos omnes vt secum ea sæpè meditantes, factis etiam ipsis, ac vitæ actionibus (quod est veluti perpetuum quoddam prædicandi genus) se muneri suo conformes ostendant, imprimis verò, ita mores suos omnes componant, vt reliqui ab eis frugalitatis, modestiæ, ac (quæ nos tantopere commendat Deo) sanctę humilitatis exempla petere possint. Quapropter exemplo patrum nostrorum in concilio Carthaginensi, non solū iubetur, vt episcopi modesta supellectili, & mensa, ac frugali victu contenti sint, verum etiam in reliquo vitæ genere, ac tota eius domo caueant, ne quid versetur, quod à sancto hoc instituto sit alienum, quodq; nō simplicitatem, Dei zelum, ac vanitatum contemptum præseferat. Hactenus verba Concilij. quæ omnem nobis errandi aditum præcludunt. Nullus enim qui Christianum se esse profiteatur, adeò insolens erit qui iudicium suum ecclesiæ auctoritati, & iudicio velit anteferre. Quòd si ita est, non habet igitur quisquis fastuosè viuit, & quotidie splēdide epulatur, magnosque famulorum greges alit, & in hoc tam magnos ecclesię reditus pauperibus profuturos insumit, quo se vlla ratione tueatur, cum aduersum se tot habeat rationes, tot patrum exempla, tot doctorum sententias, tot denique & antiquorum, & recentiorum conciliorum sanctiones, atque decreta. Quæ carne & sanguine miserè dilacerantur.

Septimò Episcopatus dignitas non rabulis aut ad docendum prorsus ignaris committenda est ideo Paulus Doctorem expetit διδακτικὸν id est appositum ad docendum. Nam si episcopi sancta sit vita sibi potest prodesse sic viuens. Porro si & doctrina & sermone fuerit eruditus, potest se cæterosq; instruere, & non solum instruere ac docere suos, sed & aduersarios refellere Hieronymus cōtra Pelagium libro primo. Qui docere possit cum cæteris virtutibus difficulter inuenies. Inter omnes igitur curas hanc decet episcopis esse primam ac præcipuam quam fusius explicabimus

d Huius Concil. Sacra decreta [illegible] est [illegible], & collabascant & præcipuè magnanimi: (vbi enim, inquit Granatensis,) qui primum in Episcopum designatus est, vt prædā quandam Episcopatum esse arbitrantes, protinus ad eum, vndique amici, consanguinei, affines viri potentes, & nobiles accurrunt, aliúsque filium in famulum, alius nepotem, alius seruum offerunt, instant, obsecrant, vrgēt atque omni ratione in seruum pastorē vexant, famulisque onerare contendunt quos dum semel admiserit, excludere perpetuo non possit,) vt nisi constanti & infracto animo sit importunitati, victus cedat, & contentionis flagitatium.

explicabimus in sequentibus.

Postremò pręter superiora boni episcopi insignia debet ab iis qui sunt extra Ecclesiam nempe gentibus, hęreticis & scismaticis habere bonum testimonium scilicet inculpatę vitæ nam ipsi Catholicum Episcopum pro seducto re habent. At qua ratione dicat Apostolus per infamiam& bonam famam explicat dum subditur, vt seductores,&hęc erat infamia, Cæterum nullus vnquam Apostolis fornicationis, aut impudicitiæ, aut auaritiæ crimen obiecit sicut ait Chrisostomus hoc loco. Hactenus de his quę in optimo episcopo iure diuino requiruntur.

QVAE PROHIBENT EPISCOPALEM ELECTIONEM IVRE ET EDICTO ECCLESIASTICO.

§ V.

EXIMIVM Electionis munus & officium pendens Paulus nihilq́; incōsulto permittens, limē Ecclesiasticę hierarchię ingredi prohibet Neophitis, id est nouitiis&recenter baptizatis episcopale suscipere pedum.[a] Id enim vix fieri posset absque summa iniuria tāti honoris amplitudini. En quod hoc est? Heri Cathecumenus, hodie pōtifex, heri in amphitheatro, hodie in ecclesia, vespere in circo, mane in altari, dudū fautor histrionum, nūc virginū consecrator inspicitur. Doctè Hieronymus libro 1. aduersus Pelagium Pauli sententiam elucidat. Si baptisma statim iustum faceret & omni plenum iustitia, nequaquam vtique Apostolus Neophitum reiiceret, sed baptismus vetera peccata conscidit, nouas virtutes scilicet perfectas non tribuit, dimittit è carcere & dimisso si laborauerit præmia pollicetur. Sed paulo post asignat præcepti rationem ne insuperbiam elatus in iudicium incidat diaboli. Ignorat inquit Hieronymus ad Oceanum momentaneus Sacerdos humilitatem & mansuetudinem iustorum, ignorat blanditias Christianas nescit seipsum contemnere, de dignitate transfertur ad dignitatem, non ieiunauit non fleuit, non mores suos sæpè reprehendit & asidua meditatione correxit, non substantiam erogauit, de cathedra quodammodo ducitur

[a] Hieronym. 2. Epistola ad Oceanum. Vide August. lib. 14. de Trinitate c. 17. & lib. 2. de pec. & remiss. c. 27. dicentem Baptismum non statim tribuere perfectam virtutem.

[b] *Neophitus non est ad sacros ordines, multò minus ad Episcopatum administrationem admittendus. c. si officia 59. dist ex Vrbano Papa qui respondit officia ecclesiastica, gradatim danda esse instructis, sicut admodum in Christiana religione docuenitis, quemadmodum & secularia.*

citur ad cathedram, id est de superbia ad superbiam. Ambrosius quoque Neophitus, ait videns primo anno natiuitatis collatum in se honorem putat non magis ad suum sed ad alienum profectum se vocatum, quasi beneficium religioni magis det quam accipiat ab ea Et Haymo, ne dicat Neophitus, Indigebat ecclesia mea sapientia vel meo auxilio, ideo me ad fidem adduxit & super se constituit. Rursus Hieronymus ad Oceanum, Incidunt in arrogantiam qui in puncto horæ non dum discipuli, iam magistri sunt. Cum autem Neophitus (quod tamen rarius fit) ad perfectam humilitatem peruenerit & ante baptismum perfectæ conuersationis atque fidei se esse ostenderit, hoc pręcepto non prohibetur ordinari.[d] Neq; enim aliud hic præscribit Apostolus quam quod lex naturæ habet, nempe vt cui Superbia ex imperfectione metuitur surreptura, ne ordinetur id quod regulariter Neophitis euenire solet. Ideo Apostoli inter suos canones 79. ita statuerũt.[e] Qui ex vita gentili aduenerit & baptizatus est aut ex cõuersatione praua, iustum non est eum protinus promouere in episcopum. Iniurium enim est eum qui non prius specimen & documentum de se præbuerit aliorum doctorem existere nisi alicubi dono diuinæ gratiæ hoc fiat, hæc ibi.

Quartum Carthaginense Concilium cui interfuit beatus Augustinus canon. primo docet quemadmodum Episcopus ordinandus de præmissis omnibus debeat examinari.

Secundò Bigami [f] & Polygami à sede episcopali arcentur non quod necessariò maritus requiratur, sed siquidem maritum eligere contingeret vna modo vxore contentum requirit. Paulus cum inquit vnius vxoris virũ omnem bigamum à clero reiicit Synodus Nicena cum tamen inferioribus clericis matrimonium permittat. Similiter Synodus Neocęsariensis non admittit ad clericum nec in eo manere permittit cum vxore fornicaria. Hanc sententiam sequitur capitul. Debitum: de bigamis non ordinandis, Tertullianus secundas damnans nuptias dicit in libello de Monogamia, episcopum Monogamum & presbyteros & Diaconos eiusdem esse sacramẽti. Et mox. Coniũgent vos, inquit

d Qui iam diu Catholicam fidẽ relicta falsa religione susceperit, & miles est veteranus militiæ Christianæ, nulla lege prohibetur ad Sacra & secularia officia eligi: dummodo idoneus habeatur Bar. in l vlt. C. de postuland Ananis. in rub. de Iudeis. col. 2. Las. in rub ff. de. iust. & iure col. 1. And. Tiraq in tract. de nobil. c. 29. num 12.

e 23. dist. cap. qui episcopus.

f Bigamia ipsis etiam Ethnicis prohibita erat, vt assumerentur ad sacrificiorum mysteria propter monogamiæ gloriam, vt inquit Tertull. lib. 1. ad vxorem, & in lib. de monogamia ad fin. & in lib. de præscrip. aduersus hæreticos, idem & D. Hieronymus Epistola ad Geruntiam monogamia ita scribit Flamen vnius vxoris ad Sacerdotium admittitur. Fæmina quoque vnius mariti eligitur vxor. ad Tauri Aegyptij sacra semel maritus adsumitur hæc Hieronymus. Ludou. Cælius. lib. lect. antiq. 16. capp. 22.

quit

quit, in Ecclesia virgine, vnius Christi vnica sponsa. Hoc autem munere oportet nunquam in ecclesia Dei permissum vt quis episcopatu vel presbyterio suscepto vxorem duceret, sed soli cœlibes recipiebantur.

Tertium est vt non ex laico statu assumantur, decreto octauæ Synodi Constantinopolitanæ quo cautum fuit Action 4. ne quis laicus subitò in sacerdotem vel episcopum promoueretur sed per suos gradus. quod etiam prohibetur in decretis 61. dist. cap. statuimus. Licet Nectarium 2 Synodus generalis ex laico ob ecclesiæ necessitatem fecerit Constātinopolitanum Archiepiscopum. Pariter beatus Nicolaus adhuc fuit Laicus in episcopum electus vt dicitur in citato ca. statuimus, & Seuerus assumptus est ex lanificio in archiepiscopum vt illic dicitur & beatus Ambrosius[h] 8. à baptismate suo die, Paulino teste est ordinatus cuius ordinationem Occidētales episcopi iudicio, Orientales etiam exemplo probarunt.

h Ambrosius in Epistol. 92 ad Vercellenses. 63. dist. c. Valentinianus.

Quarto præcoces ætate non insigniri debent hoc honore, prouecti tantū & triginta annos nati[i] vt statuit Alexander 3 in Concilio Lateranensi. Cum in cunctis sacris ordinibus & ecclesiasticis ministris sint ætatis maturitas, grauitas morum & literarum scientia inquirenda multo fortiùs in episcopo hæc oportet inquiri qui in curam aliorum positus debet in seipso ostendere qualiter alios in domo Dei oportet conuersari, ea propter ne quod de quibusdam pro necessitate temporis factum est trahatur à posteris in exemplum præsenti decreto statuimus vt nullus in episcopum eligatur nisi qui iam trigesimū ætatis suæ exegerit annum & de legitimo matrimonio sit natus qui etiam vita & scientia commendabilis demonstretur. Hæc ibi. Debet autem sacris esse promotus vt Innocentius tertius, hoc statuit canone.[k] Siquidem Vrbanus Papa primus decreuit vt nullus in Episcopum nisi in sacris ordinibus religiosè viuens inuentus fuerit eligatur. & paulo post. Subdiaconos verò quia etiam ministrant altaribus oportunitate exigente concedimus in Episcopos eligi si tamen præclaræ scientiæ ac religionis existant, quod ipsum non sine Romani Pontificis vel Metropolitani licentia fieri permittimus

i Ad Episcopatus administrationem suscipiendam requiritur trigesimus annus veiust. canon. Episcopus distinct. 77. sanctitum est, & cap cum in cunctis de electione 6.

k de ætate & qualitate cap. præficiend. c. à multis.

permittimus.

Vltimum edicto ecclesiastico requisitum in episcopo promouendo est, quod sit canonicè electus, non sordibus aut ambitu illo quo solent beneficia ecclesiastica summo omnium scandalo venari, sed habita diligenti discussione dignioris ne indignus eligatur, ne conscendat sedem honoris & gloriæ diues insulsus & ignarus contempto paupere instructiore & sanctiore ne reueretur quod est contemnendum aut contemnatur quod erat sequendum qua in re grauissimus cõmittitur & summa fit iniuria animabus subditis. Hinc Calixtus Papa[l] Nullus inquit in Episcopum nisi canonicè electum cõsecret, quod si præsumptum fuerit cõsecrans & consecratus absq; recuperationis spe deponatur, A quibus autem & quomodo electio episcopi fieri debeat abunde habetur in decretis Gratiani dist. 61. 62. & 63. nec non in decretalibus antiquis & lib 6. titulo de electione. Vnum autem hic prætereundum non est videlicet vt nullus siue industria & fauore ac viribus aut amicorum vel sæcularium potestatum auxilio, episcopatum assumat, sed sola Dei vocatione dicente Apostolo. Nec quisquam sibi sumat honorem scilicet inordinatè sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron ad Hebreos quinto propter quod sexta Synodus generalis actione 2. sic habet. Omnis electio episcopi vel presbyteri vel Diaconi à Principibus facta irrita permaneat, secundum regulam quæ dicit, Si quis episcopus sęcularibus potestatibus vsus ecclesias per ipsos obtinuerit, depõnatur & segregentur ab ecclesia omnes qui illi communicant & habetur 63. dist. cap. Omnis, vbi nota illud secundum regulam ex gloss. 16. q. 7. cap. Si quis episcopus ex 31. can. Apostolicorum. Octaua Synodus generalis quæ fuit Constantinopolitana[m] anathematis pœna & fulgure punit eos qui vel cõsenserint illicitæ Magistratus aut principum electioni in ministrorum sacrorum promotione. Concilium generale Lateranense sub Innocentio tertio capite vigesimoquinto ita statuit.[n] Quisquis electioni de se factæ per sæcularis potestatis abusum consentire præsumpserit cõtra canonicam libertatem, & electionis commodo careat, & ineligibilis fiat, & absque dispensatione

l Referens indignum (inquit Adrianus reus est omnium flagitiorum quæ ex crimine consequuntur, reus denique omniũ aut Elemosynarum, aut aliorum bonorum, quæ bono rectores studio, atque opera perficerentur. Quemadmodum enim, qui aut imperitum medicum, aut nauclerum, aut ducem, aut pastorem præficeret, est omnium damnorũ, quæ ex horum ignorantia, aut socordia consequuta sunt, ita planè qui indignum eligit Ecclesiæ ministrum omnium malorum consequentium reus est.

m Synodus Constantinopol can. 12. & 22.

n de elect. c. quisquis.

fatione non posſit ad aliquam eligi dignitatem. Qui verò electionem huiuſmodi quam ipſo iure irritam eſſe cenſemus præſumpſerint celebrare, & ab officiis & beneficiis ſuſpendantur per biennium, eligendi tum poteſtate priuētur. Idem Cōcilium capite vigeſimoquarto ſtatuit triplicē viam canonicæ electionis, ſcilicet per inſpirationem ſpiritus ſancti, per ſcrutinium, & per compromiſsionem, & qui contra prædictas formas eligere tentauerit, eligendi ea vice poteſtate priuetur.[o] Præſcriptis conditionibus ornatus, nulliuſque inſcius, canonicè in epiſcopum eligi poteſt, ſiue ſæcularis ſit ſiue religioſus. Poſſunt ſiquidem Religioſi etiam mendicantes eligi & poſtulari ad epiſcopatum ſiue ſæcularem ſiue regularem. Extra de electione capite vigeſimoquarto quod incipit Quorundam. in ſexto & titulo eodem capite primo, in Clementinis. Religioſus tamen, etiam de licentia ſui ſuperioris non poteſt aſſumi ad epiſcopatum clero carentem, niſi per Papam inſtituatur Extra de electione ca. 6. in Clementinis.[p] Nec religioſus mendicātium, poteſt aſſumi ad prælaturam extra ſuum ordinem per electionem in diſcordia factam, nec ad prælaturam non epiſcopalem alterius religionis, vel habitus, quod ſi contra fiat, irritum eſt, vt determinat Concilium Viennenſe extra. de electione capite primo in Clementinis. Electio autem ſicut præſcriptum eſt, ſufficientis & idonei, imo verius magis idonei, vt ſupra. in Secunda Claſsi latius oſtenſum eſt, debet ſtatim & cito fieri, dicēte & ſcribente Innocentio tertio ad capitulum Capuanæ Eccleſię Quia verò mora lōgior in electionibus, eſt valde ſuſpecta, imò ſæpe damnoſa, mandamus quatenus inuocata ſpiritus ſancti gratia, perſonam idoneam, per electionem canonicam, cōcorditer aſſumatis ad regimen Capuanæ eccleſiæ. Et habetur. de electiō. cap. Cum inter. Idem Innocentius tertius in Concilio generali[q] Lateranenſi ca. 23. ita ſtatuit Ne pro defectu paſtoris gregem Dominicum Lupus inuadat, aut in facultatibus ſuis eccleſia viduata graue diſpendium patiatur, volentes in hoc etiam occurrere periculis animarum & eccleſiarum indemnitatibus prouidere ſtatuimus vt vltra tres menſes, cathedralis eccleſia vel re-

o de elect. in. capit. Quia. propter.

p Extra. de elect. c. Quorundam. in 6. Vide Oldrad. Conſ. 103. & Conc. Trid. Seſſ. 25. tit. de reg. cap. 6.

q De elect. cap. Ne defectu.

gularibus prælato non vacet infra quos iusto impedimento cessante si electio celebrata non fuerit qui eligere debuerant eligendi potestate careant ea vice ac ipsa eligendi potestas ad eum qui proximo præesse dignoscitur deuoluatur. Hęc sacrum Concilium. Sancta Synodus de promouendis ad cathedrales, & superiores ecclesias, nonnulla vtiliter decreuit, hoc tamen munus huiusmodi esse censet, vt si pro rei magnitudine expendatur, nunquam satis cautum de eo videri posit. Itaque statuit, vt cumprimum ecclesia vacauerit, supplicationes, ac preces publicè priuatimq́; habeantur, atque à Capitulo per ciuitatem, & diœcesim indicantur, quibus Clerus populusq́; bonum à Deo pastorem valeat impetrare, Hortatur ergo, & monet eos omnes quorum hoc negotium interest, vt imprimis meminerint, nihil se ad Dei gloriam, & populorum salutem vtilius posse facere, quam si bonos pastores, ecclesiæ gubernandæ idoneos promoueri studeant, eosq́; alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, nisi quos digniores, & ecclesiæ magis vtiles ipsi iudicauerint, non quidem precibus, vel humano affectu, aut ambientium suggestionibus, sed eorum exigentibus meritis, præfici diligenter curauerint. Hæc ibi. Verùm de his hactenus, abundè enim ista sufficiunt, vt intelligamus quales episcopos eligere teneamur. Cum ad Dauidem Abiathar sacerdos, amissis iniuria, & crudelitate Saulis parentibus, ac fratribus in desertum profugus peruenisset, ait ad illud Dauid, Ego sum reus omnium animarum patris tui, nimirum quia neque volens, neque animaduertens, in causa fuerat, vt Saul præcipiti quodam furore percitus, inuidiaque stimulatus, sacerdotes Domini iugularet. Quid ergo dicet qui, & sciens & volens, & affectibus suis, & aut amicorum seruiens contemptis dignioribus, præcipit indignos, ex quorum indignitate tot pereuntium animarum strages consequuntur? Quod verò omnia mala hæc, in electoris caput recidant, audi Hiero. dicentem, de affeclis suis ordinantes, & vitam eorum in scandalum populi exponentes, rei sunt infidelitatis eorum, qui scandalizantur.

a Eiusdem Concilij Tridentini sanctione ista de vera sunt, quæ huiusmodi debent cuius verba sic habēt Si in quibuslibet Ecclesiæ gradibus prouidenter, scienterque curandum est, vt Domini domo nihil sit inordinatum, nihilque præposterum, multò magis elaborandum est, vt in electione eius qui supra omnes gradus co stituitur, non erretur, Nam totius familiæ domui statu, & ordo nutabit, si quod requiritur in corpore, non inueniatur in capite.

D E

DE ELECTIONE CONFIRMATIONE ET RESIDENTIA EPISCOPORVM.

CAPVT SECVNDVM.

§ I.

Electio confirmatio & consecratio Episcopi.

SANCTORVM patrum Chronicis legimus quam odibile fuerit viris piis episcopis dignitatis munus potentissimis rerum copiis & fastu immodico præcinctũ ambire qui nõ ignorabant Pauli[a] consilium. Si quis episcopatum desirat, opus naturæ non dignitatem, laborem non delicias non crescere fastigio sed humilitate decrescere vt fiat seruus & hominum minister propter Christum.[b] Verum cum res sit multi magnique laboris in hoc summo honorum cacumine non extolli aut turbari inanis gloriæ præeminentia non immerito mea sententia refugebant pastorales diuitis Ecclesiæ infulas.[c] Non culpãdus est Anthonius Anachoreta qui ne eligeretur episcopus lęuam sibi auriculam ferro pręsecuit. Quid effugis pater optimè gloriam? quę plus additur cum timetur. Quid honorem quasi indignus repellis! Meritis prærogatiua est honoris repulsa. Veretur forsan ne eorũ consuetudinem induat qui pauperculam vitam professi honoris illiciis & titillationibus semel demulsi suipsius immemores insolenter se gerunt in officij modestia, in superbiam tolluntur in iactantiam effrenes non curant prodesse sed gloriantur præesse præsumunt se meliores quia se superiores cernunt, priores dedignantur amicos notos ignorant, externos comitantur, contemnunt antiquos, vultum auertunt, ceruicem erigunt, fastum osten-

X 2 dunt

[a] 1. Tim. 3.

[b] Christianus [illegible] opus quod desiderare bonum, bonum est, promoueri autem in honorem non est concupiscere, primatum namque singularem se desiderat, desiderat, desiderasse se honore.

[c] Est enim nomen operis non honoris, græcum namque speculari est, & intendere, atque adeo Episcopus idem quod superintendens. Primatum autem Ecclesiæ concupiscere, neque honestum est, neque vtile.

dunt grandia loquuntur ſublimia imitantur & poſteris teſtantur quantum ingratitudine deturpentur. Sunt enim qui cum ex ſimplici fortuna ad grandiorem ſeſe vident euectos & honoris apicē tenere, illico immemores, omnes faſtidiunt, In quos profecto grauiter excandeſcere ſolebat Clemens ſextus Pontifex Maximus omnibus gratitudinis ſpecimē exhibēs vt narrat Papirius Maſſonus lepidiſsima hiſtoria. Verū vt tales laudare nequeo, ſic eorum contemptum non approbo qui vitæ contemplatiuæ inſtitutum exculti, nulla proximi charitate, aut vrgenti Eccleſiæ neceſsitate ab hac diſtrahi vel ſeparari poſſunt. Nam quamuis vberior ſit & excellentior fructus vitæ contemplatiuæ quam actiuæ, tamen ex altera parte bonum commune præſtantius eſt particulari, & ideo tenetur homo (vt conſulit diuus Thomas) cum ad epiſcopatum accerſitur, etiam cum aliquo ſpiritualis otij detrimento illud capeſſere. Gratius enim Deo eſt & charius, vt cura ſuarum ouium quas ſuo ſanguine redemit impēſe habeatur, quam vt ſuæ ipſius contemplationi vacetur. Adde, quod neque epiſcopus, ſic eſt addictus vitæ actiuæ, vt à contemplatiua ſit prorſus alienus. Verumtamen, ſi quis peccato quouis mortali illaquearetur, indignus eſſet & electione & electionis confirmatione, quam nos hic explicandam ſuſcepimus, ſed integritate mentis & dotibus Epiſcopo conuenientibus locupletatus, aperto vultu ad benedictionem & conſecrationē, pulſis procul impedimentis cæteris, quæ hominū ambitio ſuggillat progredi poteſt. Cōſecrationis autē formā & ordinē Anacletus Papa omnibus Epiſcopis ſcribens exprimit dicens Conſecrationis tempus trium menſiū ſpacio clauditur vltra quod niſi neceſsitate cogēte epiſcoporum conſecrationes poſt electionem differri non licet prout diffiniuit ſacrum generale concilium Chalcedonenſe 25. diſt ca. Quoniam quidam. Nec debet ordinari ſine cōſenſu & præſentia Metropolitani, Deinde tertia epiſtola Clementis Romani, plurimiſque concilio-

d Videte gratiamini Synvolum exceptique benefici memorem hominem. Clemens Sextus cū donatum fuiſſet laurea doctorali Pariſiis omnium applauſu, & de reditu in patriam ſollicitus itineri ſe accinxiſſet, in ipſis Aruernorū finibus à latronibus miſerè deluditur, nudatur & veſtibus & commeatu expoliatur, ſola vita incolume relicta. Huius infortunij magnitudinem dolorem conſtantiſsimè pertulit, ſed itineris moleſtia pertaſus ad quoddam monaſterium quod in agro Claromontenſi ſitum eſt, ſe contulit, ſtipem, & viaticum poſtulaturus. Illic lautum & liberalem Abbatem Hoſpitem inuenit qui eius vaſtam fortunam miſeratus benignè eum recepit, iure illo Philoxeniæ ſancto, & multis modis venerando. Breui illuc contracta mora cum diſcederet hoc verbo voluit ſymbolum hoſpitio perſoluere, quando (inquit) accepturum ego beneficium referre potero? huic Aldebrandus (tale enim nomen erat Abbati) eo veluti cum eris Romanus Pontifex, (inquit) tunc parati referes. Ludicrum pactum illud non in cassum effluxit. Pontificatum adeptus Clemens Aldebrandum Auenionē venire iubet, eúmq; Tholoſano Archiepiſcopatu exornauit. Hæc ex noſtris in Conſtitutiones Pontificum Scholiis deſumpta ſunt.

rum

rum sanctionibus, ne vnus episcopus audeat episcopum cōsecrare, & lib. 2. Diataxωn idem Clemens [e] prohibetur, dicit esse vetitum & vix in extrema necessitate permittit secundum, qui librum imponat vertici, sed plures vult initiationis testes, & comprecatores adesse, quod si prorsus nō liceat, saltem optat totius prouinciæ episcopos, scripto suffragari, Sed hæc manuum impositio non est sola traditione stabilienda, cum caput quartum prioris ad Timot. & caput primum posterioris dicat aperte Timotheum accepisse gratiam cum impositione manuum presbyterij quam Paulus iubet resuscitari. Initiò ergo videamus quæ sit ratio imponendi Euangelia super caput Episcopi, cum ordinatur vt vel ex ipsa ratione intelligi possit, quam hanc temere, nugacissimis mendaciis hæretici sanctissimum ritùm contemnere satagant. En patet Areopagitæ irrefragabile testimonium. Habet episcopus sacratissima eloquia Dei super caput imposita, Etenim quia potestas ac scientia perficiendi omnem rationem sacrorum, sanctis Episcopis munere Dei omnium sacrorum præsidibus tribuitur, merito super eorum capita eloquia à Deo tradita imponuntur, quibus comprehensa sunt & vnde omnis Theologia & diuina operatio misteriorum, miraculorùm, apparitionis diuinitatis, sermonum Christi, operationes sacramentorum & vt vno verbo dicam omnia opera & verba diuina nostræ hierarchiæ à Deo donata elucescūt, & sūmatim omnes materiæ Euangeliorū amplectūtur. Deinde vt totam rationé impositionis Euangeliorum super caput episcopi absolueret subiunxit, Quippe cum episcopus ad similitudinem Dei, cuius imaginem gerit omnem quidem potestatem hierarchicam integrè participaturus omnium vero sermonum & sacrarum operationum scientiam non solum ipse instar luminis percepturus sed cum aliis excellenter, vt episcopo conuenit communicaturus sit. [f] Hactenus Dyonisius. Nulla autem perfectior ratio nec diuinior causa huiusmodi impositionis libri super caput episcopi cum ordinatur excogitari potuit. Hæc igitur est & semper fuit omnium Ecclesiarum Orientis & Occidentis consuetudo ordinare episcopos

e Hæc sunt constitutionum Apostolica verba apud Clementem relata: Iubemus, vt a tribus Episcopis Episcopus ordinetur, vel ad minimum a duobus: ita ab vt vno cōstitui non possit, testimonium enim duorum, & trium firmius est, & certum. Item iubemus vt Presbyter & Diaconus, ac reliqui clerici ab vno Episcopo ordinentur, & vt neque Presbyter: neq; Diaconus reliquos clericos ex laicis, sed tantummodo Presbyter quidem doceat, offerat, baptizet benedicat populo. Diaconus verò ministret Episcopo, & Presbyteris, id est, agat Diaconum, reliqua verò ne faciat.

f Hæc ex 11. can Neocæsar. & ex can. 12. Ancyrano & scholiis Balsamonis probatur Nicephor. libr. 12. cap. 14.

pos cum impositione euangeliorum super caput cui consuetudini non solum non obediunt Luterani sed quod longe intolerabilius accusant & insectantur eam, eo animo quo contentiosi & furiosi omnes Romanæ ecclesiæ in ceremonias debacchantur, nec contenti non obsequi piis episcoporum votis neque habere episcopos Catholicè ordinatos, etiam ordinationes ipsas episcoporum, à Christo institutas ab Apostolica traditione g in vsu receptas, omnium fidei Catholicæ ecclesiarum Solis ad vtramque domum, iam inde à principio celebratas & grauissimis & antiquissimis authoribus literis prodicas tanto odio tam impudentissimis cõtumeliis & incredibiliter præfracta audacia prosequũtur vt non vereantur ea scripta negare in quibus eas legunt. Quod enim in epistola secunda Anacleti fecerunt, idem quoque fortasse facturi sunt in Dyonisio & in libris Clementis Romani de Apostolicis constitutionibus Sed quid mirum est si cõsuetudines ecclesiasticarum cõstitutionum negligũt cum magis mirum esset si cõtracto sathanæ fœdere veritatẽ non impugnarẽt easq; non negarent, quod satis intelligi potest ex iis quæ Tertullianus in libro de velandis virginibus scripsit. Non possumus, inquit, respuere consuetudinem quam damnare non possumus, vt potè non extraneam, quia non extraneorum, cum quibus scilicet communicamus ius pacis, & nomen fraternitatis vna nobis & illis fides vnus Deus semel dixerim, vna ecclesia sumus, ita nostrum est quodcũque nostrorum est, cum igitur Lutherani & Caluinistæ cæterique huius farinæ sectarij nobiscum ius pacis non communicent, nec vna illorum & nostra sit fides, nec vna ecclesia consequens erat, vt ordinationes etiam nostrorum episcoporum nequeant imò, mordicus negent omnia scripta in quibus nostra legunt & ea tantum retineant, in quibus legunt sua, id est habeant tantum libros eorum qui gaudent animarum exitio. Sed quo magis adhuc ad extrema vsque adigantur, & impositiones voluminis super caput Episcopi traditionem esse Apostolicam vel inuiti fateantur, edisserant nobis si aliquid Theologicæ habẽt praxis quid illæ linguæ igneæ significarunt

g Per omnes [illegible] orientis. Occidentis & aliarum partium orbis, hac de sacris Ecclesiæ ministris præficiendis apostolica & propè diuina constitutio viget: quæ cum Presbyteris ab Episcopo, qui ab Episcopis ordinatus est, ordinandos esse statuit, & Presbyterorum esse docere, baptizare, offerre, & benedicere, quæ sunt munera sacerdotalia, & quæ in primis Episcopo conueniunt, sequitur vt secundum traditionem Apostolicam doctrinam & cõstitutionum duo ordine sacerdotum, vt B. Anacletus Epist. 3. ait nobis adeò collati sine cõtra eos, qui hæreticè tradunt, nullos esse in Ecclesia Dei sacerdotes ex ordinatione, sed solùm ministerium Ecclesiæ sine vllo sacerdotio præter illud commune Christianorum. Hæc docte tradit Turrianus in Scholiis con stitut. Apost. lib. 3. c. p. 7.

carunt quæ supra singulorum Apostolorum capita in die Penthecostes apparuerunt, Cũ Apostoli vt beatus Hieronymus in dialogo Orthodoxi & Luciferiani testatur, ordinati sunt episcopi & ante eum Dionysius Areopagita vt alios nunc omittam quid inquam aliud significarũt, quam id ipsum quod idem Apostolus per impositionem libri aperti euangeliorum super caput Episcopi significari voluerunt libri enim clausi sunt linguæ tacentes, & linguæ loquentes sunt libri aperti, fuerunt itaque linguæ illæ vice euangelicorum quæ aperta imponuntur super caput episcopi qui ea prædicaturus est vt ait sanctus Anacletus, hoc enim signauit apertio libri quam Clemens libro octauo tradit. Cum ergo ecclesia nihil frustra nec absque sacrarum traditionem instinctu faciat, illa pariter in sacris insigniis episcopi quædam recondita denotat mysteria. At quid Rochetum linteum, perpolitũ & serico intextum baculum etiam pastoralem in manibus & mitram in capite concessam fuisse opinaris: Rochetum conscientiæ puritatem significat, texturæ verò ipsius adest decor quo ostenduntur exemplaria virtutum eaque præcipuè in episcopis fulgere debere in subditorum & Ecclesiæ emolumentum. Thiara verò duo cornua habens insinuat duorum testamentorum sapientiam qua pollere debet pedum pastorale aduncum oues ad peccata præcipites retrahere debet ne celerius ad voluntatũ perniciem rapiantur. His clarissimis donis episcopi oblatis longè omnium pretiosius offertur nempe gratia quæ simul cum Episcopatus ordinatione cõceditur. Nostri maiores huius rei tantam fidem habebant, vt Theophilus Alexandrinus Diui Hieronymi pater, non dubitarit Synesium hominem pertinaciter hæreticum creare episcopum sperans futurum vt efficacia huius sacramenti reluctantem, & inuitum ad fidem reduceret catholicam quod & factum ipse declarat Synesius in quadã epistola ad Eutopium Nam cum prius nec animæ immortalitatem nec sacrosanctam personarum Trinitatem vnquam se crediturum affirmaret, mox ita mutatus est, vt aduersus Platonicos quorum aliquãdo placitis nimium addictus fuerat, vix vllum habuerit eccle-

g Ammonius Alex. in Commẽt. Apost. constitutionem Apostolicam. de apertione. lib. Eiusq; super caput Episcopi, sic probat. Quis Apostolo (inquit) [illegible] id est, quos ordinabantur magistri orbis Apostoli huiusmodi verò ordinatio non fit, nisi in capite, idcircò meritò super caput linguas receperunt, & hac etiã de causa charisma linguarum eis donatum est. Sic & Episcopis Euangelium prædicaturis liber explicitus imponitur, capiti, & oleo inungitur quod Spiritus Sancti est Symbolum.

h Aliàs Eutropium ea est etiam apud Nicephorum integra lib 14 c. 55. Eccl. hist. in qua multa sunt de laude, ac præstantia Episcopatus.

ſia dogmatum eorundem fortiorem adſertorem [i] quod tamen non eo pertinet, vt quis pro ſua libidine velit hæreticum ordinare, ſed vt omnibus colliqueſcat quod ſtatutum in Florentina Synodo, & Tridentina repetitum eſt, ſacramentorum omnium effectum, eſſe gratiæ præſentis incrementa, vel nouæ, ſi deſit, infuſionem, tamen, enitendum eſt vt quam emaculatiſsima conſcientia ad gratiam ſuſcipiendam accedant. Quænam verò conferatur poteſtas Areopagita tractat ibidem accuratiſsimè.

Poſtremò ne cumulatiores authoritatis & priuilegij rationes ignoremus, nemini clam eſſe debet, munia presbyterorum epiſcopum comitari, ea enim quæ illis conueniunt huic inſunt, idcirco vt ſuperius breui chartæ diſpendio docuimus, presbyteri nomen commune eſt æquè ſacerdotibus, ac Pontificibus conuenientiſsimum, hoc enim vſus eſt Paulus ad Thimotheum, ſi probè Græci ſermonis elegantiam inſequamur cum inquit Μὴ ἀμέλει τοῦ ἐν σοὶ χαρίσματος ὃ ἐδόθη σοι διὰ προφητείας, μετὰ ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν τοῦ πρεσβυτερίου [k] & his verbis hortatur diſcipulũ ad exercendam ſuſcepti talenti gratiam, quod nimirum non ſolum prophetiæ donum verumetiam ſublimen illam dandi ſpiritum poteſtatem adeptus, ſit ex impoſitione manum presbyterij, id eſt quod ſit epiſcopus. Nam interdum Σύστημα πρεσβυτέρων cœtum plurium epiſcoporum ſignificat, quamuis presbyter alterius ordinis inferioris nomen ſit. Quemadmodum nomen angeli cœleſtis hierarchiæ extremæ & infimę claſsi conuenit, idemque ſuperioris ſpiritibus, quia habent ſuperiores ordines, proprietates, ac virtutes inferiorum. Inferiores verò non ſic. Pari ratione eccleſiaſticæ hierarchiæ miniſtri, ſolius iuriſdictionis excellentia [l] diſcernũtur. Quod reliquũ eſt de Epiſcopalis ſacerrima & auguſtiſsima dignitate nomen officij mos eſt gerẽdus ſententiæ Theophilacti interpretantis idem verbum presbyteri. Μετὰ ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν τοῦ πρεσβυτερίου τουτέστι τῶν ἐπισκόπων· οὐ γὰρ δὴ πρεσβύτεροι ἐπίσκοπον ἐχειροτόνουν· ἴσα δὲ φρικτὸν τὶ δύναται ἡ ἐπίθεσις τῶν ἱερατικῶν χειρῶν. Cum impoſitione manuum presbyteri id eſt epiſcoporum non enim presbyteri epiſcopum ordinabant. Vide verò (quod terrorem iniicit)

[i] Neque nunc modò, ſed nunquam etiam aduerſum apertum id non enim Eccleſiæ, nempe, ſolum Epiſcopum ſacros ordines conferre, ædes ſacras altariáque conſecrare, & adminiſtrare confirmationẽ. Hodie ſibi quoque vendicant ſanctimonialiũ conſecrationem, licet hoc etiam Presbyterorum fuiſſe videatur, vtpote qui & monachos, ſolebãt initiare. Ad de Chriſmatis cõfectionem, quæ infinitis canonibus, Sacerdotibus negata eſt, etiamſi nonnunquam ea ab iis fuerit permittentibus Epiſcopis factitata.

[k] Noli negligere gratiam quæ in te eſt, quæ data eſt, tibi per prophetiam cum impoſitione manuum Presbyterij.

[l] Iuriſdictio diſcrimen facit Epiſcopi & Presbyteri.

iicit) quantum impositio manuum sacrarum valeat. Quo autem tempore & quibus cautelis hæc Impositio manuum fieri debeat, hæcúe consecratio & confirmatio Episcopalis sit celebranda, statuit Concilium [m] Tridentinum Sessione 23. cap. 2.

Ecclesiis cathedralibus, seu superioribus, quocunque nomine, ac titulo præfecti, etiam si sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales sint, si munus consecrationis intra tres menses non susceperint, ad fructuum perceptorum restitutionem teneantur, si intra totidem menses postea id facere neglexerint, ecclesiis ipso iure sint priuati. Consecratio verò, si extra Curiam Romanam fiat, in ecclesia ad quam promoti fuerint, aut in prouincia, si commode fieri poterit celebretur.

[m] *Idem Conc. Sess. 7 cap. 8. sic statuit ad maiores Ecclesias promoti, munus consecrationis infra tempus à iure statutum & suscipiant, & prorogationes vltra sex menses concessæ nulla suffragentur.*

EPISCOPORVM NOVEM INDVMENTA

§ II.

Ne nostra scripta aliquantulum à proposito discordent aut vt nihil, vel quam minimum iuueniant Momi quod calumnientur præterire non possumus ornamenta Episcoporum quæ superius plus æquo breuiore cursu amplexi sumus. Huiusmodi enim episcoporũ & Archiepiscoporum ordinibus, vestes, ornatus gratia adaptauit Ecclesia, quæ eorum dignitatem illustrarent idoneitatemq́; designarent [a] quæ in eis requiritur ad tractandum diuina. Horum nouẽ quædam sunt episcopis sacerdotibus eiusque ministris communia, quæ sunt sex [b] amictus scilicet, & talaris vestis, alba linea, cingulum manipulũ, stola, casula. Præter hæc autem Episcopis adhibentur nouem propria, vt vestium numerus numero functionum respondeat. Conuenit enim episcopis propriè supra sacerdotum munia populum confirmare, clericos ordinare, virgines benedicere, basilicas dedicare Synodos celebrare, Chrisma conficere, vestes & vasa consecrare, sacram paginam prædicãdo interpretari ac demum ius dicere. Optimè ergo lege ecclesiastica decretum est certis quibusdam vestimentorum generibus sacerdotes à prophanis distingui,

[a] *Ex F. D. Soto. in 4. sent. dist. 24. q. 2. art. 4.*

[b] *Vide Primam Classem de Sacerdotibus in qua sacræ supellectilis profusa est narratio.*

& episcopos honore præstantiores specialiore cultu etiam prodire hæc enim ratio non solum nobis est solennis Christianis sed Barbaris vsitata vt Tertullianus [c] & Herodotus scribunt. Primum igitur eorum ornamẽtorum sunt caligæ quibus gressuum rectitudo designatur. Secundum Sandalia quę pedes contegunt, ad significandam pulchritudinem pedum, vti est apud Esaiam, annunciantium & prædicantium pacem, annunciantium bonum & prædicantium salutem. Hæc autem sandalia vt Hugo libro secundo de Sacramentis parte quinta capite decimoquarto author est, subtus habent integras soleas ad admonendum episcopos ne terrã affectibus tangant, sed despiciant, supernè verò locis quibusdam aperiuntur aliisque conteguntur ad significandum mysteria fidei non omnibus esse propalanda sed quibusdam iuxtà illud. Vobis datum est nosse mysterium regni Dei cæteris autem in parabolis. Tertium est succinctorium quo stola ligatur cum alba sacerdotali in signũ amoris & honestatis, quo candor vestis ad lumbos succingitur.

Quartum est tunica serica talaris, significans virtutum & potissimum honestatis perseuerantiam, nam & castissimus Ioseph talari tunica vsum fuisse scribitur demissio enim vsque ad talos perseuerantiam vsque ad vitę extremitatem designat.

Quintum est dalmatica, largitatem operum misericordiæ representans. Sacerdotes antiquo ritu inungebantur oleo vt & Sacerdotium à Misericordia inchoaret nempe hoc ipsum misereri proprium est pontificis & Episcopi.

Sexto loco traditur ei baculus Pastoralis vncus, vt illa curuitate vagas & errantes oues colligat, stipite autem infirmos sustentet sed extremitatis cuspide segnes & desides ad opera virtutis stimulet. Quo vtique papa propter plenitudinem potestatis non vtitur. Carmen ergo sic episcopis admonet.

Collige, sustenta, stimula, vaga, morbida, lenta,

Septimum traditur ei quasi ecclesiæ sponso annulus benedictus qui est sacramentum fidei, qua Ecclesia desponsatur Christo ipseque subinde Episcopus eidem Ecclesiæ

c Herodotus, qui & antiquissimus, & ob dignitatis excellentiam, hystoriæ parens est appellatus, lib. 2. quo Euterpe inscribitur, Aegyptiorum mores & ritus depingens: Sacerdotes (ait) quotidie totum corpus radunt, ne quid eis inter deorũ cultum, aut pediculi, aut alterius sordis creetur. Iidem vestem tantummodo lineam, calceos papyraceos gestant. Alios calceos, aut aliam vestem induere, eis fas non est. hæc ille ante Christi aduentum, de iis qui solam naturam ducem habebãt. Flamines numinum apud Romanos (si Seruio & cæteris antiquis credimus) galero, filisve à cæteris discreti fuerunt quorum maximus albo galero solus vtebatur: quem creatum, Numa (vt vult Liuius lib. 1. ab vrbe condita) insigni veste, & curruli regia sella adornauit.

electæ & ideo vnus & idem sponsus non debet simul habere plures sponsas dicente beato Ioanne Baptista qui habet sponsam sponsus est: Ioannis 3. non dicit sponsas, ergo vnus & idem episcopus non debet simul plures habere Episcopatus. [d]

Octauum ornamentum est infula siue Mitra [e] duo habens cornua quæ scientiam vtriusque testamenti referunt qua vtique velut galea salutis, vt ait Paulus, communitus Episcopus hostibus veritatis terribilis apparere debet.

Nonum denique sunt Chirotecæ quibus manus operiuntur ad significandum prudentiam & splendorem operum iuxtà illud Matthæi. Sic luceat lux vestra coram hominibus vt videant opera vestra bona & glorificent patrem vestrũ qui in cœlis est. Ac demum vt velut Iacob hędorum pelliculis manus contectus benedictionem paternam accepit, sic episcopus sacrosanctam hostiam altaris offerens diuinam benedictionem impetrare mereatur.

Super hæc Archiepiscopo propter honoris augmentum conferatur pallium vt 100. dist. can. Prisca. & can. Rationis quod habet torquis effigiem. Quo insigni laurea egregiè certantes olim donari solebant ideo Romanus pontifex in missarum solemniis & vbique eo vtitur propter plenitudinem potestatis quæ in eo significatur Archiepiscopus vero non nisi in sua ecclesia & quibusdam solennibus diebus. c. ad honorem. Extra. de authorit. & vsu pallij. Pulsemus iam Episcoporum fores vt sciamus an domi resideant.

d Vnico annulo episcopali et quę simplicis sit contentus, quo annulārem sex. tera digitum perpetuo sydnat ad matrimonij: quod cum Ecclesia sua contraxit memoriam & testificationem.

e Mitra sumitur pro ornatu illo capitis, quo inter Pontificales apparatus vtuntur Episcopi. Erat autem antiquis muliebre capitis tegumentum, vt ait Tiraq. in legib. connubia. & Vlp. l. 25. §. 1. ff. de aur. & argen.

DE PERSONALI RESIDENTIA EPISCOPORVM IN DIOCESI.

§ II.

NESCIO quis excusationis locus relictus sit Episcopis istis quibus nihil gratiùs contigit quam àbesse à diœcesi, nescio quomodo culpam possunt deprecari quæ tot canonibus damnatur, & reiicitur. [a] De hac enim residentia summopere necessaria nemo doctorum aut Theologiæ aut canonici iuris hæsitauit vnquam, sed solùm pastores quorum id nosse confiteriq; potissimum re-

a Negligentes, gregem sibi commissum graue flagitium committunt.

fert facto ipsi diffitentur. Nam vsque adeo nõ quidem tuti sed sęcuri a suis ecclesiis peregrinantur ac si omnes essent iure liberi, cum tamen hoc extra vllam controuersiam con[illegible]sissimum esse debet, quod etiam si solo iure pontificio residere tenerẽtur [b] (quod ius proculdubio planum ac firmum est) nequeant absque dispensatione eademq; ob legitimam causam petita & obtenta notabilem moram extra suas diœceses protrahere. Quo ergo vel saltem iure postliminij reuocarentur pastores ad diligentiorem ouium curam nouissimè Concilio Tridentino [c] definitum est, nullos Episcopos quouis gradu & dignitate fulgentes (vt cardinales etiam comprehenderentur) excusari à personali residentia in suis Ecclesiis nisi legitima habeant impedimenta, nempe quæ iure ipso naturali probentur. Hoc decretum clarissima Synodus non solum veterum Patrum & iuris pontificij sententiis freta edixit, sed iuris Imperatorij rationibus, quæ latiùs in Authen. enumerantur. [d] Sãctè ergo antea octaua Synodus quæ fuit Constantinopolitana canone decimoseptimo reprehendit episcopos absentes, se ob mundi principes impeditos excusantes & canone decimonono eiusdem Synodi sic legitur. Diffiniuit sancta hæc & vniuersalis Synodus nullum Archiepiscopum, nullum metropolytanum relinquere propriam ecclesiam & sub occasione quasi visitationis ad alias accedere & consumere reditus qui apud illos inueniuntur ad ecclesiasticam dispositionem & ad alimenta pauperum qui contra fecerit deponatur & sequestretur vt sacrilegus. Hæc octaua Synodus. Et canone 24. reprehenduntur Episcopi qui per alios episcopos officia sua exerceri faciunt, ꝓpter quod papa priuauit sua parrochia titulari quendam Cardinalem [e] eo quòd per annos quinque contra canonum statuta eam non inuiserit vt habetur cap. Ex gestis. de Clericis non residentibus.

Concilium generale Lateranense hoc vetat cum igitur (inquit) Ecclesia vel ecclesiasticum ministerium committi debuerit talis ad hoc persona quæratur quæ residere in loco & curam eius per se ipsam valeat exercere, Sequitur immediatè, Quod si aliter actuum fuerit & qui receperit

b *Iur. [illegible] lium naturali, sed diuino tenetur pastor apud oues suas residere.*

c Concil. Trid. Sess. VI.

d Iure ciuili arctissimè prohibentur Episcopi suas proprias relinquere Ecclesias, nisi de consensu Patriarcharum, aut Metropolitani, in auth. quomodo opor. Epis. &c. coll. 1. §. & hanc. vers. & illud. & de sanctiss. Episc. col. 9. §. interdicimus.

e *Anastasius Presbyter cardinalis tituli B. Marcelli ab omnibus canonicè, est dispositus, eò quòd Parochiã suam per annos quinque contra canonum instituta deseruit, & in alienis vsque hodie demoratur.*

perit

perit quod contra sacros canones accepit amittat, & qui dederit largiendi potestate priuetur.

Concilium Sardicense trecentorum episcoporum occidentalium præsidente Osio [f] Cordubensi episcopo qui & præfuit Concilio Niceno vice summi Pontificis can. 14. ita habet ab Osio præsidente pronuntiatum. Memini superiore Concilio fratres nostros constituisse vt si quis laicus in ea in qua commoratur ciuitate tres dominicos dies, id est per tres septimanas non celebrasset conuentum communione priuaretur, si ergo hæc circa laicos constituta sunt multò magis episcopo non licet nec decet si nulla sit tam grauis necessitas que detineat vt amplius suprascripto tempore absens sit ab ecclesia sua. Vniuersi dixerunt placere sibi. Quod Concilium Sardicensé receptum confirmatumq; fuit à sexta generali Synodo canone suorum Carthaginense Concilium quintum canone quinto sic habet. Nulli Episcopo sit facultas vt relicta principali cathedra ad aliquam Ecclesiam in diocæsi constitutam se conferre vel in re propria diutius quam oportet constitutam curam vel frequentationem propriæ Cathedræ negligere.[g] Quod quintum Carthaginense Concilium cum quatuor prioribus & sexto ac septimo quæ septem Cartha. Concilia sextam generalem Synodum præcesserunt in eadem sexta Synodo recipiuntur & approbantur canone secundo ex quo decreto nota quod si ad aliam ecclesiam propria deserta non licet accedere, minus in principum aulis versari. [h]

Antiochæna Syriæ Synodus canone decimoseptimo ita statuit, Si quis episcopus per manus impositionem Episcopatum acceperit & præesse populo constitutus ministerium subire neglexerit nec acquieuerit ire ad Ecclesiam sibi commissam hunc oportet communione priuare, donec susceperit coactus officium aut certe aliquid de eo integra decreuerit eiusdem prouinciæ Synodus sacerdotum: hæc autem Synodus Anthiochena recepta fuit à sexta generali Synodo can. 2. & per Dyonisium Papam similiter approbata vt testatur Eusebius Cæsariensis lib 7. Historiæ ecclesiasticæ cap. 24. & 25.

f In hoc Concilio Occidentales circiter 300. Orientales verò 76. conuenerũt, adfuit etiam Osius Episcopus Cordubensis qui priùs Niceno concilio interfuerat, cuius adhortatu hoc insigne decretum de residentia Episcopali sancitum est, sub Iul. 1. Papa, & Constantino Imperatore.

g Episcopo nulli conceditur principalem cathedram relinquere, & ad aliam se transferre, nec clericus inconsulto Episcopo potest dimittere Ecclesiam suam ext. de renun.

h Not. quòd prælatus non debet præponere suam vtilitatem vtilitati Ecclesiæ, & si in hoc passa sit Ecclesia damnum, illud de proprio resarciet. 12. q. 4. quicunque.

Agatense [i] Concilium vnicum canone trigesimonono sic habet, Si quis in clero constitutus ab ecclesia sua diebus solennibus id est natiuitate Domini Epiphania, Pascha, vel Pentecoste defuerit, dum potius singularibus lucris studet quam seruitio Dei parere, conuenit vt triennio à communione suspendatur. Arelatense Concilium secundum canone decimotertio Nullus inquit cuiuscunque ordinis clericus non diaconus non presbyter non episcopus quacunque occasione faciente propriam relinquat ecclesiam, sed omnimodè aut excommunicetur aut redire cogatur. Canone Apostolorum trigesimoseptimo sic habetur. Si quis episcopus non susceperit officium & curam populi sibi commissam hic communione priuetur donec consentiat obedientiam commendans, & canone.57.ita dicitur Episcopus aut presbyter qui negligentius circa clerum & populum agit vel in ea socordia perseuerauerit deponatur. Damasus papa in epistola sua 4.damnat & reprehendit Episcopos qui propter suam quietem, suas per Vicarios & alios Episcopos gubernant Ecclesias.

Gregorius decimusprimus ob id Romam ex Gallia Pontificiam transtulit sedem, motus ex verbis cuiusdam episcopi, qui à pontifice interrogatus dum simul deambularent cur non rediret ad ecclesiam suam, cum malum illi esset sine pastore nudam relinqui. Cur inquit tu summe pontifex cœteris exemplum daturus tuum Episcopatum non repetis, quæ verba eum commouerunt adeò, vt continuò decreuerit ex Auenione romam commigrare quod & fecit. [k]

Innocentius tertius postulationem factam de quodam Cardinali ad episcopatum Rauenensem noluit confirmare propterea quod Cardinalis non poterat illic residere vt habetur de postulatione prælatorum cap.Bonæ memoriæ primo, Innocentius sextus statim vt fuit coronatus omnes prælatos ab aula. & curia sua abegit & ad Ecclesias suas sub anathematis pœna ire coegit, dicebat enim oues pascendas à proprio pastore non.à Mercenario custodiri debere.

Nicolaus

i Conuenit Concilium Canonum illo 20 quæ q 1. situm est in Gratiano in quo Gregorius præcipit Pomonio Amalphitanæ Ciuitatis Episcopo in Ecclesia sua non residentem, sed per diuersa loca vagantem redire, & recusantem in monasterium detrudi iubet. Grego. lib. 5. Epist. 23. siue cap. 123.

k Ex Platinæ huius historia, veritas deligenda est, nam quamuis profectionem susceperit in Italiam hortatu potissimum Diuæ Catharinæ Senensis ipsum tamen maxime mouerunt cuiusdam episcopi verba qui interrogatus à Pontifice, dum simul ambularent, cur non rediret ad ecclesiam suam, quàm haud par erat tandiu sine pastore nudatam relinqui: Cur (inquit,) tu Summe Pontifex cæteris exemplum daturus, tuum Episcopatum non repetis ecclesiámque Romanam. Motus, his verbis Pontifex, paratisq. in Rhodano vna, & 20. triremib. alijs se

iturum, simulans, ne à Gallo retineretur, si se profecturum ad vrbem intellexisset Romam, peruenit idib. Ianuarias anno D.1376.

Nicolaus Papa primus, de pastoribus dicit, Episcopis dispensatio cœlestis seminis iniuncta est, Ve si non sparserint, vę si tacuerint sicut vas electionis formidat & clamat, si euangelizauero non est mihi gloria, necessitas enim mihi incumbit.* & paulo post subiũgit idem Nicolaus Papa, episcopos verò qui Dominici curam gregis suscipiunt atque sollicitudinem ab administratione eorum discedere non portet vt accepti talenti pulchritudo non deleatur, sed certamen eorum salubriter augeatur & triplicetur fructus. Hodie nec talenti augendi, nec dispensationis cœlestis seminis habetur ratio.

* dist.43.c. dispensatio.

Gregorius Nazianzenus in libro suo apologetico latissimè disputans de munere episcopali necnon in oratione quarta quam habuit præsente Basilio magno cum in Episcopum Asianorum fuisset electus ad hanc personalem in ecclesia residentiam docet episcopos astringi, His nõ desunt plerę́q; aliæ Conciliorum authoritates vt [k] Lateranensis Chalcedorensis. [l] Audiamus iam sacros doctores.

Cyrillus Alexandrinus episcopus in Leuiticum libr. 6. ita habet Si quis vult pontifex non tam vocabulo quam merito esse, imitetur Moysem & Aaron, Quid enim de his dicitur? Quia nõ discedũt de tabernaculo Domini? Quod autem opus eorum erat aliquid à Deo disceren, & populum docere, Hæc duo sunt pontificis opera vt à Deo discat legendo scripturas, & sæpius ruminando, & populum doceat quæ à Deo didiscerit, non ex proprio corde vel humano sensu, Est & aliud opus quod facit Moyses ad bellum non vadit sed orat, & donec ille orat, populus eius vincit, si relaxauerit, populus eius vincitur & fugatur, Oret ergo sacerdos ecclesiæ indesinẽter vt vincat populus hostes inuisibiles Amalechitas. Diuus Augustinus ad clerum & vniuersam plebem Hipponensem vt refert Epistola sua 138. in principio, Imprimis peto charitatem vestram & per Christum obsecro ne vos contristet mea absentia corporalis, nam spiritu & cordis affectu puto vos non dubitare vllo modo me à vobis posse discedere, quamuis me amplius contristet quam forte vos ipsos, quia infirmitas mea sufficere non potest omnibus curis quas de me exigunt

k In Concilio Lateranensi vti superiùs diximus, sancitum est, vt Ecclesiasticum ministeriũ, nequaquam cõmittatur, nisi persona, quæ residere in loco Ecclesiæ valeat.

l Conci. Calcedon. cap. 17. quod 92 distin. refertur.

gunt membra Christi, quibus me & timor eius & charitas seruire compellit, illud enim nouerit dilectio vestra nunquam me absentem fuisse licentiosa libertate sed necessaria seruitute quæ sæpe sanctos fratres & collegas meos etiam labores marinos ac transmarinos compulit sustinere à quibus me semper non indeuotio menti sed minus idonea valetudo corporis excusauit, Proinde dilectißimi fratres sic agite vt quod ait Apostolus ad Philippenses primo siue adinueniens & videns vos siue absens audiam de vobis quia statis in vno spiritu vno animo collaborantes fidei euangelicæ. Hæc Augustinus. Cui semel aut iterum contigit abesse à suo grege sed non sine necessitate.

Idem epistola cẽtesima & octuagesima Honorato [m] Episcopo scribens, eidemq; explicans personalem residentiã plura huic proposito vnicè congrua retulit. Bernardus sermone 3. de aduentu Domini loquens de graui debito pastorum super oues qui pro multis animabus rationem sunt reddituri in quorum persona sic ait. Quid ego infœlix quo me vertam si tantum thesaurum & prætiosum istud depositum quod sibi Christus sanguine proprio preciosius iudicauit contigerit negligẽtius custodire. *Et infra.* Accedit sanè ad sollicitudinis cumulum & pondus timoris, quod cum & meam & proximi conscientiam seruare necesse sit neutra satis mihi nota est, vtraque abyssus est mihi imperscrutabilis, vtraque mihi nox est, & nihilominus exigitur à me vtriusque custodia & clamatur custos qui de nocte, custos qui de nocte vigilas, nõ est mihi dicere cũ Cayn, nunquid custos fratris mei sum ego. Sed est fateri humaniter cum propheta nisi quia Dominus custodierit ciuitatem frustra vigilat qui custodit eã. [n] Hæc Bernardus. Idem sermone secundo de resurrectione Christi ita ait Petrus mandatum accepit tertio pascere gregem domini, Pasce inquit mente, pasce ore pasce opere, pasce animi oratione, verbi exhortatione, exempli exhibitione. Et alibi [o] idẽ author Etenim is qui aliis præest in sollicitudine vix vnquam vel rarò vacat sibi dum semper timet sui penuriam facere subditis & non placere Deo quod

[m] *Extat integra apud Beatũ Augustinum ad Honoratum de hac re epistola in qua inter cætera, sic ait, Fugiat de ciuitate in ciuitatẽ, cum etiam quisquam specialiter quæritur, ne ab aliis qui non ita quærũtur, deseratur ecclesia, sed præbeant cibaria conseruis suis, quos non posse aliter viuere norunt.*

[n] Psal. 126.

[o] In Cantica Cant. Serm. 53.

quod communi vtilitati propriam præfert quietem & contemplationis dulcedinem. Hæc Bernardus. Et sermone septuagesimosexto super Cantica idem Diuus Bernardus, in declamationibus Pastor (inquit) attendat quemadmodum tripliciter pascat, exemplo conuersationis, verbo prædicationis, fructu orationis gregem Domini sollicita secum examinatione discutiat, indignus enim lacte & lana conuincitur si non pascat oues, si non vigilat in custodia gregis. Non frustra trita est illa parœmia. p Oculus domini saginat equum, præsentia enim pastoris multum conducit ecclesiæ fructum.

Athanasius Constantinopolitanus Patriam Episcopo Apameæ scribens ait Age optime vir contentus esto tua diocæsi permane in ea, fac sis in ouibus tuis vsque ad sanguinem illis affixus, & paulo post. Scis enim qui amplius sex mensibus à diocæsi absfuerunt nisi eos grauis morbus teneat canonibus & legibus firmatum esse vt Sacerdotium & gregem amitterent.

Idem Athanasius Patriarcha in epistola prima ad Imperatorem illum hortatur curet & agat vt Pastores & Episcopi suis in diocæsibus residеant vbi precibus Deo offerendis admonitionibus & obiurgationibus suos à peccatis reuocent feruent & iram Dei placent.

Denique cum verisimum sit illud omnia ecclesiastica beneficia habere pro fundamento Iustitiam commutatiuam, vnde sumpta est apostoli sententia. Qui non laborat non manducet 2. Thessalo. 30. qui ecclesiæ suæ non adest ac proinde non laborat nullos omninò fructus debet colligere, Nec quicquam facit ad rem, quod respondent nonnulli, satis esse per vicarium laborare, alioqui secundum eandem regulam, satis esset per vicarium manducare hīs addendę sunt quatuor boni pastoris conditiones, quarum prior est. *Quod pro ouibus suis animam ponat Ioannis* 10. sed quomodo hoc præstabit absens? Secunda quod *veniente lupo non fugiat*, quomodo hic explebit qui abest Tertia quod *omnes suas oues nominatim cognoscat*, quis absens hoc efficiet? Quarta quod *oues vocem eius audiant*, quomodo id curabit qui nullam omnino dedit apud eas vocem: huc facit quod

p Antiquū Prouerbiū est, heri oculo equum crassum maximè atque pinguem reddi: & quòd optimus sinius sine vestigiis domini quæ quidem sententia satis indicat, quantum vtilitatis omb. ex hoc pastorali munere, & prouidentia prouentorum sit. Si enim nihil magis impinguat equum, quàm oculus & præsentia Domini: nihil etiam magis impinguabit oues, quàm oculus & præsentia veri, & legitimi pastoris.

q Accedit quod Pastores seruator dicit Matth. 5. Lucem mundi & salem terræ ergo qui ouibus non adest, non potest magis oues suas curare quàm lux absens aerem illuminare, vel sal eas quæ nunquā attigit condire. Deinde si pastoris est vigilare, vt eloquitur ex Paulo Hebraeor. 13. quemadmo.

pastorem Ecclesiæ Petrum, Christus instituẽs non ait Tot inannos singulos repones prouentus, sed pasce oues meas Ioannis 21. Et Paulus Act. 20. Attendite vobis & vniuerso gregi &c. Quis absens aut pascit aut gregi attendit?

His ergo deductis sciant episcopi quomodo in sumptu tẽporis, & negotiorum charybdis rem omnem vsque ad assem & puluisculum prodigunt magnifico apparatu Principum sequentes luxum, & inanes aulicorum delicias, se nulla ratione posse ab hac tam seriò præcepta presentia excusari, criminentur meam sententiam imo iuris Pontificij placita quantumuis & mea verba nihilum proficire surdis auribus res est adeo communis sanctionibus ecclesiæ explicata vt nemo sibi eius ignoranriam prætexere possit, præterquam quod etiam si diuinum ius non extaret in sacris literis natura ipsa Pastoralis officij ecclesiam admonebat vt ipsum strictissimè preciperet. Neque vero huiusmodi præceptum tam est seueris implicitum rigoribus, quod tam obdurato & proteruo animo vel auaritia & ambitio, vel luxus & segnities episcoporũ mentiuntur. Nam præterquam vt inquit Dominicus de Soto quod fructuum temporalium pinguedo digna est illo labore, Christi Charitas, qui illis suos greges concredit deberet rem in primis illis dulcorare. Et quid enim cuique suauius quam in domo propria sponsum cum sponsa patremq; cum filiis commorari?

Superest vt superiora omnia firmentur sacrosancti Tridentini Concilij decretis sic determinatis, Sacrosancta Synodus, eiusdem præsidentibus Apostolicæ Sedis Legatis. ad restituendam collapsam admodum ecclesiasticam disciplinam, deprauatosq; in clero, & populo Christiano mores emendandos se accingere volens, ab iis, qui maioribus ecclesiis præsunt, initium censuit esse sumendum, integritas enim præsidentium salus est subditorum. Confidens itaque per Domini, ac Dei nostri misericordiam prouidamque ipsius Dei in terris Vicarij solertiam omnino futurum, vt ad ecclesiarum regimen, onus quippe angelicis humeris formidãdum, qui maximè digni fuerint, quorumque prior vita, ac omnis ętas, puerilibus exordiis vsque ad

dum non potest absens quisquã vigilem agere. Ita nec pastorem, vnde Prosper libro de vita contemplatiua cap. 16 ait, Si periculosius est nauim inter fluctus canere non regere, periculosius est, eam vndis intumescentibus fluctuantem in tempestate relinquere.

q Concilio Sardicensi prohibentur, illecebre omnes Sacerdotibus quæ in aulæ principum blandiuntur amonet: iea verò morari in hu nefas sit Episcopus, adeóque illud canonibus exosum est, vt si qua emerserint causa videlicet pro pauperibus, aut viduis aut pupillis tuendis, hinc Diaconum mittant, ipsi in suo grege permaneant, idémque habetur in 6. Synod. cap. 80. & 81.

r Concilij huius placitum, & cæteris iuris Pontificij de residentia statuta addi potest sancta, & iusta imperatorum sanctio, in auth. enim. quo m. de oper Epis. col. 1. § & hanc. ver & illud sic legitur.

ad perfectiores annos per disciplinæ stipendia ecclesiasticæ laudabiliter acta testimonium præbeat, secundum venerabiles beatorum Patrum sanctiones assumantur, omnes Patriarchalibus, Primatialibus Metropolitanis, & Cathedralibus ecclesiis quibuscunque, quouis nomine, ac titulo, præfectos monet, ac monitos esse vult, vt attendentes sibi & vniuerso gregi, in quo Spiritus sanctus docuit eos regere ecclesiam Dei quam acquisiuit sanguine suo, vigilent sicut Apostolus præcipit, in omnibus laborent, & ministerium suum impleant, implere autem illud se nequaquam posse sciant, si greges sibi commissos mercenariorum more deserant, atque ouium suarum, quarum sanguis de eorum est manibus à supremo iudice requirendus, custodiæ minimè incumbant, cum certissimum sit, non admitti pastoris excusationem, si lupus oues comedit, & pastor nescit ac nihilominus, quia nonnulli, quod vehementer dolendum est, hoc tempore reperiuntur, qui propriæ etiam salutis immemores, terrenaq; cœlestibus, ac diuinis humana perferentes, in diuersis curiis vagantur, aut in negotiorum temporalium sollicitudine ouili derelicto, atque ouium sibi commissarum cura neglecta, se detinent occupatos, placuit sacrosanctæ Synodo antiquos canones,[s] qui temporum, atque hominum iniuria pene in desuetudinem abierunt, aduersus non residentes promulgatos innouare, quemadmodum virtute præsentis decreti innouat, ac vlterius, pro firmiori eorundem residentia, & reformandis in ecclesia moribus, in hunc, qui sequitur, modum statuere, atque sancire. Si quis à Patriarchali, Primatiali, Metropolitana, seu cathedrali ecclesia sibi quocunque titulo, causa nomine seu iure commissa, quacunque ille dignitate, gradu, & præeminentia præfulgeat, legitimo impedimento, seu iustis & rationabilibus causis cessantibus,[t] sex mẽsibus continuis extra suam diœcesim morando abfuerit, quartæ partis fructuum vnius anni, fabricæ ecclesiæ, pauperibus loci per superiorem ecclesiasticum applicandorum, pœnam ipso iure incurrat. Quod si per alios sex menses in huiusmodi absentia perseuerauerit, aliam quartam partem fructuum similiter applicandam eo ipso amittat. Crescente

Illud etiam desi finimus, vt nemo Deo amabilium Episcoporum foris à sua Ecclesia plusquã per totum annum deesse audeat, nisi hoc per imperialem fiat iussionem, idque latiùs cauetur in auth. de sanctissim. Episcop. coll. 9. §. interdicimus. Vbi arctissimè prohibentur suas proprias relinquere Ecclesias nisi de consensu Patriarcharum aut Metropolitani.

[s] c. peruenit. cum multis. seq. 7. q. 1. de cler. non resi. per tot. & cap. cum ex eo. de elect. in 6.

[t] c. ex tuæ. de cler. non resi. c. quoniam. §. porrò. vt lite non contest.

verò contumacia, vt seueriori sacrorum canonum censuræ subiiciatur, Metropolitanus suffraganeos Episcopos absentes, Metropolitanum verò absentem suffraganeus Episcopus antiquior residens, pœna interdicti ingressus ecclesiæ eo ipso incurrenda infra tres menses per literas, seu nuntium Romano pontifici denunciare teneatur, qui in ipsos absentes, prout cuiuscunque maior, aut minor contumacia exegerit supremæ sedis auctoritate animaduertere, & ecclesiis ipsis de Pastoribus vtilioribus prouidere poterit, sicut in domino nouerit salubriter expedire.

a Varium dicit esse apud authores huius dubij resolutionẽ. Paræmia apta satis, cuius & meminit Cicero pro Planco. Quod fretum, quem Euripum tot motus tantas, tam varias habere creditis agitationis commutationes, fluctus, quantas perturbationes, & quantos æstus habet ratio comitiorum?

b Qui habet ministerium ecclesiasticũ apud illum residere tenetur, etsi nihil aliud vrgeret, vel solum, tamen pastoris nomen conuinceret, quod personalem planè actionẽ sinificat, sicut Doctoris, aut Medici, & cæterorum officiorũ personalium nomina. Quemadmodum ergo nemo potest per aliũ docere, aut curare, nisi vellet Doctoris, & Medici nomen amittere, ita nec per aliũ potest quisquam creditum sibi gregem pascere.

QVIBVS CAVSIS EXCVSETVR ABSENTIA EPISCOPI.

§ III.

OPTIMIS Scholasticæ theologiæ professoribus hæc quæstio *Vtrum liceat Episcopis in necessitate gregem deserere* adeò solerter discussa est vt nihil vlterius desiderari possit, verum quis sit in hoc rerum Oceano tãtorum virorum consensus explicatius in medium adferre conabor. Hæc disputatio Ingens est Euripus. [a] Primum ergo ab ipsa Euangelici scripti commentatione D. Thomæ auspicabimur. & vt facilius quod expectamus consequi liceat neue suspensi animi fluctuent in verbis ambiguis, aut immorentur in obscuritatis latebris, Quæritur. Vtrum fides quam Episcopus Ecclesiæ suæ imo Deo suo obstrinxit, vsque ad mortis perpessionem, eum, vt resideat obliget. Quàm multi hoc asserentibus reclamant, quam multi huius quæstionis repugnant æquitati, sed vecordes omnes, sed mercenarij omnes qui plùs inuigilant subditorum vacuandis marsupiis quam vitiis extirpandis, sed veris rationibus & flagrantibus verbis sunt fatigandi quamuis ipsius pastoris nomen [b] omnẽ de residentia dubium tollere posit. Apparebit hoc etiam sciolis primo vultu creditur perdificile quoniam nisi diuina lege sancitum sit subeundæ mortis obligatio cunctis improbabitur. Et tamen vbi ait Christus bonum pastorem pro ouibus suis dare animam, consilium magis significare videtur quam præceptum. Verbum enim illud Bonus pastor non videtur necessitatem sed super

per erogationem præ ſe ferre. Accedit quod martyrium tunc duntaxat vbi fides periclitatur, confeſsionemque ſui exigit neceſſarium eſt. Obligare autem Epiſcopos ad Martyrium vbi fidei tale periculum non imminet temerarium apparet. Nihilominus indubiè tenenda eſt pars affirmatiua quam hic expreſſe Diuus Thomas in priori concluſione affirmat, quandoquidem ait propter nullum imminens periculum licere Epiſcopo Eccleſiam ſuam tempore neceſsitatis deſerere. Idque confirmat teſtimonio Chriſti qui ideo in ſenſu præceptorio intelligit, ſic ſcilicet quod nemo ſit bonus paſtor bonitate quæ ad gratiam amicitiamque Dei retinendam neceſſaria eſt, niſi vbicunque neceſsitatis caſus occurrerit, cum periculo vitæ gregi ſuo fauore & auxilio præſens vſque ad mortem adfuerit. Idque Auguſtinus, ſupra ad Honoratum citatus, aſſeueranter enunciat dicens, quod inſtante perſecutione Epiſcopus nõ debet fugere, ſed exemplo Chriſti debet animam ſuam ponere pro ouibus ſuis. Verbum namque, Non debet neceſſitatem præcepti ſignificat. Vnde Sanctus Thomas ſecundâ ſecundæ quæſtione vigeſimaſexta, articulo quinto ad tertium argumentum, vbi ait non ſemper charitatis neceſſitatem obligare hominem ad offerendum vitam pro amico, caſum excipit, quo tenetur eius ſaluti prouidere, ad officium potiſsimè epiſcopi alludens. Verumtamen triplex occurrit rationabilis cauſa abſentiæ Epiſcopi à ſua diœceſi vel eccleſia Prima eſt perſecutio exterior paſtoris, inflicta ſiue ſit ab infideli vel Chriſtiano principe ſiue à ſua plebe aut à quouis alio iniuſtè proueniens, quando ſcilicet perſonalis præſentia paſtoris non eſt ſimpliciter ſuæ Eccleſiæ neceſſaria & tunc licitè paſtor durãte huiuſmodi perſecutione poterit à ſua eccleſia abeſſe. Sic Paulus de miſſus eſt in ſporta vt fugeret perſecutionem Iudæorum. Actuum. 9. Sic Athanaſius fugit ab eccleſia ſua ſæuiente perſecutione Conſtantini Imperatoris Arriani quo tempore exularunt multi Epiſcopi à ſuis eccleſiis vt teſtatur liber 10. Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ cap. 14. & deinceps & libro decimo. Hiſtoriæ tripartitæ cap. 8. & ſequentibus. Sic Beatus Thomas Cantuarienſis licitè aufugit & ſuam eccleſiam deſeruit

* Nullo quantumuis eminente periculo cogi debet Paſtor ſalutem ouiũ ſua præſentia deſerere.

Ioan. 8.

c Sunt certæ cauſæ, quæ abſque piaculo Epiſcopum, & paſtorem à reſidentia liberant, ex ipſius Eccleſiæ neceſsitate, & vtilitate. Cum petitur vita paſtoris, fugere licet, quando petitur vita ouium non licet.

ruit. Hinc canone Apostolorum trigesimoseptimo. Si episcopus non fuerit receptus scilicet à sua plebe pro malitia populi ipse quidem maneat Episcopus. Et Sexta Synodus generalis canone trigesimoseptimo Episcopus si episcopali vrbe priuetur sua tamen priuilegia non amittat, si autem persecutio est in pastorem, necessarium præsentialiter suæ ecclesiæ, aut cuius persecutio est etiam in suam ecclesiam, tunc negligenda est vita corporalis pro salute suæ Ecclesiæ, & tunc bonus Pastor ponat animam suam pro ouibus suis. [d]

Secunda rationabilis causa est infirmitas corporalis pastoris quia scilicet suspecta est loci dispositio oportet mutare aerem, propter recuperandam sanitatem vel ire ad Balnea, & tunc potest Prælatus ad tempus ab esse causa recuperandæ valetudinis modo hæc sua absentia nullum periculum in fide & moribus imineat suæ Ecclesiæ, cu ivt sua præsentia obuiaret teneretur illic sustinere egritudinē etiam vsque ad mortem grauiori enim periclitaretur morbo grex Augustinus ob infirmitatem suam sine ecclesiæ & plebis grandi iactura ad tempus secessit, contestans tamen se id non facturum si hac sua absentia iminere præuideret commodum vt testatur Epistola sua 180. vt supra citatum est cuius verba non pigebit hic adferre. Recolimus verba dicentis cum persequentur vos in vna ciuitate fugite in aliam Matth. 10. Quicunque igitur sic fugit vt ecclesiæ necessarium ministerium non desit illo fugiente, quod Dominus præcepit siue permisit facit, qui autem sic fugit vt gregi Christi ea quibus specialiter viuit alimenta subtrahantur mercenarius ille est qui vidit lupum venientem & fugit quoniam non est ei cura de ouibus. Hæc Augustinus.

Tertia causa est vtilitas suæ ecclesiæ scilicet ipsius defensio tunc enim episcopus qui tenetur eam defendere potest in partes remotas se transferre. Vtilitas etiam vniuersalis aut prouincialis Ecclesiæ quando personam episcopi necessario exigit vt scilicet quando contingit celebrari generale Concilium vel prouinciale tunc enim licet Episcopo ad tempus à sua Ecclesia & diœcesi abesse, cuius ratio

d Præcipuum pastoris munus est, animam pro ouibus suis ponere, nam quemadmodum miles stipendium bellicum accipit, vt si opus fuerit, pro principe etiam mortem oppetat, sic etiam vrgenti necessitate facere debet Pastor.

e Excusatur à residentia qui noxia corporis & aduersa valetudine cruciatur. cap. ad audientiam. de clericis non resid. ca. 1. & per tot. ca de cler. ægrotant. & c. vno. illo tit in 6. facit l. aut si valetudine ff. de proc. l. si cui. §. fin. ex quibus causis. maior autē si necessariò fuerit occupatus ca ad hac. vbi doct. de offi. Archidiac. vbi Episcopus occupatus plures habere potest, vicarios facit. c quoniam de offi. ordin.

f Emergentis alicuius negotij magnitudo à residētia excusare videtur Episcopum, quæ tamen intelligenda est, si negotiū quod pastor gerit absens, Ecclesiæ tantam, ?. aut maiorem adferat vtilitatem, quàm adferret præsens.

ratio eſt, quia bonum partis ordinatur ad bonum totius vt ad finem, & debet pars exponi pro totius bono etiamſi oporteat detrimentum pati, vt patet in abſciſsione manus vt cõſeruetur perſona in eſſe, ſic ecclesia particularis tenetur pro bono vniuerſalis Eccleſiæ pati damnum abſentiæ ſui paſtoris. Similiter excuſaretur Epiſcopus ſi mitteretur legatus ad pontificem pro tractandis negotiis fidei, aut ad principes pro negotiis pacis & eccleſiæ vbi non facile inuenitur alius quam epiſcopus ita dextrè ea negotia tractaturus. Non excuſatur epiſcopus à reſidentia quod pro neceſsitate Romanæ eccleſiæ Papæ adſiſtat aut quod ſecretarius ſedis Apoſtolicæ vel auditor Rothæ & huiuſmodi ſit, quia nulla neceſsitate exigitur quod Epiſcopi talibus officiis incumbant, ideò non excuſantur à reſidentia ſecundum iuris placitum. Nec Cardinales quãtumuis Concilio Papæ & eius aſsiſtentiæ neceſſarij ob hoc poſſunt Epiſcopi eſſe & ab epiſcopali reſidentia excuſari quive aulicorum g vitam impenſiùs ſectãtes & principum delicias abſentes ſe fingunt ob Eccleſiæ commodum nullomodo ſoluũtur à reſidentiæ præcepto vt ſatis clarè conſtat ex decreto Innocentij tertij de Poſtulatione Prælatorum cap. Bonæ memoriæ. vbi propter impoſsibilitatem reſidendi in vtraque eccleſia Romana ſcilicet & Rauennate non admittitur poſtulatio cuiuſdam Cardinalis in Epiſcopum Eccleſiæ Rauennatẽſis, quo decreto declaratur quod Cardinalatus Epiſcopatus ſunt de numero incompatibilium de iure quod etiam Panormitanus ibidẽ ſentit quicquid ſit, de cõſuetudine ſit, quæ conſuetudo potius abuſio eſt appellanda, inquit Caietanus. Ex prædictis concluditur quod cura Paſtoralis eſt debitum perſonale paſtoris quod per ſe nõ per alium ſuppleri poteſt, ſed tantum per accidẽs * & contingenter. Mercenarij enim officium non ſe extendit ad id quod præcipuum eſt in paſtore, ſcilicet ad amorem ouium vt ſuarum non vt alienarum & ad deſiderium ſalutis ſibi datarum, propterea ſuppletio quæ per alienum & per accidens fit non excuſat Paſtorem ab eo ad quod per ſe obligatur. Et licèt hoc præceptum paſcendi oues ſit affirmatiuum non obligans pro ſemper quantum ad exer-

citium

g Epiſcopi qui curas ſecularium principum aſſumunt, refragantur ſtatutis Concilij Carthaginenſis: quo ſic fuit ſtatutum Epiſcopum, nullam rei familiaris curam ad ſe reuocet, ſed lectioni, & orationi, & verbo prædicationis tantummodo vacet. cap. Epiſcopus. 2. in 88. diſt. hinc Ambroſius rectè dicebat, Ad palatium imperatoris iſtem libenter, ſi hoc congrueret Sacerdotis officio.

* Diſcrimen paſtoris & mercenarius.

citium officij paſtoralis, obligat tamen ad ſemper ex parte rei præcepta quantum ad locum determinatum ſcilicet propriam diœceſin & quantum ad tempus determinatum ſcilicet aſsiduè, ſic quod hoc præceptum gratia materiæ obligat ad ſemper id eſt aſsiduè. Nec æqualiter aſtringuntur reſidere. Curati & epiſcopi, quia vt inquit Sanctus Thomas in 2.2.q.184.art.6. Epiſcopi perpetuò vinculo ſunt aſtricti ſuntque in ſtatu perfectionis euecti propter quod nō niſi authoritate ſummi pontificis (ad quem etiam pertinet in votis perpetuis diſpenſare) poſſunt epiſcopalem curam deſerere affirmante Innocentio tertio & dicente. Illa ſemper regula inuiolabiliter fuit obſeruata vt nullus abſque licentia Romani pontificis pręſumat occaſione quacunque deſerere Præſulatum, vt in cap. licet de regularibus & tranſeuntibus ad religionem habetur. Curati autem quia non obligantur ex hoc ipſo perpetuo vinculo ad hoc quod curam animarum retineant poſſunt enim eam deſerere abſque licentia Epiſcopi, tranſeundo ad religionem imo contradicente Epiſcopo vt determinat Vrbanus Papa & habetur 19.q.2.cap. Duæ ſunt. Propterea in multis caſibus diſpenſat eccleſia ſuper reſidentia Curatorum vt ſupra dictum eſt in quibus non occurrit ſimilis ratio & cauſa diſpenſandi ſuper reſidentia Epiſcoporum. Neceſsitas etiam reſidentiæ epiſcoporum oſtenditur ex illorum abſentiæ damno ſicut enim abſentia naturæ dicitur cauſa ſubmerſionis nauis in mari & eidem imputatur ſic abſentia paſtoris cauſa eſt omnium malorum quæ eius præſentia impedire deberet inſuper tam damnoſa eſt plebi paſtoris abſentia quam ipſius ſuſpenſio.

h Iuriſconſulti ex viſitata conſuetudine, dicunt ſimplicia beneficia non exigere reſidentiam, vt ſcribit Alex. & Fel. in cap. dilectus. 2. col. 1. de reſcrip. Vide plenè Nicolaum Milium in repertorio, in verbo Beneficium. q 33. ver. ſit beneficium curatum, vel non. &c. Nam poſtquam beneficiatus recipit temporalia beneficij, dignus quoque eſt, vt ſeminet ſpiritualia ca. cùm ex officij. de praſcriptio.

EPISCOPORVM SVFFRAGANEI SIVE CHOREPISCOPI

§ IIII.

IAMPRIDEM ſummo cum labore hanc quæſtionem ſe noluerunt Theologi, vt curioſis ſatisfacerent quærentibus quid in antiquis canonibus Pontificumque decretis intelligendum veniat nomine chorepiſcoporum. Qua ex re Hæretici tenebricoſæ ignorantiæ craſſa commenta

[illegible] confic[illegible] & hanc rei ambiguitatem [a] suo compen[illegible] referunt vulgusq; imperitum densioribus inuoluere conantur tenebris & rem confusam magis intricant, dum istis peculiare quoddam sacramentum ordinemque tribuunt vt inde conuincant ea quæ de reliquis dicuntur ordinibus, hominum esse futilia quædam inuenta. Sed qui huiusmodi insaniæ hæreticæ impatientes sunt, quiue vno telo horum phreneticorum impetus retundere cupiunt legant tres Synodos & duas Epistolas, Synodum Ancyranam.[b] Neocæsarianam & Anthiochenam & ad hæc Balsamonis scholia, coniungat Epistolam magni Basilij hac de re scriptam ad Chorepiscopos, & D. Damasi quartam qui non solum hoc nomen interpretatur, & officium, sed etiam antiquat & fatuas iugulat sectariorum opiniones. Nam ex eo tempore vix vllum deprehenditur illorum vestium. Habere igitur nomen[c] Chorepiscopi παρὰ τὴν χώραν à regione vel agro subiecto alicui episcopo testatur Antiochenus can. 10. & distinguit aduersus τὴν πόλιν. Horum origo traditur hæc can. 13. Neocæsariensis, & in epistola Basilij, Videbat Apostoli & Apostolici viri Christum, præter Apostolos constituisse septuaginta duos discipulos, hanc imitati Christi sapientiam instituerunt Chorepiscopos, qui essent nihil aliud quam presbyteri & intimi consiliarij singulorum episcoporum quibus crederentur res maximè temporariæ, cura pauperum, eleemosynarum collectio &c.[d] Crescente verò deinceps religione nonnunquam delegati sunt in prouincias vt agros adirent ac oppidula quę ad metropolim pertinerent, tandem res eo degenerauit vt se pro episcopis gererent, quæ illorum tandem improbitas effecit vt penitus exploderentur. Cæterum & illud notandum est hos interdum dictos πρεσβυτάνας, πρωτοπρεσβυτέρους, ἀρχιπρεσβυτέρους, Paparum seu presbyterorū Principes & primos, cum reuera nil fuerint quam presbyteri, nec habuerint vllum episcopatus insigne. Nonnunquam tamen (vt iam diximus) extorsisse testatur can. 8. Nicæni Concilij prioris, & 14. posterioris & Antiochenus suprà nominatus deferens illis potestatem, creandi solum inferiores ministros, quæ potestas etiam monasteriorum [e] præfectis

[a] Apud hæreticorum [illegible] frequentius [illegible] episcoporum [illegible] Episcoporum et Patriarcharum nomen [illegible] mas traduntur.

[b] Ancyrana Synodus can. 13. Neocæsariana can. eod. Antiochena can. 10.

[c] Qua ratione instituti sint Chorepiscopi, & quomodo sublati.

[d] Illi interdum ab Archiepiscopis, & Episcopis, etiam inuitis non tam consequebantur quam extorquebant manuum impositionem, mox que omnia tentabant quæ reliquorum erant Episcoporum, etiam alterius in prouinciis & reclamantibus Episcopis.

[e] Quibusdam Cœnobiarchis potestas conferre di minores ordines à Papa delata est.

fectis à pontifice non rarò defertur, vt idem can. 14. poster. Niceni Concilij refert Ad hæc quia illo tempore exurgentes Nouatiani ab illo fœdo impostore Nouato dicti passim in vrbibus Catholicis Episcopis opponebant pseudoepiscopo hæreticorum vbi præualebant Catholici, ibi, ne nihil agerent, illi Nundinarij Episcopi in officium Chorepiscoporum maxime si resipuissent assumebantur, at vero posterioribus temporibus vt quibusdam placet nec mihi penitus displicet) Episcopi dormientes in vtramque aurem, quicquid erat oneris libenter aliis demandarant, vnde nati sunt nobis titulares episcopi Suffraganei, qui cum nullum habeant, alienum pascunt populum. Hæretici autem inuidentes odio plusquam nouercali sacras ecclesię ceremonias vociferantur talas suffraganeos Episcopos contra canon. Concil. Calced. absolutè hoc est sine titulo, vt loqui solemus institutos. Sed longè secus habetur, ille enim locus quem fatentur scioli isti Caluinianæ Scholæ Theologi assignari in longinquis terris, vbi olim ecclesia & sedes episcopalis fuit non est incassum quidem & inani vt falsò putant. Cùm primum enim illa ecclesia occupata fuit, & sedes episcopo suo orbata, alius creatus est, & quidem iustè, illius primi Episcopi successor & illo mortuo item alius, ac similiter deinceps semper alius in locum demortui successit. Vt sic ordinaria successio Episcoporum in ecclesia seruetur sicut semper à temporibus Apostolorum vsque in hodiernam diem, vbicunque potuit seruata est. Hoc tantum interest quod vbi est ecclesia libera & expedita post mortem Episcopi eius non differtur ordinatio successoris nisi quantum requirit opportunitas & commoditas idoneum reperiendi, quod breue esse solet. Vbi autem occupata est, vt in longinquis terris reseruatur ordinatio quousque opus sit ordinare aliquem episcopum qui episcopo ecclesiæ absente & iustè impedito; vicariam curam ecclesiæ eius suscipiat quousque ille impedimento liberetur, & ad ecclesiam redire possit. Id autem non sine magna vtilitate, neque sine Apostolico exemplo fit, ne interim propter absentiam episcopi alioqui iustam, ecclesia episcopi absentis detrimentum capiat sic enim Beatus Petrus

f Nouatus Pseudo Episcoporum maximus auxit colon ac qui cũ Catharorum hæreticorum præfectus esset. & cum Episcopali dignitate, quam tantopere adamauerat: potiri optaret, per duos quosdam secta sua homines, qui salutẽ suam prorsus iam desperarant, tres ad se Romam obscuri nominis ex Italia Episcopos, eósque simplicibus, atque adeò rusticis moribus, ad simulandum & dissimulandum, scilicet minimè idoneos pertraxit: illo splendido prætextu vsus, vt ipsi partibus suis interpositis, mediatores inter se & Episcopos, veteres simultates & inimicitias componerent. Illi porrò propter animorum simplicitatem, nihil tale veriti, ad eum venere. Ibi eis in conclaui conclusis, quidam ex eius sodalitate per animorum crapula & ebrietatis grauedinem, vim afferunt, & imaginaria manuum impositione episcopalem dignitatem homini

Petrus quia necesse erat ei aliquando ad alias regiones proficisci,& vrbs sine episcopo esse non poterat adiutores habuit Linum & Cletum episcopos, qui vicem Petri absentis tenebant. Testatur hoc Sanctus Epiphanius libr. 1. Tom 2. hæresi 27. Ordinatus itaque est Linus episcopus Romæ vt Clemens Romanus lib. 7. de constit. Apost. cap. vltimo fatetur, & mortuus adhuc viuente Petro vt idem Clemens & Sophronius Hierosolymitanus in sermone siue Homilia de Agone Petri & Pauli affirmant.g Qui ergo ordinatus est Episcopus si non vacat is à munere suo in alterius ecclesia, quæ episcopum alioqui habet,vicaria tamen adiutrice alterius Episcopi opera indigentem, non potest videri is ordinatus absolutè,vt quidem posset,si Episcopus ecclesiæ occupatæ ad quam nullus pateat aditus ea solùm causa ordinatus esset, vt nomen & dignitatem episcopi tantum haberet & semper à munere suo vacuus esset. Ergo cum Synodus Chalcedonensis vetat, ne ordinetur Episcopus absolutè hoc cauet,ne suæ Ecclesiæ ociosus sit Episcopus & frustra ordinatus. Cum ergo aliquis Episcopus occupatus à pontifice ad vtilitatem & fructuum ecclesiæ cui præest, vicariam operam alterius Episcopi requirit vt ecclesiæ suæ prospiciat ac consulat petit à Pontifice vt ordinet Episcopum suffraganeum, non tamen impetrat,priusquam fructus ducentorum nummum ei constituat & assignet, ne postquam desierit esse suffraganeus mendicitas ei subeunda sit, quæ dedecet Episcopum, facit huiusmodi pensio fructus, vt raro isti suffraganei petantur & ordinentur ac non nisi cum honestum & necessarium est non autem vt ociosi & ignaui vices gerant. Nã ipse summus pontifex huiusmodi ordinationem faciẽs seriò præcipit, atque iubet vt is qui ordinatur ad ecclesiam sibi commissam proficiscatur, si quidem posit,quod literæ ipsæ expeditionis,quas vocant,testantur, in eis enim hoc iubet Papa quod in aliis alioqui literis de expeditione episcopatus non occupati,sed liberi non iubet, neque iubere opus est, quia Ecclesia non occupata nihil ordinatus excusare potest,aut debet quin eat,quò mittitur: occupata verò potest excusare periculum dum impendet. Idcircò

conferre cogam. Quod sanè illi, vel inuiti, vt ē necessitate adducti, fecere. Et Nouatus honorem eum: quem tam sceleratè, vt vid[i]mus, consequutus fuerat, vsurpabat, eundemque contra obtrectatores defendere parabat. homo in quo Satanas domi[c]ilium habens, Christi nomen & fidem ad prætextum fallacem vteretur.

g Quod non conueniant omnes, quis primus B. Petro successerit in sede Romana, parum refert cum constet Ecclesiam nunquam pastore caruisse, sed à Principe Apostolorum successionem suã manifestam, iugẽmque retinere. Ireneus primũ à Petro enumerat Linũ quod Hieronymo Epiphanio, Chrisostomo, Dorotheo, Optato & Augustino probatur. Adstipulatur Eusebius lib. 3. hist. cap. 2. & 4. lib. 5. c. 6. in Chronico quoq; sub anno Do. 70. Neronis Decimoquarto per Petrum Romanũ Ecclesiã rexisse Linum 12. annis asseries.

tantisper ei abesse conceditur, dum proficiscendi locus datur.[h] Ac fuerunt quidam aliquando qui periculum subire maluerunt quam videre sibi minus commissos populos diligere, quam se. Ex his fuit quidam Bartholomæus Bononiensis de quo Leander Albertus Bononiensis vt retulit Franciscus Turrianus ordinis Iesuistarum, sic scripsit in libro de viris illustrib. Bartholomæus ille Armeniæ minoris iubar & sol fulgentissimus, declaratus Antistes Armeniæ mox animum appulit ad Christi fidem erogandam, quæ in ea prouincia iam multo tempore collapsa fuerat, & paulò post concionando disputando, docendo, huc atque illuc discurrebat & Christi fide posita in tota Armenia cœnobium struxit suis compredicatoribus, vt in posterum ipsis ducibus in fide continerentur, & vsque ad nostra tempora sola illa Prouincia inter Persas constituta Christi cultum sequitur sub antistite electo ordinis prædicatorum. Quod quidem optimi & veri pastoris exemplar esse posteritas fatebitur. Verum nostris temporibus negligentia prælatorum Chorepiscopos tales adeo suo vsui emancipat, vt fungi cogantur muneribus episcopi prophanis negotiis se penitus immergentis, & quod peius est falcem in alienas messes proiiciunt sacræ chirotoniæ officio. Quibus rebus itum erat obuiam non malè à Tridentinis [i] canonibus sed vt illi canones cum plurimis aliis vitiis nostris luxati satis infœliciter conuelluntur ita hac etiam in parte laborant, estq; summopere metuendum ne propediē redeamus in antiquum Cahos. Reipublicæ Christianæ necessitas me adhuc vsq; adigit vt repetere cogar Damasi prædicti Epistolam vt saltem desides nostri episcopi excitentur. Illi (inquit) qui Chorepiscopis plebes suas committere non formidāt, videntur mihi esse meretricibus similes, quæ statim vt pariunt, infantes suos aliis nutricibus tradunt educandos, vt suas libidines expleant, id est pro suo libitu sæcularibus curis inhient, & quod vnicuiq; visum fuerit liberius agant. Res nostras clementiùs intueatur Deus Opt. Max.

Contra Clemens se à Beato Petro successorem constitutum scribit lib. 7. const. Apo. c. 40. & Epist. 1 ad Iacobum Quia ante mille & ducentos annos Latinam fecit Ruffinus, cũ subscribunt, Epiphanius, Damasus, Marianus Sabellicus. Mihi arridet multorum iudicio Sandero Theologi doctissimi Consiliatio Petrum quidem Clementem ordinasse, sed hunc Linum & Cletum in catalogo Episcoporum Romanorũ præponi, quod eos Petrus sibi coadiutores asciuisset

h Titulares Episcopi, quos vel Chorepiscopos, vel suffraganeos vocamus liberantur à residentia in loco diocesis, cuius metropoles, & omnia loca occupata sunt.

i Hoc est Tridentini Concilii decretũ Nemo Episcoporum, qui titulares vocantur, etiã si in loco nullius diœcesis, etiam exempto, aut aliquo monasterio cuiusuis ordinis resederint aut moram traxerint, vigore cuiusuis priuilegii sibi de promouendo quoscunque ad se venientes pro tempore concessi, alterius subditum etiam prætextu familiaritatis continuæ commensalitatæ suæ absque sui proprii Prælati expresso consensu, aut literis dimissoriis ad aliquos sacros aut minores ordines vel primam tonsuram promouere, seu ordinare valeat: contrafaciens ab exercitio Pontificalium per annum, taliter verò promotus ab executione ordinum sic susceptorum, donec suo prælato visum fuerit, ipso iure sint suspēsi.

D E

DE SANCTISSIMIS EPISCOPORVM OFFICIIS ET LEGITIMA PRÆDICATORVM MISSIONE.

CAPVT TERTIVM.

§ I.

Episcopi præcipuum munus prædicare.

NON iniuria S. Isidorus Pelusiota [a] Episcopalem dignitatem τὸ δύσκολον καὶ δυσκατόρθωτον πρᾶγμα id est rem difficilem & arduam notauit. Nihil est enim hac vita & maximè hoc tempore difficilius laboriosius & periculosius veri & integerimi officio Episcopi, sed apud Deum nihil beatius si eo modo militetur quo noster Imperator iubet. Multi ab hac difficultatum mole leuari cupiunt vt liberius genio pigritanti indulgeant, nihilq; auribus eorum est infensius quam ad sacri muneris exequendum officium exhortatio. Molestè ferunt quod illis solis ex officio, cæteris priuilegio prædicationis munus incumbat, ea præcipuè ratione quod prædicare est perficere quare supponit personam iam perfectam, status autem Episcoporum est status perfectionis id est eorum qui iam sunt perfecti. [b] Vnde sicut ignis quia perfectè calidus virtutem habet propriam calefaciendi sic episcopi prędicandi religiosi autem sunt in statu perfectionis tendentes in perfectionem. Quibus potius idcirco competit perfici quam perficere. Attamen iam non modo omnes Presbiteri curati in suis diœcæsibus, verum religiosi ex indulto Apostolico prædicare possunt, vt patet in Clementinis. Du.lum. de sepulturis. Sed votis vnicè contenderem vt Prælati illi muti qui depascendo grege verbo & opere minus sollicitti sunt probarent se ab hoc onere & officio solutos & exemptos esse, vel aliquam huius necessitatis dispensationem aut excusationem adferrent. Cessent illæ excusationes occupationum, hic nunquam cessandum est

[a] Isidorus ad Palladium contra ἀρχοῦντας

[b] Praedicatio hac in re audire S. Thomæ argumentum, sub eodem præcepto, (inquit) Christus iniunxit Apostolis Matth. 28. baptizare, & docere, & prædicare, sed docere, quia est perficere Episcopi officium est, vt tradit Dionys. 5. & 6. c. Ecc. Hierarc.

cætera fiant vicariis operibus Prædicatio ad Episcopos pertinet. [c] Quod nos autem exhortamur ipsius Ecclesiæ & authoritate, & Conciliorum decretis circunuallatur, nostramque sententiam omnes penè Patres tuentur.

Præterea sacræ scripturæ testimonia quo celerius ad venerandа Patrum monumenta perueniamus. Primum ergo audiamus Nicolai primi Apophtegma verè Pontificium [d] Episcopis dispensatio cœlestis seminis iniuncta est, Vę si non sparserint, væ si tacuerint sicut vas electionis formidat & clamat. Si euangelizauero non est mihi gloria, necessitas enim mihi incumbit, [e] Væ enim mihi si nō euangelizauero. Si enim Apostolus accepto talento non negociaretur sed reponeret illud in sudario, integrum domino sine vsuris restituens quid auditurus esset, nisi illud, auferte ab eo minam, & ligatis manibus pedibusq; proiicite in tenebras vbi nullus est ordo sed horror sempiternus. [f] Mirū est autem quod non propter aliam quamcunque vituperabilem conuersationem suam sed propter hoc solum videlicet si non prædicet euangelium, veh sibi confitetur futurum. Qui enim semel misit manum ad aratrum [g] quo colūtur animæ hominum non debet cessare à semine vt ipse particeps fructuum eorum fiat. Et ideo forsitan non facile inuenitur quis ex iis qui apti fuerint ad huiusmodi opus vt citò transeat ex hac vita vt inquit Origenes.

Concilium Tholetanum secundum Canone secundo loquens de Episcopis ita habet. Nos proinde nostri ordinis gradum & suscepti regiminis modum magnopere cogitare debemus vt qui officium Prædicationis suscepimus nullis curis à diuina lectione priuemur.

Concilium Thuronense sub Carolo magno cap. 4. Sollicitè studeat vnusquisque Episcopus sacra prædicatione quid agere quidúe vitare debeat, gregem sibi commissum informare & ipse episcopus, vita, habitu, forma, & conuersatione sancta sit suis subditis exemplum vt iuxta dominicam vocem videant opera eius bona & glorificent patrem Deum qui in cœlis est. [h]

Synodus Thuronensis canon. 17. Visum est vnanimitati nostræ vt quisque episcopus habeat homelias continentes

c Si per impedimenta Episcopi multa præstare nequeunt, quæ eorum officiū comitantur, alia per alios exerceatur, ipsis verò officium docendi reseruēt vt præcipitur Carolus. Conciliis verbis, Episcopus gubernationem viduarum & pupillorum, ac peregrinorum, non per seipsum, sed per Archipresbyterum, aut Archidiaconum agat, nulla rei familiaris curam, ad se reuocet, sed lectioni, & orationi, & verbi Dei prædicationi tantummodo vacet

d 43. dist. c. finali.

e 1. Corint. 9.

f Matth. 22.

g Luc. 9.

h Gregorius per illud Apo. Loquebatur cum imperio, sic ait, cum imperio docetur, quod prius agitur, quàm dicitur. Subtrahitur enim doctrinæ fiducia, quam conscientia præpedit linguam 23. moral. c. 13. hoc modo exponit illud. Matth. 27. Erat docēs eos, quasi potestatem habens.

tes necessarias admonitiones quibus subiecti erudiantur id est in fide Catholica prout esse possunt de perpetua retributione bonorum & æterna damnatione malorum, de resurrectione quoque futura & ultimo iudicio, & quibus operibus posit promereri vita æterna quibúsve excludi. Synodus Rhemensis can. 15. vt habetur 2. thomo Conciliorum, refertque Iuo Carnotensis in sua magna decretorum compilatione parte 5. Episcopi sermones & homelias sanctorum patrum prout omnes intelligere possunt secundum proprietatem linguæ prædicare studeant. Sexta Synodus generalis quæ fuit Constantinopolitana ca. 19. ita decreuit, Oportet eos qui præsunt ecclesiis omnibus quidem diebus sed præcipuè dominicis omnem clerum & populum docere, pietatis ac rectæ religionis eloquia ex diuina scripturæ intelligentia & iudicio veritatis sed etsi ad scripturam pertinens controuersia fuerit ne eam aliter interpretentur quam quomodo Ecclesiæ luminaria & doctores suis scriptis exposuerunt. Sperabamus Tridentinam Synodum[1] maioris apud Pseudoepiscopos plurimos (saluo bonorum honore hæc dicta sunto) fore reuerentiæ, Prædicationis nimirum munus, quod tam seuerè & gnauiter illis commendat, vultque vt in sua quisque ecclesia ipsi per se prædicent. Nam quantum quis præcelsi culminis obtinet locum, tantum necesse est præcedat cæteros gratia meritorum vt in eo quod præsidet singulis, singulariter ornetur eminentia sanctitatis, habens semper & in ore gladium veritatis & in opere efficaciam luminis, vt iuxtà Paulum potens sit exhortari in doctrina sana, & contradicentes reuincere, sed quorundam mentes Pontificum ita torporis & desidiæ otio à lectionis & prædicationis gratia secluduntur, vt quid doctrinę gregibus subditis exhibcat, non inueniat præco mutus. Insistendum est semper maioribus vt quos sub regiminis cura tuentur fame verbi Dei perire non sinant. Sed audio ignauam quorundam pastorum multitudinem ad rauim vsque clamitare & toto conatu opponere numerosas negotiorum phalanges quibus vndique circundati sunt adeo vt nec oscitandi, nec concionandi locus supersit. O egregia aulicis, bellicis, ciuicis, prophanis

[1] Vale & præcipit Concilium Tridentinum prædicationis munus minimè negligi ab Episcopis, & decernit ne quis ad Cathedrā Ecclesiæ deligatur, qui nō sit saltem aut canonicis literis ita imbutus vt vel iam doctor Laureatus, vel doctoris laurea dignus esset. Alioquin meritò Dominus queretur id, quòd olim per Prophetam conquestus est, Tenentes legem nescierunt me, & pastores præuaricati sunt in me. Terrenis enim cupiditatibus, & negotiis implicati qui legem Domini scire, atque docere debuerunt, vtramque curam cum discendi, tum docendi abiecerunt.

prophanis, publicisq; negotiis impedimenta, sed quæ quid aliud sunt quā excusationes in peccatis. Anne sunt occupationes illæ quæ a Bonifacio octauo[k] in Clementinis cōgeruntur? Suntne summa illa impedimenta à quibus nunquam reuocari debent? O quam tolerabilius, rerum quam mentium sustinemus iacturam. Dic mihi quisquis es tantis insignis titulis, tantæ tiaræ reuerentia illustris, quo affectu libere possis pensum tibi a Christo traditum soluere quandiu venationi, luxui, delitiis aulæ intentus es, quandiu ingenti procerum & nobilium satellitio stipatus ouile gemebundum deseris Pudet te sacris Chori ecclesiastici officiis, & missarum solennitis quotidie interesse, grauaris ingrato fastidio consolari afflictos & Christi sacramenta administrare & non pudet inter periculosissimas Syrtes aulę regiæ, aut inter castra sequi principem. Omnia per vicarios Episcopos te probè curasse opinaris, & tibi contrarius nihil reseruas, pontificiæ dignitatis præter nomen cum locuplete penore. Curent alij Ecclesiam, preces, sacrificia, tu curabis cuticulam, curabis equitatum, visitabis arces omni voluptatum profluuio scatentes, fouebis Histriones, & ganeones perditissimos, præeris inextricabilibus fraudum rationibus, ita demum nulli secūdus tibi eris Suffenus,[l] tu tibi inde videberis egregius Episcopus. O pudenda negligentia! vnde tanta morū colluuies? vnde tāta vulnera? vnde tot vitiorum in corpore Symptomata nisi ex pastorum incuria, Prophetæ tui inquit Hieremias viderunt tibi falsa & stulta & non aperiebant tibi iniquitatem tuam vt te ad pœnitentiam reuocarent. O cornea fibra & ære triplici præcinctum pectus, tu multum laudis tuo fronti (abstulisse) putas si in ecclesiæ suggesto viam domini edoceas, si rudem plebem instruas, & tibi places imo gloriaris inter mulieres principes sannas & commenta antiquarum fabularum aut aliquid faceti huiusmodi generis ad cachinnum vsque effutire. Si micam sanæ mentis haberes, haud fieri possent quin tibi non vellicaret aurem eximij Apostoli sententia. An nescitis quoniam membra vestra templum sunt spiritus sancti qui in vobis est, quem habetis a Deo & non estis vestri? Sed rursus audi vocem animosi Pontificis

Melius

k Negotia Episcopi describit Bonifacius octauus vt habetur in clem. dudum de sepult. in hunc modum. Quasi torrens in altum ... ardua, & pinnaculum episcopi, quibus prægrauantur curis innumeris excitatur, cogitationibus pluribus distrahitur, ad hoc tantum, vt nomē diuinū exaltetur, catholica fides promoueatur, animæ proficiāt, vt reducantur vepres dissidiorum, ac litigiorum euulsis, vigeat tranquillitas pacis, struatur charitatis exæstuet, ... concordia vnitas. &c.

l In Prouerbium receptū vt qui sibi inaniter placent, Suffeni dicantur. Catul. in Epigram

Melius est mihi mori quam vt euacuem gloriam meam quã habeo in euangelio Christi Non multifariis laudibus insolescit, non gloriatur in palatiis, opibus, equitatu, famulatio, satellitio sed verè laudis constituit metas in eo quod sibi creditum talentum augere possit verbi domini fœnore, vel quod ærumnis ac laboribus suis illustrarit Euangelium, quod Christi triumphum circumferret omni loco. Quapropter à tergo relictorum oblitus ad ea quæ à fronte erant properat vt coronam apprehendat, tantum abest vt ad humiliora degeneret. Nunc quantus pudor est si quis ex medico fiat Chirurgus aut pharmacopola, aut si ex aulico, agricola, aut ex œconomo potentis Principis, plebeius, coquus, quis non tantam Metamorphosim laqueo dignam existimaret? Hanc tamen faciunt episcopi quia spiritualibus curis ad temporalia sese abdicant, qui tam excelsos pandunt animi fructus in rebus publicis mundi & principum, in Christi verò curando grege penitus amentes & insulsi existimantur, qui exterioribus huius mundi adeò quatiuntur, vt quæ intimis concipiunt ad gregis salutem penitus non curent. Quod si suis humeris Episcopus concionandi & docendi prouinciam imparem esse cognoscat coadiutores optimos eligat, qui honorificent ministerium suum, memores cuius oues curandas susceperint, cuius thesauros dispensent, cui sint mox officij gesti redditturi rationem, quæ præmia maneant fidelem dispensatorem, quæ simplicia infidelem. Episcoporum autem subsidiarij cooperatores sunt, mendicantium ordinum & societatis Iesu patres.

l Plura incommoda irrepsere antiquis speculatorum vitio, qui cum impendentem calamitatẽ prospicere, & populum instãti periculo admonere debuissent officio suo defuerũt, ideoque illarum omnium infortunium, quas calcare debuerant participes facti sunt. Sic enim D. Gregorius ait, Facientes procul dubiò culpam habet, qui quòd potest corrigere, negligit emendare, & nihil prodest non puniri suo qui puniendus est alieno peccato.

m Duo extrema debet cauere Pastor, ne aut exterioribus curis nimis deditus, (vt inquit Gregorius,) ab internis corruat, aut solis interioribus occupatus quæ foris debet proximis nõ impendat.

SVBSIDIARII EPISCOPORVM PRAEDICATORES

§ II.

INCLITVS populi Israel Dux Moses, etsi Dei colloquio maximè iuuaretur, Ietro tamen socero rerum deliberationem patefecit, cuius consilio de coadiutoribus assumendis sed debitis conditionibus ornatis persuasus est. Considerauit enim, & deprehendit senex iste, etsi natione barbarus, In officio Ducis & iudicis emendanda, quæ ipse Moses omnipotentis Dei doctrina confisus minus curabat.

[a] Iethro Exod. 18. Moysis socer hoc genere consilium dedit, vt causarum quidem secularium definitiones inferiorum ordinum hominibus delegaret, ipse vero populo in quæ ad Deum pertinent, præesset vt ostenderet ceremonias, ritumque colendi.
b Num. 11.
c Hoc decretum roborauit Conc. Trid. S. 5. cap. 2. de refor. c. 4. conci. Carthag. 4. c. 0. & conc. Rhem. c. 4.

bat. Similiter dicit onera Ducis esse distribuēda ad alleuiandum cum vt posit sese melioribus exercere, tum etiam vt populus facilius à negotiis expediatur.[a] Annotauit B. Gregorius in 1. cap. 9. Pastoral. in gestis huius gentilis, qualiter infirmi in fide, aut qui scientes videri volunt, à viris spiritualibus tractandi sint, vt scilicet quamuis sapientiores fingant se tamen eorum consiliis indigere vt saltem sic eos domino lucrentur. Sic & Paulus cum Romanos videret, de sua potestate & scientia præsumere, dicebat. Cupio venire ad vos, vt aliquid impartiar vobis, spiritualis gratia, & statim, eorum arrogantiæ non immemor sententiam corrigere videtur dicens, *simul consolari in vobis*. Ipse quoque Mosch ponderis sui officij ac propriè infirmitatis & insufficientiæ conscius ad Dominum recurrit dicens. Non possum solus sustinere omnē populum. Ad quem dominus. Cōgrega mihi septuaginta viros [b] de senioribus Israel, quos tu nosti quod senes populi sint & magistri vt sustineant tecum onus populi Numeri 11. Sic quemcunque viderat Saul virum fortem & aptum ad prælium sociabat sibi 1. Reg. 14. Non dedignatur Dominus habere coadiutores dicente Paulo, Cooperatores Dei sumus 1. ad Corinthios. 3. Studeat igitur episcopus quantumuis peritus coadiutores sibi assumere rogetque viros virtute non minus quam eruditione præstantes episcopalis oneris leuare studium. Propterea Concilium generale Lateranense [c] ca. 10. in hunc modum statuit. Inter cætera quæ ad salutem spectant populi Christiani verbi Dei permaximè sibi noscitur necessarium quia sicut corpus materiali sic anima spirituali cibò nutritur. Vnde cum sæpe contingat quod Episcopi propter occupationes multiplices vel inualetudines corporales aut hostiles incursus seu alias occasiones, ne dicamus defectum scientiæ quod in eis est reprobādum omnino nec de cætero tolerandum per seipsos non sufficiūt ministrare verbum Dei, maximè per amplas diœceses & diffusas, generali constitutione sancimus vt Episcopi viros idoneos ad sanctæ prædicationis officium salubriter exequendum assumant, potentes in opere & sermone qui plebes sibi commissas vice ipsorum cum per se nequeunt sollicitè

d Præcipit Concil. Quod tam in cathedralibus Ecclesiis, quàm in aliis conuentualibus viros idoneos debeant ordinare, quo habeant coadiutores, tam in officio prædicationis, quàm in audiendis confessionibus, & aliis quæ ad salutem pertinent animarum.

licitè visitantes eas verbo ædificent & exemplo quibus ipsi cum indiguerint congruè necessaria ministrent ne pro necessariorum defectu compellantur desistere ab incœpto cursu vnde præcepimus tā in cathedralibus quā in aliis con uentualibus ecclesiis viros idoneos ordinari quos episcopi possint coadiutores & cooperatores habere non solum in prædicationis officio, verumetiam in audiendis Confessionibus & pœnitentiis iniungendis ac cæteris quæ ad salutem pertinent animarum: si quis autem hoc adimplere neglexerit districtæ subiaceat vltioni. Hæc sacrum Concilium verum quid facturus est episcopus nesciens prædicare & impotens suam plebem docere? An ne pro securitate conscientiæ debet cessionem officij à summo pontifice tanquam indignus pastorali officio petere? aut sufficiat quod per alios faciat quod per se non potest efficere? Ad hoc dubium quod arduum est ita dicendum videtur, aut enim legitimè promotus est & prouectus ad statum episcopalem, is de quo quæstio mouetur vt potè moribus & sciētia idoneus canonicè ad episcopatum assumptus. Sed postea infirmitate vel senectute vel hominum malitia & persequutione aut legitima absentia nequit per se prædicare & munus episcopale debitè exercere. Tunc quidem sufficit quod id per alium quātum poterit faciat impleri prout etiam diffiniuit sacrum generale Concilium Lateranense prout paulo ante citatum est. Nec talis tenetur cessionem ab episcopatu petere, si tamen impedimentum est perpetuum scilicet infirmitatis incurabilis aut senectutis aut alienationis vel perturbationis spiritus & huiusmodi, potest talis cessionem petere ex decreto Innocentij 3. in cap. Nisi cum pridem de Renunciatione lib. 1. Decretal. vbi proponit sex causas propter quas Episcopi possunt cedendi licentiam petere & Papa consueuit concedere inter quas secūdo loco inserit debilitatē corporis quæ infirmitate vel ex senectute [e] procedit & quę debilitas corporis impotentem reddit episcopum ad exequendum pastorale officium imò tunc talis tenetur cessionem petere vel coadiutorem admittere vt statuit Bonifacius octauus Extra. de clerico ægrotante cap. vnico in 6. Si autem quid indebitè sit promotus

* Coadiutores Episcoporum ad subeunda prædicationis officia, & reliqua pietatis munera.

e *Non statim danda est cedendi licentia, licet quis dicat se senem, & insufficientē maximè cùm bene administrauerit nec enim qualibet senectus facit, vt quis possit petere cessionem sed ea sola qua hominem reddit, prorsus ineptum. Insufficientia autem est nulla causa ad renunciandum, quia defectus scientiæ, impedit promouendum.*

motus ad episcopatum, quia scilicet scientia insufficiens & inidoneus tunc debet cessionem petere & episcopatui cedere. [f] Quod testatur Innocentius tertius in ca. nisi cum pridem de renunciatione. Vbi tertiam causam ex qua licet petere cessionem inferens, scilicet ignorantiam, ita habet. Pro defectu quoque scientiæ, plerumque potest quis cessionem petere, quia cum ipsa circa spiritualium administrationem sit potissimum necessaria & circa curam temporalium oportuna, præsul qui commissam sibi debet ecclesiam regere, in vtrisque salubriter ei renunciat, si scientiam in qua ipsam regat ignoret, tu enim (inquit Dominus) quia scientiam repulisti & ego te repellam ne sacerdotio fungaris mihi. [g] Honorius tertius episcopum cabilonensem ob suam ignorantiam ab administratione sui episcopatus deposuit, asserens contra Deum esse & contra canonicas sanctiones, tantum in episcopo tolerare ignorantiæ defectum vt habetur de ętate & qualitate proficiendorũ, vltimo. Vnde & Concilium generale Lateranense sub Innocentio tertio cap. 10. habet. Quod in episcopo defectus scientiæ omninò est reprobandus, cum scientia sufficiens & competens iure diuino requiratur in promouendo ad episcopatum, Propterea talis episcopus sic ignorans & à debita & requisita scientia deficiens, non debitè respondet & satisfacit suo officio quantumcunque per alium Idoneum quod sui muneris est efficere videatur, sed cessionem petere debet tanquam indignus dicto officio, alias tutus in conscientia sic ignarus præesse non potest. Nec releuat tales quod interea discent & studebunt ad scientiam sufficientem (dum episcopi sunt) sibi comparandam, quia non sunt facienda mala vt veniant bona inquit Apostolus ad Romanos 3. Sed quandiu talis sufficienti & debita scientia caret, tamdiu indignus èst Episcopatu, & si iam Episcopus est episcopatum indignè & ad sui damnationem possidet propter quod rectè habet Innocentius tertius in cap. post translationem de renuntiatione, quod Episcopus propter ignorantiam eum indignum reddentem primum Episcopatum deferat de licentia Papæ, & postquam per exercitium Lectionis, scientiæ repererit margaritam proculdubio

f Omnes causæ illæ quæ cedendi licentiam concedunt, his versibus comprehensæ leguntur in rub decreto eodem tit.

Debilis, ignarus, male conscius, irregularis.
Quem mala plebs odit, dãs scandala cedere possit.

g Osee 4.

h Episcopus qui propter crimen renunciauit Episcopatui & ad religionem transiuit ad Episcopatum reassumi non potest. Secus si renunciauit propter persecutionem, infirmitatem, defectum scientiæ, Symoniam ipso ignorante commissam, & quamuis sit Simoniacus, minor potest renunciare sine licentia Papæ. Dicit Hostiensis quod statim cum hoc sciuit, vocare debet personas idoneas, quibus reuelet, quod sciat, quid cum petit, & protestetur quod inuitus Episcopatum tenet cui sine Papæ licentia cedere non

bio poterit denuo vocatus à Domino cathedram reascendere Pastoralem. Si quis etiam cupiditate parentum eo tamen penitus ignorante, fuerit episcopatum adeptus, & hoc comperto Episcopatum de licentia superioris dimittens, obseruantiam elegerit regularem, & si ad Episcopatum eundem postmodum redire nequeat, iuxtà canonicas sanctiones ad alium tamen poterit licitè reassumi hæc, Innocentius tertius in c. Iampridem citato post translationem. Extra. de Renunciatione vbi notat duo, Primum si fuerit Episcopatum adeptus, cupiditate parentum, id est Symoniacè ex parte parentum ipso tamen ignorante, sed vbi resciuit petere debet cessionem, quoniam per talem promotionem nihil iuris acquirit vt determinat Clemens 3. de Symonia cap. ex insinuatione, & Innocentius tertius in ca. sicut tuis literis eodem titulo dicit quod secundũ sacrorum Canonũ instituta, etiam paruuli qui cupiditate parentum, ecclesias per pecuniã sunt adepti eas dimittere tenentur. Hæc ille. Secundum est quod ad eundem episcopatum redire non debet eo quod indebitè illum acquisierit. Sed vt redeamus ad propositi thematis rationem, si quis Episcopus magis idoneus sit ad administrandum quam ad docendum hac facile cura pensabit quod diminutum est, nempe si sedulo per se suosque aduigilet, vt singulis ecclesiis idonei pastores præficiantur, palam autem inutiles ab eo munere submoueãtur. Vt autem suppetat talium virorum copia, illa conducent plurimum si curet adolescentes bonæ spei in Academiis erudiendos, & si neminem ad presbyterij gradum admittat nisi qui de se optimum specimen dederit, vt aliquando bonum concionatorem possit agere. Huc valeant opes vt de suo si necesse fuerit collegia studiorum in hoc peculiariter instituant, collapsa instaurent, in quibus selecta ingenia informentur. Hoc maximè demandatum est Episcopis ex Concilij Lateranensis, & Tridentini decretis vt infra dicetur. Nec speramus commodiore via reparari disciplinam Ecclesiæ nec ignorantiam fortiore malleo retundi posse quam doctorum hominum affluentibus & copiis.

potest, & coram illis, hinc faciat procuratorem, quem in illorum præsentia mittit ad curiam, & sic non aliter putat, illum tatum. al. leg. de appellat. cap. fin. Ioann. Andr.

i Huius consilij ratio in puerorum educatione est posita, vt si curent Episcopi seminaria, scholarum suis stipendiis fouere, vt ab his, tam quam ab equo Troiano viri docti exiliant.

PRAEDICATORES NON ADMITTENDI SINE LITERIS AVT PRIVILEGIO MISSIONIS.

§ III.

OPEROSVM ſane dictu,videtur quãtas clades peſtilens hominum ſacræ ſcripturæ integritate violantium(quod hæreticorum familiare eſt)attulerit colluuies, vel eorum præcipuè qui ſub Euangelij titulo et ſolutis legibus omnibus & diuinis & humanis ſibi perſuadent eſſe ſanctum quicquid animo collibuit,vel eorum qui Apoſtolicam togam mentientes Eccleſiæ Catholicæ ſuggeſta conſcendere priuata & ſtolida authoritate audent, quales ſunt huius temporis hæreſiarchæ & Caluini diſcipuli qui portentoſa inſania infandum doctrinæ genus ſpargunt, & omnia conturbant Paulinę admonitionis immemores & ſacrorum Conciliorum contemptores ſub ſpecie pietatis virtutem eius abnegantes authoritatem ſibi vendicant prædicandi cum ipſi niſi mittantur id oneris ſubire non poſsint. Verum aliquis ex gregaria Miniſtrorum Caluiniſtarum multitudine] qui gloriantur habere omnibus nodis cuneos retuſos quantumuis & quorum proprium eſt violare ſcripturæ æquitatem ᵃ ſolita linguæ petulantia per multas ψευδολογίας reſpondere noſtris dictis conabitur,quòd extraordinaria vocatione deſtinati ſint ad increpandos Papiſtarum mores & inſtitutiones non minore diuini numinis aura quam Prophetæ veteris legis quos ſuſcitabat dominus vt eorum ore Phariſæorum & Scribarum vitia arguerentur & confunderentur. Quorſum hæc ſomnia impudentiſsimi ſycophantę?Horſum,vt exiſtimes vos imperitus veſtris impoſturis miſere deluſus populus ætheris ac cœli Nuncios,legatos,& fæciales. Soli ergo tam magnificam tam plauſibilem,tam arduam,ſuſcepiſtis legationem? miſelli nos ! tandiuné extorres fuimus à veritatis ſolio,quibus meritis habuiſtis illud primogenij ius ? quæ noua gloria veſtras extollit criſtas ? quænam beata extazis vos ad tertium vſque cœlum traxerit vt dicere cum Paulo non erubeſcatis quod euangelium veſtrum non ſecundum hominem nec ab homine accepiſtis, neque didiciſtis

ſed

a In alienum ſenſum detorquent heretici ſcripturas, & hoc expreſſè aſſerit Euſebius Cæſarienſis.lib. 5.Hiſt.cap.28. feciſſe quondam Aſclepiodorum, Theodorum, Apollonidem, Hermophilum, Artemoniſtas. Sic enim (ait:) ſed hæc faciunt, quia nec timini facti ſunt fidei propterea, & diuinas ſcripturas abſque vllo timore contemſerunt, & corrumpentes eas emendare ſe dicunt,&c.

b Cum in Colloquio Poiſſiacẽſi vrgerentur, hæreſum Archiminiſtri, vt reſponderent, & oſtenderent eorum Apoſtolatus miſsionem, & à quo miſsi eſſent,obmutuerunt,& per deum sæpiè proteſtabantur,ſuſceptum miniſterium extra ordinaria poteſtate probari,de hac re egregiè diſſerit Claudius de Sainctes.

sed per reuelationem Iesu Christi. O miros nutantis doctrinæ Athlanetes. Quis adeo lippiens oculis aut multo magis iudicio non poterit tenebrionum horum perdere caligines? Patiemurné dissimulatæ religionis vestræ faces ita splendescere? Quis tam parum temporis deuouit in progymnasmatibus dialecticis qui debita ordinatione propositionum in quantitate, & qualitate, & partium argumenti constructione hoc ferme syllogismo vestram non retundat arrogantiam cuius Assumptiua pars ex Christo summo rationalis & diuinæ Philosophiæ doctore sumitur.[c]

Qui de Deo est verbum Dei audit:
Vos verbum Dei non auditis,
Ergo de Deo non estis.

Scio vos minorem negaturos, & ideò argumenti basim firmissima ratio eriget Christus dixit Reddite Cæsari quæ sunt Cæsaris, & Deo quod Dei est. Quasi diceret Reddite Genebēsem Ciuitatem principi suo, episcopatum episcopo, Vos autem huic diuino mandato minimè obedientes, ideo ex Deo non estis, quia famulari alteri consulto & prosperius vobis esse existimastis. Ne autem ad hæc dicenda nos particulari aliquo damno fuisse adactos putetis, nullus est Galliæ & vicinarum prouinciarum derelictus locus crudelitatis & vesaniæ vestræ expers. Optarem vobis meliorem mentem, qui vestris nugis indies Reipublicæ malum exasperastis, adeo vt semper Herculana veluti magnitudine perpetuo sit nobis cum tot monstris dimicandum. Vbi gentium non effusa est veneni vêstri pernicies? Quis Episcopatus? quis Diœcesis? quod ouile? virulentæ vestræ doctrinæ non audiuit præstigia? Quis vos horrore & crudelitate comitatos ad Hyrcanas Syluas, scopulosque Caucaseos ortos & eductos vos fuisse non dixerit. Quibus sannis, quibus, sconiatibus, quanta ignominia carpunt, allatrant, subsannant impia vestra dogmata Diuos ipsos, Ecclesiæ patres & legitimos pastores? Apostoli martyrio, & sanguine euangelij prædicationem sub Christi passi auspiciis & ex eius commissione auspicati sunt, vos vero Tyrannicè & omni sæuitia nænias vestras authoritate futili fulcire cupitis. Quæ Lethargia vos obliuisci fecit Pauli sententiam

[c] D. Ioannes eo [illegible] planè modo de sua doctrina argumentatur. Ag[illegible] enim de falsis spiritibus Pseudoprophetis cauendum. Ipsi, (inquit) de mundo sunt, ideò de mūdo loquuntur, & mundus eos audit. Nos ex Deo sum[us], [id] est, Docens in qua fungimur, potestatem a[illegible] [illegible] accepimus non ex mundo, aut ab hominib[us], vt Pseudoprophetæ. Qui nouit Deum, audit nos. Qui non est ex Deo, non nos audit. In hoc cap. cognoscimus Spiritum veritatis, & Spiritum erroris. Planè sua verba pro Dei verbis vendicat non secùs quam Christus. Hoc autem ideò facit, quia Apostolus quasi Pastor Ecclesiæ Dei fuerat, legitimè missus, & testis veritatis constitutus, vt de illo verum sit, quod Christus de seipso loquutus. [Q]uem enim mi[si]t Deus, verba Dei loquitur.

tentiam, Quomodo prædicabunt * nisi mittantur? Quę vos tanta cohibet audacia in agrum proximi falcem immittere? Audite quod patribus vestris Ecclesiæ inimicis loquutus est Tertullianus.[d] Qui estis vos? Quando & vnde venistis? Quid in meo agitis? Quo denique iure Marcion syluam meam cœdis? Qua licentia Valentine fontem meum transuertis? Qua potestate Appelles limitem meum commoues? Mea est possessio & iure priori possideo. Habeo originem firmam ab his authoribus quorum fuit res. Ego sum hæres Apostolorum. Ego habeo priuilegium vocatus adeo tanquam Aaron.[e] Nonne iure optimo his verbis, afflicta nostra Gallia execrari potest turbulentos vestri furoris impetus illam circumquaque deuastantes? Sed quid habebitis ad hæc responsi præter purulentas loquacitates & iniurias? Non vos latet fidem in qua renati estis per baptismum fuisse ab ecclesia Catholica non solum in hoc regno sed vtraque solis domo vt dicitur, hoc est in vniuerso orbe diffusam atque propagatam, quam vos tandem rabido dente dilaceratis.[f] Attamen si vos aliqua actionis vrget æquitas, nos in ius prouocandi pro huius litis decisione, paciscamur prius de legitimo Dominio & possessorij facultate, quam falso vobis esse creditam putatis, post hæc accingamur ad petitorij discussionem. Hoc est reddite Iurisdictionem Ecclesiasticam quam impunè ad scelera & quæuis flagitia proni sub hac seruili libertate viuendi non sine graui animarum periculo (quæ nam enim est peior mors animarum quam libertas erroris [g]) temerè sed clácu-lario surripuistis veris & diuinitus vocatis ministris. Nos non solum nitimur iure poli, sed soli pariter nobis leges patrocinãtur Theodosius & Arcadius [h], *Si quis in tanta furoris peruenerit audaciam vt possessionem rerum apud Fiscum vel apud homines quoslibet constitutarum ante aduentum Iudicialis arbitrij violenter inuaserit, dominus quidem constitutus possessionem quam abstulit restituat possessori & dominium eiusdem rei amittat. Si verò alienarum rerum possessionem inuasit non solum eam possidentibus reddat verumetiam æstimationem earundem rerum restituere compellatur.* Videtis leges Cæsareas vestram audaciam impunè non ferre quæ se in alienos labores intromitti

* Rom. 10.

d Tertullian. lib. de præscri. hæreticorum.

e *Nemo iustè prædicare potest (inquit Beda,) nisi à Deo; aut ab Homine potestatem habens, ad hoc missus fuerit, vt nemo assumat sibi honorem; sed qui vocatur à Deo, tanquam Aaron.*

f *Inuadens possessionem iniuria eam tenetur restituere, & condẽnatur in æstimationem rei Bart. in l. si quis in tantam. C. vnde vi*

g Augustin. Epist. 166.

h *l. si quis. in tantam. C. vnde vi. Ex Co. Theo. lib. 4. tit. 20. l. 3.*

tromittit quæ se inter vberes Ecclesiæ fructus Zizania seminare conatur. Dicebat Paulus se plātasse & Apollinem rigasse [i] at profectò Pseudopropheta Caluinus dicere potest se funditus euertisse doctrinam Catholicam conatum fuisse, successores verò immisċuisse virulentam perfidi seminis contagiem. Sed nihil vestris conatibus opitulatur nisi fucatus religionis zelus quo duce talia tentare audetis, vósque ad Euangelizandum compulit Mesis vbertas & operariorum paucitas. Vos tamen tanto charitatis ardore æstuantes debuistis Consilio eiusdem morem gessisse. Nō enim dictum est. Accipite quisque falcem, cum nullus sit qui suo operi sit industrius. Quid ergo? Orate dominum mesis vt mittat operarios suos in vineam suam. Docet nos pro labefactato cuiuslibet ordinis statu preces fundere, non viribus aut furore impeti. Hæc est vestri laboris ratio vt flammis sinceræ mentis ardentes habeatis ducem cuius insigniis vestra legatio in diripiendis alienæ mesis segetibus in occupandis verorum pastorum tuguriis & ouibus commendetur, non vt adipiscatur vobis grande nomen aliquod sed vt ditescat Christus lucro animarum quas crudeliter perditis. Si ergo vobis licuisse putastis negligentium ministrorum euertere cathædras, & fucum precio grandi vendere, vix vestrum euitabunt furorem Principes & Iudices qui corruptis moribus esse videntur, quum nulla vestrę vocationis potior sit ratio quam vitiorum detestatio & reprehensio. Sed ille qui potestatibus superioribus & regibus quantumuis indignis nos obedire voluit, quique totius obedientiæ exemplar sceleratissimis omnium quos vnquam tellus aluit Pilato Caiphæ, & Annæ Hierosolymis proceribus paruit eorúmque iudicio mortem subire non recusauit nobis iussit tollere iugum suum super nos, & fœlici promissione vsus subiūxit. Discite à me quia mitis sum & humilis corde & inuenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suaue est & onus meum leue. Quis vnquam Tragediarum vestrarum non execratus est superbiā? Vos iudices in propria causa [k] esse voluistis & vis auxilio nepharia quoque audere gloriosum censuistis. Sufficeret insaniæ vestræ quòd membra laniastis

[i] *Dicebat Apostolus, ego plantaui Apollo rigauit. Apostoli fundamenta fidei posuerunt, Ecclesia succedens super ædificauit, vnde ibidem Apostolus, vt sapiens Architectus fundamentum posuit, alius autem superædificat: Crescit autem & fructificat, hoc semen locupletiùs factum, & auctiùs, non in se, sed in acceptione credentium, nec aliqua nouitate mutatum, sed maioris luce, & explicatione adhibente illo statu.*

[k] *Authoritate propria nemo ius sibi dicere potest l. 1. §. 1. quo legato. C. ne quis in sua causa.*

Ecclesiæ, quòd Dei populos iam dudũ in vnitate positos vestris seductionibus diuiditis. Inter hęc omnia vtinam altaribus parceretis, vel impiis vestris vlulatibus gregem Ecclesiæ à verò tramite non reuocaretis, & si hominum corruptores & circulatores indignè vestrum negotium vbique non audiri cuperetis: [l] Quis vos isthęc iussit loqui? Vultis ne audire optimi verbi Dei legati authoritatem, audite Paulũ [m] literas sui mandati offerentem his verbis. *Omnia ex Deo qui nos reconciliauit sibi per Christum & dedit nobis ministerium reconciliationis. Quoniam quidem Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi, non reputans vllis delicta ipsorum & posuit in nobis verbum reconciliationis. Pro Christo ergo legatione fungimur tanquam Deo exhortante per nos, obsecramus pro Christo reconciliamini Deo.* Ecce autentica sacri huius Prædicationis commissio non aliunde quam à Christo Principe & summo episcopo probata illamque exequi nefas duxisset absque superioris authoritate? Cum autem ô Doctorculi Caluinismi aut Paganismi proceres auditis Paulum fateri se accepisse *omnia ex Deo* dignitatem legantis agnoscite, quum auditis *qui nos reconciliauit sibi per Christum*, audite sublime legationis argumentum, atque etiam plausibile, quum auditis, *& posuit in nobis verbum reconciliationis*, agnoscite ineuitabile mandatum. Tantæ ergo legationis authoritate illustris Paulus, vitæ sanctimonia primũ, maximis doctrinæ fructibus & auditorum frequentia tum miraculis quamplurimis delegatam functionem commendabilem reddit. Quæ vitæ integritatis quæ discipulorum perfidorum nebulonum aut Apostatarum copia, sed quæ miracula concionum vestrarum fidem sequuntur. O miseri in susceptione tanti oneris quod magis erat necessarium rogare, obliti estis. Cur ergo cum Moyse non dixit Phanaticus ille Lutherus in quem tot referunt vocis & gratiæ scriptores Germani [n] vt illum D. Paul. adęquare non dubitent, aut Gallorum Caluinus impostor tenacissimus. Quis sum ego vt vadam ad Pharaonem, & educam filios Israel de Aegipto? Qua audacia apparebo summi Pontificis conspectui? Quo ore obiurgare licebit suam perfidiam, & cętera illa quę vos in sanctum Ecclesię primatem

[l] Optatus Mileuitanus. libr. 6. contra Parmenianum Donatistam.

[m] *Paulus non conscendit publicum suggestum Euangelium prædicaturus, nisi prius prædicandi authoritate confirmata, & approbata plebi.*

[n] *En, habetis inter Chronicas Germanorum inania commenta, laudes & gloria Lutherana M. Cyriacus Spãgẽberg ausus à temporibus Apostolorum ad hæc nostra, neminem planè fuisse, qui post Paulum, Pauli mentem & totius sacræ scripturæ intelligentiam exactius perfectius, plenius S. Martino Luthero assequutus sit, vt de eo hanc Epanesim pulchro mẽdacio præcinctũ illi deferat:*

Christus habet primas, habes tibi Paule secũdas. Ast loca post illos proxima Luther habet.

Iam videmus hæresim quæ occultissima haberi cupit, cæcam esse, & cæcos facere, quos est amplexa.

tem veluti in Antichristum exclamatis. Quarè Moysis excusationem non accepit, Non credent mihi neque audiét vocem meam, sed dicent non apparuit tibi dominus, non sum eloquens, impeditioris & tardioris linguæ sum. Quare non postulauit virgam quæ modo in serpentem, modo in priorem formam conuerteretur. Dominus enim non vult nos facilè credere, quæ nobis suo nomine dicuntur sed quæ probentur quæ dicuntur prius signis & mirabilibus. Anne sufficit vobis ô Caluinistæ dicere Deus misit nos. Missi sumus à Deo, nonne Diabolus ipse talia fari potest? Sed Dominus nobis dedit signa certa quibus fuci vestri & imposturæ cognoscerentur, ne quis credat vos ad hoc ministerium cōuoçari, vt retulit verè Ieremias.[o] Falsò Prophetæ Vaticinantur in nomine meo, non misi eos & non præcepi eis, neque loquutus sum ad eos, visionem mendacem & diuinationem fraudulētam & seductionem cordis sui prophetant vobis, mendacium ipsi loquuntur vobis, quia non misi eos ait Dominus & ipsi prophetant in nomine meo mendaciter, vt eiiciant vos & pereatis tam vos quàm prophetę qui vaticinantur vobis. Et alibi [p] idem Propheta. Non vos seducant Prophetæ vestri qui sunt in medio vestrum & diuini vestri, & ne attendatis ad somnia vestra quæ vos somniatis, quia falsò ipsi prophetant vobis in nomine meo & non misi eos. Quanquam autem res vt falsa est vera haberetur, quòd Deus vos misisset, nos iusta ignorantia excusaremus modóque cum Abimelech diceremus Domine num gentem ignorantem & iustam interficies. Credimus omnibus & singulis qui tuum nomen mentiuntur. Tu es qui per Apostolos dixisti. Timeo ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua, ita corrumpantur sensus vestri, nam eiusmodi Pseudoapostoli sunt operarij subdoli, transfigurantes se in Apostolos Christi & non mirū, ipse enim Sathanas transfigurat se in angelū lucis,[s] Si quis venit ad vos & hanc doctrinam non adfert, nolite recipere eum in domum nec Aue ei dixeritis.[t] Si principis cuiuspiã nomine aliquis pecunias eroget, nos ne obolum quidem daremus quin prius sui mandati certiores nos faciat rescriptum aliquod, dabimusne ergo animas nostras tanto pre-

Pulchra Paranæsis ad compescendam hæreticis prędicandi licentiam

o Ierem.14.

p Ierem.27.

q Ierem.29.

r *Deus nobis præscripsit sæpiùs cautã animaduersionē cognoscendi falsos Prophetas, & eos qui absque legatione temerè audent sibi vsurpare prædicationis, aut ministerij Ecclesiastici munus.*

s 2 Corinth. 11.

t 2 Ioan. 1.

-io redemptas ignotis iſtis & nullius nominis inſidiatoribus? Confirment ſermones ſuos Apoſtolicis ſignis quorum doctrinæ ſe ſucceſſores & imitatores prædicant. Sed hæc miracula non hauriantur ex officina Magorum non redoleant impietatem patrum & Hereſiarcharum inſipientiam. Nam impoſsibile eſt Hæreticum miracula edere niſi quatenus Antichriſti prædeceſſores exiſtunt vt notat Irenæus lib.2.cap.57. [v] Cur eorum concio aut inſtitutio non reſpondet verbis eius quem tantopere veluti ſibi ſolis innatum & patronum veritatis ſuſcipiunt, *Tametſi nihil ſum, ſigna tamen Apoſtolatus mei facta ſunt ſuper vos in omni patientia inſignis & prodigiis & virtutibus.* Quis ſuæ ſalutis adeo immemor audire exoptabit triſtes iſtos Coruos, Plutonis angelos cũ nihil fundant pro vocationis miniſterio quam ἀνιμῶχία futilia & ventoſa mendacia, quæ à viris piis ridentur ſed nihilo ſecius ipſi ſi placent applaudentibus vndique Caluini in Chriſti miniſtros contumeliis, & cum parum aut nihil perſuaſiſſe ſe vident poſt longas vocum & libellorum rixas Principes quoſdam ſuis præſtigiis & veneficiis incantatos ad rem aggrediendam bombardis & enſibus ſtimulant. Hæc videmus, & dolemus imò miraremur hos gigantes in cœlum, temerè Veteris Babelis ſtructuram moliri, velletq; dare vela diuinæ ſcripturæ per pelagus, ſed ad hos ſcopulos omnes fecerunt, naufragium ſic, vt vix licuerit enatare nudos. Res tandem nobis eſt cum exitialibus monſtris, & rabidiſſimis lupis & in his nulli magis lædunt quam qui ſunt ſacræ Theologiæ imperitiſſimi, hi nouas diſſidiorum materias excogitant, & iuriſdictionem contemnunt adeo vt ſemper cum laruis ſit nobis colluctandum. Sed Chriſtus ſponſam ſuam ſolita pietate & clementia conſolatur. Nugarum congerrones cunctis ludibrio proponet. Vlciſcatur Deus iniuriã Eccleſiæ illatam, tanta præſumptione ducti Pſeudodoctores iſti conterantur ſed igne diuino deuorentur vt Nadab & Abiri filij Aaron [x] qui acceptis thuribulis imponentes ignem & incenſum deſuper, tum offerentes coram Domino ignem alienum, quod eis præceptum non erat egreſſo igne à Domino conſumpti & vita extincti ſunt. Grauius pro-

[v] *Virtutes (inquit Irenæus,) operari dicuntur non in virtute Dei, neque in beneficiis hominibus facientes ea quæ faciunt, ſed in perniciem, & errorẽ per magicas eluſiones, & vniuerſa fraude plus lædentes, quàm vtilitatem præſtantes his qui credunt eis, in eo quod ſeducant. Nec enim cæcis poſſunt donare viſum, neque ſurdis auditum, neque Dæmones effugare præter eos, qui ab ipſis immittuntur, ſi tamen & hoc faciunt. Neque debiles, aut claudos, aut paralyticos curare. Hiſdem fere verbis ante Irenæum, Clemens Ro. impios in doctrina falſæ confirmationem miracula facere non poſſe niſi quatenus Antichriſto ſub finem mundi permiſſum iri putat.*

[x] Num.16.

promerentur supplicium qui ab Episcopis non ordinati nec sacra Chirotonia insignes officium sacerdotis exercere non verentur. Expertus est miser Propheta qui à Deo missus fuerat in Bethel vt increparet Ieroboam super horrendo Idolatriæ scelere quàm pestilens sit hominum non missorum eloquium, fide enim per aurem depredata & impostoris parens votis angeli mandatum mentientis comedit & bibit secum, præceptum Domini oblitus & propterea in via à Leone occisus est. Hinc discite quam metuenda sint ministrorum Caluinianæ hæresis sibila dulcia quantumuis, sed infinitis partibus discite quam temerè doctrinæ ius sibi vendicent, seque ab Angelo Lucis edoctos asserant vt vos inter tenebrarum scatebras abscondãt. Nihil est periculosius quam Mosis & Aaronis furari & ambire dignitatem. Periculosa res valde, proximũ esse rebus quas possis male concupiscere. Testes sunt Core, Datan, Abiron aliique filiorũ Israel ducenti & quinquaginta viri proceres quos terra absorpsit eo quod molestè ac inuidenter ferebant Moysem cum fratre in celso dignitatis culmine constitutos. Nemo impius & vecors quantumuis domini præceptum irridere audebit quod Num. 18. seriò Aaroni emissum est. Tu & filij tui & domus patris tui tecum, portabitis iniquitatem sanctuarij, & tu & filij tui simul substinebitis peccata sacerdotij vestri. Alienigena nõ miscebitur vobis Tu autem & filij tui custodite sacerdotium vestrum & omnia quæ ad cultum altaris pertinẽt & intra velum sunt per sacerdotes administrabuntur. Si quis externus accederit, occidetur. Qui sunt isti qui nobis veris Leuitis & Aaronis filij sacri ministerij excellentiam eripere conantur? Hæretici proculdubio graculi studio infœlices, simiæ ridiculæ, olidæ vulpes, qui audaci temeritate, aut impostrice iustitia vix Tyrones iactant se pro sacri eloquij professoribus arrogant sibi spiritũ y sanctum scurræ circumforanei pro pastoribus & Concionatoribus aut sacramentorum administris quæ ad ipsos non pertinent, qui etsi vera inter docendum proferant (quod longè secus accidit) non sunt audiendi, cum ipse Christus nec audiri voluerit absque suæ missionis testimonio, legibus

y Opinantur hæretici omnia eorũ gesta Spiritu Sancto duce perfici, cum tamen Sathanæ opera opitulentur, in eorum exercitio. adeò vt Irenæus euidentissimè comprobet, vnam & eandem esse cum malis spiritibus cõuersationẽ Testis erit Lutherus, cum si quis sedato animo arrogantiam, iactantiam, maledicentiam, furorem animi, obscœna verba furiosa conuitia in omnes ordines, & Sathanicam superbiã qua se mille Augustinos, mille Cyprianos, mille Concilia Martyrum, Doctorúmque priscorum myriadas: si contra se starent, non curaturũ dicit, & aduersus docta sanctorum hominum angelorum (verba illius sunt) dogma suum cõstituere, quisquam vnquã hæc cum iis, quæ sua scripta reliquit, comparare voluerit: illum à Diabolo, corpore & animo agitatum fuisse non dubitabit.

veteris teſtamenti, & prophetarum vaticiniis authenticæ ſigillato nobiſque poſteris iuſsit attendere à falſis iſtis nunciis qui ſubdola fraude ſeſe ad Eccleſiaſtis munus intromittunt : & obmuteſcunt quamprimum de legationis aut delegantis nomine interrogantur. Nec abſre extraordinarij miniſtri vocari cupiũt,omnia en im præter ordinem & extra iura faciunt,ex clancularіis & cubicularibus lenonibus publici reformatores Dogmatiſtæ exoriuntur, Neſcio qua iuris licentia rem Eccleſiaſticam,tanquam pro derelicta aucupentur, quodam quaſi priuilegio occupantium cathedras conſcendunt , & eandem velut incudem tundentes nihil aliud mentibus auditorum quam veritatis & Romanæ Eccleſiæ odium inculcant.Hiſque potiſsimum diſtinctionibus à quocunque poſſunt diſcerni ac deprehendi,veluti cum ſanctorum patrum Chriſtianæ antiquitatis procerum ſcripta paruifaciunt , & authoritatem contemnunt,in docendo modeſtiam non ſeruant,& cum rancidarum nugationum egeſtione de ſimplicitate veterum patrum loquuntur,Mendicãtium [z] ordines & religioſos monachorum cœtus ſpurciſsimis conuitiis traducunt, adeò vt palmarium putent probè monachos proſequi iniuriis & contumeliis. Eloquentiam & verboſitatem affectatã concipiunt,veteris & receptæ fidei rationem vocum diſſonantia arguunt& phraſes varias hęreticę prauitatis teſtes ſedulò imitantur:his ſignis latentem luporum rabiem rimari licet. Et cum nulli ſacro Euangelij titulo digni cenſeantur , tamen miniſtri Euangelici nomine gloriantur.Quis adegit eos ad ſic ineptiendum ,quis Archirabinus Genebenſis eos cõſecrauit?Cuius ſunt Diocęſis?cuius patris?ἐκ τοῦ πατρὸς διαβόλου & deſideriis patris obſequuntur, nihil auidius ſitiunt ipſa popularis auræ famæ & gloriolis circumducũtur, famoſis libellis venalia nomina ſpargunt. Paulus gloriabatur in afflictionibus & infirmitatibus , iſti ſcapularis & monachiſmi contemptu, & ſeditionis tubæ ſeſe produnt. Vnum addam ex ipſius Caluini teſtimonio quod ſi tales miniſtri vel libidine vel gula non ducerentur minimè prædicationis induerent togam. Videmvs(inquit in tractatu gallico de ſcandalis)quoſdam monachos Apoſtatas

z Perpetuæ intercedunt inimicitiæ hæreticis cum monachis, & religioſam vitam profeſsis. Tametſi enim veteres hæretici Valdenſium & Vicleffi ſæcula præ eſſerint qui ſingulari monachorum odio primo monachatũ impugnarunt, omnes tamen capitales fuerũt monachorum hoſtes,non tacẽt hoc genere quid egerint per ſuos circumcellionos, Ariani & Donatiſtæ. Queritur B. Aug. in Pſal 131.monachos à Donatiſtis, & circumcellionibus multis conuitiis laceratos fuiſſe, ſéque à Petiliano grauiter redargutũ ,quod illud vitæ genus inſ...aſſeris,multa præterea monachorum domicilia veterum hæreticorum immanitate , vel penitus euerſa, vel hominibus nudata fuiſſe antiqua literarum monumenta teſtantur.

Apoſtatas,ocioſum genus hominum,qui tantum de Ventris largiſsima licentia ſolliciti,ſi non ſunt ſaturati murmurabũt. Alios intuemur iſtis nõ diſsimiles qui licet in clauſtris monachalibus non fuerint cucullati, dum noſtræ neceſsitudini iunguntur magnam in agro Domini pollicentur operam,dũmodo tenuis victus copia ſuppeditetur nullius iuriſiurandi tam ſancta eſt illis religio vt huius gratia pinguem offam patiantur elabi de manibus. Initio pane ſolo, aqua ſimplici & pro obſonio betis aut rapis frugaliter veſcuntur, & hac hypocriſi patientiæ dicunt nullos labores Deo gratiores quàm qui perferuntur ob Euangelium, ſed hac viuendi moleſtia pertæſi in inane promiſsa ſoluuntur, & inſalutato hoſpite ſolum vertunt. Hactenus Caluini præconium de ſui Euangelij præconibus οὐαὶ ὑμῖν γραμματεῖς καὶ φαρισαῖοι ὑποκριταὶ. Miſeram veſtram ſortem & amentiam doleo quotquot eſtis Caluiniana aut alia quauis hæreſi ſeducti,ſi enim obturatis auribus incantamentis Nouatorum Chriſti paruiſſetis conſilio,& ſedulò nouę functionis delegationẽ à quo demandata,fuiſſet & quibus approbata inquirentes, non ſic turpiter veſtras inuaſiſſet mentes erroris phreneſis. Non ſic impunè auderetis ſpiritum erroris & doctrinam dæmoniorum circumfundere. Quemadmodum deus ſua ineffabili in nos benignitate nobis in noſtri tuitionem veros Miniſtros conceſsit, ſic veſtra impia facinora in Eccleſiæ contemptum tantos hoſtes domeſticos & ſeductores meruerunt, Veruntamen vt Ἀρχιμανδρίτης veſter Caluinus per varios locorum intercapedines fictum veſtrum miniſterium prædicationis commẽdet & approbet non dixit Epiſcoporum ſed hominum miniſterium in quo ille manifeſtè deprauat Dei verbum. Paulus ſiquidem non dixit qui prædicabunt niſi homines, ſed quomodo prædicabunt niſi mittantur? Quibus nimirum verbis ſignificatur, quòd prædicatio cui habenda eſt fides in religione non eſt tantum hominis, ſed hominis ritè vocati,ad Eccleſiaſticum munus; quod certè munus nõ humanum,ſed diuinum,vt Paulus expoſuit,dicens, Et ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios verò Euangeliſtas, alios autem Paſtores & Doctores.

a Væ vobis Scribæ Phariſæi hipocritæ.

b *Apoſtolus concionatores hæreticos appellat, Spiritus errorũ & hæreſes doctrinas dæmoniorum, nam ſicut dæmonum ſtudium eſt ad grauiora ſemper peccata exhortari, atque impellere, ita hæretici hic ſibi proprium officium, ac munus ſumpſiſſe videntur à ceterieribus mentem imbuere, & per eos male affecta voluntate, in maiora ſcelera, miſeram animam pertrahere, Vnde rectè D. Auguſtinus. Et omnes quidem hæretici ſcientia pollicitatione decipiunt, & reprehendunt eos, quos ſimpliciter credentes inuenerint, & quia omninò carnalia perſuadent, quaſi ad carnalium oculorum apertionem conantur adducere, vt interior oculus excæcetur.*

Doctores. Ad quæ munia & si aliqui homines per alios vocantur, id est ordinantur tamen huiusmodi ministrorum ordinatio non humana, sed diuina est. Sicut enim fideles quos Ecclesia sacro baptismatis lauachro abluit, non homo, sed Christus baptizat, vt pote homo per mysterium, Christus verò per potestatem baptizat ita Pastores & Doctores quos Catholica Ecclesia mittit, id est ordinat, non homo sed Christus est, qui mittit ac ordinat, quemadmodum Ecclesia Christi est ministra in conferendis illis diuinis muneribus. Atque ita suprema præsidia quibus Ecclesia Dei fulcitur & sine quibus illa non potest seruari incolumis, & in quibus Ecclesiæ salutem reponere Domino placuit, Pastorum & doctorum à Catholica Ecclesia, vocatorum ministeria sunt. Non potui in hoc errorum Oceano carinæ dare anchoram, sæuientibus Caluinismi fluctibus qui contagio sui veneni nostram fœdare immaculatam Ecclesiam nititur & hoc per ministros ad omnem functionem insulsos & inutiles quos & ipse nec laudare nec probare veritatis freno coactus ausus est, de iis enim palam vt supra diximus edidit iudicium Lutherus pariter pestilentis Cathedræ Germanorum Coryphæus, suos discipulos cum Caluino prioribus primi nascentis Ecclesiæ sæculi nec meliores, nec veritatis inquirendæ diligentiores haberi aut dici posse fassus est. In postilla siquidem Dominicæ primæ aduentus, Saxones & Vvitembergenses suos, multò quam dum sub Romano Pontifice agerent, deteriores atque ad omne sceleris genus procliuiores rursus, & Sodomitis flagitiosiores factos testatur. Caluinus qui huic encomio cedere nec vult nec potest postquam omnium maledicentissimus, in Lutheranos [c] videtur asserit heresi suæ addictos omnium mortalium sceleratissimos & facinorosissimos esse, deinde cum verba illorum sceleribus satis congrua inuenire non potest, tetra monstra & malos genios humanam formam indutos appellat, Concione 10. ad Ephesios gallicè scripta. Cum ergo tanta gloria efferantur per præceptorem quibus sibi locum adipiscentur quis eorum doctrinam mendacem insolentem & obscuram venerabitur. Appage Primoginitos Sathanæ, verbi Euangelij

[c] *Caluinus in eo libello, vt tradit F. Horãtius cui titulum fecit. Vltima admonitio ad Ioachimum Vuesphalum, Brutos homines Luteranos appellat, ne guttam quidem ipsis ingenuipudoris relinquit nimis largam eis copiam cauillationum profluere queritur, dum Lutheri hyperbolas prosequũt, modò plebeculam, suésque phraterculos fascinent, popularis theatri plausu contentos, nec Dei, nec angelorum iudicium magnopere curare furiosum impetum, & leuitatẽ nugatoriam, temulentiam, cæcam, caninã, improbitatem, superbiã, diabolicam eis propriam esse dicit, quod libido sensus loco sit pietatis, quòd eos incredibilis ferocitas humanitate omni spoliauerit, quod obstinatus Spiritus nihil moderaminis reliquũ fecerit, eos vertiginosos homines vocat, cyclopes, superbos, factiosos, gigantes, latratores, freneticos, bestias, proteruos, factiosos, perti-*

Euangelij caupones, Ramos eorum qui Dominum gloriæ occiderunt, ſimias hominũ imitatrices, Chriſtum mercantes, Ab ſit altiore vt merentur eos nominum colore depingere, ne pius Lector graui animi indignatione, iſta legere faſtidiat. Pro his attamen orandum eſt, vt Deus impartiat illis maturam reſipiſcentiam, ne per iter quod pertinacius ſequuntur, infœlices damnatorum pœnas experiantur. Faxit optimus gratiarum largitor vt ab eorum impoſturis, laqueis, & ambagibus, liberentur Germanorum Gallorum Anglorum & cæteri populi tanta veſania faſcinati, vt copioſæ ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſeges proueniat, toties ab huiuſmodi dæmonis auibus, erepta & impedita Latè diuagatur Catholicæ fidei pietas, iuuitis iſtis ſtellionibus, ab his ergo cauendum admonet Chriſtus in Euangelio. Sic admixti ſunt veluti Zizania tritico vt non poſsint prorſus euelli. Sed ſecura adhibeatur cautio ne quem fallant. Si non eſſet ignis, non eniteſceret aurum. [d]Oportet eſſe hęreſes, at non niſi ſummo multitudinis malo contingere poſſunt & tamen nonnunquã dantur propter obſtinatam populi rebellionem pleráque alia ſcelera quæ emendatione potius quam longa ſermonis Epitaſi & exaggeratione indigent. Sed de his ſatis. Alibi ſingularis certaminis contra Caluiniaſſeclas nobis dabitur toties efflagitata opportunitas.

naces, & ſi qua ſunt iſtu meliora nomina in ipſos coniice. & euomit. His coloribus depinxit Luthers Aſſeclas. Caluinus.

d Ignatius Epiſtol. ad Trali. & ad Philadelph & ad Antio.

QVAESTORVM PRAEDICATORVM TOLLENDVS ABVSVS AB ECCLESIA.

§. IIII.

SAEPENVMERO cogitantem Euangelicæ perfectionis conditiones in plus promerendo & minus exigendo conſtitutas, Ingens me ſurripit admiratio, quam perperam illis conſultum ſit, qui ſordido quodam quæſtu circulatores veluti freti, vix poſsũt abſtinere à ſpecie cauponandi [a]verbum Dei Quo ſublimior eſt Euangelici pręconij dignitas, eo purior eſſe decet, à temporalis lucri auiditate. Sed inexplebilis auaritiæ ſitis (o perdita ætas) & hypocritæ paupertatis deceptio fecit, vt multi ſub pio & gratuito pręd icationis titulo ſeſe immiſcuerint ſacris eccleſię

a Verbi diuini prædicatio non debet lucrari, aut in pactum circunduci.

muneribus ad extorquendum potius quam impetrandum aliquid à misera plebecula. Huiusce generis sunt venali precio dignas sanctorum reliquias vicatim circumferentes, Elemosynarum & Hospitalium quæstores,[b] qui vinolentis exercitiis dediti, & frugalis vitæ impatientes minimè prodesse possunt iis quibus verbum Dei proponere audent, à cuius prædicatione repelluntur vt constat ex Bonifaciana, de hæreticis cap. Vt officium. §. compescendi prædicatores quæstuarij a prædicationis officio [c] quod ad eos nullo modo pertinet, quorum tantum interest charitatiua subsidia supplices ad sustẽtationem fratrum & egenorum petere. Extra. de pœnit. & remiss. ca. cum ex eo. Extirpandi sunt penitus improbi isti negotiatores qui nihil præter graue scandalum Ecclesiæ pariunt qui Pontificiam authoritatem mentiuntur, clauium potestatem contemnunt, indulgentias populo temerè concedunt, super votis cuiuscunque generis siue simplicibus siue solennibus promiscua consideratione dispensant, à casibus reseruatis absoluunt, pœnitentias relaxant, & certis Eleemosynis de animarum è purgatorio redemptione paciscuntur, & nullis sacrorum Conciliorum decretis vel pœnæ formidine ab hoc impio vitæ instituto compescuntur. Quæstorum [d] autem nomine intelligendi non sunt illi magnifici & illustres viri apud iurisperitos, sed subdoli quidam Concionatorculi quorum abusuum nos iampridem admonuit author Opusculi tripartiti Conciliorum tomo secundo inserti parte 3. cap. 8. his verbis, Circa quæstuarios prædicatores, qui totam ferè Dei Ecclesiam vbique terrarum inficiunt & sunt scandalo toti mundo, sunt tot reprehensibilia, vt nõ facilè dici possit. Sunt enim maxima ex parte personæ inhonestæ ac infames quę corrumpunt prelatos, officiales, presbyteros, archipresbyteros suis næniis propensiores, vt eos pro histrionibus potius quã ministris Ecclesię habeãt. Breuia relinquũt in singulis parœciis innumeras indulgẽtias cõtinentia, vt mirẽtur boni viri illa de Papæ conscientia aut etiã alicuius boni viri, posse procedere. Exponũt tamen ea simplicibus, malo dolo acquirunt multa, multa perueniũt ad domos pro quibus fiũt & multa vltrâ

b] Prædicatores quæstuarij omnino sustulit concilium Trid. Sess. 5. de refor. c. 2. § vlt. & Sess. 21. de reform cap. 9.

c Quæstores multas abusiones promouerunt, in suis prædicationibus.

d Quæstorum legibus Cæsarũ illustre habetur nomen quorum munus erat teste Bartolo, præsertim sub Augusti temporibus Principum loco in rescriptis legendis, vel remittendis, vel emittendis, vel subscribendis, vel si quid, vel iudicandum, vel respondendum, principibus esset, illa pertractare, vt est author Cassiodorus lib. Variarum De formula Quæstoris, & in Auth. vt diuinæ iussio. tanta Eunuchus fuit, quod eius arbitrio, magistratus, & dignitates dabantur l. 1. & 2. c. de offi. quæ. eruditum Cuiacius in l. 2 C. de petition. bon. subla. libr. 10. Alex. ab Alex. lib. 2. c. 2. Lampridius in Alexandro Baro in l. vltim. ff. de Senat.

ta vltrà modum consumunt vel modico pretio quæstus emunt. Multis autem mendaciis assueuerunt, de reliquiis, indulgentiis, & quod malum supremum est, hæc & alia tam multa eorum malitiam ita in ludū & risum versa sunt, vt lippis & tonsoribus noti sint huius generis Histriones. Vereor ne multi Episcopi aut eorum Vicarij his furunculis conniuentes reperiantur, non solum illiciti quæstus conscij sed etiam participes, quibus tam deest quod habent quam quod non habent, qui nullum faciunt cumulandi modum. Doleo quod cogar in tales abusus odiosum stringere calamum. Antiqua Pontificum religio his ritibus non ita occaluit, nondum suffocarat filia matrē. Diuus Cyprianus, [e] suorum mendicitati mendicus ipse vt ita dicam subleuabat & de suo iubet subueniri pauperibus. D. Basilius omnem vitæ lucrum in pauperum marsupium reportauit. Augustinus nihil sibi dari voluit quod fratrum communi vsui non cederet nec nisi premente fame aliquid exigit. Quibus porro verbis mendicat à populo? Fratres non habeo quod dem pauperibus, subueniat illis Charitas vestra. Longius abfuit ab his petulcis & petacibus Episcopis qui simplices Pastorum domos frequentiori occursu deuorant, qui suæ diocæsis villis, pagis angiportis, castellis, & oppidulis nescio quæ iura noua & inusitata exigunt, omnia profectò sic excogitata vt pauperes ad viuū exugantur. Verùm vt redeamus ad nostros quæstuarios concionatores, eò sordium deuentum est apud nonnullos vt sacras Romanæ Ecclesias & diuorum preces, venales esse profiteantur publica concione, quo aliquos census & nummulos Sybaritico luxu consumendos à plebecula demulceant. Hæc turpitudo quæstus ingentes & horrendos latratus excitauit in Germania temporibus nepharij & infidelissimi Vomicæ Lutheri. [f] Idcircò Tridentinum Cōcilium Sessione 5 hos quæstores importunos, superstitiosos, impudentes, vagos & errones cuiuscunque conditionis existerent nullomodo nec per alium prædicare permisit, contra facientes ab Episcopis & locorum ordinariis, priuilegiis quibuscunque non obstantibus opportunis remediis arcendos. Sed cum hoc hominum genus in iis quæ

[e] Temporr Cypriani quanuis crudelissima in Christianum nomen persequutio seuiret, qua & ipse Cyprianus & Cornelius Pontifex Max. cum multis aliis gloriose occubuere martyrio Ecclesia, tamen pauperes atque viduas non paruis sumptibus alebat, vt ex Epistolis eiusdem Cypriani facilè liquet.

[f] Temporibus Leonis X. Cruciata indulgentias concedentis Lutherus cepit in easdem magno furore sæuire, & latrare.

non oportet pro turpi lucro docendis sic induruisset, vt frangi magis valeret quàm corrigi eadem Synodus sub Pio IIII. Sessione 5. Canon. 9. decreti reformatorij sic eos suppressit, cum multa à diuersis antea Cõcilijs [g] aduersus prauos quæstorum abusus remedia tũc adhibita post reddita fuerint inutilia potiusque eorum malitia ita quotidie fidelium scandalo & querela crescat, vt emendationis nulla spes amplius relicta sit, statuit vt post hac in quibuscunque Christianę religionis locis eorum nomen & vsus perpetuò & penitus aboleatur, nec ad officium huiusmodi admittatur, non obstantibus priuilegijs, Ecclesiis, Monasteriis, hospitalibus, pijs locis, & quibusuis cuiuscunque gradus, status, aut dignitatis concessis aut consuetudinibus immemorabilibus, indulgentiis, aut aliis gratiis spiritualibus, quibus non ideo Christi fideles priuari decet, deinceps per locorum ordinarios adhibitis duobus de capitulo tempore debitò populo publicandis, & Eleemosynis oblatisque Charitatis subsidijs nulla prorsus mercede accepta, fideliter colligendis, vt hos tandem cœlestes thesauros ad pietatem, non quæstum exerceri omnes verè intelligant. Salua Ecclesiasticæ censuræ authoritate nunquam iure probare potui auaros huiusmodi concionum ritus quibus etiam in conspectu prædicantis pauperis Christi Euangelium mendicatur & pecuniarum tinnitu clara voce multis in locis populus ad dandum inuitatur. Talia non reprehendo sed modestiùs fieri vellẽ, ne nostris sectariis ampla daretur in stitu a Ecclesiastica deridendi occasio. Vitæ monast cæ necessita (ingens perfectò telũ) excusari potest. Sed ab Episcopis [h] proficiscitur qui nihil Eleemosynarum ergo Mendicantibus miseris largiuntur ex profusissimo prouentu beneficiorum, nihil mei am relinquunt quam spicilegium demessa iam segete. Hinc victus penuria coacti, non possunt verecundari quin subsidium publicum non efflagitent. Interdum conqueritur vulgus & miratur pastorem non esse in ea authoritate nec morum grauitate apud omnes qua deberet. Vtinam quæ militibus, ganeonibus, lenonibus, mollibus aulicis prostituta subiiciuntur piorum succurrerent necessitatibus quo

[g] Concil. Lateranen. cap. 62. sub Innoc. 3. c. cum ex eo de pœn. & remiss. Clemẽt. de abusionib. eod. tit. & Sess. vlt. in decreto de indulgentiis. & Sess. 5. cap. 2.

[h] Tantus est quorundam Episcoporum luxus, vt multis ab annis Bernardus exasperatus dixerit illud. Dicite Pontifices in freno, quid facit aurum? Apparatus mensæ illorum opulentissimus, & nimium excessiuus, cùm tamẽ multi pauperes quib. debitores sunt, fame pereant, venationibus, & aucupijs, multi eorũ insistunt, accipitres alunt, & canes pauperibus defectum nutriunt, quæ omnia vel sæculares Dominos ob solum Dei timorem facere reformidare, cum tamen non laicis hominibus, sed ipsis Episcopis, & Sacerdotibus sint hæc iure prohibita.

quo facilius sacrum munus exequi possent & plebem sæpius eorum clamoribus surdam, exonerarent, ab his Charitatis p[r]æsidiis, quæ profectò decent pingues illos Abbates & Episcopos qui multiplicant non sua, qui sæpius médicos agris ac foribus suis abigunt. Olim sacerdotes & Leuitę quibus nulla terræ portio certa fuerat, quique continuò sacris operabantur publicis fructuum primitiis honestè alebantur [i] B. Clemens. Romanus docet quantum Episcopi ex decimis capere & reliquis cõmunicare debeāt, prohibēs ne soli liguriant ac dilapidẽt, alias eis exprobratur. Væ qui congregat auaritiam malam domi suæ, Quia lapis de pariete clamabit, & lignũ quod est inter iuncturas ædificiorũ contra te testabitur. Væ qui prædaris, nónne & ipse prædaberis ? & qui spernis nónne & ipse sperneris? Cum consummaueris deprædationem, deprædaberis & cum fatigatus desieris contemnere contemneris. Hæc vrgeant immites nostros Episcopos qui veluti clancularios & secretos [k] creditores, odio prosequuntur verbi diuini Doctores pauperes & Si quas dotes humanas vel indidit natura, vel addit institutio atque industria istos Philargiros sordidissimos mouere non potest ad conciliandum liberioris manus beneuolentiam. Si alacriter & constanter viri p[i]j fouerentur ab ipsis vt numina quædam de cœlo delapsa amarentur, & venerarentur cum passim humiles & plebeij cum officio tam digno & tam eximio vilescant, excideret prorsus turpis lucri studium, nihil omnino mercedis ambiretur denique illis non deficeret animus si Episcoporum fauor eos fulcire non desineret.

i Clemens Rom libr. 2. const. postolicarum cap. 39. & 25.

k Episcopi quidam velut secretos creditores auersantur Doctores & literatos, quos fouere & amplecti deberent, nedũ liberum soluere pramium.

DE HAERETICIS EPISCOPORVM CVRA ET INQVISITIONE CONVERTENDIS, VITANDIS ET EXTIRPANDIS.

§ V.

NVLLO proculdubio speciosiore nec eximiore titulo possent augere dignitatem suam Episcopi, quã expugnandarũ hæreseon ac propugnandæ fidei Catholicę studio Nihil magis tiaram Episcopalem exornat pio illo af-

a Episcopus acerrimus hæreseon expugnator.

fectu quo compellitur ad querendum oues perditas & ab ouili Catholicæ Ecclesię separatas. Videmus indies spargi malum non extingui hæreticorum incendium, & inter tantas clades nemo est qui nobis in adiutorium exurgat. Episcopi qui semper sunt absentes [b] malam consopiri vel magis opprimi posse numinis cœlestis manu confidunt & interea eorū nullus mouet lapidē vt iratos & infensos merito nobis superos propitios & placabiles habeamus. Shismatici vero vecordes nec rogari nec cogi volūt, Donatistarū opinione fascinati qui dicebāt neminē posse aliū iustè ad conuersionem persequi, quia compellebantur vt ad vnitatem redirent. Sed quomodo persecutio vocatur cum errans & phreneticus ad viam reducitur & ad salutem ligatur? Nónne scriptum est, Persequor inimicos meos & comprehendam illos, & non conuertar donec deficiant.[c] Vbi est ergo nunc quod hęretici clamare solent, Liberum est credere vel nō credere? Cui Christus vim intulit? quem coegit? Demus ipsum neminē coegisse in terra, habemus tamen Paulum Apostolum quem vocauit & excæcauit de cœlo, & compulit ire ad Ananiam. Quapropter si potestatem quam per religionem ac fidem regum tempore quo debuit diuino munere accepit Ecclesia, hij qui inueniuntur in viis & sepibus id est in hæresibus & schismatibus coguntur intrare, non quod cogantur reprehendant, sed quò cogantur attendant. *Compelle eos inquit intrare.* Vox hæc pastoris est, non dissipatoris, corrigentis non persequentis, quoniam etsi meliores sunt quos charitas dirigit plures tamen sunt quos corrigit timor. Sed sententiæ primum Apostoli firmius innitendum est. [d] Doce, ait, cum mansuetudine corripiens eos qui resistunt si quando, vel vt tandem det eis Deus pœnitentiam; & resipiscant. 2. Tim. 2. Extende sagenam charitatis, vt membrum claudicans sanetur potius quàm subuertatur. Ostende magno animi affectu, velle te donum proprium aliis communicare Dulcem commiserationis hamum iace, ex imò perditionis demersum extrahe, errantem ac corrigentem corrige, erudi à traditione Apostolica alienum, si correptionem boni consuluerit qui prius errabat & is vita viuet, & tu animam

[b] *Sæpe Episcoporum & aliorum absentiis, nimia negligentia potissima causa est, quod aliqua in populo versentur hæreses populus ab hæreticis seducatur.*

[c] *Quomodo cogendi heretici ad abiurandam heresim.*

[d] *Hæc verba Pauli interpretatur Anselmus in commentariis super epistolas, ait. Ob hoc enim studere debemus vt eos ad pœnitentiam conuertamus, vt mercedem nobis inde conquiramus ne quando sine nobis per internam inspirationem det illis Deus pœnitentiam, & tunc mercedem inde non habeamus. Hæc Anselmus.*

nimam ſuam liberabis.Ezechiel.33. Sin emendari reſpuit & perſiſtit pertinax,contētioſus,ne cōteſtare de tuo apud eum officio ſic quod tuū eſt iure preſtare videris.Cùm ani mi tamen lenitate [e] ne animā eius de manu tua iudex requirat,ne oderis,auerſeris maledictis inſecteris,ſed ſincerā erga illum charitatē prçteferas, vt interim ſi nihil alius, id certè ueceris abundè magnū,quòd & proximum diligis,& Christi doctrinam de charitate doces,qua ſublata, vel abſente, nihil ália Dei dona proſunt, quæ non quærit quæ ſua ſunt, omnia ſuffert, ſperat credit & ſubſtinet.Nemo noſtrum tam erga Chriſtum affectus fuit,quantùm ille qui pro fratribus anathema fieri optabat. Domínus calamum quaſſatum non contriuit [f] linum fumigans non extinxit, Iudam eiq; ſimiles tulit & tandiu non abiecit donec ſcienter ſe in exitium ruerunt præcipites. Pertinet autem ad curam optimi, & fidelis Epiſcopi etiam eas oues quæ à grege aberrauerint,[g] inuentas ad ouile dominicum ſi reſiſtere vòluerint flagellorùm terroribus vel etiam doloribus reuocare.Maior non debet eſſe Eccleſiæ indulgentia, Apoſtoli lenitate qui diſtrictè iubet, corripere inquietos, peccantes coram omnibus arguere malum auferre ex nobis ipſis, abſcindere eos qui nos conturbant, blaſphemos & Apoſtatas homines Satanæ tradere in interitum carnis. Ecquem ſeueriorē ac crudeliorem carnificem aut inuenire aut ſaltem cogitare potuiſſet, cui iſtiuſmodi peſtiferos homines daret plectendos? Cenſuit aliquando Auguſtinus neminem ad vnitatem Edcleſiæ Chriſti eſſe cogendum,ſolo verbo eſſe in hæreticos agendum, ne fictos Catholicos haberemus quos apertos hæreticos nouimus. Sed re accuratiùs conſiderata & experimento edoctus mutauit ſententiam,& iuſta Palinodia vſus,[h] conſulit Epiſcopum poſtquam diuinis verbi eorum, errores conuicerit,rationibus arguerit,à Deo data ſibi poteſtate damnarit, & immorigeros filios diu patienter ad pœnitentiam ſuſtinerit illos tum deſertores ſeditioſos, turbulentos, peſtiferos & hoſtes infeſtiſsimos omnibus diuinitus ſibi conceſſis modis cōpellere,vt à blaſphemiis abſtineant,&ad viam veritatis(à qua longè aberrant)reuertantur. Qui diligen-

e Lenitas & manſuetudo in his reprehenſionib. requiruntur, noua námque & inaudita eſt ·ſt.a commonitio:aut prædicatio quæ verberibus exigit fidem, vt inquit Gregorius) lib. 2.regiſtri.Epiſt. 42. Hic autem de omni virtute loquitur, non de ſola fide credendorum, ad quàm plus potuit valere, rationes, & verba quàm verbera.

f Eſa.42. Matth 12.

g Qui ſemel in Baptiſmo fidem ſuſceperunt cogendi ſunt, vt illam conſeruent, ſed priùs admonēda ſunt,blanda, quā aſpera.

h Epiſt.48.& lib 2.Retract.c. 5 & in lib contra Epiſt.fundamenti.c. 2.hæc ait. Quanquam Dominus per ſeruos ſuos regna ſubuertat errorum ipſos tamen homines in quantū homines ſunt emendandos: eſſe potius quàm perdēdos putat.

tur malæ suæ voluntati non sunt impunè permittendi, sed vbi potestas datur, & à malo prohibendi, & ad bonum cogendi. [l] Si voluntas mala semper suæ permittēda est libertati, quare Israelitæ [k] recusantes & murmurātes tam duris flagellis & à malo prohibebātur & ad terram promissionis adire compellebantur? Quare Paulus non est permissus vti pessima volūtate qua persequebatur Ecclesiam? Quare monetur Pater, filium durum non solum verbis corripere sed etiam latera eius tundere, vt bonam disciplinam coactus & domitus dirigatur? [l] Quare corripiuntur negligentes pastores? In hæreticis cogendis [m] Ecclesia dominum suum imitatur, qui ad cœnam magnam prius iussit adduci cōuiuas, postea cogi. [n] Hinc in Concilio Affricano can. 48. constitutum est vt episcopus qui vel hæreticos etiam consanguineos pertulerit, vel paganos in Ecclesia, saltem post mortem | Anathemate damnetur, eiúsque nomen inter Dei sacerdotes nullomodo recitetur. Et habetur Extra. de hæreticis. cap. 5. quod sequens ad reliquos clericos ampliat. Et hi sunt, qui (citāte Gratiano. [o] 24. q. 2. ad finem) super defunctos statuerunt, vt qui suas facultates hæreticis reliquissent, etiam mortui anathemati subiicerentur. Vbi ...er. Sanè. Ex actione. 1. Synodi. 5. & cùm aliorum, tum Augustini, Theophili, Rabani testimonio idem probatur de hæreticis etiamsi viuentes de fide non essent accusati, post mortem anathematizandis. Concilium generale Lateranense non mitiore animaduersione hoc decretum cap. 3. in fine diffiniuit Volumus & mandamus & in virtute obedientiæ districtè præcipimus vt ad hæc efficaciter exequenda (scilicet de inquisitione facienda per diœcesim de hæreticis) Episcopi per Diocæses suas diligenter inuigilēt si canonicam effugere volunt vltionem, Si quis enim Episcopus super expurgando de sua diocæsi hæreticæ prauitatis fermento negligens fuerit vel remissus, cum id certis indiciis apparuerit ab Episcopali officio deponatur, & in locum ipsius alter substituatur idoneus qui velit & possit hæreticam confundere prauitatem. hæc generale Concilium & habetur de hæreticis cap. Excommunicamus §. vltimo. Bonifacius octauus in feruentioris animi studium ad hoc

l Ex Epist. August. 204. k Exod 20. Num. 16. Eccles 30. l Act 9. Prouerb. 23 Ezechiel. m Item August. Epist. 50. n Luc 14 o Gratianus hoc vt probabili notauit Alph. à Castro hic dicit hominem posse de crimine hæreseos accusari, & damnari post mortem, nunquam autem dicit illum, aut aliquem alium post mortē posse excōmunicari. Si queras, cur possit quis post mortem de hæresi damnari, non autem excōmunicari, respondeo hāc esse causam, quod sententia damnans hæreticum mortuum, est veluti declaratoria operum præteritorum, declarans hunc, aut illum hæresim pertinaci animo fuisse amplexatum, & per consequens fuisse eo ipso excommunicatum, quod vt clarissime necessario, etiam post mortem fieri potest, excommunicatio verò non tam est sententia quam sententiæ executio.

ad hoc malorum euellendum lolium hoc edictum iure Pontificio insigne nobis reliquit. Cùm Episcopus in tota sua diocæsi iurisdictionem ordinariam noscatur habere dubium non existit quin in quolibet loco ipsius Diocæsis non exempto per se vel per alium posit pro tribunali sedere, causas ad Ecclesiasticum forum spectantes audire, personas Ecclesiasticas cum earum excessus exegerint capere ac carceri deputare, omnes quoque schismaticos pro rei & criminis grauitate & pertinacia carpere, necnon & cætera quæ ad Episcopi spectant officium liberè exercere Hæreticum verò pertinacem & incorrigibilem aut relapsum sæculari brachio tradat talem probatum & conuictum vt diffinit Lucius Papa 3. cap. ad abolendam. Nicena Synodus eos qui Arrij sectam colerent sine nomine anathematizauit, Constantinopolitana Macedonij hæresim similiter condemnauit Sancta Dei Ecclesia vtrunque mortuũ anathematizauit. ¶ Si quis (inquit sancta Synodus Lateranensis sub Martino Papa) secundùm sanctos patres consonanter nobiscum ea credens non respuit & anathematizat anima & ore omnes, quos respuit & anathematizat nephandissimos hæreticos, cum omnibus impiis eorum scriptis vsque ad vnũ apicem sancta Dei Catholica & Apostolica Ecclesia hoc est sanctę & vniuersales quinque synodi, & ipsi omnes consonanter probabiles Ecclesiæ patres, Anathema esto. Dicimus autem Sabellium, Arrium, Eunomium, Macedonium, Apollinarem, Polemonem, Eutychem, Dioscorum, Timotheum, Eburum, Seuerum, Theodosium, Cholutum, Themistium, Paulum, Samosatenum, Chodorum, Theodorum, Nestorium, Periam, Origenem, Didymum, Euagrium, & compendiosè alios omnes hæreticos qui à Catholica Ecclesia reprobi atque abiecti sunt, quorum dogmata diabolicæ operationis sunt genimina, & eos, qui similia cum his vsque ad finem sine pœnitentia sapuerunt, aut sapiunt, vel sapient, cum quibus meritò vt potè eadem dogmatizantes & docentes (sicut ostensum est) Theodorum quondam Episcopum Pharaonitanum, & Cyrum, Alexandrinum, & Sergium Constantinopolitanum & eius successores Pyrrhum & Paulum

Sicut enim aliud est furem suspendio dignũ censere, Et aliud furem suspendere, ita etiam aliud est decernere aliquem esse excommunicatione dignũ atque illum iam fuisse excommunicatum, & longè est illum, alĩu ex communicare. Hæc Alphonsus de Castro lib. 2. de iusta hæret punit.

Notandum est aliquam esse differentiam inter Anathematizare & excõmunicare eam, scilicet quæ est inter maledicere, aut detestari, & excommunicare. Habent enim illa duo talem ordinem inter seipsa, quod nec semper ab inuicem separantur: nec semper se necessariò consequuntur, vt eadem semper conueniat. Nam quamuis idem possit excommunicari, & anathematizari, non tamẽ consequẽs est, vt omnis quem anathematizat, aut maledicit, Ecclesia sit eo ipso excommunicatus, neque è contrario consequens est, vt omnis excõmunicatus

Ee &

& omnia eorum ſcripta anathematizamus & eos qui nobiſcum conſonanter non reſpuunt & anathematizant prædictos hæreticos eorúmq; ſcripta. Falluntur autem qui dicunt tales in externa communicatione commori. Quæ veniæ eſt occaſio, oportet enim ſcire eos in Eccleſiæ communione commori, qui commune pietatis dogma quod in Eccleſia vniuerſali prædicatur ad finem vſque ſeruarũt. Qui contra ad mortem vſque in ſua permanent impietate ab omni Eccleſia eiici ſolitos & mortuos etiam, à S.S. Patribus cum infidelibus, Paganis & Iudæis numerari, deletis etiam à Chriſtianorum Cathalogo eorum nominibus. Quod & faciendum curauit Leo 1. Epiſtola. 40. cap. 2. Hæreticorum nomina ad ſacrum altare non recitanda, nec cum ſanctorum nominibus ſine diſcretione miſcendos, qui catholicos perſequuti eſſent, vt contrà eos qui iniuſtè condemnati fuiſſent, ſancti patres poſt mortem reuocauerunt, & in ſacris diptychis ſcripſerunt ca. Sanè. 25 q. 2. ex actione 1. Synodi. 5. Sic horrendo Dei iudicio Iudam ſacramentis, donec vixit, cum dolo licet communicantem, Apoſtoli mortuum ſententia ſua condemnarunt, & ne vltrà eis connumeraretur alium pro eo introduxerunt, Act. 1. Quamobrem Synodus 5 can. 11. 12. 14. anathematis velut formulam ſic præſcripſit. Hæreticos omnes à Sancta Dei Catholica & Apoſtolica Eccleſia vel à præcedentibus quatuor Conciliis, condemnatos & anathematizatos, ſed & eos qui cum iis ſimilia ſapiunt, aut aliquando ſapuerunt ſcribunt, aut defendunt, & vſque ad finem in huiuſmodi propria impietate permanent aut permanſerunt, ſi quis non anathematizat, aut anathemati ſubiicit, talis anathema ſit. Nulla ſunt demum incunda amicitiæ pacis aut beneuolentię fœdera q cum hęreticis quos peius cane & angue fugere debemus. Et ex his legitima inducitur probatio non abre pro excommunicatis haberi omnes qui cum hæreticis participant non ſolum manifeſtis ſed etiam ſuſpectis de hæreſi qui vocati ſcilicet & ad arbitrium Epiſcopi purgari noluerint. Priuati autem qui celant eoſdem hæreticos, poſtquam iurauerint indicare ſunt excõmunicati. Sed in Hiſpania lex eſt omnes ſcientes & non reuelantes

ſit, eo ipſo anathematizatus, aut ſaltem ha... Et propter hanc ca... in Eccleſia poſtquam aliquæ publicè & nominatim excommunicauit, anathematizare conſueuit.

q *Ex vtriuſque Teſtamenti libris certiſſimum eſt cum iis qui fide exciderunt non facilè fœdera pacta aut amicitiæ vincula eſſe incunda. Exod. 24. Omnis gentium ſocietas prohibita fuit. Meritò proinde Rex Iuda à Propheta Eliezer audiuit.* Quia habuiſti fœdus cum Ochozia, percuſſit Dominus opera tua, contritæque ſunt naues nec potuerunt ire in tharſis. *2. Par. 19. & 20. 1 Eſ. 10. Ipſius autem veritatis verbum eſt Si Eccleſiam non audieris, ſit tibi tanquam Ethnicus & Publicanus.*

lantes esse excommunicatos,& reos criminis. Excommunicati sunt etiam à iure qui eos laudant vel excusant, aliĩ, fouent,defensores sunt. Qui resistunt ne in manus iudicum deueniant,puniendi ob hæresim vel excommunicandi. Omnes hi excommunicati sunt ipso facto. Eos itaque prodendos Epistola 41.iussit Leo his verbis.[r] Vos quoque obsecrans moneo, vt si cui vestrum innotuerit, vbi habitent, doceant, quos frequentent, in quorum societate requiescant, nostræ sollicitudini indicetis quia vni parum cuique prodest quod protegente spiritusancto ab eis non capitur, si cum alios capi intelligit non mouetur. Contra communes hostes pro salute communi vna communis esse debet vigilantia, ne de alicuius membri vulnere alia possint membra corrumpi. Qui tales non prodendos putant, in iudicio Christi inuenientur rei de silentio, etiamsi non contaminentur assensu. Et Sermone 4 de Collectis. Vt in omnibus placeat vestra deuotio Domino, etiam ad hanc vos hortamur industriam, vt vbicunque hæreticos latentes vestris Presbiteris publicetis, Magna enim pietas prodere latebras impiorum, & in eis diabolum, cui seruiunt, debellare, contra quos omnem terrarum orbem & totam vbique Ecclesiam decet fidei arma corripere. Non sinantur latere homines, apud quos nihil sanctum verum integrum. Cauendi sunt, ne cuiquam noceant, prodendi, ne qua Ciuitatis nostræ in parte consistant. Macte ergo, tu qui pedum Episcopale in manibus habes perfidissima ista hominum conuenticula abolere & ad vnitatis Catholicæ fidem reuocare, hæc est veri & optimi Episcopi gloria, in hoc nunquam cessandum nullis parcendum est laboribus. Quos térque quatérque fœlices Prouinciç quibus extirpandæ hæreticæ prauitatis tam feruens tam exactissima innata est cura per sanctę inquisitionis clementiam, quam Clemens 4. [s] tam serio commendat & tantopere necessariam iustitiam, aduersus quam tot hæreticorum monstra insurgunt, veluti in Catholici nominis inuictissimam propugnatricem. Nam quemadmodum huius farinæ homines nihil exosius habent puro religionis cultu, sic religionis, protectionem Inquisitionem manibus pedibúsque

[r] Cap nouerit de sent excom. c. ad abolendam. de haret. c excommunicamus. c. cum contumacia. c vt fama. de sent. excom. Archid. in cap. quicunque. ac liat Petrus de Palud. libr. 4. Archidia. ibi & ibi l Sum. Tab. verbo excommu.

[s] Clemens 4. agens de hæresi. In tam graui crimine ait, cum multa cautela oportet procedi, quare omni cura admittendum est à fidei inquisitoribus, ne in quoquam à regula sibi ab Apostolica sede præscripta exorbitent. Cum enim inquisitionis vocabulum, & officium multis odiosum sit, si vel parum in hac parte delinquatur, statim accedit graue scandalum infirmorum, per quod non solum inquisitor, sed & inquisitio grauiter traducetur.

t Inquisitionis sanctitas malè audit apud hęreticos.

detestantur. Qui verè Ecclesiæ & fidei Orthodoxę placitis nititur inquisitionis sacram authoritatem non reformidat, qui variis è conuerso opinionibus frangitur hanc cane & angue veluti noxiorē refugit. Hinc fit vt apud istos χειρετμητέρυς tanta calumniarum farrago venundatur, in Inquisitionis [t] execrationem, quam modò Monstrum, modò Chimæram, modò fabulosum Papæ somnium depingunt. vt ea etiam pauore frangantur pueri. Sed quare boni viri tam inane struistis studium? Quia diruta & euersa sepe, facilè in vineam domini rapientur. Caluinus & Beza omnem mouerunt operam vt Hispanorū suo doctrinæ lolio mentis inebriarent, arbitrabantur enim Sarazenorum & Maurorum fæces huius sequaces fore, quia non praua contraxerunt inuicem Symbola Haly, & Caluini institutiones.[v] Patrefamilias dormiēte venerant & superseminauerunt Zizania in medio tritici & abierūt. Sed hoc nihil in agro Hispano efficere potuit quīa qui plantauit vineam sepe circumdedit eam, id est Inquisitione, qua repulsam tristissimam passi sint audaces isti Nouatores. In cassum tamdiu à dulci patria, paternisq; focis exules & inopes errarunt vt mentes hoc propugnaculo cinctas venarentur. Dei gloria & Maiestas in causa fuere vt sacri Concilij Tridentini decretis hæreticæ prauitatis inquisitio fieret, ne sæuius tanta pestis in nos grassaretur. Sic Lupi rapaces natiua ferocia perseuerante, lupina specie tantum deposita & quibusdam quasi velleribus obuoluti in simplicibus ouibus, nihil simile pertimescentibus dentium aculeos incredibili inhumanitate frangunt; sic postremò ipse tenebrarum Princeps Satan sępè boni angeli sese personam gerere simulat, atque mendacij pater cum sit, veritatis se professorem fingit. Sed proponenda est initiò sepis fortitudo & constantia inquam nullatenus præualere possint lupi isti, cingendus est ouilis ager, & integræ inquisitionis priuilegio prodendi, arcendi, cogendi, & puniendi infideles isti omnes Apostatæ, sic nos gaudebimus ô Pastores Lateranensis [x] Cōcilij gratia. Qui crucis assum pto charactere ad hæreticorum ex terminium se acinxerint, illa gaudeāt indulgentia, illòq; priuilegio sint muniti, quod

v *Pari fermè verborum lepore F. Panigarda Inquisitionis Sanctum officium commendat in lection. Catholica.*

x *Diploma publicum huius rei constituit Innocentius 4. quod enumeratur in initio constitutionum Romanorum Pontificum.*

quod accedentibus in terræ ſanctę ſubſidi um conceditur. Deus exſuſcitet pigritantes Epiſcopos qui hæreſis labem magna gregis incuria ſerpere permittunt.

FORMA ABSOLVENDI ET RECONCILIANDI HAERETICOS.

§ VI.

TEMPORIS huius miſeriæ cò grauius exaſperatæ ſunt quod quotidie videamus infœlices multorũ animas ab Eccleſiæ ſecuritate deuias in horrendum hęreſeos barathrum præcipitari. Plus æquo amplior † Pſeudoministrorum numerus eſt qui incautas venentur mentes. O miſerè deluſi homines! fide proſtrati, ſpe nouandarum rerum mirabiliter inflammati, ſerуę neſcio cuius libertatis perſuaſione deuicti, quouſque ita decipi, & excantari permittetis conſcientias veſtras? Non eſt vt per cuniculos effugiatis. Nihil vobis deeſt qũominus mutetis infœlix damni veſtri conſiliũ. Fauet clerus, adſunt prælati, inuitat Pontifex, vrgent pœnis & minis reges ad reſipiſcentiam, vos pertinaces indurati & vecordes manetis. Hac de re cum in hanc malorum Iliadem inciderimus vt opus ſit crudeli morbo immite medico, optima tamen parens Eccleſia quę viros ſanguinum odit non per rogos nec per flammas expiare ſolet pœnitentium facinora ſed ſua Iuriſdictione vtitur dulciſſima aduerſus hæreſum affedas, dátque Epiſcopis poteſtatem, eos reconciliandi vnitati ſuæ, præſcribitq; formam abſolutionis quam nos tum ex* Pontificalibus libris, tum ex ipſis decretis colleximus, duce Franciſco Feliciano Epiſcopo Scalenſi. Hæreticus ergo qui in ouile Chriſtiano & Eccleſiæ extra quod nulla eſt ſalutis ſpes reduci cupit, bono zelo non coacta illa hippocriſi qua plures plus fortunæ quam animæ conſulẽtes abutuntur Epiſcopum conueniat & nudo capite pœnitentem præ ſe ferat humilitatis & contritionis vultum & priſtinæ apoſtaſię erroris aut ſchiſmatis conſcius petat abſolutionem & reconciliationem. Epiſcopus (hæc bona venia Epiſcoporum dicta ſunto qui hæc ſapienter & prudenter norunt) Ca-

† *Querela de peſſima hæreſum propagatione, quæ in his regionibus indies ſoboleſcunt cum magno fidelium incommodo.*

* *Forma abſoluendi hæreticos, qui errorem, & pertinaciam abiurant.*

thechesim absolutissimam summorum fidei Christianæ & Catholicæ capitum instruat his verbis aut perspicacioribus si fieri potest.

Credis duodecim articulos fidei?

Credo.

Credis in Deum Patrem omnipotentem creatorem cœli, & terræ?

Credo.

Credis & in Iesum Christum filium eius vnicum Dominum nostrum?

Credo.

Credis, quòd conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria virgine?

Credo.

Credis, quòd passus est sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus?

Credo.

Credis, quòd descendit ad inferos?

Credo.

Credis, quòd tertia die resurrexit à mortuis?

Credo.

Credis, quòd ascendit ad cœlos, & sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis?

Credo.

Credis, quòd venturus est iudicare viuos, & mortuos?

Credo.

Credis in Spiritum sanctum?

Credo.

Credis sanctam Ecclesiam Catholicam, Sanctorum communionem?

Credo.

Credis remissionem peccatorum?

Credo.

Credis carnis resurrectionem, & vitam æternam?

Credo.

Posteà Episcopus surgat retenta mitra, ac super illum genibus flexum dicat sequentem exorcismum.

Exorcizo te immunde Spiritus, per Deum Patrem omnipotentem,

nipotentem,& per Iesum Christum filium eius,& per Spiritum sanctum,vt recedas ab hoc famulo Dei, quem Deus & Dominus noster ab erroribus, & deceptionibus tuis liberare & ad Ecclesiam sanctam matrem Catholicam atq; Apostolicam reuocare dignetur,ipse tibi imperat,maledicte damnate:qui pro salute hominum passus, mortuus, & sepultus est,te & omnes vires tuas superauit, atque resurgens cœlos ascendit,inde venturus iudicare viuos & mortuos,& seculum per ignem.

Quo absoluto signet illum in fronte signo crucis dextra manus pollice,inquiens,

Accipe signum crucis Christi, atque Christianitatis: quod prius acceptum non custodiuisti: sed malè deceptus abnegasti.

Postmodùm Episcopus sinistra sua illum per dexteram manum apprehendat, & in Ecclesiam introducat vsque ad maius altare, dicens,

Ingredere in Ecclesiam Dei,à qua incautè aberrasti, ac euasisse te laqueos mortis agnosce: horresce idola, respue omnem prauitatem, siue superstitionem Hæreticam, vel Schismaticam, aut Gentilem, seu Iudaicam: cole Deum omnipotentem,& Iesum Christum filium eius,& Spiritum Sanctum, vnum, viuum, & verum Deum, sanctam, & indiuiduam Trinitatem.

Tùm deinde reconciliandus ante maius altare genua flectat, & Episcopus ad medium altaris ascendat, ac deposita mitra stans, facie ad illum versa,sequentes orationes precetur.

Omnipotens sempiterne Deus: hanc ouem tuam de faucibus lupi tua virtute subtractam paterna recipe pietate:& gregi tuo reforma pia benignitate:ne de familiæ tuæ damno inimicus exultet,sed de conuersione, & liberatione eius Ecclesia tua: vt pia mater de filio reperto gratuletur.Per Christùm Dominum nostrum.℟.Amen.

OREMVS.

Deus, qui hominem ad imaginem tuam conditum misericorditer reparas, quem mirabiliter creasti, respice propitius super hunc famulum tuum,vt quòd huius ignorantiæ

rantiæ necessitate, hostili & diabolica fraude surreptum est, indulgentia tuæ pietatis ignoscat & absoluat, & altaribus sacris recepta veritatis tuæ communione reddatur. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Quibus finitis Episcopus ibidem sedeat in faldistorio, & imposita mitra iterum de fide Catholica ita illum interroget.

Credis in Deum Patrem omnipotentem, creatorem cœli, & terræ?

Credo.

Credis & in Iesum Christum eius filium vnicum, Dominum nostrum, natum, & passum?

Credo.

Credis in Spiritum sanctum; sanctam Ecclesiam Catholicam: Sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem: & vitam æternam post mortem?

Credo.

Homo. abrenuncias Satanæ & Angelis eius?

Abrenuncio.

Abrenuncias etiam omni sectæ Hæreticæ, vel Schismaticæ prauitatis, aut Gentilitatis, siue Iudaicæ superstitionis?

Abrenuncio.

Vis esse, & viuere in vnitate sanctæ fidei Catholicæ?

Volo.

Vis præstare, facereq; professionem ipsius fidei Catholicę & abiurare omnes errores Hæreticorum, vel Schismaticorum, aut Gentilium, siue Iudæorum, eos præsertim, quos tu amplexatus, ac sequutus es?

Volo.

Posthac reconciliandus fidei Catholicæ faciat professionem, & abiuret omnes errores, quo sequetur ordine, librum Euangeliorum Episcopo ante se apertum tenente, super quem ille ambas manus extẽsas digitis non disiunctis ponere debet, cũ ad finem venerit, dicturus, sic me Deus adiuuet, & hæc Sancta Dei Euangelia.

Ego N. firma fide credo, & profiteor omnia & singula, quæ fidei continentur Symbolo, quo sancta Romana Ecclesia vtitur in Missa, videlicet.

Credo

Credo in vnum Deum, Patrem omnipotentem, factorem cœli, & terræ, visibilium omnium, & inuisibilium. Et in vnum Dominum Iesum Christum filium Dei vnigenitum, & ex patre natum ante omnia sæcula, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, Genitum non factum, consubstantialem Patri per quem omnia facta sunt: Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cœlis: Et incarnatus est de Spiritu sancto, ex Maria virgine, & homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus & sepultus est. Et resurrexit tertia die secundum Scripturas. Et ascendit in cœlum, sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum gloria iudicare viuos, & mortuos, cuius regni non erit finis. Et in Spiritum sanctum, Dominum, & viuificantem, qui ex Patre, filióque procedit: Qui cum Patre & filio simul adoratur, & conglorificatur, qui locutus est per prophetas. Et vnam sanctam, Catholicam & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor vnum Baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum. Et vitam venturi seculi. Amen.

+ De Symbolo Niceno, eiúsque interpretatione sincerissima, vide quæ dicta sunt in Authentica probatione Euangelicæ Sacrificij.

Apostolicas & Ecclesiasticas traditiones, reliquasque eiusdem Ecclesiæ obseruationes, & constitutiones, firmissimè admitto, & amplector.

Item sacram Scripturam, iuxta eum sensum, quem tenuit, & tenet sancta Mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu, & interpretatione sacrarum Scripturarum admitto: nec eam vnquàm, nisi iuxtà vnanimem consensum Patrum, accipiam & interpretabor.

Profiteor quoque septem esse verè, & propriè Sacramenta nouæ legis, à Iesu Christo Domino nostro instituta, atque ad salutem humani generis (licet non omnia singulis) necessaria, scilicet, Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremam Vnctionem, Ordinem, & Matrimonium: illáque gratiam conferre, & ex his Baptismum, Confirmationem, & Ordinem, sine sacrilegio reiterari non posse.

Receptos quoque, & approbatos Ecclesiæ Catholicæ ritus, in supradictorum omnium Sacramentorum solenni

administratione, recipio, & admitto,

Omnia, & singula, quæ de peccato originali, & de iustificatione in sacrosancta Tridentina Synodo definita, & declarata fuerunt, amplector & recipio.

Profiteor pariter in Missa offerri Deo verum proprium, ac propitiatorium sacrificium, pro viuis, & defunctis, atque in sanctissimo Eucharistiæ Sacramento esse verè, realiter & substantialiter, corpus, & sanguinem, vnà cum anima & diuinitate Domini nostri Iesu Christi, fierique conuersionem totius substantię panis, in corpus, & totius substantię vini in sanguinem, quam conuersionem Catholica Ecclesia Transubstantiationem appellat.

Fateor etiam sub altera tantùm specie, totum, atque integrum Christum verúmque Sacramentum sumi.

Constanter teneo Purgatorium esse, animasq; ibi detentas fidelium suffragiis iuuari.

Similiter confiteor & sanctos vnà cum Christo regnantes, venerandos, atque inuocandos, eósque orationes pro nobis Deo offerre, atque eorum Reliquias esse venerandas.

Firmiter quoque assero imagines Christi, ac Deiparæ semper Virginis, nec non aliorum Sanctarum habendas, & retinendas esse, atque eis debitum honorem, ac venerationem impartiendam.

Indulgentiarum etiam potestatem à Christo in ecclesia relictam fuisse, illarúmq; vsum Christiano populo maximè salutarem esse affirmo.

Sanctam Catholicam, & Apostolicam Romanam Ecclesiam, omnium Ecclesiarum Matrem & Magistram agnosco: Romanóq; Pontifici, beati Petri Apostolorum Principis Successori, ac Iesu Christi Vicario veram obedientiam spondeo, ac iuro.

Cætera item omnia à sacris Canonibus, & Oecumenicis Conciliis, ac præcipuè è sacrosancta Tridentina Synodo tradita, definita, & declarata, indubitanter recipio, atq; profiteor: simúlque abiuro, damno, reiicio, & anathematizo omnia contraria, videlicet, Schismata, Gentilium deceptiones, Iudæorum superstitiones, atque hæreses quascunque

que ab Ecclesia damnatus, reiectas, & anathematizatas, præcipuè N. vel N. & N. cui, vel, quibus ego tanto tempore deceptus adhæsi, & infamatus fui, consentiens sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & Apostolicæ Sedi, sic, vel, sic, & sic, cuius fidem ita veram, & catholicam ita agnosco vt extrà eam nemo saluus esse possit, quam in præsenti sponte, corde & ore profiteor, ac veraciter teneo, & eandem integram atque immaculatam vsque ad extremum vitæ spiritũ constantissimè (Deo adiuuante) retinere, confiteri, ac totis viribus meis (si oportuerit) defendere, ac tueri promitto, spondeo, voueo, & iuro. Eos autem, qui contra fidem hanc venerint, cum dogmatibus, & sectatoribus suis, æterno anathemate dignos esse pronuncio. Et si ego ipse in posterum vnquam aliter tenere, facere, sentire, loqui, prædicare (quod Deus auertat) ausus fuero, dignum me iudico puniendum iuxtà seueritatem sacrorum Canonum, sic me Deus adiuuet, & hæc sancta Dei Euangelia. In quorum fidem ac testimonium sponte subscripsi.

Finita professione, & abiuratione Episcopus sedens, deposita mitra, illum ab Excommunicatione absoluat, prius dictis septem Psalmis pœnitentialibus, aut quinquagesimalibus, cum percutiente virga ad singulos versus, & Kyrie eleison, &c. cum versiculis, responsoriis, & duabus orationibus, Deus cui proprium est misereri, &c. ac Præsta quæsumus Domine, &c. iam notatis in absolutione à maiori Excommunicatione in foro iudiciali.

Posteà sedeat Episcopus, & reposita mitra dicat,

Ego authoritate Dei omnipotentis, & Beatissimorum Apostolorum Petri, ac Pauli, & ecclesiæ suæ sanctæ, atque ea qua fungor, vel Reuerẽdissimi N (si ipse nõ sit episcopus) absoluo te à vinculo excommunicationis maioris, quam incurristi, propter apostasiam à fide, vel schisma, aut hæresim, quam es sequutus, vel sequuta, aut, quam etiam alios docuisti, vel, cuius defensor, seu author fuisti, & restituo te gremio sanctæ Matris ecclesiæ, & consortio, atque communitati totius Christianitatis, ac participationi ecclesiasticorum Sacramentorum. In nomine Pa✝tris, & Fi✝lij, & Spiritus✝sancti. Amen.

Ad extremum deposita mitra surgat Episcopus, ac dextera manu

super caput reconciliati genibus flexi imposita sequentem oret precationem.

Domine Deus omnipotens, Pater Domini nostri Iesu Christi: qui dignatus es hunc famulum tuum ab errore Gentilitatis, vel mendacio Hæreticæ prauitatis, siue Iudaicæ superstitionis, clementer eruere, & ad ecclesiam tuam sanctam reuocare, tu Domine emitte in eum Spiritum sanctum paracletum de cœlis. Spiritum sapientiæ & intellectus. Spiritum consilij & fortitudinis. Spiritum scientiæ & pietatis: Adimple eum lumine splendoris tui, & in nomine eiusdem Domini nostri Iesu Christi signetur signo Crucis in vitam æternam. ℟. Amen.

Hæc est Pietatis immensæ efficacia quæ deuios, prodigos, & luxu hęresum & schismatum perditos alios reuocare & amplęcti solet postquam impium iter seductionis & pristini erroris derelinquunt. Plena est gratiarum & misericordiæ Ecclesiæ, nec laboris aut ærumnæ tædio frangitur quocitius possit errones & vagos à deuio tramite reducere. Sed vtinam Reges, qui eius muros custodiunt pari affectu ducerentur aduersus tot hæresum monstra quæ hodie in nos grassantur, & nostrum interitum ac internecionem conspirant & suam etiam potestatem flagrantiore Nihil est hic dissimulandum ô Christiani Principes, nihil est hic cessandum, cessatum est plus satis. Talis tolerantia impia est: In potestate, In manu vestra est salus populorum quia tutela religionis & reipublicæ vestræ fidei commendata est. Quod si veri cultus & Christianæ reipublicæ curam & defensionem abiicitis, quis nam eorundem patrocinium suscipiet? Non permanere autem in suscepta Catholicæ Ecclesię defensione, aut perfidia est, aut animi imbecillitas. Patiemúrne lapidem angularem amplissimi orbis Christiani ædificij religionem nimirum à sacrilegis istis impostoribus rapi aut euelli? Absit vt excidamus ab illo clarissimo splendore quo pro verissimis Ecclesiæ semper alumnis habiti sumus, in hoc omnium celeberrimo, omniumque luculentissimo Galliarum regno.

DE

* *Non dissimili adhortatione exclamat Ludouicus Maioranus in Clypeo Ecclesiæ ad Principes Christianos. Quid sustinetis (inquit) quod dissimulatis, quod tolerabilius vlterà? An nescitis quòd in cæteris humanis rebus omnibus tolerantia aliqua ex parte tolerabilis esse potest, in iis autem rebus, quæ ad Dei cultum & animarum salutem, reipublicæq. tranquillitatem & incolumitatem attinent, nefas aut impium aliquod dissimulare, maximè impium est, atque nephandum: Et vobis præsertim Principes viri, qui cum vestrorum regnorum hæreditate, religionis tutelam suscepistis, vltricem gladium, id circò sceptrum geritis, idcircò ius & Imperium in eos, qui in dominatu vestro sunt, habetis, vt eadem illa in eosdem, cùm opus fuerit exerceatis.*

DE IVRISDICTIONIS ET ORDINIS POTESTATE AB EPISCOPIS DEBITE ET GRATIS EXERCENDA.

CAPVT QVARTVM.

§ I.

Potestas Iurisdictionis Ecclesiastica.

TRIBVNALIS Ecclesiastici iurisdictionem & authoritatem condendi leges & puniendi inobedientes, tum singulare priuilegium dubia cuncta discutiendi, hæretici tantum negant, & aduersantur Pauli comminationibus qui obedientiam superiorũ frequenter commendat.[a] Id autem cum prioris sæculi flagitiosis habent commune, vt in incredibile,& plusquam Vatinianum odium eorum qui in ipsos animaduertere iure possint semper veniant, & peruersa animi libidine effrenati hoc ingens audent facinus vt obedientiæ excusso timore vitiis omnibus laxare possint habenas. Sciunt enim sæcularem potestatem non solere nisi in ea animaduertere quæ palam perturbant statum reipublicæ ac societatem Quę Deo tantum teste fiunt,Deo vindici relinquunt.In huiusmodi perfidiæ insania,videntur Paulum Samosatenum imitari,qui cum à Catholicis episcopis propter hæresis manifestam, Christi corporis veri atque mystici communione iure priuaretur, contemptis patribus, ecclesiastica correctione posthabita, sacerdotum illuso imperio Aurelianum Tyrannum quendam non modò appellauit,verùm impudico ore suum dominum sæpe vocabat,cuius& fidem assiduè precibus implorabat,Sic olim Arrius,sic Sabellius sic Nestorius,sic antea mendaces Iudæi,cum Christi Iesu summi sacerdotis supremiq; regis animum mitissimum ob scelera nimium sibi ipsis,infensum intelle-

[a] *In hoc differunt hæretici à Catholicis, quod illi omnem iugum à iurisdictione Catholica excusserint: isti verò cùm probè teneant, mandatum Apostolicum obediunt, præpositis suis, & subiacent eis, quos sciunt à Spiritu Sancto positos esse rectores Ecclesiæ Dei: neque conturbant eos vitia Episcoporum, & cleri quæ nunquam defuerũt in concionatoribus hæreticorum etiam multò grauiora quòd sciant potestatẽ non sanctitati, sed homini datam.*

intellexissent, à Christi castris transfugæ, ad Cæsarem transibant ac se se ex patriis laribus in Imperatorias sedes turpissimè traiicientes, Prætori Romano obiectabant, *Si hunc dimittis non es amicus Cæsaris.* Noluerunt prisci Cæsares hac Iurisdictionis potestate abuti, noluit Constantinus [b] se immiscere causis episcoporum, soli tamen hæretici impatientiùs ferunt Episcoporum Iurisdictionem. Non sic oderunt(cre de nobis)pueri sui præceptores irati ferulam non sic verbere & flagello insequentem eos patrem filij declinant non sic Dominum serui fugiunt, atque solent isti, cùm ab Ecclesiastico Magisterio & à patribus deflexerint ad extraneos minimeq; competentes iudices descisscere, quibus si semel meritas pœnas persoluissent, omni proculdubio Cæsareo tribunali postposito, quod mille artibus non legitimum tunc caussarentur, aut rursum ad nos istorum causa deuolueretur, aut certè, (quod verò similius est) Christiana & Euangelica libertate abusi, omne iudicium, homines sine lege, sine rege, & absque Sacerdote aspernarentur, & execrarentur. Quis integra homo mente, aut parentibus filios aut dominis seruos, aut magistro discipulum, aut certè imperatori milites iuxta ritum potestatis disciplinæ Imperiiq; rationem præferendos esse affirmauerit? Porrò non minori insania insanire nobis videntur, qui Ecclesiasticam Ierarchiam conturbantes, Christi sacerdotes regibus, ac principibus subiectos esse volunt. Sed inuitis cauillatoribus istis hæreticis verbum Dei manebit in æternum & libertate consciétiarum quam sæpè inuocant scelerati homines inimici crucis Christi nunquam fruentur. Potestas hæc Ecclesiæ verbo Dei nititur, contra quod Portæ inferi non preualebunt. *Qui vos spernit* inquit Christus *me spernit, & qui me spernit spernit eum qui misit me.* Et alibi, *Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & publicanus.* Et Paulus, *itaque qui hæc spernit, non hominem spernit.* Episcopi & Prælati positi sunt à Deo regere Ecclesiam suam vt loquitur Petrus Apostolus Actuum. 20. Si regere, ergo iubere possunt, & eis obedire oportet & qui obedire noluerit nonne puniendus erit. Quare fundamentum hoc à Domino iactum, & hanc legem

b Constantini magni historiã in Synod. Nicen. refert Rufinus libr. 10. Ecclesiast. hist. ca. 2. & Gratianus can. continua. 11. q. 1. nempe quod cum Episcopi ei libellos causarum obtulissent quæ inter ipsos agitabantur, respondit Deus, vos constituit sacerdotes, quibus & potestatem dedit, de vobis quoque iudicandi, & ideo nos à vobis quoque rectè iudicamur vos autem iudicari ab hominibus nõ potestis.

c Has verba Hieronymus exponens ait, quæ dixerat si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus, & Publicanus & poterat contemptoris fratris hæc occulta esse responsio, vel tacita cogitatio. Si me despicis, & ego te despiciam, si tu me condemnas, & mea sententia condemnabens, potestatem tribuit Apostolis, vt sciant, qui à talibus condemnantur humanam sententiam diuina sententia roborari, &

gem Charitatis & Iustitiæ plenam & cunctis Christianis salutarem negat, qui hoc iurisdictionis ciuilis Episcopo, vel iudici Ecclesiastico negat. Huiusmodi ergo potestas Ciuilis seu secularis iurisdictionis ex fraterna denunciatione iuxtà Euangelium;[d] vel ex defectu iustitiæ iuxtà Epistolam Pauli ad Corinth. propria est potestatis Ecclesiasticæ,& ex essentia eius fluens habent enim spiritualia quæ supra naturam sunt,suas quoque proprietates,quibus carere non possunt, hac potestate vti potest potestas Ecclesiastica cum res postulat,nec enim cum vtitur,tunc potestas extrinsecus accedit, sed accedit actus,siue vsus vt cum ridet, qui erat rationis particeps, & simul ad ridendum aptus. Si ergo potestas pastoralis & Ecclesiastica Beati Pauli vim habet cognoscendi & iudicandi sæcularia, vt ex eo quod Ecclesiæ Chorinthiorum præcepit iam liquet, eratque illa potestas communis cæterorum Apostolorum, cum episcopi successores sint Apostolorum, consequens necessariò est vt in potestate pastorali & ecclesiastica eiusmodi vim habente succedant. Quare ab Imperatoribus aut Principibus Christianis eripi non potuit quod tamen perfidè Anglorum[e] Monarchę fecerunt. Sed quo iure? qua lege? fatemur non expedire episcopum imo neque presbyterum relicto verbi ministerio,iudicio Ciuilium causarum distrahi, atque occupari, nemo enim militans Deo ampliat se negotiis sæcularibus, quod ipsum Beatus etiam Petrus in epistola Clementis ad Iacobum fratrem domini monuit,sed aliud est non expedire,aliud non licere,id est,non esse in ecclesia potestatem iurisdictionis temporalis,qua episcopus cum res postulat, sicut iam explicatum est,vti possit,& debeat,quodquidem falsum esse,satis ex euangel. & epistola Pauli ad Corinth. demonstratum est. Si quis verò obiiciendum esse putet, si hæc vera sunt, siue hactenus de iurisdictione ciuili ecclesiasticæ potestatis explicauimus, cur lex illa Theodosij magni & Caroli magni. 11.q. 1.c. Quicunque.[f] & 6. Volumus,abrogata est,qua sancitum erat,vt liceret cuique,siue is actor esset, siue reus relicto foro sæculari etiam lite contestata, iudicium ecclesiasticum adire? Dicam prius cur illam

quodcunque ligatum fuerit in terra ligari pariter,et in cælo.
d Matth.18. 1.Cor.6.
e Potestatem clauiū esse circa regem primū in Anglia ortus fuit hæresis euersis, siquidem fidei Catholicæ institutis. Henricus VIII. voluit summum Anglicanæ Ecclesiæ caput dici, cuius solius esset authoritate plenissima, errores hæreses abusus, omnes emēdare. Atque propterea omnium sacerdotiorū integri prouentus, primi cuiusque anni, quo quis beneficiū aliquod sortitus esset, soluerentur, illi omnium Ecclesiasticarum dignitatum decima redderetur. Quinimò ipsum Papæ vocabulū edicto curauit, per scuria, vt dei teronimi et Pont. [illegible] Romanorum voca retur Papa, sed tantum Episcopus quarum legē [illegible] sanxit [illegible] executioni mandamt, vt capitis damnaretur, si etiam in libros vel solum nomen Papa non dele[illegible] exstaret.
f A quocunque iudice sæculari, in quocunque

Episcopos, aliosque superiores, vel inferiores Prælatos & omnes alios quoscunque iudices ecclesiasticos ordinarios quomodolibet impediũt, quo minus sua iurisdictione Ecclesiastica contra quoscunque vtantur, secundum quod Canones & sacræ constitutiones Ecclesiasticæ, & decreta Conciliorum generalium & præsertim Tridentini, statuunt. Ac etiam eos, qui post ipsorum ordinariorum, vel etiam delegatorum quorumcunque sententias & decreta aut alias fori Ecclesiastici iudicium eludentes, ad Cancellarias & alias Curas sæculares recurrunt & ab illis prohibitiones & mandata etiam pœnalia ordinariis, aut delegatis prædictis decerni, & contra illos exequi procurant. Eos quoque qui hæc decernunt, & exequuntur, seu donãt auxilium, consilium patrocinium & fauorem in eisdem. Audeant ergò si possunt schismatici nostri in sacrum iurisdictionis Ecclesiasticæ tribunal quod toties diruere conati sunt, quicquid clancularius inimicus eorúmque præceptor suggillabit, fallentur & opera & conatu. Ideo amarulenter delitigant & & stomachantur dicuntq; Christum prohibuisse iudicia sæcularia. Principes gentium inquit dominantur eorum &c. Et Clemens à Petro didicisse se ait ne iudex fieret aut cognitor de pecuniis. Sed videant quod idem Clemens in libro magis ab eis probato dicat de constitut. Apostol. lib. 2. ca 45. Pulchra laus, inquiũt est Christiani hominis cum nemine litigare sin autem factum fuerit vt incidat ei his, det operam vt dirimatur & ne adeat ad iudicem gentium. Imò ne patiamini vt sæculares magistratus de causis vestris iudicent. Et in eadem Epistola. Si quis ex fratribus negotia habent inter se, apud cognitores sæculi ne iudicentur, sed apud Episcopos Ecclesiæ. Idem Asistant iudicio diaconi i & presbyteri, & date operam vt antequam Episcopus prouideat fiant amici. Idem fere Anacletus Epistola prima sed optimè. extra. de foro compet. c. nouit. Vt in peccato ad mortem non maneat frater, licet Episcopo de secularibus causis cognoscere. Sed actor laicus si dolo vel malitia relicto suo foro adeat Ecclesiasticũ reiiciatur. Finis ergo iudicij Eccclesiastici est vt litigantes reconcilientur, & ne quis maneat excæcatus in peccatorum

In impedientes iurisdictionem Ecclesiasticam.

i Priore cap. idem Clemens hanc constitutionem probat. Cæterũ (inquit) sit Diaconus Episcopi auris, & oculus, & item os & cor & anima, ne Episcopus sollicitudine multarum rerum, sed grauiorum tantùm vrgeatur, sicut Iethro Moysem instruxit, & Moyses Consilium eius amplexus est.

rum pertinacia Omnibus Epiſcopis æquitatis & pacis ſtudioſis Diui Cypriani ſententia altius infigi debet. Non aliunde hæreſes obortæ ſunt, aut nata ſunt ſchiſmata, niſi inde quod ſacerdotibus Dei non obtemperatur, nec vnus in Eccleſia ad tempus ſacerdos & iudex vice Chriſti iudicatur. Equidem hinc meo iudicio interpretor Deum noſtris Epiſcopis vehementer iratum eſſe. Non eſt autem vt meis dictis ſuccenſeant quod nullo iuſtitiæ amore, nec æquitatis affectu ſtimulati, patrocinari ſtudeant miſeris perſonis, eorum tribunalia implorantibus. Dicent profectò illis non ſupereſſe tot otij ad audiendam pauperis, viduæ & orphano querelam, dicam ego illos temporis prodigos in luxu & ſegnitie diei horas abſumere. Sed vtinam ad D. Gregorij I. Romani Pótificis imaginem ſe ſe componerent, qui cum infirma eſſet corporis ſtructura afflictáque valetudine, tamen plurimis muniis obeundis vnus & ſolus ſufficiebat, peragebat ſacra ſolennia, concionabatur apud populum, ſcholæ literariæ curam gerebat, componebat ritus ac conciones Eccleſiæ, tot volumina, tot Epiſtolas cõſcripſit, erudit cathecumenos, eruditos examinat, ſacris initiat, initiandos excutit num ſint idonei, regum tumultus componit, ſchiſma molientibus obſiſtit, ſingulis Eccleſiis preficit, idoneos paſtores, nec hoc contentus, in longinquas regiones delegat Apoſtolica pietate prȩditos, qui gentes efferas & agreſtes componant ad philoſophiam Euangelicam, ad diſciplinam Eccleſiæ Catholicæ, nihilo ſegnior interim in priuatis officiis, dum inuiſit egrotos, dũ increpat delinquentes, dum extimulat ceſſantes, dum cõſolatur afflictos dum erigit puſillanimes, dum opitulatur oppreſsis, dum diſsidentes redigit in concordiam, dum adeſt morientibus, interdum in die ſępius ſedebat audiendis cauſsis, egenos & pupillos tuebatur inter fori deciſiones, in quo ſacro officio turpe eſt me hercle Epiſcopis excuſare ocium, cui vel ſoli cæteris omnibus negotiis excuſſis, toto pectore vacandum eſt.

k Delectatur hæreſis in contemptu præceptorum Eccleſiæ & ſuperiorum, ſic vt omnes penè hæretici nullam prælatis obedientiã præſtandam eſſe dicit. Omnes enim ſcelerati, vt (inquit Alphonſus à Caſtro) ac facinoroſi homines, quo facilius & liberius quæ voluerint ſcelera committere poſſint libertatem optant, vel vt veriùs dicam liberam ſeruitutem quoniam in dũ illam quam cupiunt libertatem miſerrima ſeruituti ſe addicũt.

l Platina omnia hæc vno verbo, veluti comprehendit, dum inquit, Gregorium ita vixiſſe vt vſque ad tempora noſtra neminem ex ſucceſſoribus parẽ habuerit, nedũ ſuperiorem, vel ſanctitate vitæ vel diligentia in rebus agendis, vel doctrina & ſcriptis. Amplius tamen de eo narrat Onuphrius.

DE

DE OFFICIALIBVS ET IVDICIBVS ECCLESIASTICIS.

§ II.

PRIVSQVAM de iudicibus Ecclesiasticis adoriatur vellem recensere quid nostri maiores in iudicio postulent,quibusq; rebus iudicem perfectum absolui dicāt,sed huius loci materia doctissimorum authorum calamos adeo irritauit vt eorum scripta de his passim referta sint, & de hac re vtilissimam lectionē habuit Petrus Mathæus Iurium Doctor Sequanus in qua authores varij qui officium Iudicum pensarunt euoluuntur nihilq; est quod sancto metuendóque Iudicis muneri illic desideretur, cui calculum adieci dum hæc scriberē, noluiq; per amnestiam illius cōmendationem hoc in loco præterire. * Sed vt initiatum callem prosequamur omnia quæ dici possunt de Iudicibus Salomone [a] consule edocentur his verbis. Noli querere fieri iudex nisi valeas virtute irrumpere iniquitates ne forte extimescas faciem potentis & ponas scandalum integritati tuæ. Sic Deus Ezechielem constituens ait vt adamantem & silicem posui faciēm tuam ne timeas eos neque metuas à facie eorum. Vereor ne multis iudicibus dicere possimus. Vos tineæ estis nam pauperes sæuerissimè punitis,diuites multo grauiora patrantes non plectitis quia robustiores sunt, illis tinea nullum valet inferre nocumentum. Ideò in lege Domini [b] tam seriò legitur. Quod iustum est iudicate, siue ciuis sit ille siue peregrinus.[c] Nulla erit distātia personarum,ita paruum audietis vt magnum, nec accipietis personam cuiusquam, quia Dei iudicium est.Et Ieremias. Iudicate mane iudicium & eruite oppressum de manu calumniantis. Nullis iudex plectatur sanguinis precibus quominus debitum exequatur munus. A iudicibus hoc postulare videtur Dominus apud Ezechielem. [d] A sanctuario meo incipite. Et D. Petrus inquit. Tempus est vt incipiat iudicium à domo Dei, Sic Rex Saul proprio filio non parcit,sed ait cum peccasset Ionathas,hæc faciat mihi Deus & hæc reddat quia morte morieris Ionatha, Vixq; potuit illum populus è ma-

* Author clarissimus Αὐτὰρ ἐπεὶ φανῆς mira de lente facit & rem pusillam, & humilem magnis titulis effert.

a Ecclesi.7.

b Deut.1.

c Alibi quoque in eod lib. Deut. ne sinistris in iudicando affectibus corrumperentur, ne in personarum aut munera respectū impingerent aut iudices, & magistratus constitues in omnibus portis tuis, quas Dominus Deus tuus tibi dederit per singulas tribus tuas, vt iudicent populum iusto iudicio, nec in alteram partem declinent.

d Ezechiel.9.
1 Petri 4.
1.Reg.14.

nibus Regis eripere. Contra prohdolor multi faciunt exteris enim iudices durissimos se exhibent suis autem patronos & aduocatos. Quemadmodum referente id Diuo Isidoro lapis Elitropius nuncupatus, ita fallit oculos intuentium solem, vt iudicent eum esse rubeum, & sanguineum, licet sit ingenti luce & splendore ornatus, in eundem modum cognatio & consanguinitas tanti est roboris vt oculis iudicis multo secus rem obiiciat contemplãdam, quam sit. Demum quam vim ad corrumpendos iudicis sensus munera habeant declarat Casiodorus in Epistola quadam breui his verbis. Oblatio muneris tinea est regiminis. Auro loquente nihil potest quæuis oratio. Victoriã & honorem acquiret, qui dat munera, animam autem aufert accipientium. Quomodo ergo iudicare poterit qui muneribus corruptus est? Ideóque Principibus populi sui dominus velut ingens crimen obiicit per Prophetam, quod in muneribus iudicarint, & personas respexerint. Xenia & dona excæcant oculos iudicũ & quasi mutus in ore auertit correptiones eorũ. Eãdem fere sententiã inuenies exod. 23, Et Deut. 16. Debet idcircò Iudex in iudicando se Deum arbitrari, sic enim Deus eum sæpè vocat. Diis non detrahes per quos Iudices intellexit, vt quemadmodum Deus est in iudicio inflexibilis & immutabilis nulla ratione habita pauperis, vel diuitum, Ita & iudex, qui vices eius in terra gerit, debet oculos claudere ne quorundam aspectu in peius consilium moueatur. Est certè memoriæ meritò commendandum quod Aristippus respondit probro vertentibus quod prostratus & amplexus pedes Dyonisij regis interpellasset pro amico. Non sum in culpa, sed Dyonisius qui aures habet in pedibus. Egregiè significauit iudices iniquos qui precibus commouentur & ab æquitate flectuntur inuenies etiam alios, qui aures habẽt in manibus. Si enim in illis insonuerit æs ab æquitate deuiant. Legibus diuinis & humanis iudices à muneribus capiundis arcentur, Beatus enim est qui ab omni munere manus excutit. 1. q. c. sicut nonnulli. de Simonia. Quapropter Innocentius 3. præcepit ecclesiasticis iudicibus, & delegatis gratis iudicare, nec exigere posse decimam, vel aliam quo

e Prouerb. 22.

f *Personas & munera respiciunt, qui pauperes fastidiunt, qui abiectos in iudicio negligunt, idcircò quod nihil commodi aut lucri ad sese redire conspiciant, cũ alij interim amicitia, alij propinquitate, alij potentia, alij diuitiis, ceu argenteis hastis, quod dicitur, pugnantes facilè quoduis vel munitissimum alioqui pectus inclinent, expugnent, euertant. Et quod sine lachrymis vix dicere queam, haud minima pars iudicum, hac tempestate, candida in nigra, nigra in cãdida, modò aliquid prædæ expectandum sit, conuertunt. Quotus est enim quisque, quem non capiat, quemadmodum inquit, Satyricus, lucri bonus odor?*

Rari quippe boni numero vix sunt totidem, quot Thebarum portæ, vel diuitis hostia Nili.

quo tam litis,etiamsi hoc habet consuetudo,vt patet de vita & honestate Clericorum. cap. Cùm ab omni specie in cuius fine capituli rationem prohibitionis subiungens dicit.Cùm nec iustum iudicium,iudicij vendere liceat & venales sententiæ ab ipsis etiam sæcularibus legibus reprobentur:Diuus quoque Augustinus in Epistola ad Macedonium quæ est 54.non ideo inquit debet iudex vendere iustum iudicium aut testis testimonium, verum quia vendit aduocatus iustum patrocinium & Iurisperitus iustum Consilium,illi enim inter vtramque partem ad examen adhibentur.Isti ex vna parte consistunt.Et refertur 11.q.3. cap.Non licet & 14.q.5.cap.Non sane. Quæ verba Augustini & illius rationem explicans Sanctus Thomas. 2.2.q. 71.art.4. In responsion.ad 3.sic habet,Iudex & testis communes sunt vtrique parti, quia iudex tenetur iustam sententiam dare & testis tenetur verum testimonium dicere Iustitia autem & veritas non declinant magis in vnam partem quam in aliam, sed tendunt in vtrisque partis commune bonum, Aduocatus autem alteram tantum partem defendit.Et ideo potest licitè petere precium à parte quã adiuuat,addit idem sanctus Doctor pro altera ratione quia Iudex & testis g communes sunt vtrique parti,vt in neutrã partem declinent, ideo iudicibus sunt stipendia laboris & testes accipiunt non quasi precium testimonij,sed quasi stipendium laboris vel ab vtraque parte, vel ab ea aqua inducuntur quia nemo militat suis stipendiis, vnquam, præterea sicut Iudex tenetur ex officio iudicare sic subditus eò quod subditus cum exigitur tenetur testificari in iudicio vt habetur de testibus cogendis.cap.2.

Cùm sit ergo res adeò seria, videant quid agant iudices Ecclesiastici, Vicarij,officiales,Procuratores,Decani,scribæ aduocati, cæteriq́, officiarij Episcopi, se Dei ministros esse arbitrentur non Mamnonæ, electos animaduertendum in discolos & Ecclesiæ rebelles,fauendumq́; simplicibus & piis.Sciant autem non de omnibus habere se potestatem absoluendi,de quibus iudicat.Nam & episcopus de Hæresi inquirit & de Simonia & de Irregularitate, & de criminibus multis, & reos condemnat, & obstinatos

g *Nulla remanebit dubitationis difficultas, Si primum constituamus, talem inter Iudicem & testem differentiam, quod Iudex non solùm pro veritate pronunciando nihil potest à litigantibus percipere, quia est communis vtrique, sed neque pro labore & studio id sibi licet, sed Respubl. debet illi prouidere, tanquam persona publica non quod iure natura id sit prohibitum, imò si nullus existeret metus, ne intuitu pretij in alterutram partem corrumpetur, propenderet ius natura non prohibet, quin possit a litigantibus aliquid recipere, sed propter talem metum iure cautum est, vt ærario publico sustententur. At verò testis, quia non est vsque adeò persona publica, sed citatur ab illa parte, cui interest, quanuis pro veritate dicenda, nil possit recipere, tamen pro labore suo recipere potest pretiũ ab eo, à quo citatus est Hac Sotus.*

monis fallacias, Sæpè causas (vt conqueritur Innocentius) tamdiu differunt, vt litigantibus plusquam totum auferant quia maior est expensarum sumptus, quam sententiæ fructus, nec terminantur negotia pauperum cœpta quousque eorum marsupia sunt euacuata, cum tamen scriptum sit, Gratis accepistis gratis date. Ipsi verò nec gratiam gratis dant, nec iustitiam iustè reddunt. Lucrum in arca, damnum in conscientia. Sed quid prodest si totum mundum lucretur cum animę detrimento? Qui congregat thesauros lingua mendacij vanus & excors est, & impinguatur ad laqueos mortis. Nolim tamen adeò iniustum laborum existimatorem iudicari vt Patrocinij pretium penitus præcidatur Aduocatis, [i] Illud enim pretio etiã existimare licet. Nam etsi scientia res sit spiritualis ratione subiecti, non tamen illius est generis spiritualium quæ gratis accepimus gratisq; debemus, imò nostro studio, & sudore & vigiliis parta nobis est. Eiusmodi ergo officia prętio sunt æstimanda, in his autem quæ prætio penduntur excessus pretij iniustitiam operatur, sed vbi causa pauperis Aduocatum cogit patrocinari, id debet solo diuino intuitu facere, nam hoc tantum nos admonet Euangelium, vt eorum quæ per Misericordiam exercemus à solo Deo expectemus mercedem. Hæc non erunt infirmi calcaris ad cogendos Iudices in officij æstimatione, grauiùs prementur ad sordes iudicij vitandas quotiescunq; legis Repetundarum [k] pœnam considerabunt. Iulius Cœsar Romanorum Imperator nunquam satis laudatus legem Iuliam de repetundis tulit, qua puniuntur corrupti iudices exilio vel etiam grauiùs secundùm qualitatem facti vt est textus eiusdem legis Iul. §. fin. ff. ad l. Iul. repet. Et ita videtur colligi, ex gloss. fin. in l. 1. C. ad l. Iul. Maiest quod & aliquando nostris temporibus accidisse scimus. Quare autem leges tam vehementer execrentur corruptum animi iudicium in Magistratibus, eleganter tractat Iustinian. in Auct. vt Iudic. sine quo. suff. §. considerauimus. Est namque hoc (inquiens) sacrorum eloquiorum mirabile & verũ, quod auaritia omnium sit mater malorum, maximè quando non priuatorum, sed iudicium inhæret animabus. Quis enim sine periculo non latrocina-

[i] Huic rationi applaudit lex ciuilis. C. de postul. l. si quis.

[k] L. 12. tab. cap. mulctabatur iudex, arbiterve iure datus, qui ob rem dicendam pecuniam accepisse conuictus erat, vt refert Gellius lib. 20 c. 1. Noct. Attic. Pœna aliquando constituta fuit pecuniaria, cuius reus fuit, Marius Priscus accusantib. Afris quibus Proconsul præfuerat. Aliquando extorres & exules publicis muneribus frustrabantur, & ab omni dignitatis titulis arcebantur, & in insulam deportabantur, aliquando vltimo supplicio facinoris grauitatem expiabant, quamobrem iurisconsulti pœnã hanc diuersam arbitrariam faciũt. Ita Gram. cons. 35 num. 2. & voto 25. Bertrius. q. 153. nu. 39. Bossius tractat. sus. crim. in tit. de officia. lib. cor. nu. 7. 8.

virgam appellat interdum etiam clauis dicitur.[d] Hieronymus nonnunquam gladiij mucronisque nominibus vtitur. Hanc excommunicandi potestatem hæretici occulta susurratione quadam, potius quam aperta ratione Papisticū quoddam esse inuentum, nec timendum vociferantur cū indigna calumniarum congerie, sed quantum aberrent ex multis testamenti vtriusque testimoniis, quibus excommunicatio non ab hominibus excogitata sed diuinitus instituta esse probatur, ostendere in animo induxi.

Exaudiuit Dominus preces Israel & tradidit Chananæum quem ille interfecit, subuersis vrbibus eius, & vocauit nomen loci illius CHORMA. id est anathema exterminium, aut succisio. Num. 21.

Quasi spurcitiam detestaberis & velut inquinamentū ac sordes abominationi habebis, quia Anathema est. Hæbreus legit Cherem id est separatio vel succisio.

Vos autem cauete ne de his quæ præcepta sunt vobis quicquam contingatis & sitis præuaricationis rei. *Tabarima* Hæbraicè Caldaicè atque Græcè exponitur pro Anathemate. Iosue. 6. Et Ibidem cap. 7. *Anathema in medio tui Israel.* Anathema in medio sui habere & seruare manifestum nefas erat atq; Israelis sancti potentisq; apud Deum nomine indignissimum.

Achar qui turbauit Israel & peccauit in furto Anathematis. 1. Par. 2.

Et conuertet cor Patrum ad filios & cor filiorum ad patres eorum ne fortè veniam & percutiam Anathemate.

Et recordatus est Iudas malitiam filiorum Bean, qui erant populo in laqueum & in scandalum, insidiantes ei in via, & conclusi sunt ab eo in turribus, & applicuit ad eos, & anathematizauit eos, & incendit turres eorum igni, cū omnibus quæ in eis erant. 1. Mach. 5.

Si quis Ecclesiam non audierit sit tibi tanquam Ethnicus & publicanus. Matth. 16.

Optabā enim ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis qui sunt cognati mei secundum carnem. Ro. 9.

Si quis non amat Dominum Iesum Christum, sit Anathema. 1. Cor. 16.

[d] Anathema verbū Græcum est, idem significans quod suspensum, vt q. 4. super nu. ait Aug. vel sepositum & separatū: ἀνὰ enim vtrunque significat, & seorsum scilicet & sursum. Vnde munera quæ Templorum delubris oblata in ipsis Templis suspenduntur, anathemata appellantur, quasi ab vsu humano semota. Et per hāc metaphoram dicuntur excommunicati anathemata, hoc est separata iuxta illud. Pauli ad Rom 9. Optabam ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis. Vel vt quidam volunt sursum significati, quod in frontibus olim solenniter damnati, signabantur. Sed profectò longè verisimilius quod super Epi. ad Galath. c. 1. ait Hieronymus, nempe quod sit verbū Iudæorum proprium, quo videm significatur id quod detestationi & abominationi habetur vt Num. 21 legitur de illa Chutrath Chananæorum vetauit nomen

 Licet

rum, vocant nomen loci illius Horma, id est, anathema.

Licet nos, aut Angelus de cœlo euangelizet vobis, præterquam quod Euangelizamus vobis Anathema sit. Tradidi hominem Satanæ. 1. Cor. 5.[n]

Quid enim aliud est tradere hominem Satanæ quam illum excommunicare? Omnis Christianus (inquit D. Augustinus) qui à Sacerdotibus excommunicatur Sathanæ traditur. Quomodo? Quia scilicet extra Ecclesiam Diabolus est, sicut in Ecclesia Christus ac per hoc quasi diabolo traditur quia ab Ecclesiastica communione remouetur. Vnde illos quos tunc Apostolus Satanæ traditos esse explicat, excommunicatos esse à se demonstrat. Vna eademque mens est Doctorum in huius loci explanatione quod tradere Sathanæ nihil aliud sit quàm à communi Ecclesiæ gremio expellere admonitionem ab illo suspendere, & liberum illi facere ire in interitum carnis, hoc est tradere eum desideriis suis, non quidem amaritudine odij sed ea intentione, vt aliquando resipiscat in die Domini vt si quando recedente Satana à corde eius, visitet eum Dominus vt redeat ad ouile. Et quemadmodum Christus vt Matthæi 10. legitur, potestatem Apostolis tradidit eiiciendi dæmonia, ita è conuerso tradendi homines dæmoniis, à quibus torquerentur quando essent Ecclesię inobediẽtes vt metu illo resipiscerent, dedit. Quocirca quia spiritualia in primitiua ecclesia ad confirmandam fidem sensibilibus oculis obiiciebantur, veluti super baptizatos in confirmatione spiritus sanctus visibiliter descendebat, ita fortasse tunc rebelles visibiliter Satanæ torquendi tradebatur, vel forte excommunicatus dicitur Satanæ traditus, quia auxiliis ecclesiæ destitutus in magno versatur periculo, vt iterum atque iterum dæmonum incursu, in peccatorum Barathrum præcipitetur. Eandem quoque excommunicandi authoritatem, idem Apostolus exhibuit aduersus Hymeneum & Alexandrum, quos vt 1. ad Tim. 1. ait tradidit Sathanæ vt discerent non blasphemare, accedit & illud ad Titum. 3. Hæreticum hominem post vnam aut secundam monitionem deuita, sciens quia subuersus est, qui huiusmodi est & deliquit, cum sit proprio condemnatus iudicio. Atque illud 1. Io. 5. Et peccatum ad mortem non dico

n Subscribit in hanc Pauli sententiam. Leo. Papa Epist 67. Cognouimus pro cõmissis, & lenibus verbis, quosdam à gratia cõmunionis exclusos, & animam pro qua Christi sanguis effusus est. irrogatione tam sæui supplicii sauciatam, & inermem, quodammodo, exutamq. omni munimine diabolicis incursibus, vt facilè caperetur obiectam Hæc Leo, quibus verbis etiam si reprehendat eos, qui temerè excommunicationem inferunt, tamen satis apertè declarat, excommunicationis effectum.

pro

pro eo vt oret quis, quod in hoc sensu exponi à quibusdam consuetum est, vt pro excommunicato non sit orandum. Resecandæ inquit D. Hieronymus sunt putridæ carnes & scabiosa ouis à caulis repellenda, ne tota domus massa, corpus, & pecora ardeat, corrumpatur putrescat & intereant. Miror audacem tremorem nutantis animi Lutheranorum qui hunc ignitum gladium contemnunt nec timendum asseuerant, dicuntque fabuloso commento ostensum fuisse vestigium huius ritus in Hercule vetante se attingi à Theseo interfectis filiis, & in Oreste furente non admisso ad aliorum mensas, quasi & hoc censuræ genus, scriptura non constaret & doctissimis patribus ratum & commendatum legeretur.[o] O phrenetici homines qui quod sancti Apostoli à spiritu sancto edocti Ecclesiæ catholicæ vtiliter & necessariò tradiderunt, ad originem fabulæ reuocant, & in spectaculum & ludum vertũt, quasi veteris legis arcana huius sacræ correctionis non præstitissent figuras, quando leprosi excludebantur à castris. Quod si ad cauendam corporalem contagionem illud erat tunc permissum, multo æquiùs ad cauendum spiritualem labem, hæretici atque alij rebelles, ab Ecclesia pelluntur. Præcessit etiam exemplum, quia propter delicta etiam ex illo Io. 9. vbi refertur quod conspirauerunt Iudæi, vt si quis confiteretur Dominum esse Christum extrà Synagogam fieret. Quamuis illa non propriè esset excommunicatio, vt nostra, quoniam illic nuda erat spiritualis virtus clauium atque adeò nec à communibus sacrificiis priuare tunc sacerdotes quemquam poterant. Quapropter qui negant Ecclesiam per excommunicationem priuare excommunicatum à fructu orationum & suffragiorum, dicentes solum priuare ab externo contubernio re vera negant virtutem supranaturam clauium. Nam id etiam sæcularis Princeps facere potest relegando in exilium ciuem, priuandóque adeò ne quis cum illo communicet. Item neque excommunicatio esset maxima pœna, quæ in Ecclesia est cum Augustinus fateatur grauius esse hominem excommunicari quam si gladio feriretur, flammis exureretur, feris subigeretur. O grauissimum suppliciorum genus ipsis

o Excommunicationis veriõ vsi fuere Augustinus, & alij Ecclesiæ doctores passim. Et Tertullianus in lib. de præscriptione aduersus hæreticos. de Marcione, commemorans, inquit post hũc discipulum ipsius emersit Marciõ quidam homine, Pontificio genere, Episcopi filius propter stuprum cuiusdam virginis ab Ecclesia communicatione abiectus. Idem graphicè excommunicationem depinxit in apologetico aduersus gentes c. 39. de Christianis loquens. Corpus sumus de conscientia religionis, & disciplinæ veritate, & spei fœdere.

P Nunquam profecto incassum cecinit carmen illud Euripides in Iphigenia πάντων ἐλλάς ἐστιν οὐδὲν Græcia nequiquam nominis filem. Semper hoc nomine pessimè audiit hæc natio apud exteros, sed multò magis illi vitio vertitur, quod contra solennia iuramenta à fide, & vnione, tam stolidè defecerint, & denuò negarint quæ Concilio Florentino authentica fide iussa fuerant, & quæ Imperator & Patriarcha coram approbarunt, & amplexi erant sui Græci domum reuersi impudentissimè repudiarunt: eo dementiæ, vt quotquot consensissent, iis negarint officium Christianæ sepulturæ. Cuius schismatis pœna fuit Bizantini Imperij excidium. Iactura irreparabilis. Hi eius mali euentum biennio ante præmissum habuerant ex Nicolai V. Pontificis sententia, & Epistola qui eos anathematizare persuaserat.

etiam Tartareis spiritibus tremendum ac terribile. Hoc Diuus Iohannes Cherintum hæreticum impium & insolententem deuincit & publicè hac pœna blasphemias vltus est. Romani Pontifices hoc telo superbos quoscunque Imperatorum & Regũ impetus hostilesq; furias discusserunt. Nicolaus primus tempore Photij hoc cẽsuræ genere afflixit Grecos, qui breui consequuti fuere quod excõmunicatio minabatur nec iota vnũ in illa excommunicatione irritum & cassum fuit. Variis obsessos, se se viderunt calamitatibus, nec triste exilium euitare potuerunt quin captiui sicut olim Iudæi non ducerentur ad hostium penates. Exhorrescit animus & faucibus hæret vox mea quoties huius iurisdictionis effectus recolo, recolo autẽ quotiescunque insanos strepitus, & inanes latratus hæreticorum in Ecclesiam audio, quæ mitius & plus æquo humanius in hanc degenerem turbam suo iure vtitur. Ecce Innocentius ante Nicolaum Euxodiam propter exilium Chrisostomi excommunicauit, & tremefactum est sepulchrum eius, quousque Innocentius rogatu flexus excommunicationem soluit, & desinit, ac conquieuit tremefactio sepulchri. Quid sub Nicolao quinto summo Põtifice Romano acciderit omnes sciunt. Et legati Constantinopol. Imperatoris, qui appellatus est Dragaces, ad Pontificẽ missi non ignorant quibus Pontifex respondit & ad Græcos Epistolam dedit metus & horroris plenam. In qua planè prophetat de vniuersa captiuitate quam maledictio Pontificis importauit & de vniuerso excidio infelieiorum Grecorum in qua Epistola post multa conuitia & contumelias quibus Græci quotidie impudenter & blasphemè Pontificem cõsectantur hoc (inquit Nicolaus) admiratione dignum est quod omnes gentes definitionem Synodi receperunt, Græci verò neque receperunt, nec spes vlla est, vt apparet recepturos vnquam quæ de Concordia, & vnione decreta sunt. O miseram calamitatem! millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo anno Epistolam scripsit & quinquagesimotertio capta est Constantinopolis. Anpotestis dicere non esse hanc rem veram? minimè, cum res sit tam manifesta & ipsa calamitas apertè clamet. Tres (inquit

(inquit Pontifex) annos expectabimus, sicut dominus iussit in illa ficu vt à schismate redeatis, & verè cum definitione vniti sitis Quod quidem si facere nolueritis, abscissi eritis ne teram frustra occupetis Orem miram ac maximè miram sicut Nicolaus quintus in Epistola sua dixit sic euenit. Natio Græcorum maxima, terribilis, sapiens, preclara, prudens, fortis, quæ totum orbem Imperio subiugauerat, Barbaris iudicio & vltione diuina miserè seruit. Hæc Gēnadius Patriarcha. Quæ vt videmus Hieremiam Patriarcham nouæ Romæ virum, vt dixi, pium ac doctum mouerunt, & legationem missam pacis & reuerentiæ in Pontificem testem pepererunt. En, quò delapsa Ecclesiæ disciplina, qui sunt iam qui hanc venerentur dignè censuram quæ dulcis est adeò vt omnibus Iuris professoribus medicinalis q dicatur. Habetur iam inter fabulosos hominum Apologos, metuēda illa potestas & ille mucro etiā Angelis formidandus ad nugas, iocos, resq; futiles adhibitus Pro pecuniola fratrem adiges ad Orcum?& & pro quo sanguinem Christus ipse profudit tuis diris execrationibus deuoues, ne lucellum pereat, quasi nulla esset Lex, & obligatio diligendi proximum, & vitam pro illius salute profundendi. Ita cæci facti sumus peccatis nostris. Optimè Tridentini Patres his tandem malis occurrerunt. Hæc veneranda, & obseruanda perpetuò decreta sanxerunt vt excommunicationes illæ quæ monitionibus præmissis ad finem reuelationis, vt aiunt aut pro deperditis, seu subtractis rebus sæpius fieri solent à nemine prorsus præterquam ab Episcopo decernantur, & tunc, non aliàs, quàm ex re non vulgari causaque diligenter, ac magna maturitate per Episcopum examinata, quæ eius animum moueat, nec ad eas concedendas cuiusuis sæcularis etiam magistratus auctoritate adducatur, sed totum hoc in eius arbitrio & conscientia sit positum, quando ipse pro re, loco, persona, aut tempore eas decernendas esse iudicauerit. In causis verò iudicialibus alia ratione prouisum est.

q Excommunicatio est, & dicitur medicinalis ex fine, quia eius scopus ac finis est medelam peccatis conferre. Ordinantur, siquidem in hunc finem, vt excommunicatus resipiscat, pœniteat, ac satisfaciat ecclesiæ quā propria contumacia & iniuriosa peccandi libidine affecit. Sic sanè D. Ambrosius super Psal. 118. de excommunicatione loquens inquit rectè, & sacerdos vulnus ne latiùs serpat à corpore Ecclesiæ, quasi fidus medicus debet abscindere, & prodere virus criminum, quod latet. Huc Vlpianus suffragatur in l. congruit ff. de offi. præsid.

Cæterùm vsus habet vt dupliciter distinguatur excommunicatio. Vna dicitur Minor alia Maior. Et maior quidē non solùm à perceptione r sacramentorum priuat & com-

r Excommunicatio maior separatio Christiani non tantùm à communione fidelium omnind extrinsece, sed & Sacramentorum, & cōmuni suffragiorum Ecclesiæ participatione Christi.

munione bonorum ſpiritualium, quorum participes ſunt qui ab vnione Eccleſiæ non ſeparantur ſed etiam à conuictu & omni commercio fidelium, adeò vt ſic excommunicatus ab omnibus vitari debeat. In iudicio nil agit nõ poteſt eſſe actionum procurator, non patronus cauſarum forenſium non teſtis, exors omnis diuinæ vitæ cogitur exareſcere, & dæmonum improbitatem, tyrannidemque perferre, qua re nihil horribilius. Nam quicquid omnes faciunt, qui beata compage nituntur, in ſingulorum vtilitatem operãtur, nec priuatum eſt bonum in Chriſti ſanctorum communione. Et ſi Clericus eſt & actum alicuius ordinis ſacri exercet, aut ordinem ſuſcipit, efficitur irregularis, & ſolo Papa diſpenſatur à publico delicto.

Minor excõmunicatio [s] eſt excluſio à perceptione Sacramentorum, atque ab electione paſsiua, qua is qui per eam excommunicatus eſt, ad quodcunque Eccleſiaſticum beneficium inhabilis efficitur, ita vt, ſi per ignorantiam eligatur, nullam tamen conſequatur dignitatem. A cœtu autem fidelium à participatione bonorum ſpiritualium, aut ſi eſt in ſacris ab adminiſtrandis conferendiſque ſacramentis nequaquam excluditur peccat tamen quandiu huic excommunicationi ſubiacet, ſi ſacramenta adminiſtret, aut conferat, collata autem virtutis effectu non carent, cum is non à collatione atque adminiſtratione, ſed à participatione Sacramentorum, quæ in ſola perceptione conſiſtit, amotus eſſe videatur, modo tamen non in contemptum Eccleſiaſticæ diſciplinæ, hoc eſt contra prohibitionem Superioris, communioni excommunicatorum ſe pertinaciter ingeſſerit, in quo caſu Anathemate ferendus eſt. Propterea D. Thomas inquit, excommunicationẽ minorem perfectam excommunicationis rationem non habere, ſed aliquid ex ea tantum participare.

Cùm verò nitatur excommunicatio verbo Dei, prælati Eccleſiæ habent iure diuino poteſtatem excommunicandi nec poteſtas ſecularis poteſt eam impedire nec infernalis, quoniã ex claue vna eſt, quæ dicitur iuriſdictionis, data miniſtris Eccleſiæ, contra quam portæ inferi franguntur. Scimus ex Pighio quid euenerit Henrico [t] excõmunicato.

s Minor excommunicatio eſt ſeparatio Chriſtiani à ſacramentorum Eccleſiæ perceptione. Vide D. de Soto in 4. ſent. diſt. 22. q. 1 ar. 4. Couarruuiã. 2. tom. prioris partis initio. ſtatut. Biſunt. Diœceſis in tit. de excommun.

t Aduerſus Henricum Imperatorem, ob notoriè commiſſum crimen ſacrilegij in Pontificem, prolata eſt excommunicationis ſententia qua miſſis apoſtolicæ ſedis legatis Colonia, & in diuerſis regni locis, in publico optimatũ regni conuentibus aduerſus eundem publicata eſt cũ inſinuatione ſolemni reuocationis inueſtiturarum priuilegij. Quaquidem apoſtolica cenſura innodatus imperator, cum omnes regni proceres, apud quos Dei quàm Regis timor plus valuit, et Chriſti religio, quàm fauor principis, à ſe, ſuâq; communione alienatos videret, velut declinans principum ſcandala, in Italiam ſe contulit.

Hanc

Hanc excommunicationem patienter tulerunt, Theodosius, Philippus, Iulianus, Boleslaus, & cæteri. Nam optimus atque sanctissimus quisque Princeps, matris Ecclesiæ monitis salubribus semper paruit.

Excommunicatio siue sit maior siue minor duobus modis ferri inuenitur, vno quidem à iure, altero vero ab homine, vnde nomina etiam accepisse videmus. [v]

Excommunicatio à iure ea dicitur quæ ab habente authoritatem perpetuo lata est statuto. Et hæc duplex est, altera à iure communi per totam ecclesiam hominem ligās, à summo Pontifice vel Concilio generali instituta, quæ in Canone, in extrauagāti, in sanctionibus Conciliorum, atq; in diuersis aliis decretis Pontificiis continetur. A iure particulari altera tam quæ ex constitutionibus Synodalibus alicuius diœcesis, vel eius episcopi, quam totius quoque Prouinciæ, vel alicuius legati in aliqua Prouincia sancita est, quæ ablata etiam iudice, aut superiore, qui eam condidit semper manet, nec tamen extenditur ad alia loca extra diocæsim illam vel Prouinciam.

Excommunicatio ab homine appellatur illa quæ ab aliquo superiore, vel iudice in alicuius rei contumaciam vel in futuros transgressores ad tempus certum aut etiam incertum fertur, quæ tamen sublato authore, aut officio, vel authoritate defuncto, si antea reuocata non sit, simul cessat aut rescinditur. Exempli gratia, Episcopus aliquis in Episcopatu suo excommunicat alcatores, si interea moriatur episcopus, aut ab episcopatu amoueatur cessat illa excommunicatio, vimq; nullam deinceps habet, quod tamen in excommunicationibus iuris locum non habet, cum excommunicationes à iure semel latæ non ita ab authoritate conditorum dependeāt, vt iis extinctis illæ quoque extinguantur. Atque hoc est maximum discrimen inter hanc & illam excommunicationem.

Attingamus tandem, quis, quem, ob quid & quo loco, rectè excommunicet. Ij igitur duntaxat excommunicare possunt quibus iuxtà ecclesiasticam disciplinam hæc prouincia est demādata, vt prælatis. [x] Nemo proinde quia Parrochus est excommunicare potest, neque Laicus aut Ab-

batissa

[v] De sentent. excom. c. 48. & 24. q. 3. cap. de excomm. Est quadā perpetua quæ vulgò dicitur à iure: siue quæ ore tenus à iudice profertur ecclesiastico in certas personas, tertia pertinet ad forum secretum, nequaquam ab aliis vsurpanda, quā ab iis qui conscientiæ, & confessionibus præsunt.

[x] Nomine Prælatorum intelligimus primum omnium Conciliatā prouincialia quam Oecumenica. Mox Archidiaconos, Archipresbyteros. &c. Deinde prælatos qui ab aliquo Collegio eliguntur, vt Abbates c. sicut eum. de Simonia. Et religionum præfectos etiam priores conuentuales, & Guardianos isti omnes, id possunt, (inquit Sotus) in 4. sent. dist. 22. q. 2. art. ex officio, eorum autem vicarij ex commissione.

batiſſa vnquam excommunicat.

Quia autem eſt actus Iuriſdictionis hinc fit vt neque ſeipſum quiſquam, aut æqualem aut ſuperiorem, excommunicare poſsit.

Concilium quoque Lugdunenſe penitus prohibuit in vniuerſitatem vel collegia excommunicationis proferri ſententiam. Nec eſt quiſquam excommunicandus niſi propter graues cauſſas & peccatum mortale omniáque prius tentanda ſunt quam ad hoc diſciplinę genus perueniatur. Cauendum proinde eſt, vt excommunicatio in nemmem infligatur niſi ob proprium eius delictum. Nec quoduis crimen ſed læthale tantum, non occultum, nec id omne, ſed quod cõtumaciam & rebellionem adiunctam habeat. Quare ob peccatum præteritum nemo excommunicetur. Si quis autem pronunciauerit, Quiſquis furtum fecerit excommunicatus ſit, ſententia ſubditus ligat. Detrahendum eſt autem aliquid ſeueritati, vt maioribus ſanandis malis charitas ſincera ſubue[illegible]at. Si enim contagio peccandi multitudinem inuaſerit, aut talis habeat defenſores per quos poſsit ſchiſma cõtingere, conſilia ſeparationis & inania ſunt & pernicioſa atque ſacrilega. y Poſtremò quod ad locum attinet, ſtatuto Epiſcopi quo (in omnes qui furtum commiſerint) excommunicationis ſententia promulgatur, ſubditi eius furtum extra ipſius diœceſim committentes, minimè ligari noſcuntur. Cùm extra territorium dicenti non pareatur impunè. Poteſt tamen epiſcopus extra diœceſim aut exiſtens, aut exiſtentem, in quibuſdam caſibus excommunicare.

Supereſt quo fœlicius negotium hoc abſoluatur vt expendamus quibus in rebus omne cum excommunicato commercium fugere nos oporteat & quibus conditionibus rem nobis cum illo eſſe liceat. Primum ergo vitare debent quæcunque hoc verſiculo continentur. z

Os, orare, vale, Communio, Menſa, negatur,

Carminis barbariem elegantius illuſtrabimus. Priora membra cuius prohibent ne oſculo, ſalutatione aut colloquio iungamur excommunicatis, quæſunt familiaritatis ergo ciuiliter tantum defunctoriæ cuiuſdam amicitiæ ſigna, vbi

y Aug. Epiſt. 50. lib. 3. cap. 1. contra Parmenianum.

z Excommunicatorum lucs, & contagio adeò prohibita eſt, vt nec liceat cum illis conuerſari, aut verbo, aut per Epiſt. text. opt in cap. ſi aliquando de ſent. excomm. gl. 1. in c. conſtitutionẽ in 6 Bonifacius. num. [illegible] Felin c. ego N. col. 2. de iureiur. Romanus. & Iaſ. in l. 1. in prin. col. 3 ff. de ver. oblig. Dec. in c. 2. in col. de exceptio. text. in cap. clericus. 81. diſt. & in c. vbi periculum. §. nulli. de elect. in 6. & l. 1. ff. Ad leg. Iul. Mareſt. quibus in locis conſtat paria eſſe tractari, verbo nuntio, & Epiſtola.

gna, vbi

gna, vbi autem illorum saluti consulunt, resq; poscit possunt concedi. Penè tantundem dicitur in verbo *Vale* quod mutuæ amicitiæ gratiam conciliat, à qua qui non abstinent non immeritò iudicantur fouere contumaciam, vt minus de resipiscentia cogitent, quo se minus odio haberi, & pro execratis duci ab aliis animaduertunt, itaque susq; deq; ferunt censuram ecclesiasticam, ex qua nil sibi periisse vident priscæ consuetudinis, cùm sit non minimus gradus ad sanitatem erubescentia, qua facilè suffunduntur vbi se ab omnibus desertos aspiciunt. Ad hæc non licet coniungere preces vel priuatim vel publicè. Sed non est piaculare cohabitare excommunicato quando vterque priuatim in suo orat cubiculo vt euitetur contagies.[a] De Sacramentis quæ Communionis voce designantur notum est nullo pacto conspirandum, nec vel danti vel suscipienti consentiendum, quia semel est omninóque vetita excommunicatis communio. Postremò non licet eadem explere famen mensa, sociis nec accumbere cibis. Sed hic sunt permulta quæ sale indigent & cauta prudentia. Nam si contingat hominem quem noris excommunicatum, cōuenire in idem hospitium & eandem mensam non est quod verearis, modo ne te vel inuitarit vel tu illum vel te conscio vocetur ab amico communi, vti verò nihil compertum habueras si offendis, quem velis abesse securus esto. Nihil enim vel tibi, vel ipsi, quoque excommunicato[b] creatur periculi. Hactenus de rebus interdictis. Sed seorsim quinque casus conditionésve constituuntur, quibus liceat cum excommunicatis habere commercium, quas minùs eleganti quidem, sed iuuandæ memoriæ per commodo versu comprehensas non pigebit adferre.

Vtile, lex, humile, res ignorata, necesse.

Vtilitatis[b] animæ causa nephas nō est adire excommunicatum illúmque ad melioris vitæ callem monere: consilij gratia pariter si desit alius adeundus est, vt putà si putem me incurrisse peccatum nec adsit qui me iuuare queat & animum quietum reddere. Iterum si desit vestris cibus, aut quippiam simile, nil est quod timeas, vbi compendij tui causa adieсis,[c] Lex præterea hominem excusat

[a] *Si excommunicatus in aliqua Templi parte precetur, quod in mentem venerit, et adsit vno sacerdoti, ego alteri, aut si vterque in sacrificio eodem, ille suas preculas recitet, ego sacrificanti cooperer, nihil est metuendum.*

[b] *Cap intelleximus. de iudiciis. cap cum excommunicato. 11. q. 3.*

[c] *Quamuis alter coniugum sit excommunicatus, licet alteri communicare, & debita petere & reddere, nisi forsan excommunicatio lata esset in causa matrimonii canon quoniam multos. 11. q. 3. S. Thom. d. 18. q. 2. art. 4.*

Coniux perinde agere debet cum coniuge ac si nihil tale contigisset. Humilitas autem filios, subditos, colonos liberat, vt posint, nullo cum metu, agere cum parentibus, ac dominis suis. Adde si quis ignoret hominem esse excommunicatum, non teneri lege. Si autem id quidem compertum habuerit, sed tam sit rudis & in fide ac religione malè institutus, vt nesciat vitandum esse proscriptum ab Ecclesia, plerique eruditiores credunt excusari, tametsi non abeat prorsus immunis à peccato. Postremò excusat necessitas, & quidni? cum etiã legibus absoluat vtilitas? Si enim vel periturus sit alteruter fame [d] vel mortem præsentem quispiam intentet, fortunarumq; direptionem nisi congrediaris & simul accumbas, aiunt nostri cessare leges, tum omnes sublatum esse contagionis periculum. Hæc omnia summopere scitu necessaria sunt, nec contemnenda Parrochis & confessoribus, quo pœnitentes moneant de his quæ ad hoc negotium spectant, aut ne incurrant reddendæ rationis pro peccatis alienis obligationem.

d Vnde cap. voluntate. de sen excom conceditur prædicatoribus, vt valeant ab excommunicatis Eleemosynas postulare.

CASVS IN QVIBVS INCVRRITVR EXCOMMVNICATIO A IVRE ET ABSOLVTIO RESERVATVR EPISCOPO.

§ IIII.

PRODITÆ sunt superiori paragrapho Hæreticorum Vicleffistarum, [a] Hussitarum, Lutheranorum, calumniæ, quas struunt in vituperium huius sacræ censuræ quam debilem, infirmam, & nullo modo timendã esse exclamãt. Aperiamus Casus quibus grauius solet infligi vt nõ soleat vulnus tale curari alia manu quàm episcopi & ordinarij sed præter Excommunicationes iuris à conditore episcopis reseruatas quæ propriè ob id episcopales excommunicationes dicuntur, aliæ autem iuris excommunicationes à Conditore nemini reseruatæ à multis appellari solent latiùs episcopales, tum quia episcopus ab eis absoluendi auctoritatem vniuersè in omnes Diœcesanos de iure exercere potest, vti generalis ac supremus Ordinarius præses & iudex, alij minimè nisi ab episcopo fuerint in partem sollicitudinis assumpti, vel Apostolico priuilegio donati

a Vuicleph. excommunicationem à Papa, aut quocunque alio Prælato inflictam non esse timendam scribit, quia est, (vt dicit) censura Antichristi. Et Ioannes Hus asserit clerum suppeditare laicos per excommunicationem, & alias censuras. Lutherus autem muros Hierico iam destructa readificare tentans, ait excommunicationem, non solum, non esse timendam, sed cum gaudio recipiendam, & promerendam.

donati tum etiam, quoniam episcopi eas vel omnes aut aliquas sibi plerunque solẽt reseruare. Eas autem hic subiiciamus ne quis in earum discussione impingat.

Hæretici omnes & fautores eorum ipso facto excommunicati sunt à solo episcopo absolui possunt occulti, non à Vicario. Qui verò per sententiam fuerint iam condemnati ad Papam remittuntur.[b]

Inquisitores pecuniam modis illicitis extorquentes, si plenè satisfecerint absoluuntur ab episcopo, alioqnin ad Papam remittuntur.[c]

Qui Christianos naufragantes in rebus suis spoliant nisi ablata quamprimùm poterunt restituerint, cuius absolutio tunc per Bullam Cœnæ Domini summo reseruatur Pontifici.[d]

Qui authoritate propria incendium villam domum, mansionem, segetem. Hi autem licet grauissimè peccent excommunicationem tamen non incurrunt nisi per Ecclesiæ sententiam fuerint publicati. Ac tunc non ab Episcopo, sed à Papa absolutio impetranda est.[e]

Qui represalias seu pignorationes aduersus personas Ecclesiasticas, seu bona ipsorum concedunt, vel ad eas extendunt, nisi vnius mensis spatio reuocarint si personę singulares sunt, sententiam excommunicationis incurrunt sin vniuersitas Ecclesiastico subiacet interdicto.[f]

Qui contra Ecclesiasticam libertatem, statuta edicta aut consuetudines introductas seruari faciunt g nisi intra duos menses post sententiæ publicationem ex capitularibus amoueri iusserint, ac statuarij, scriptores, potestates, Cõsules, Rectores, Cõciliarij & qui secundùm eà iudicauerint vel in publicam formam scripserint iudicata. Et nunc excommunicatio hæc per Bullam cœnæ Domini reseruatur summo pontifici vt etiam bene notauit Nauarrus.[h]

Qui compellunt personas Ecclesiasticas vel prælatos ad submittendum Ecclesias vel earum bona laicis.[i]

Qui modis illicitis impediunt litigantes in foro Ecclesiastico in causis quæ de iure vel consuetudine ad dictum forum pertinent.[k]

Qui ledunt, occidunt, vulnerant,[l] capiunt eos per quos

b De sentent. excom. cap. nouerit. Concil. Trid. Seß. 24. cap. 6.

c De hæreticis cap. volentes. in Clement.

d Concil. Lateran. de raptoribus.

e 23. q. 8. si quis & c. pessimam.

f De iniuriis & damno dato cap. vnico. in 6.

g Qui faciunt obseruare statuta contra libertatem Ecclesiasticã. de sent. excom. cap nouerint.

h Nauar. cap. 27. nu 119.

i Gregor. 9 de reb. Eccles. non alienan. cap. hoc consultißimo

k Bonifacius 8. ext. de immun. Eccles. cap. quoniam. lib 6.

l Gregor. 9. de sent. excõmm. c. quicunque. lib. 6.

vel propter quos excommunicati sunt, nisi intra duos mēses satisfaciant, ad Papam remittuntur.

Qui temporale dominium obtinentes, prohibent suis subditis, ne personis Ecclesiasticis quicquam vendant aut emant ab eis, aut molis frumentum ipsis tundant aut panem conficiant, aut alia obsequia exhibeant.[m]

m Bonifac. 8. de immun. eccl. cap. libertates. libr. 6.

Qui sequestrationem beneficij per loci ordinarium factum, vna sententia definitiua contra possessionem promulgata impediunt, vel fructus sequestratus, quoquo modo occupant, à qua etiam excommunicatione absolui non possunt, nisi omni impedimento amoto ac bonis occupatis restitutis.[n]

n De sequestr. cap. vnico in clement.

Qui regalia, custodiam, seu gardiam aduocationis, vel defensionis titulum in Ecclesiis, Monasteriis, aut aliis quibuslibet piis locis vacantibus, de nouo vsurpare conantes bona Ecclesiarum, Monasteriorum, aut locorum ipsarum vacantium, occupant, ac Clerici Ecclesiarum, Monachi Monasteriorum & cæteræ eorundem locorum personæ quæ id fieri procurant.[o]

o De electione & electi potestate. cap. 13. in 6.

Qui pedagia ab Ecclesiasticis exigunt de rebus quas non negotiando causa importan[t] vel exportant.[p]

p Extrà. de censibus. cap. quanquam. libr. 6.

Qui iurisdictionem Ecclesiasticam euacuant & qui ecclesias vel personas Ecclesiasticas oneribus & angariis grauant, nisi moniti intra mensem desistant.[q]

q Extrà. de immunit. eccles. cap. non minùs. & cap. aduersus.

Qui vi vel metu absolutionem excommunicationis, vel reuocationem interdicti extorquent.[r]

r Gregor. 10. text. de in qua vi, vel metu. lib. 6.

Impedientes episcopos quò minùs visitare possint illas mulieres, quæ vulgò dicuntur Canonissæ, seu Canonicæ seculares, & vt seculares Canonici vitam ducunt, non renunciantes proprio, quas per locorum ordinarios si exemptæ non fuerint sua, si verò exemptæ fuerint, Apostolica auctoritate singulis annis visitari præcipitur.[s]

s Cap. 2. de statu monach. in clemen.

Qui propriæ temeritatis audacia defunctorum corpora non sine contemptu clauium Ecclesiæ in cœmeteriis, interdicti tempore in casibus non concessis à iure, vel vsurarios manifestos scienter sepelire præsumunt.[t]

t De hæret. cap in 6.

Quicunque hæreticos, credentes, receptantes, defensores, vel fautores eorum, sceinter præsumpserint Ecclesiasticæ

ſticæ tradere ſepulturæ vſque ad ſatisfactionem idoneam, excommunicationis ſententiæ ſe nouerint ſubiacere. Nec abſolutionis beneficium mereantur, niſi propriis manibus publicè extumulent, & proiiciant huiuſmodi corpora damnatorum, & locus ille perpetuò careat ſepultura.[v]

v De ſepult. 1. in clem. ab hac excommunicatione nullomodo abſoluitur, niſi priùs ad arbitrium Diœceſ. Epiſcopi eis quibus præmiſſa iniuria fuerit irrogata ſatisfactionem exhibuerunt competentem. 11. ſ. 3. cap. canonica.

Qui ſcienter in gradibus prohibitis conſanguinitatis aut affinitatis, vel cum monialibus, aut vtriuſque ſexus, qui in religione vel in ſacris ſunt ordinibus matrimonium cō-trahunt. Hanc eandem excommunicationis ſententiam incurrunt, hi, qui ſcientes ac prudētes ſuprà dicta damnata coniugia celebrant. Alij verò qui adhæc conſilium dederint, fauorem, vel auxilium, licet mortaliter peccent, nō tamen cadunt in excommunicationem.

Religioſi qui decimas Eccleſiis debitas fraude vel alio quouis prætextu vſurpant niſi deſiſtant intra menſem.[x]

x De decimis. cap. religioſi. in clement.

Religioſi mendicantes qui domos vel loca ad habitandum de nouo ſuſcipiunt vel olim ſuſcepta dimittunt, vel in alios vſus transferunt, niſi in eremum facta ſibi poteſtate à ſuperioribus, ſecedant.[y]

y De decimis. cap. religioſi. in Clement.

Qui ſcienter cum nominatim excommunicato communicat in crimine criminoſo, conſilium, fauorem vel auxilium impendendo.[z]

z Innocent. 3. de ſent. excom. cap. nuper.

Qui fraude & fictione iudicem adducunt ad aliquam mulierem eius pudicitiæ inſidiantes.[a]

a De iud. cap. mulieres. lib. 6.

Religioſi in ſcholis vel alibi habitum ſuæ religionis dimittentes vel ſine licentia ſuorum ſuperiorum ſtudia frequentantes & doctores qui eos ſcienter docent vel retinent.[b]

b Ne cleric. vel monach. c. vt periculoſum. lib. 6.

Religioſi qui è monaſteriis ad leges audiendas vel medicinam exeunt, & intra duos mēſes, ad monaſterium non redeunt, ac presbyteri aliiq; clerici in dignitate conſtituti qui intra prædictum ſpacium ab eiuſmodi lectionibus audiendis non deſiſtunt.[c]

c De exceſſib. prælat. cap. 1 in 6. & in clem. c. 3. de pœnit. Ne cler. vel monac. cap 10.

Religioſi in ſuis ſermonibus aliqua proferentes vt auditores detrahant à ſolutione decimarum.[d]

d Extrà. de pœnit. cap. cupientes. lib. 6.

Religioſi tam exempti quam non exempti qui interdictum quod Eccleſiam cathedralem ſeruare, vel parochialem loci intellexerint, non ſeruant.[e]

e De ſentent. excommun. cap. ex frequent. in Clement.

Concionatores qui alterutram de conceptione Beatæ Virginis opinionem, hæresim aut peccatum mortale esse iudicant. [f]

Qui conficta miracula & noua ac falsa vaticinia prædicant, & Episcopis, Prælatis ac aliis superioribus, eorúmque statui scandalosè in prædicatione detrahunt. [g]

Sacerdos officium gerens Vicecomitis, vel præpositi sæcularis, nisi monitus desistat. [h]

Qui vocati ad dirigendas in electionibus suis moniales discordias nutriuerint. [i]

Monachi qui sine licentia prælatorum suorum intra septa monasterij tenent arma. [k]

Qui sanctarum virginum vel aliarum mulierum voluntatem veli accipiendi vel voti emittendi quoquo modo sine iusta causa impedierint. [l]

Dantes Monasterio & recipientes quocunq; prætextu aliquid ex bonis nouitij, vel nouitiæ ante professionem, excepto victu & vestitu illius temporis quo in probatione est. [m]

Qui inconsulto Romano Pontifice bona Ecclesiastica immobilia necnon etiam mobilia Ecclesiarum pretiosa extra casus iure permissos alienant, vel accipiunt alienata aut alienationi subscribunt. [n]

Omnes nouum ordinem instituentes, aut habitum nouæ religionis assumentes absque sedis Apostolicæ, consensu & approbatione. [o]

Omnes Principes & Officiales, qui tertiò admoniti ab Episcopis, vel aliis Ecclesiasticis Prælatis, ius ipsis in causis Ecclesiarum viduarum & pupillorum tribuere neglexerint à qua excommunicatione non nisi condigna adhibita satisfactione absolui possunt. [p]

Imperator, Reges, Duces, Principes, Marchiones, Comites, & quocunque alio nomine Domini temporales, qui locum ad monomachiam interris Christianis cōcesserint atque ij ipsi qui hanc pugnam seu duellum inierint atque ij ipsi qui eorum vt vocant patrini existerint, aut alia quacunque ratione ad id quempiam suaserint, ac spectatores itidem. [q]

f Sixtus. IIII. Pius. V.

g Conci Lateran. Sess. 11.

h Ne cleric. vel monach c. 5.

i De election. cap indemnitatib. lib. 6.

k Extrà. de statu monach. c ne in agro. in clement.

l Concil. Trid. Seß. 25 cap. 18. decet. de reg & mon.

m Conci. Trid. Seß 25 cap 16. de regul. & monach.

n De rebus Eccles. non alienand. cap. ambitiosæ. in extrauag. Pauli. 2.

o De religiosis. d. vbi. l. c. vnico. in 6.

p 23. q. 5. cap 3. Administratores. & gloss. ibidem.

q Conci. Trid. Seß. 25. cap. 19. de reform. generali.

Magiſtratus ſeculares ab epiſcopis cum opus fuerit, inuocati, ſi contra inobedientes ac contradicentes clauſuræ Sanctimonialium reſtituendæ, & obſeruandæ, auxilium non præbuerint.

[r] Concil. Trid. Seſſ. 25. c. 5. de regul. & monialib.

Qui intra ſepta monaſterij monialium cuiuſcunque generis aut conditionis ſexus, vel ætatis fuerint ſine epiſcopi vel ſuperioris licentia in ſcriptis obtenta, ingrediuntur. Dare autem tantùm epiſcopus vel ſuperior licentiam debet in caſibus neceſſariis, neque aliis vllo modo poſsit etiam quæ vigore cuiuſcunque facultatis vel indulti hactenus conceſsi, vel in poſterum concedendi. [s]

[s] *In intrantes clauſtra monialium ſine licentia in ſcriptis.*

Qui librum aut quodcunque ſcriptum impreſſerint ſeu imprimi fecerint niſi prius per epiſcopum, vel alium virum peritum ab epiſcopo ipſo deputatum ſiue per hæreticæ prauitatis inquiſitorum illius ciuitatis, ſeu diœceſis examinatum ac propria manus ſubſcriptione ſit iiſdem approbatum. [t]

[t] *Ex vltimo Conci. Lateran. Seſs. 10. ſchedula 3. & ex. 10. reg. indicis. lib. prohib. à Conci. Trid. edit.*

Qui imprimit vel imprimi facit quoſuis libros de rebus ſacris ſine nomine auctoris, aut illos in futurum vendit, aut etiam apud ſe retinet, niſi primum examinati, probatique fuerint ab ordinario, vel ſi regulares ſint, vltra examinationem & probationem huiuſmodi licentiam quoque à ſuis ſuperioribus habeant. [v] Qui ſcripto eos communicant vel euulgant, niſi antea examinati probatique fuerint. Qui eos habuerint vel legerint niſi prodiderint auctorem.

[v] *Conci. Trid. Seſs. 4. de edit. & vſu ſacrorum lib.*

QVIBVS CASIBVS EXCOMMVNICATIONIS SENTENTIA INVALIDA ET INANIS SIT.

§ V.

MVLTI inſana pertinacis cordis hæbetudine excommunicationis gladium incautè recipientes illo tandem trucidantur parum ſolliciti quomodo vulnus curãdum ſit. * Alij parum beneuoli in Eccleſiam eius authoritatem omnem & Iuriſdictionem vellent penitus ſublatam & extinctam. Sed vtriſque rerum abuſus ſanctiſsimę huius cenſuræ faſtidium peperit. Multis (dicere veritatis

* *Contemptores gladij Eccleſiaſtici.*

imperio

imperio compellor)hunc peruerſiſsimum morem angariauerunt vt pro leuiſsima qualibet cauſa excommunicationis opitulari velint gladio, [a] cum res nullius penè momenti aliunde paciſci poſsit. Quærimoniarum plena ſunt multa fora,vbi indigno ritu ſacra hæc poteſtas exercetur, vbi Mercatores ſuas merces clamorum ſtrepitu precio dediſſe vociferantur etiã nõ empturientibus.[b]Deinde fauore horum locatorum Iuriſdictionis nimirum Eccleſiasticæ euocant creditorem rure in vrbem, ſi ille per ſchedulam quam vulgus Citationem vocat inuitatus adfuerit illicò cõpingetur in carcerem. Quid aget miſer?Sperauerat ſibi credẽdum anno, quod tam liberaliter offerebatur, pauper eſt,ſi diſcedat ab opificio, liberi,& vxor fortiter eſurient. Itaque manet domi. Accedit ſecunda euocatio,ac tum multò magis debet credere ſibi patere carcerẽ, vnde non licebit exire niſi perſolutis omnibus. In ſumma vibratur Anathema.Num de ſalute ſua debet actum putare?Dicam ingenuè prout Decretorum & veterum Patrum ſuadet authoritas.Nihil eſt metuendum niſi quod danda eſt opera,ne oriatur ſcandalum.Quam enim egregiè huius poteſtatis locator nouam inſtituis carnificinam, & Chriſtianæ Reipublicæ decus emungendis pecuniis & pauperibus vexandis inſeruire cogis?Si paternè velis agere, faceſſant vincula, claudatur carcer,ne verſutus creditor nouis ſtrophis cogitabundus inſidietur,& tunc pauper non ſine miſellæ ſuæ domus incommodo aderit. Dum verò euocas in vrbem tantùm vt crudeliter includas, & expiles, quis te Chriſti vices,& eccleſiæ gerere credet. Non ſunt ergo timendæ huiuſmodi ſententiæ priorum tamen omnium eſt diſsimulare contemptum partium ne alij offendãtur, partim ne Eccleſiaſtica poteſtas obſoleſcat. Ne cui igitur hic dubius animus faceſſat negotium, certis regulis video quemuis hominem ſatis inſtrui poſſe, ſi matura indagine intellexerit quibus modis illicitæ excommunicationes irritentur.

a Vitium quod committitur in exercendis censuris Ecclesiasticis

b Hac Galenus de suo Zeländicis conqueritur, vt cæteri eorum imaginis sese conspiciant, apud quos si quis, vel calceum, vel caligam emisset, nec postea ad condictum diem numerasset precium, citaretur. Iterùm ac tertiò si comparuisset, nec esset soluendo abripiebatur in carcerem, cuius rei metus, si hominem continuisset domi, mox vibrabatur excommunicatio, tandémque res eò deducta est, vt non defuerint, qui amicum volentes rure euocare, abuterentur ad eam rem citationis terrore.

c Inualidæ excommunicationis modi.

Primus quando lator ſententiæ, iudex excommunicati non eſt nec ius in eum habet.

Secundus quando ſententia lata eſt à Iudice,licet proprio,publicè

prio, publicè tamen excommunicato [c] 24.q.1.ca.Miramur. aut intruso sine consensu clericorum 12.q.2.c. Alienationes. aut suspenso vel interdicto à Iurisdictione, de concess. præbend.c.Quia Secus, si ab ordine tantum, quia tunc ea posset quæ Iurisdictionis sunt, vt suspensus vel interdictus à Iurisdictione potest quæ sunt ordinis.

Tertius, si qui tulit sententiam, fuit interdicti hominis violator, & ante absolutus non est.

Quartus, si quis excommunicatus sit contra priuilegia sua.

Quintus, quando, sententia fertur à delegato non legitimo & in casu non permisso.[d]

Sextus, si feratur à delegato contra sententiam delegantis.[e]

Septimus, cùm quis post legitimam appellationem excommunicatur, quod tamen fallit secundùm Pan. in c.venerabili.de censur. quando prælatus procedit extraiudicialiter vt pars ad iurium suorum conseruationem.[f]

Octauus, si Prælatus aut alius iudex Ecclesiasticus alicui sub pœna excommunicationis latæ sententiæ præceperit, ne ad superiorem appellet neque ad id aliquid tentet, cum oppressus quilibet appellare possit secundùm Hostiens.[g]

Nonus, quando sententia intolerabilem continet errorem quod multis modis contingere potest, vt si quid illicitum præciperetur aut impossibile, aut contra ius scriptum pronunciaretur, &c. 11.q.3.si is qui præest.[h]

Decimus, quando quis excommunicat maiori excommunicatione cum excommunicatis participantes in iis casibus in quibus participando minor tantum excommunicatio incurritur, nisi tertia vel secunda, aut pro tribus vna præmissa fuerit admonitio.[i]

Vndecimus, cum Prælatus subditos excommunicat si superioribus aut sedis Apostolicæ legatis, vel inquisitoribus statum templorum Monasteriorum, personarum ac rerum suarum exponant.[k]

Duodecimus, quando Prælati in visitatione parrochialium, aliarúmve Ecclesiarum[l] excommunicant eos, qui vl-

c *Quisquis est excommunicatus (vt sunt Simoniaci & qui hanc potestatem pretio redimũt, aut locant) frustrà hic tentabit quicquam efficere, nisi quod totu se adstringet sacrilegio, quoties ipse ligatus alios innectere parabit. Itaque timendus non erit, duntaxat si res in aliorum cognitionem deducta fuerit.*

d *De excessib. prælat. cap.18.*

e *De priuileg. & excess.c.16*

f *De rescriptis. cap.11.in 6.*

g *De præbend. cap.vlt.*

h *De sentent. excommunicat. cap.40.*

i *De sentent. excommunic. in 6.*

k *De officio ordinarij. cap. Quia plerique. in 6.*

l *De censura ex act. & proc. cap. cùm Apostolus.*

tra id, quod taxatum est procurare nolunt.

Tertius decimus, cum sententia vniuersim fertur, contra non facientes aliquid, aut non soluentes, ac quis id præstare non potest.[m]

Quartus decimus, cum sub pœna excommunicationis latæ sententiæ aliquid fieri mãdetur, intra tempus certum ac statutum, deinde ab eodem Iudice, seu ab alio auctoritatem habente, tempus illud prorogetur, non currit excõmunicatio, nisi prorogatione decursa.

Quintus decimus, si excommunicationis sententia cũ conditione lata sit, non ligat antequam extet conditio. Host. Quod si pendente adhuc conditione appelletur tenet Appellatio. Si verò simpliciter feratur sententia, non tollitur per appellationem, transfertur tamen causæ cognitio ad superiorem. De sent. excom. per tuas. At si pendente conditione subditus eius esse desinat, tenet sententia nisi appellarit. Extrà de foro comp. c. pen. secundùm Host. & Innoc.

Sextus decimus, si is qui generalem excommunicationis promulgauit sententiam moriatur, aut ab officio amoueatur (vti diximus) quid contrauenerit, non excommunicatur, nisi illa per definitionem statuta fuerit. ff. de officio. præsid. l. 1. aut à successione confirmata. Extra. de loca, c. 1. secundùm Host.

Decimus septimus, si iudex dicat excommunico te, & absoluo te, si vtrumque velit nihil egit, sin vnum post alterum vtrumque egit.

Postremus cum Iudex qui sententiam fert ligare non intendit, quia excommunicatio ab intentione excommunicantis suas habet vires, secundùm Pan. in cap. ex parte. de off. ord.[n]

m Secundùm Pan. in c. 1. & gl. de officio deleg. Verba generalia, modo ciuiliter intelligi debent, & impossibilium, nulla est obligatio. ff. de re iud. l. impossibilium. &c.

n Præter hæc ex Feliciano Scalense desumpta, tria paradogmata duci possunt, quibus inualida sit excommunicatio. Primum, cùm nulla in mediũ adducitur causa, aut si adducitur, falsa est, aut si vera, non sufficiens, ac legitima. Secundũ, cùm, licet vera, ac iusta causa exprimatur, sententia tamen à iudice non propter iustitiam, sed odiũ aut iram promulgatur. Quare optimè fecerit Iudex, si cùm illi in causa propria Excommunicationis sententia in aliquem ferenda est, id non per se, sed per alium præstandum curarit, aut si ipsemet hoc munus maluerit, non nisi pacato, ac tranquillo animo ad iudicandum accesserit. Tertiũ cù, licet & causa, & animus sententiã faueat,

DE RESERVATIS SVMMO PONTIFICI PER BVLLAM COENAE DOMINI.

§ VI.

SEDI Apostolicæ varios casus reseruauit Ecclesia, qui excommunicationes Papales vulgò dici solent quarum præcipuæ ex Bulla cœnæ Domini colligũtur, aliquot

etiam

etiam ex diuersis aliis canonibus breuiter patent, tum ex sacri œcumenici Concilij Tridentini nec non aliquarum Bullarum Pontificum. Excommunicationes itaque Bullæ cœnæ domini ex Gregorij XIII. confirmatione annotauimus.

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei, Ad futuram rei memoriam.

CONsueuerunt Romani Pontifices prædecessores nostri, ad retinendam puritatem religionis Christianę, & ipsius vnitatem, quæ in coniunctione membrorū ad vnum caput, Christum videlicet, eiúsque vicarium principaliter consistit, & sanctam fidelium societatem ab offensione seruandam, arma iustitiæ per ministerium Apostolatus in præsenti celebritate exercere.

Nos igitur vetustum, & solennem hunc morem sequentes, excommunicamus, & anathematizamus ex parte Dei omnipotentis, Patris, & Filij, & Spiritus sancti, auctoritate quoque beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, ac nostra, quoscunq; Hussitas, Vicleffitas, Lutheranos, Zvvinglianos, Caluinistas, Vgonottos, Anabaptistas, Trinitarios, & omnes, & singulos alios Hereticos, quocunque nomine nuncupentur, & cuiuscunque sectæ existant, & eis credentes, ipsorúmque receptatores, & fautores, & generaliter quoslibet defensores, ac eorundem libros sine auctoritate nostra, & sedis Apostolicæ, scienter quomodolibet legentes aut tenentes, imprimentes, seu quomodolibet defendentes ex quauis causa, publicè, vel occultè, quouis ingenio, vel colore: necnon Schismaticos, & eos, qui se à nostra, & Rom. Pont. pro tempore existentis obedientia, pertinaciter subtrahere, seu quomodolibet recedere præsumunt.[a]

Item excommunicamus, anathematizamus omnes, & singulos cuiuscunque status gradus, seu conditionis fuerint, & interdicimus Vniuersitates, Collegia, & Capitula, quocunque nomine nuncupentur, ab ordinationibus, sententiis, seu mandatis nostris, ac Romani Pontific. pro tempore existentium, ad vniuersale futurum Concilium appellantes, necnon eos, quorum auxilio, consilio, vel fauore appellatum fuerit.

non tamen totam personam idoneus lata esse, neq; conueniente prædecessit admonitio, quæ terantibus, aut (si ita necessitas ad arbitrium Iudicis flagitarit) semel tantum maximè, quæ tamē omnia, per scripta præstanda sunt, atque curanda.

a Ab obedientia summi Pont. pertinaciter se subtrahit, vel recedit, qui ab vnitatem Ecclesiæ Catholicæ, vel ab eius capite Pōtifice Romano seipsum pertinaciter segregat, aut segregatus fauet, vel eos recipit, aut defendit, aut sustentat: quia is verè Schismaticus, ac pro Schismatico puniendus est. Quam excommunicationem pariter incurrunt, qui cōtumaciter asserūt Romanam Ecclesiam, aliarum Ecclesiarum caput non esse, neque illam posse Canones & Decreta condere, nec ipsi tanquam capiti esse obediendum. Hac quoque hæresis nota afficiuntur omnes à fide Apostatæ.

qui statum fidei (vt fecit Iulianus Imperator) temerariè, ac simpliciter, & absolutè relinquunt, ac deserunt, quia eiusmodi homines sunt verò Hæretici, atque in eos valent omnia iura contra hæreticos loquentia.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes Piratas, [b] Latrũculos maritimos, & illos præcipuè, qui mare nostrum à Monte Argentario, vsque ad Terracinam discurrere, & nauigantes in illo deprædari, mutilare, interficere, ac rebus & bonis suis spoliare præsumunt, ac omnes receptatores eorundem, & eis auxilium scienter dantes, vel fauorem. Ac omnes, & singulos, qui Christianorum quorumcunque tempestate in transuersum (vt dici solet) iactatis, aut etiam submersis, & naufragium passis, siue in ipsis nauibus, siue ex eis delapsa, & in mari, vel littore inuenta, cuiuscunque generis bona, tam in nostris Tyrrheni, & Adriatici, quam in quibuscunque aliis cuiuscunque maris regionibus, & littoribus rapuerint, aut scienter ipsi sibi acceperint: ita vt nec etiam ob quodcunque priuilegium, consuetudinem, aut longissimi etiam immemorabilis temporis possessionem, seu alium quemcunque prætextum accusari possint.[c]

b In Piratas, & eorum receptatores, & fautores.

c In rapientes naufragorũ bona, aut scienter ab aliis rapta

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, qui in terris suis noua pedagia, seu gabellas ad id potestatem non habentes imponunt, vel augent, aut imponi, vel augeri prohibita, exigunt.[d]

d In imponentes noua pedagia, & gabellas, vel eas augentes.

Item excommmunicamus, & anathematizamus omnes falsarios Literarum Apostolicarum, & in forma Breuis ac supplicationum gratiam, vel iustitiam concernentium, per Romanum Pontif. vel S.R.E. Vicecancellarium, seu gerentes vices eorum, aut de mandato eiusdem Rom. Pont. seu Vicecancellarij, aut gerentium vices prædictorum signantes supplicationes easdem: Extendentes constitutionem fel. rec. Innocentij Papæ 3. quæ incipit.[e] Ad falsariorum. cũ omnibus pœnis in ea contentis, ad falsificantes, seu mutantes supplicationes per nos, seu de mandato nostro signatas, & datas, sine nostra, aut Datarij nostri licentia.

e In falsific. literas apo. aut suppl. à quocunque auct. habente signatas, ac falso fabricantes literas apost. &c.

Item excommunicamus, [f] & anathematizamus omnes illos, qui Equos, Arma, Ferrũ, Filum ferri, Stamnum, Chalybem, omniáque alia metallorum genera, atque bellica instrumenta, lignamina, canapem, funes tam ex ipso canape, quam ex quacunque alia materia, & ipsam materiam aliáque huiusmodi quibus Christianos impugnant, deferũt Saracenis,

f In deferentes arma, & alia bellico vsui apta ad Turcas & Reip. statum concernentia.

Saracenis,Turcis,& aliis Christi nominis inimicis:g Necnō illos qui per se,vel alium,seu alios de rebus Christianæ reip.statum concernentibus,in Christianorum perniciem & damnum,ipsos turcas,& Christianæ Religionis inimicos certiores faciunt,illisq; auxilium,vel fauorem quomodolibet præstant:Non obstantibus quibuscunque priuilegiis, & cócessionibus quibuscunque Principibus,& Dominis, siue priuatis personis per nos,& sedem prædictam hactenus concessis,quæ illis nolumus in aliquo suffragari.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes impedientes,siue inuadentes eos,qui victualia, seu alia ad vsum Romanæ Curiæ necessaria adducunt, ac etiam eos qui,ne ad Romanam Curiam adducantur, vel adferantur, impediunt, seu perturbant, vel qui talia fieri faciunt, vel defendunt, cuiuscunque fuerint ordinis,præeminentiæ, conditionis, & status, etiam si Pontificali, vel Regali, aut alia quauis Ecclesiastica, vel mundana præfulgeant dignitate.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes mutilantes,vulnerantes,interficientes,capientes,detinentes seu deprædantes Romipetas,seu Peregrinos ad vrbem causa deuotionis,seu peregrinationis accedentes, & in ea morantes,vel recedentes ab ipsa, & illis dantes auxilium, consilium,vel fauorem.

Item excommunicamus,& anathematizamus omnes illos,qui ad sedem Apostolicam venientes,& recedentes ab eadem, necnon omnes illos, qui non habentes in eadem Curia iurisdictionem ordinariam,vel delegatam temeritate propria capiunt, spoliant,detinent morantes in eadem, aut ex proposito deliberato verberare,mutilare, vel interficere præsumunt,vel qui talia fieri mandant.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes interficientes,mutilantes,vulnerantes,verberantes,percutientes, capientes, carcerantes, detinentes, vel hostiliter insequentes S.R.E.Cardinales, ac Patriarchas, Archiepiscopos,Episcopos,Sedisque Apostolicę Legatos,vel Nuncios, aut eosdem eiicientes à suis diœcesibus, territoriis, terris,seu dominiis,eáq; mandantes,vel rata habentes,seu

g Hoc loco aduertendum est, armorum nomine,non modò offensiua intelligi,sed defensiua, etiam ex quacunque illa sint materia. Per ferrum autem, ac lignamina, armorum, triremium, & nauium præcipua intelliguntur materies Per alias res verò prohibitas: non naues tantùm, ac triremes accipiuntur, sed propriè quæcunque etiam secundaria materia armorum, triremium, ac nauium, vt sunt non solùm funes ac vela ipsarum sed etiam id genus quæcunque alia,quib. Christianos oppugnare possunt, aut à Christianis defendi.

h In eos, qui sine iurisdictione, in Curia commorantes vexant.

i In offendentes S.R.E.Cardinales,Episcopos,& Legatos, vel Nuncios Apostolicos.

præstantes eis auxilium,consilium,vel fauorem.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos,qui per se, alium,seu alios, quascunque personas Ecclesiasticas,vel sæculares ad dictam Curiam super eorum causis, & negotiis recurrentes, illásque in eadem Curia prosequentes,aut procurantes, negotiorúmque gestores, Aduocatos, Procuratores ipsorum, seu etiam Auditores, vel Iudices,super dictis causis, vel negotiis deputatos, occasione causarum, vel negociorum huiusmodi verberant, mutilant,vel occidunt, [k] seu bonis spoliant,vel qui per se, vel alium seu alios directè, vel indirecte prædicta exequi vel procurare, aut in eisdem consilium, auxilium, vel fauorem præstare non verentur,cuiuscunque præeminentię & dignitatis fuerint.[l] Ac illos,qui literas Apostolicas,& in forma breuis tam gratiam, quam iustitiam concernentes ac etiam citationes, inhibitiones, sequestra, monitoria, processus executoriales, aliáque decreta quæcunque à nobis,& Sede Apostolica,seu Legatis,Nunciis, Præsidentibus,Cameræ Apostolicæ Auditoribus, & Commissariis aliisque iudicibus, & delegatis Apostolicis emanata, & quæ pro tempore emanauerint,simpliciter,vel sine eorum beneplacito consensu,vel examine,executioni demandari,aut ne Tabelliones, & Notarij super huiusmodi literarum,processuum executione instrumenta ,vel acta conficere, aut confecta parti, cuius interest, tradere debeant impediunt,vel prohibent,aut impediri,vel prohiberi procurant:ac notarios, executores, & subexecutores literarum,citationum monitoriorum, & aliorum prædictorum capiunt,carcerant,& detinent, vel capi,carcerari & detineri faciunt. Quinetiam quibuscunque personis in genere,vel in specie, ne pro quibusuis eorum negotiis prosequendis,seu gratiis, vel literis impetrandis ad Romanam Curiam accedant,aut recursum habeant. seu gratias ipsas vel literas à dicta Sede impetrent, seu impetratis vtantur directè prohibere, statuere, seu mandare, vel eas apud se, aut Notarium, seu Tabellionem, vel alias quomodolibet retinere præsumunt.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & singulos.

k Iuxtà const. B nif. 8. non solùm excommunicantur offendentes Cardinales & Clericos, ac Religiosos, familiares D. Papæ, & eorundem Cardinalium, sed etiam grauiss. aliis pœnis subiiciūtur. Excommunicantur quoque omnes Magistratus, qui prædictæ constitutionis tenorē, postquàm res ad eorum notitiam peruenerit, non fecerint obseruari.

l Extensio prædictæ Constitutionis Bonifac. Pap. 8. ad scientes, & nō reuelantes eos, qui offendunt S. R. E. Cardinales.

& ſingulos Cancellarios, Vicecancellarios, & Cōſiliarios ordinarios, & extraordinarios quoruncunque regum, & Principum ac Præſidentes Cancellariarum, conſiliorum, & parlamentorum: necnon procuratores generales eorundem, vel aliorum Principum ſecularium etiam ſi Imperiali, Regali, Ducali, vel alia quacunque præfulgeant dignitate, quocunque nomine nuncupentur, aliosque iudices tam ordinarios qua delegatos, necnon Archiepiſcopos, Epiſcopos, Abbates, Cōmendatarios, Vicarios, & Officiales, qui per ſe, vel alium, ſeu alios quarumcunque exemptionum, vel aliarum gratiarum, & Literarum Apoſtolicarum prætextu beneficiales: & decimarum, ac alios ſpirituales, & ſpiritualibus annexas cauſas ab auditoribus, & Commiſſariis noſtris, aliiſque iudicibus Eccleſiaſticis auocant, illarúmve curſum, & audientiam, ac perſonas, capitula, conuentus, collegia, cauſas ipſas proſequi volentes auctoritate laicali impediunt, ac ſe de illarum cognitione tanquam iudices interponunt, ac partes actrices quæ illas committi fecerunt, & faciunt, ad reuocandum, & reuocari faciendum citationes, vel inhibitiones, aut alias literas in eis decretas, & ad faciendum, vel conſentiendum eos, cōtra quos tales inhibitiones emanarunt, à cenſuris, & pœnis in illis contentis abſolui ſtatuunt, & compellunt, vel alias executionem literarum Apoſtolicarum, vel executorialium, proceſſuum, ac decretorum prædictorum etiam ſub prætextu violentiæ prohibendæ, vel quod ad nos informandos, vt ipſi dicunt ſupplicauerint, aut ſupplicari fecerint, niſi ipſi ſupplicationes huiuſmodi coram nobis, & ſede Apoſtolica legitimæ proſequantur, quomodolibet impediunt, vel ſuum ad id fauorem conſilium, aut aſſenſum præſtant.

Quíve ex eorum prætenſo officio, vel ad inſtantiam quorumcunque perſonas eccleſiaſticas, Capitula, Conuentus, & Collegia eccleſiarum quarumcunque coram ſe ad eorum tribunal, audientiam, cancellariam, conſilium, vel parlamentum, præter iuris canonici diſpoſitionem trahunt, vel trahi faciunt, vel procurant directè, quouis quæſito colore: Necnon qui ſtatuta, ordinationes conſtitutiones,

m Quinq; caſus hic tractantur, Primus Excommunicantur Reges, Archiepiſcopi, Senatores, vel alij officiales, qui ab auditoribus & aliis cōmiſſariis Papæ cauſas decimarum beneficiales, vel alias ſpirituales euocant, quia ſuperioris eſt euocare, & non inferioris. l. iudicium. ff. de iud. c. vt noſtrũ, de appellat. l. quòd iuſſit, in 2 not. ff. de re iud. Secundus caſus eſt, quòd impedientes citationes, monitiones, vel literas Apoſtolicas exequi, etiam grauiorem quàm iuſtitiam concernentes, ſunt excommunicati: Poteſt enim iudex ſuam iuriſdictionem etiam pœnali iudicio defendere. l. vna ff. ſi quis ius dicen. non obtemp. Tertius caſus, qui impediunt perſonas volentes proſequi cauſas in curia Ro. vt etiam ſuprà dictum fuit. Quartus caſus, qui partes actrices, quæ illas.

nes pragmaticas, seu quæuis alia decreta in genere, vel in specie ex quauis causa, & quouis quæsito colore, etiam sub prætextu Literarum Apostolicarum vsu non receptarum, seu reuocatarū, vel cuiusuis consuetudinis, aut priuilegij, vel alias quomodolibet fecerint, ordinauerint, & publicauerint, vel factis, & ordinatis vsi fuerint, vnde libertas ecclesiastica tollitur, seu in aliquo læditur, deprimitur, aut alias quouis modo restringitur, seu nostris, & dictæ Sedis iuribus quomodolibet directè, vel indirectè, tacitè, vel expressè præiudicatur.

Necnon qui Archiepiscopos, Episcopos, aliósque superiores, vel inferiores Prælatos, & omnes alios quoscunque iudices Ecclesiasticos ordinarios quomodolibet impediunt, quo minus sua iurisdictione ecclesiastica contra quoscunque vtantur, secundùm quod canones, & sacræ constitutiones ecclesiasticæ, & decreta Conciliorum, generalium, & præsertim Tridentini statuunt.

Quíve iurisdictiones,[n] seu fructus, redditus, & prouentus ad nos, & sedem Apostol. & quascunque ecclesiasticas personas ratione ecclesiarum, monasteriorum, & aliorum beneficiorum ecclesiasticorum per eos obtentorum pertinentes vsurpant, vel etiam quauis occasione, vel causa, sine Rom. Pont. expressa licentia sequestrant: aut collectas, decimas, taleas præstantias, & alia onera clericis, prælatis & alijs personis ecclesiasticis, ac eorum, & ecclesiarum monasteriorum, aliorum beneficiorum, ecclesiasticorum bonis, illorumque fructibus, redditibus, & prouentibus huiusmodi absque simili Rom. Pont. speciali, & expressa licē-tia imponunt, & diuersis etiam exquisitis modis exigunt, aut imposita etiam à sponte dantibus, & concedentibus, recipiunt: nec non qui per se, vel alium, seu alios, directè vel indirectè prædicta facere, exequi, vel procurare, aut in eisdem auxilium, consilium, vel fauorem, aut votum, seu suffragium palam, vel occultè præstare non verentur, cuiuscunque sint præeminentiæ, dignitatis, ordinis conditionis, aut status, etiam si Imperiali, aut Regali præfulgeant dignitate, seu principes, Duces, Comites, Barones Republicæ, & alij potentatus quicunque etiam Regnis, Prouinciis, Ciui-

commisit fecerunt causas, à sede apostolica reuocare faciūt citationes, vel inhibitiones, seu alias literas apostolicas, vt solent quidam iudices sæculares facere. Quintum qui compellunt iudicem, seu partem à censuris absoluere, & pœnis in illis contentis liberare: superiores enim volunt dici iudices ecclesiastici, ideò peccant vt hic habetur, & excommunicantur hic ore proprio Papæ.

n Ad hanc Ecclesiasticam immunitatem concernentia admodum faciunt: quæ habentur c. 49. de sent. exc. vbi excommunicantur omnes, qui cōtra Ecclesiæ libertatem statuta, edicta, ac cōsuetudines introductas seruari faciūt, nisi intra duos menses post sententiæ publicationem, ex capitularibus amoueri iusserint: ac statutarū scriptores Potestates, Consules, Rectores, Consiliarij, & qui secundùm ea iudicauerint vel in publicam formam scripserint iudicata.

ciis, Ciuitatibus, & terris quomodo præsidentes, aut quauis etiam Pontificali dignitate insigniti, Innouātes decreta super his per sacros canones tam in Lateran. nouissimè celebrato, quam aliis conciliis generalibus edita, etiam cū censuris, & pœnis in eis contentis.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & quoscunque Magistratus, Senatores, Præsidentes, Auditores, & alios iudices, quocunque nomine vocentur, ac Cancellarios, Vicecancellarios, Notarios, scribas, ac executores, & subexecutores, & alios quomodo se interponentes in causis capitalibus, seu criminalibus contra personas ecclesiasticas, illas banniendo, capiendo, processando, seu sententias contra illas preferendo, vel exequendo etiam prætextu quorumcunque priuilegiorum à sede Apostolica ex quibusuis causis, ac sub quibuscunque tenoribus, & formis, in genere & specie concessorum quibuscunque Regibus, Ducibus, Principibus, Rebuspublicis, Monarchiis, Ciuitatibus, & aliis quibuscunque potentatibus quocunque nomine censeantur, quæ nolumus illis in aliquo suffragari: illa omnia ex nunc in irritum reuocando.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui per se, vel alium, seu alios, directè, vel indirectè, sub quocunque titulo, vel colore de facto occupant, vel detinēt, vel hostiliter destruunt, vel inuadunt, aut occupare, detinere, vel destruere, aut inuadere hostiliter præsumunt in totum, vel in partem Almam Vrbem, Regnum Siciliæ, Insulas Sardiniæ, & Corsicæ, Terras, citra Pharum, Patrimonium B. Petri in Tuscia Ducatum Spoletanum, Comitatum, Venaysimum, Sabinensem, Marchiæ Anconitanæ, Massæ, Trebariæ, Romandiolæ, Campaniæ, & maritimas prouincias, illarúmque terras, & loca, ac terras specialis commissionis Arnulphorum, Ciuitatésque nostras Bononiam, Cesenam, Ariminum, Beneuentum, Perusium, Auinionem, Ciuitatem Castelli, Tuderrum, & alias ciuitates, terras & loca, vel iura ad ipsam Romanam Ecclesiam pertinentia dictæque Rom. Eccles. mediatè, vel immediatè subiecta, quíve supremam iurisdictionem in illis nobis

n Istæ ciuitates hic nominatæ, dicuntur ecclesiæ, tam quo ad temporalem iurisdictionem, quàm spiritualem, ideò excommunicantur illi qui eas occupār. Et an sit necesse ecclesiam habere temporalia. Quod sic concludit Benedict. in repet. c. Raynutius in verb. & vxorē. nu. 268. & seq. de testa. dicens, Spiritus Sancti ordinatione actum esse, quòd ecclesia abundaret, cum pauci tunc perfectionis inuenirentur qui sine adminiculo temporalium onera ecclesiastica suscipere͂t, ex quo peribat magna pars fidelium, non obstantibus ministris, qui sacramenta spiritualia ministrare͂t, facit gl. in c. clericus. 12. q. 1. & etiam temporalem iurisdictionem potest habere, vt ibi plenè licet videre per eum qui alios allegat ideò eos missos facio; sed vide tex. in c. vel de 94. dist. & cap. tel. sen. m. 10. q. 3. hac vsi non debent alienari, etiam cum consensu ecclesiasticorum, nisi pro-

 &

fanu & captiuorum redemptione. l. sancimus. 1. C. de sacrosan. eccl.

& eidem Roman Eccles. competentem de facto vsurpare, perturbare, retinere, & vexare variis modis præsumunt: Necnon adhærentes, fautores, & defensores eorum, seu illis auxilium, consilium, vel fauorem quomodolibet præstantes: Necnon omnes, & singulos supellectilium, librorum, scripturarum, & bonorum Cameræ, & Palatij Apostolici ex eodem Palatio, infirmitatis Rom. Pont. ac sedis Apostolicæ vacationis tempore, ablatores, raptores, & illorum detentores, ac quoscunque alios, ad quorum manus bona prædicta quocunque titulo, & ex quauis causa scienter peruenerint.

Volentes præsentes nostros processus, ac omnia, & quæcunque his literis contenta, quousque alij huiusmodi processus à nobis, aut Rom. Pont. pro tempore existente fiant, aut publicentur, durare, suósque effectus omninò sortiri.

Cæterùm à prædictis sententiis nullus per alium, quam per Romanum Pontifi. nisi in mortis articulo constitutus, nec etiam tunc, nisi de stando Ecclesiæ mandatis, & de satisfaciendo cautione præstita, absolui posit, etiam prætextu quarumuis facultatum, & indultorum, quibuscunque personis ecclesiasticis, secularibus, & quorumuis ordinum etiam Mendicantium, & Militiarum regularibus, etiam Episcopali vel alia maiori dignitate præditis, ipsisq; ordinibus & eorum monasteriis, Conuentibus, & Domibus, ac Capitulis, Collegiis, Confraternitatibus, Congregationibus, Hospitalitatibus, & locis piis, necnon laicis, etiam Imperiali, Regali, & alia mundana excellentia fulgentibus per nos, & dictam Sedem, ac cuiusuis Concilij decreta, verbo literis, aut alia quacunque scriptura in genere & in specie concessorum, & innouatorum, & concedendorum & innouandorum.

o Quod nulla solemnis Pontif. absolutio comprehendit supradictos, nec eos, qui statuta præfata libertatem Ecclesiæ ladentia, condunt.

Quod si forte aliqui p contra tenorem prӕsentium talibus excommunicatione, & anathemate illaqueatis, vel eorum alicui absolutionis beneficium impendere de facto præsumpserint, eós excommunicationis sententia innodamus, & prædicationis, lectionis, administrationis sacramentorum, & audiendi confessiones officiis interdicimus

p In absolmentes transgressos.

grauiùs

grauius contra eos ſpiritualiter & tēporaliter, prout expedire nouerimus, proceſſuri, Et nihilominus, quicquid egerint abſoluendo, vel alias, nullius ſit roboris, vel momenti.

Declarantes,[d] ac proteſtantes quamcunque abſolutionem etiam ſolenniter per eos faciendam, prædictos excommunicatos ſub præſentibus comprehenſos, niſi prius à præmiſsis, cum vero propoſito vlterius ſimilia non committendi, deſtiterit, Ac quo ad eos, qui contra libertatem vt præmittitur, ſtatuta fecerint, niſi prius ſtatuta, ordinationes conſtitutiones, pragmaticas, & decreta huiuſmodi publicè reuocauerint, & ex Archiuis, ſeu Capitularibus locis, aut libris, in quibus annotata reperiuntur, deleri, & caſſari, ac nos de reuocatione huiuſmodi certiores fecerint, eos non comprehendere, nec eis aliter ſuffragari. Quinetiam per huiuſmodi abſolutionem, aut quoſcunq; alios actus contrarios, tacitos, vel expreſſos, ac etiam per patientiam, & tolerantiam noſtram, vel ſucceſſorem noſtrorum quantocunque tempore continuata, in præmiſsis omnibus & ſingulis, ac quibuſcunque iuribus Sedis Apoſtolicæ, ac S.R.E. vndecunque, & quomodocunque quæſitis, vel quærendis nullatenus præiudicari poſſe, ſeu debere.

Non obſtantibus priuilegiis, indulgentiis, & literis Apoſt. generalibus, vel ſpecialibus, ſupradictis vel eorum alicui ſeu aliquibus, & aliis cuiuſcunque ordinis ſtatus, vel conditionis, dignitatis, præeminentiæ fuerit, etiam ſi, vt præmittitur, Pontificali, Imperiali, Regali, ſeu quauis eccleſiaſtica, & mundana præfulgeant dignitate, vel eorum Regnis, Prouinciis, Ciuitatibus, ſeu locis, à prædicta ſede ſub quauis forma, vel tenore, & ex quauis cauſa etiam per viam contractus, aut remunerationis, ac cum quibuſcunque clauſulis etiam, continentibus quod excommunicari anathematizari, vel interdici non poſsint per literas Apoſtolic. non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi, ac de ordinibus, locis, nominibus propriis, cognominibus, & dignitatibus eorum mentionem: Necnon conſuetudinibus etiam immemorabilibus, ac præſcriptionibus quantumcunque longiſsimis

[d] *His verſiculis, declarantes vult abſolutionem prædictis perſonis faciendam etiam per Papam non valere, niſi illi qui ſtatuta contra libertates eccleſiæ fecerint illa reuocauerint. Secundò requiritur, quod publicè reuocauerint. Tertiò quòd illa ſtatuta ſeu ordinationes deleat & caſſet. Quartò quòd de illa caſſatione & reuocatione certiorem faciant Papam, alioqui paria ſunt eam eſſe, & non apparere. l. duo ſunt. ff. de teſtam. tutel. Quintò quòd ab illis cū vero propoſito ſimilia non committendi non deſtiterint, aliàs poteſt abſolui, & de iſtis debet inquirere Presbyter: & ſi iſta non concurrant, non abſoluat.*

& aliis quibuslibet obseruantiis scriptis, vel non scriptis, per quæ contra hos nostros processus, ac sententias, quo minus includantur in eis, se iuuare valeant, vel tueri: quæ omnia quo ad hoc, eorum omnium, & singulorum tenores, ac si ad verbum nihil penitus omisso, insererentur, pręsentibus pro expressis habentes, penitus tollimus, & omninò reuocamus, cæterisque contrariis quibuscunque. q

q Duodecim ussnæ minantur per Pontificem Sacerdotes auda daciùs absoluẽtes reos horum casuũ, apud Rebuffum, cui maiorem partem harum additionum acceptam referimus.

Præcipimus autem in virtute sanctæ obedientiæ vniuersis, & singulis Patriarchis, Archiescopis, Episcopis, aliisque locorum Ordinariis, & ecclesiarum Prælatis, necnō Rectoribus, ac cæteris, curam animarum exercentibus, ac præsbyteris secularibus, & quorumuis ordinum regularibus, ad audiendum confessiones quauis auctoritate deputatis, vt transumptum harum literarum penes se habere, ac legere, & diligenter examinare procurent, ne de huiusmodi reseruatione ignorantiam prætendere valeant.

r Mandat Archiepiscopis Episcopis, & aliis locorum ordinariis, vt has literas semel saltem in anno publicent in Ecclesiis suis, dum multitudo populi ad diuina conuenerit audienda, & declarent.

Vt verò præsentes [s] nostri processus ad communẽ omnium notitiam faciliùs deducantur, chartas, seu membranas processus ipsos continentes valuis Ecclesiæ S. Ioannis Lateranen. & Basilicæ, Principis Apostolorum de Vrbe appendi faciemus, qui processus ipsos quasi sonoro præconio, & patulo iudicio publicabunt, vt ij, quos processus huiusmodi contingunt, quod ad ipsos non peruenerint, aut quod ipsos ignorauerint, nullam possint excusationem prætendere, seu ignorantiam allegare, cum non sit verisimile, ꝙ ipsum remaneat incognitum, quod tam patenter omnibus publicatur,

s Quod literæ publicentur in valuis Eccl. S. Ioan. Lateran. ac Basilic. Prin. Apost. de Vrbe, &c.

Insuper, vt processus ipsi, ac præsentes literæ, [t] ac omnia & singula in eis contenta eo fiant notoria, quo in plerisq; ciuitatibus, & locis fuerint publicata, prædictis Patriarchis Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & locorum Ordinariis, Prælatis, & Rectoribus vbilibet constitutis per hæc scripta committimus, & in virtute sanctæ obedientiæ districtè præcipiendo mandamus vt per se, vel alium, seu alios pręsentes literas, postquam eas receperint, seu earum habuerint notitiam, semel in anno, aut, si expedire viderint, etiam pluries in ecclesiis suis, dum in eis maior populi multitudo ad diuina conuenerit, solenniter publicent,

t Quod literæ publicentur per locorum ordinarios, saltem semel in anno.

&

& ad Christi fidelium mentes reducant, nuncient & declarent.

Volentes earundem pręsentium transumptis, etiam impressis, Not. publici manu subscriptis, & sigillo Iudicis ordinarij Rom. Curiæ, vel alterius personæ in dignitate ecclesiastica constitutę munitis, eandem prorsus fidem in iudicio, & extrà illud vbique locorum adhibendam fore, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ.

Nulli ergo omninò hominum liceat, hãc paginam nostræ excommunicationis, anathematizationis, interdicti, declarationis, protestationis, sublationis, reuocationis, pręcepti, commissionis, innodationis, mandati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, M. D. LXXV. sexto Cal. April. Pont. nostri anno tertio.

VTRVM EPISCOPVS POSSIT ABSOLVERE A CASIBVS IN BVLLA COENAE CONTENTIS SI FVERINT OCCVLTI.

§ VII.

PROPOSITÆ quæstionis difficultas multos iàmpridem variis iudiciis irretitos vidit.[a] Qui enim putãt Concilium esse supra Papam Episcopum absoluere posse ab omnibus casibus occultis, etiam sedi apostolicæ reseruatis in foro tamen conscientiæ & in necessitate tantum, liberè fatentur. Cæteri qui Bullæ Cœnæ domini authoritatem excommunicationis & extentionis non tantum, sed etiam reuocationis & innouationis venerantur Episcopos excisos ab hoc absolutionis priuilegio asserunt. In dicta bulla siquidem, fit mentio de reuocatione cuiusuis Concilij generalis quo ad illos processus ibi contentos, igitur vigore Concilij Tridentini Episcopi non possunt ab huiusmodi absoluere quæ in dicta bulla continentur

[a] *Etsi summis Pontificibus reseruetur casuũ Bullæ cœnæ Domini absolutio, fit nihilominus in gratiã eorũ qui necessitatis excusatione se coram Pontifice mox sistere non possunt, Episcopis, interdum atque aliis sedis Apostolicæ beneficiis concedi- tur. De sentent. excommun. cap. mulieris. & ca. ea dignoscitur. & cap. quid de his. & c. quamuis incident.*

tur prout etiam annotauit Franciscus à Toledo Theologus, cum Ioanne Baptista Antonio Eugubino. Ne autem quisquam priuilegia,[b] indulgentias literas apostolicas generales vel speciales consuetudines etiam immemorabiles ac præscriptiones quantumcunque longissimas & alias quaslibet obseruantias prætendere queat, illis omnibus in eodem processu derogatur his verbis. Non obstantibus priuilegiis, indulgentiis, & literis apostolicis generalibus, vel specialibus, supradictis vel eorum alicui, seu aliquibus & aliis cuiuscunque ordinis, status, vel cōditionis, dignitatis, & præeminentiæ fuerint, etiamsi vt præmittitur, Pontificali, Imperiali, Regali, seu quauis Ecclesiastica & mundana præfulgeant dignitate, vel eorum regnis, Prouinciis Ciuitatibus seu locis à prædicta sede ex quauis causa etiam per viam contractus aut remunerationis, & sub quauis alia forma & tenore ac cum quibusuis clausulis etiam derogatoriarum derogatoriis concessis, etiam continentibus quòd excommunicari, anathematizari, vel interdici non possint per literas apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi, ac de ordinibus locis, nominibus propriis, cognominibus, & dignitatibus eorum mentionem, per quæ contra hos nostros processus ac sententias quò minùs includantur in eis se iuuare valeant vel tueri quę omnia quo ad hoc eorum omnium tenores, ac si ad verbum nihil penitus omisso insererentur præsentibus pro expressis habentes, penitus tollimus & omninò reuocamus cæterisq́; contrariis, quibuscunque. Nihil clarius aut probabilius adferri potest in tuitionem casuum reseruatorum summo Pontifici. Et quamuis regulares per sua priuilegia, puta Sixti quarti & Iulij secundi obtinuerint se posse absolui à suis superioribus ab omnibus casibus etiam contentis in bulla cœnæ domini, & hoc perpetuò exceptis quatuor vel quinque casibus, & item quod per dictam bullam nunquā intelligatur reuocatum tale priuilegium, tamen nunc re vera non possunt ex vi huiusmodi priuilegiorum absolui à casibus in dicta bulla contentis nam si per dictam bullam prout Pius V. & Gregorius XIII. declarauit & Franciscus à Toledo

[b] Hic tolluntur priuilegia, per quæ impediretur hæc excommunicatio Nam Ro. Pont. non potest aliquem ita priuilegio dicare, vt non sit sibi subiectus vel, ne possit eū excommunicare. Ioan. And. in cap. cum instantia, in fi. de censib. quòd est intelligendum quo ad spiritualia, vnde non posset facere Papa, quòd prælatus vel alius clericus non sit sibi subiectus, nec Ecclesiam vnam eximere à subiectione sedis Apostolicæ, quia esset acephalus: quod nō permittitur. ca. nulla. 93. distin. sed posset indulgere subiecto in temporalibus, vt non possit cōuenire coram se ratione temporalitatis, sed coram alio iudice seculari. Fel. in cap. cum non liceat in fin. de præscrip.

à Toledo suprà nominatus scribendo sensit priuilegium concessum Episcopis Sess. 24. c. liceat &c. quantum ad id quod concernit bullam in cœna Domini, per eandem bullam reuocatum est, multo magis præfatum priuilegium regularium erit reuocatum, cum ibi Papa magis alia priuilegia reuocare intendat, quàm in Concilio Tridentino expresse contenta. [c] Nec aliquis inficiari potest quod si per dictam bullam reuocatũ est priuilegium Episcoporum fortiori ratione reuocatum est etiam priuilegium regulariũ nam si de quo minus videtur inesse & inest ergo de quo magis. Omnibus ita pro cauto edicto habeatur neminem à sententiis Bullæ Cœnæ domini iure absolui per alium quam per Romanum Pontificem nisi in mortis articulo, nec etiam tunc nisi de stando S.R.E. mandato, vel satisfaciendo sufficienti cautione præstita. Qui enim contra tenorem Bullæ etiam si Episcopali aut alia dignitate præfulgeat, non obstantibus priuilegiis quibuscunque etiam Conciliorum absolutionis beneficium alicui impendunt excommunicantur, & anathematizantur, eiq; prædicationis lectionis & administrationis Sacramentorum & audiendi confessiones officia interdicuntur. Et quicquid egerint absoluendo, vel alias nullius est roboris vel momenti.

[c] *Synod. Trid. Sess. 24. c. 6. de reformatione. Absolutè determinat in omnibus casibus occultis sedi Apostolicæ reseruatis quemlibet Episcopũ delinquentes, quoscunque sibi subditos in diœcesi sua per se ipsum aut vicarium ad id specialiter deputandum in foro conscientiæ gratis absoluere posse, imposita salutari pœnitentia.*

INTERDICTVM.

§ VIII.

PLACVIT Canonistis in c. quærente de verborum significatione dicere interdictum Canonicum & Ecclesiasticũ esse censuram [a] à iure, vel à iudice Ecclesiastico propter aliquod delictum aut aliam rationabilem legitimamq; causam, debitis modis latam qua terræ alicui, aut Ecclesiæ vel personis, aliquando Missæ sacrificium, cæterorũmque diuinorum officiorum publica celebratio siue cum aliis in diuinis communicatio, participatióque atque (præter baptismum paruulorum baptizatorum confirmationem ac pœnitentias cùm morientium, tum sanorum à quibus omnis culpa interdicti abest, quæ interdici secundùm

[a] *Romanorum Pontificum decretis. Vt habetur in 6. sa alma mater. statutum est vt in locis Ecclesiastico supposito interdicto nullis certis casibus, & sacramentis exceptis diuina diurna celebrentur officia, vel ministrentur Ecclesiastica sacramenta. Per generale quoq; interdictum denegatur omnibus, tam vnctio, quàm Ecclesiastica sepultura.*

ſecundùm iura non poſſunt) adminiſtratio omnium Sacramentorum, templi ingreſſus, Eccleſiaſtica ſepultura, & aliarum rerum ſpiritualium exercitatio executióque interdicuntur, in qua ſignificatione interdicti nomen ſtrictè accipitur, interdum non hæc omnia ſed eorum aliqua tantùm veluti vnius vel plurium Sacramentorum adminiſtratio ſeu aliquarum rerum ſpiritualium executio aut ingreſſus Eccleſiæ, vel miſſa cum cantu ſimpliciterve celebratæ ſiue ſepultura Eccleſiaſtica atque id genus alia ad placitum ipſius latoris nunc plura nunc pauciora prohibentur. Interdictum autem quomodocunque acceptum, vt iuxtà tenorem ſonat ita obſeruandum omninò eſt.

Inducitur hoc interdictum aliquando iuris diſpoſitione veluti ait Lancelotus cùm in Eccleſia ſanguinis vel humani ſeminis effuſione polluta aut ſimoniacè conſecrata celebrari iure vetatur.[b]

Sed & iudex aliquando ex grauiſsimis cauſis arcet terram, aut hominem, à diuinis. Quod cum diuerſimodè fiat, diuiditur interdictum in generale & particulare, rurſum in perſonale, locale & mixtum. Quæ diſtinctiones magnũ vſum habẽt, Nam in generali interdicto multum mitigata eſt antiqui iuris diſtrictio in cap. Alma mater. in 6. de ſent. excommun.

[b] Interdictum aliud à iure, aliud ab homine fertur. Et hoc quandoque contra perſonas, & quandoq; contra loca, obidque aliud vocatur Iuris interdictum generale, perſonale, aliud generale, locale, aliud particulare, locale, & aliud particulare, perſonale.

In ſpeciali verò interdicto locum habet quod alibi ait Pontifex: Permittimus Eccleſiarũ miniſtris ſemel in Hebdomada tempore interdicti excommunicatis & interdictis non pulſatis campanis, voce ſubmiſſa, ianuis clauſis, Miſſarum ſolennia celebrare cauſa cõficiendi corpus Domini, quod decedentibus in pœnitentia non denegatur.

Luſitaniæ verò quidam populi reuocarunt in dubium quando generale vel particulare dici debeat interdictum terræ. Quibus Innocentius 3. reſpondet, Nomine terræ non ſolùm regnum vel prouinciam, intelligi volumus, verumetiam villam & caſtrum & vt in his locum habeat quod de generali dicitur interdicto.[c]

Ratione quoque ſimili, ſi ſit Eccleſia interdicto ſuppoſita vel ſubiecta, nec in capella eius celebrari, nec in cœmeterio ipſius eidem Eccleſiæ contiguis, poterit ſepeliri. Secus ſi

[c] His adde quod à Bonifacio VIII. ſtriptum eſt, ſi Ciuitas caſtrum, aut villa ſubiiciantur Eccleſiaſtico interdicto, illorum ſuburbia, & continentia, eo ipſo volumus interdicta ne valeat vilipendi ſententia interdicti.

Secus si ei contigua non existant. Non si quoque in casu conuerso sentimus ne minus dignum maius, aut accessorium principale ad se trahere videatur. Nec vnum, sed plura cœmeteria esse noscuntur, quæ quamuis sibi cohærentia pariete tamen medio seiunguntur. At non sicut in locis ita & in personis lata sit interpretatio. Si enim sententia Interdicti proferatur in clerum, non intelligitur interdictus populus: nec è conuerso. [d]

Cæterùm cùm propter delictum domini; vel rectoris est ciuitas interdicta: ciues eiusdem qui culpabiles non existunt; dummodo & ipsi propter dominum vel rectorem puniendum in eis non fuerint interdicti; possunt extra ipsam licitè interesse diuinis.

Cùm verò alicuius terræ populus interdicto nodatur singulares ex eo personæ (ne sententia effectu careat) non debent alicubi casibus expresis, à iure duntaxat exceptis audire diuina vel Ecclesiastica recipere Sacramenta.

Si quis interdicendi authoritatem non habens interdicat, vel aliquid eorum quę diximus in excommunicatione inualida & inania non obseruet, Interdictum irritum ac nullum [e] & ex consequenti haud erit custodiendum, obseruatis tamen iis quę ibi diximus esse obseruanda.

Ad hoc vt interdictum sit iustum quatuor requiruntur iuxtà Armillam verbo excommunicatio. num. 15. & communem Doctorum opinionem. Primum est competens præmonitio. Secundum causa rationabilis. Tertium vt causa sit publicè nota. Quartum, vt sententia fiat in scriptis cum expresione causæ. Iniustum proinde interdictum erit, si ex prædictis conditionibus, vna aut plures desiderentur. Sed & aliæ quoque sunt circunstantiæ, quibus interdictum iustum redditur, vt si non à suo iudice ferretur, aut si sententia intolerabilem contineret errorem, &c. At his aliisq; similibus interdictum ita iniustum redditur, vt nullam vim habet ac proinde nec seruandum nec timendum sit. Prioribus verò illis si vna aut plures desint, iniustũ quidem fit, sed non inualidum, atque de hoc genere iniusti interdicti, multi doctè & luculenter disseruerunt adeò vt nostri sermonis instituto ampliora non conueniant.

d *Quando interdictum est personale, siue sit generale, siue particulare, hoc est quando in aliquo loco, populus, vel clerus, aut vterque siue collegium aliquod tantum vel vna persona nominata, aut plures interdicuntur, nõ propterea locus ipse quem inhabitant, interdictus est, Quia non locus hic, sed personæ interdicuntur, ita vt interdictis exclusis, ab aliis clericis, seu religiosis non interdictis sacra eo in loco celebrari debeant.*

e *Si quis interdicendi authoritatem non habens, interdicat, interdictum irritum, ac nullum, est.*

SVSPENSIO.

§ IX.

ETSI liquidò conſtet quemlibet pro peccato mortali quoad ſeipſum eſſe ſuſpenſum, Suſpenſio tamen quando de Cenſuris agitur, eſt quando clerico, à iure vel iudice prohibetur aliquod exercitium ordinis vel beneficij. Eſt enim ſuſpenſio [a] cenſura & pœna proprij delicti, quam qui incurrit ſi ea durante ſe diuinis ingeſſerit irregularitatis laqueo ſe inuoluet, à quo interdum non niſi per Summum Pontificem liberari poterit. Ea propter Innocentius cauit ne Epiſcopus vllam ſuſpenſionis incurrat ſententiam niſi de eo expreſſa mentio habeatur. Qui autem ab ordine aliquo ſuſpenſus connexum actum exercere præſumeret, is ex omnium conſenſu irregularitatem incurreret. Hinc naſcitur diſputatio an prædicandi munus Sacerdotio vel Diaconatui ſit connexum. Et declaratio quod officium, & beneficium, ordo & Iuriſdictio, non ſint connexa. Huc pertinet illud Sexti, Is cui eſt Eccleſiæ interdictus ingreſſus (cum ſibi per conſequens cenſeatur in ipſa diuinorum celebratio interdicta) irregularis efficitur ſi contra interdictum huiuſmodi diuinis ſe ingerat. Cum autem Gregorius 9. ſcripſerit quoſdam quo ad alios ſuſpéſos eſſe meminerimus ſuſpenſos ſicut excommunicatos quando nominatim denunciati ſunt iuxtà Martini V. extrauagantem vitandos eſſe.

[a] *Vocatur Suſpenſio ea inhabilitas: quæ non tam executionem habitorum ordinum, vel officiorũ, quàm receptionem obtinẽdorum concernit: ſed ad Eccleſiaſticas perſonas, ſolum modò pertinet, quoniam nemo propriè ſuſpendi poteſt ab ordine, vel iuriſdictione aut officij niſi re ipſa priùs ea obtinuerit.*

Porrò inter varias iuris ſuſpenſiones vna celebris eſt contra concubinarios [b] notorios in maioribus ordinibus conſtitutos. Propriè autem ait S. Thomas dicuntur publici fornicarij, quando iudicio & ſententia Eccleſiæ ſunt conuicti.

[b] d. 32. cap. nullus. & præter hoc. & 15. q 8. ca. Sciſcitantibus.

Vnde ſubinfert quicunque à tali fornicario audit miſſam peccat mortaliter. Præterea Pius [c] II. ſuſpendit eos qui ſine legitima ætate vel extra tempus ordinem ſacrum accipere præſumpſerint. Rurſus. Si quis ordinauerit ſeu ad ordinem præſentauerit aliquem promiſsionem vel iuramentum ab illo recipiens quod ſuper prouiſionem ſua nõ inquietet eundem, ordinator à collatione præſentator verò ab

[c] *Habes huius Pontificis diploma in noſtra Collectione conſtitutionũ Apoſtolicarum.*

rò ab executione ordinum per triennium & ordinatus ab ordine sic suscepto donec dispensationem super hoc per sedem Apostolicam obtinere meruerunt nouerint se suspensos.

Qui suscepit beneficiũ cum cura aut dignitatem Symoniaco tramite, etiã occulto, sub eodem iure est, secundũ Goff. sub quo receptus ordinem simoniacè, quia talis quoque est ipso iure Suspensus[d] etiam quoad alios, nec solùm ab actibus omnium ordinum, sed & ab administratione temporali, secundùm Innocent. in quo beneficio, vel dignitate solus Papa dispensat, præcipuè quando scientibus beneficiatis est commissa Simonia.

Episcopus ordinans aliquem inuitum aut reclamantem suspenditur per annum à celebratione Missæ.[e]

Episcopi & ipsis superiores suspenduntur per annum à collatione ordinum, quos contulerunt religioso cuiuscunque ordinis solenniter aut firmiter non professo, nisi seruato decreto Concil. Trident.[f]

Si quis ordinet coniugatum ad primam tonsuram, per annum est ipso iure suspensus à Collatione ipsius tonsuræ.[g]

Ordinans quempiam ante ætatem secundùm sacros canones legitimam præter peccatum mortale quod committit, violando generalem Ecclesiæ constitutionem à collatione quoque ordinum dignus est qui suspendatur.[h]

Episcopi & eorum superiores suspendantur ab ingressu Ecclesiæ, inferiores verò ab officio & beneficio qui in subiectis sibi dignitatibus, Personatibus, Prioratibus, vel Ecclesiis bona in ipsis inuenta post mortem Rectoris carum vel tempore vacationis obuenientia quoquo modo occupant, & tandiu, donec restituerint occupata, nisi ex speciali priuilegio aut consuetudine iam præscripta legitimè, seu alia causa rationabili hoc eisdem competere dignoscatur.[i]

Prælati submittentes laicis bona Ecclesiarum[k] seu iura sine consensu seu capituli ac sedis Apostolicæ licentia, sunt suspensi per triennium ab officio, hoc est ab officij executione, & ab administratione rerum scilicet tempo-

d 1. q. 1. c. 1. & sequentibus, de Simonia cap. 18. & cap. 22. Pan. in cap. per tuas. de Simon.

e dist. 74. cap. Episcopus. qui &c. gesta.

f Conci. Trid. Sess. 21. cap. 2. quod incipit cũ non deceat eos, iuxtà Bullam Pij V. quæ incipit Rom. Pont. editam anno D. 1568. Prid. Idus Octobr. quam nos Scholiis illustrauimus.

g Cap. nullus. de temp. ord. lib. 6.

h Cap. ex penitentibus. dist. 50. & cap. 2. de bigam. non ord. cap. nullus. distin. 55.

i S. Tho. 4. d. 24. Conci Tri. Sess. 24. ca. 1. de reform. & D. Anto. Archiep. Florent. 3. p. tit. 14. c. 16. §. 15. c. tẽp. ord. in 6. de Simon Maiolus Episcopus Vulterariensis in opusculo de irregularit. lib. 4. cap. 3. § 7.

k De reb. Eccl. non alien. cap. hoc consultissimo. lib. 6.

ralium ſecundùm Io. And. Item Clerici qui hoc ſcientes non denunciant ſuperiori, ſuſpenſi ſunt per trienniũ à receptione beneficiorum illius Eccleſiæ. Ea verò requiruntur, vt hæc Suſpenſio incurratur, quæ adeſſe debent, vt laici ſint excommunicati qui vi aut metu id exigunt ab Eccleſiaſticis.

Fratres Minores perturbantes fratres Prædicatores & contrà, in officio Inquiſitionis contra hæreticos &c. ipſo facto ſunt ab executione ſacrorum ordinum ſuſpenſi nec poteſt talis Suſpenſio remitti niſi per ſedem apoſtolicam vel inquiſitorem cuius officium perturbauerunt. [l]

Excommunicatus maiori excommunicatione, Suſpenſus eſt ab omni actu legitimo. [m]

Non ſeruantes interdictum ſunt ſuſpenſi ab officio & beneficio, & omni Iuriſdictione. [n]

l Clemens 4. in priuilegio paupertatis altiſſima.
m De ſentent. excom. c. ſolet. lib 6.
n De exceſſib. prælat. cap. 18. Tanta.

IRREGVLARITAS.

§ X.

EX ipſius vocis Etymologia [a] dicimus Irregularitatem priuationem regulæ, & inhabilitatem quandam ad ordines, ita quidem vt Irregularem illum putemus qui nec miniſtrare in ſuſceptis nec ad maiora aſcendere poteſt. Eſt ergo Irregularitas nota ſeu impedimentum Canonicum ex facto, ſeu defectu proueniens quo quis ad Eccleſiaſticos ordines promoueri, & in eis iam promotus miniſtrare prohibetur proueniens in Clerico ex violatione Cenſuræ Eccleſiaſticæ vel ex alia notabili inobedientia. Nunquam autem incurritur niſi ſecundùm caſus & modos in iure expreſſos, Eſtque conſiderandum quod in dubio iuris contra irregularitatem ſit iudicandum, ſed in dubio facti in Conſcientia tutior pars eſt ſequenda.

Contrahitur ſæpè Irregularitas ex Indecentia ſine delicto (ſicuti ex defectu natalium.)

Hic autem in re dubia aut occulta, facilior eſt, quàm alias diſpenſatio.

Similiter eſt irregularitas ex defectu ætatis, quam Concilium Tridentinum. Seſſ. 23. determinauit.

a De Irregularitate, Studioſus lector conſulat quæ leguntur apud D. Ant. 1. p. tit. 28. c. 1. & Io. And. & Archid. in c. 1. de re iud. lib. 6. & Villa. de irregul. col. 1. & Syluest. Tabien. & Armil. in verbo irregularitas Aluar. Pelag. de planctu Eccleſ. lib. 1. art. 46. Marianus Socinus in cap. ſententiam. col. 2 Ne cler. vel monac. Nauarrus in Enchiridio cap 27. de irregu. 191.

Tertiò

Tertiò ex defectu corporis, vnde titulus est in primo Decretalium, de corpore vitiatis ordinandis vel non ordinandis.[b]

Sunt & alij defectus patientes irregularitatem. Defectus scieniæ, Baptismi, & mentis. Irregularitas quoque contrahitur non modo per homicidium & mutilationem, sed etiam cum quis operatur aliquid quod sit propriè mortis vel Læsionis causa. Nunquam tamen Irregularitas incurritur si effectus non sequatur. Neque putandum est irregulares fieri quotquot assistunt, quamuis in generali Concilio statutum sit. Sententiam sanguinis nullus clericus dictet, aut proferat, aut vbi exerceatur intersit. Cæterum canones aliquot insinuant Chirurgũ promoueri posse, licet quidam sub eo mortis periculum incurrerint, modò conscientia eum non remordeat. Est quoque post tempora Sancti Thomæ in Concilio Viennensi statutum, non tamen cum prioris vllius iuris derogatione, si furiosus aut infans, seu dormiens hominem mutilet, nullam ex hoc incurrit Irregularitatem.[c]

Præterea Prelatis vel clericis quibuscunque qui de laicis suis malefactoribus querelam penes secularem iudicem deponentes petunt emendam sibi fieri & prouideri protestando expressè ad vindictam seu pœnam sanguinis non intendunt imputari non debet, quamuis alias in tali casu de iure debeat pœna sanguinis irrogari, si iudex mortem illis inferat iustitia exigente. Tamen inquisitor tradens hæreticum iudici sæculari licet instet vt comburatur non fit irregularis. Neque etiam alij Clerici dũ cum protestatione similiter proditionem aut proditorem reuelant etsi fortaßis in corde appetant supplicium. Porrò non quæuis mutilatio irregularem facit sed mutilatio mẽbri, attamen qui partem cuiuslibet digiti sibiipsi volens abscidit, hunc ad clerum canonés non admittunt. Corpore deformes, seu vt vocantur in iure vitiati, à sacris officiis prohibentur.[d]

Similiter omne vitium notabile in quocunque membro, veluti si quis careat aliquo membro aut parte, vel membrum habeat debile, vt oculum cœcum, vel manum

b *Iudicium autem huius defectus est penes Episcopum, sed dispensatio ordinariè penes Pontificem, quãquam consuetudo quibusdam Episcopis dispensationem nonnullam permittat, maximè in læsione, & deformitate post ordinationẽ superueniente.*

c *Eidem de illo censemus, qui mortem aliter vitare non valens, suum occidit, vel mutilat inuasorem. Neque Clericus vim vi repellẽs cum moderamine inculpatæ tutela si occidat, fit irregularis.*

d *Et hoc duabus de causis. Primùm propter inhabilitatem ad exequendum officium, deinde ad tollendum scandalum propter deformitatem. Vnde generaliter tenendum est, quod vitio corporis quomodocunque proueneril, si hominem reddat inhabilem ad frãgendam, vel contrectandam hostiam, aut calicem, impendit promouendum, ac promotum ab administratione prohibet.*

aridam,aut aliud membrum inefficax,ſcandalum, ſiue periculum adferens.

Non habens maculam in oculo, ſed vnum altero craſſiorem,vel vtrumque prominentem ſecundùm Aſten.promoueri non inhibetur.

Gibboſus etiam minimè excluditur niſi adſit nimia deformitas,aut debilitas ſecundùm Archiep.Claudum quoque conſuetudo non repellit niſi talis ſit vt ſine baculo,altari inſiſtere nequeat. Intelligere tamen de claudo à natura,aut nulla ſua culpa alioquin alia habenda ratio eſſet. Nam ſi quis Clericus in infirmitate poſitus, Medici inciſione claudus efficitur,promoueri ad ſacros ordines non prohibetur diſt. 55.cap.Si quis in.

Huc etiam referendi ſunt vel iure vel facto infames, quo pertinet regula Iuris Infamibus non pateant portæ dignitatum.Et illud Carthaginenſ.Concil. Ex pœnitentibus,quamuis ſit bonus,tamen Clericus non ordinetur. Et canon.Si quis viduam,vel eiectam acceperint, aut meretricem, aut ancillam,aut aliquem de his quæ publicis mancipantur ſpectaculis, non poteſt eſſe ex numero eorũ qui ſacro miniſterio deſeruiũt.Bigami [e] quoque huc inter corpore maculatos adducuntur,hoc eſt qui cum pluribus vxoribus vel vna vxore non Virgine corpus ſuum contaminarunt non ſolum executione & ſuſceptione ordinum, ita,vt ſine diſpenſatione nec actum alicuius ordinis poſſint promoueri,ſed omni etiam clericali priuilegio priuantur adeò vt foro ſeculari prorſus ſubiecti ſint, conſuetudine in contrarium non obſtante quibus tonſura quoque prohibetur ſub anathemate.[f]

Nunc quod ad delicta attinet, Irregularitas incurritur ex ſacrilega reiteratione baptiſmi. Et ex illicita ordinum functione & ſuſceptione iuxta titulum,de clerico excommunicato & depoſito miniſtranti, aliáque ſacri iuris loca. Ex quocunque denique crimine enormi & notorio tum ab Infamia, [g] quæquidē Infamia iuris ciuilis potiſsimum tollit executionem ordinum & exercitationem vſumque cuiuſlibet dignitatis & honoris,quęſitum ac quærendum. Hinc collatio infami facta ipſo iure nulla eſt,per regulam.

Infamibus

e De bigamis. non ord.c.1.2. & 3.& diſt.34. cap. præcipimus. Si quis viduam & ca. lector.

f *Cuius rei quatuor efficiũtur cauſæ, quarum prima eſt, quod bis coniugatus nō poteſt aptè ſignificare vnionem Domini noſtri Ieſu Chriſti cum Eccleſia vnica, & Sancta ſponſa ſua. Altera quod præſtantia, & dignitas Sacramenti ordinis hoc meretur. c. Vna.diſtin. 26. Tertia quia Bigamia eſt ſignũ incontinentiæ c. Propoſuiſti.diſt. 82.quæ à ſtatu clericali planè remota,& aliena eſſe debet. Poſtrema quod ad caſtitatem perſuadendam auctoritatem non habet.*

g l.Impia.C. de decur. l.2. §. miles. ff.de his qui no.infa. vbi inquit Gl.quod ſicut infamia militem ipſo facto militia priuat ita in aliis dignitatibus, & honoribus, à militia quoque cœleſti ſpoliat.

Infamibus de reg. Iuris. lib. 6. & l. 2. C. de dignit.

Infamia Canonica maior est quam Ciuilis propterea quòd latiùs patet, communiter enim omnes Infames secundùm leges, infames etiam sunt secundùm Canones vt probat textus in c. Omnes verò infames. 6. q. 1. & no. Innoc. in cap. Qualiter & quando. 2. de accusat. Similiter omnes, qui suis culpis ad ordines promoueri non possunt, vt in d. c. Omnes. in tex. & gloss. ac. §. Porrò.

Infamia facti prouenit ex communi hominum sermone, ac locutione, de qua per Bar. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæst. Est autem qua aliquis de facto dicitur infamis, secundùm Gloss. Ray. vel propterea quod apud bonos ac graues viros super crimine aliquo aggrauatur.[h] Infamiã autem non afferũt paucorum aut dicta multorum leuium modò apud bonos & graues non sit opinio læsa.

Interdumque ducitur hæc infamia facti ex alia causa vt quia iustè fuerit in vincula coniectus, aut propter crimen à testimonio repulsus.

Possent autem Sacerdotes á peccatis absoluere & Eucharistiam ministrare manente irregularitate.

Tollitur verò irregularitas tribus modis per baptismũ quæ non est ex digamia aut defectu, per ingressum religionis quæ non est ex iisdem capitibus aut ex delicto homicidij voluntarij, & per dispensationem.[i] Vbi plenissima est Summi Pontificis potestas.

h l. licet. ff. de obse. á liber. & 6. q. 1. cap. sunt plurimi. vt not. in cap. licet ex quodam. de test.

i *Licet quoque ex statuto Concilij Tridentini Sess. 24. cap. 6. Episcopis in irregularitatibus omnibus ex delicto occulto prouenientibus excepta ea quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis aliis deductis ad forum contentiosum dispensare.*

DE ABSOLVTIONE ET DISPENSATIONE.

§ XI.

AB excommunicatione quæ facto incurritur quiuis Confessarius absoluit nisi reseruatio aut in canone aut alibi adiecta sit. Ea verò quam iudex protulit regulariter ab eo est dissoluenda. Quosdam tamen casus vt diximus, summus Pontifex sibi reseruat. Cæterùm Archiepiscopi sententias interdicti suspensionis, seu excommunicationis nullatenus nisi vocatis partibus & de appellatione legitimè cognita reuocent, aut denuncient esse nullas. Neque vnquam potest aliquis absolui cum iniuria partis.

Velim

Velim autem omnes ſcire abſolutionem à quacunque excommunicatione vel cenſura non pretij ratione ſed gratis fieri debere, ita diffiniente generali Lateranenſi Concilio ſub Innocentio 3. cap.49. Sub interminatione diuini iudicij penitus interdicimus vt cauſa cupiditatis nullus audeat excommunicationis vinculo aliquem innodare, vel abſoluere innodatum in illis maximè regionibus, in quibus ex conſuetudine, cùm excommunicatus abſoluitur pecuniaria pœna, mulctatur.[a] Statuentes, vt cum excommunicationis ſententiam iniuſtam fuiſſe conſtiterit, excommunicetur ad reſtituendam pecuniam ſic extortam per Cenſuram Eccleſiaſticam compellatur. hæc ibi. vt habetur in 2. volum. Concil. Nota tamen quod etſi non liceat aliquid accipere pro abſolutione ab excommunicatione, nec aliquid exigere ab eo qui abſoluitur, quaſi pretium abſolutionis (hoc enim eſſet Simoniacum propter quod Innocentius 3. in cap. ad aurés de ſymonia ita dicit. Quoniam indignum eſt & Eccleſiaſticæ rationi contrarium vt abſolutionis beneficium redimatur diſtrictè mandamus quatenus ſi præfatus. N. debitum ſoluit ipſum facia tis gratis abſolui, ſi excommunicatores id non fecerint requiſiti) licet tamen aliquid pecunia exigere, in pœnam præcedentis culpæ pro qua fuit excommunicatus.[b]

Diſpenſatio ſeu licentia & permiſsio contra rigorem iuris, iuris inquam præcipientis vel prohibentis aliquid, debet gratis elargiri ſiue ſuper irregularitate ſiue in quibuſcunque aliis in quibus de iure competit Epiſcopis vt amplè docet gloſſa ſuper cap. At ſi Clerici. De Iudiciis. Idem pro ſuſpenſione ſiue ab officio, ſiue à beneficio, ſiue à quibuſcunque actibus ſpiritualibus contingat quod ſcilicet gratis fiat, ordinem ſuſpenſionis, Reconciliationis, Depoſitionis, diſpenſationis, degradationis, & reſtitutionis habes in Pontificali 3. parte.

Sed vt licita ſit diſpenſatio duo requiruntur, vnum ex parte dantis, nempè poteſtas, alterum ex parte petentis ſcilicet cauſa iuſta. Quare ſi impetratur ob falſam cauſam vel tacita veritate nulla eſt diſpenſatio c. 2. de filiis presbyterorum. & c. non poteſt. de præbend. lib. 6. Duæ verò cauſæ ex

a. Poteſtas abſoluendi, quæ in Bullis & Iubilæis datur, extenditur tantùm ad forum conſcientiæ. Et ad illum effectum, vt illa vice abſolutio impendatur. Quod Pius V in Iubilæo anni 1568. declarauit. Cùm autem ibidem à beneficio abſolutionis excluſit, aberrantes à fide Catholica: & libros damnatos habentes, noluit eos à quibuſuis abſolui, ſed viam ordinariam non coarctauit. Reliqua per Canoniſtas interpretantur.

b S. Thomas. 22 q. 100 art. 2 in reſponſione ad 3. Contumacia enim poteſt pecuniariè ſecundum conſuetudinem regionis puniri, vt vult Innocentius IIII. In Concilio Lugdunenſi, vt habetur extra. de ſent. excommu. cap venerabilis. §. denique in 6.

ſæ ex pluribus generales attendi ſolent.[c]Neceſsitas & vtilitas. Vnde quæri ſolet, An diſpenſati ſine cauſa legitima ſit tuta Conſcientia quoad Deum? Reſpondent doctores cum diſtinctione. Si diſpenſans ſit inferior, conſcientia diſpenſati tuta non eſt,nec quoad Deum,nec quo ad Eccleſiam,quia diſpenſatio facta eſt ſine cauſæ cognitione. Sed Papa quidé in his quę ſunt iuris poſitiui ſine cauſa diſpenſare poteſt,non autem in illis quæ ſunt iuris diuini, vt in voto,iuraměto, & ſimilibus.Iuſta tamen cauſa diſpenſante ſummo Pontifice,tenet diſpenſatio etiam tuta conſcientia diſpenſati. Eſt ergo primum diſpenſatio relaxatio præcepti aliquid iniungentis ſuperioris vel prohibentis.Deinde obligationis Deo factæ,vt voti,tertiò obligationis cum iureiurando factæ proximo. Veruntamen diſpenſatio fieri non debet, niſi in commune bonum cedat, pro quo lex omnis conſtituitur. Nam quantum periculi Reipub. inde confletur, vbi legum diſpenſatio, aliis priuatis reſpectibus & ſilendis cauſis fieri cœpit, locus in quo Eccleſia Dei iacet apertiſsimo documento eſt.Nam ſi leges nihil aliud emolumenti in rempublicam conferant,quam ꝙ ſint Principi fructuoſæ,pernicies ſunt potiùs & labefactatio boni publici. Fit enim inde vt ſoli pauperes legibus exerceantur ſed qui illis indigent ſubiiciantur nulli.

c Diſpenſatio eſt prouida iuris communis relaxatio,vtilitate, ſeu neceſſitate penſata, vel eſt rigoris iuris communis relaxatio facta cum cauſa cognitione gl.doct. in c. requiritis. §. niſi rigor. 1. q. 7. Specul. in tit.de lapſis, & diſpenſatio §.1. in 1 parte. Panormit. in cap. cùm in cunctis. col. 1. de elect. & in cap. dudum. 2.col.antepenultim. de elect. ac in cap. de multa. & c. extirpanda. §. qui verò. De prębend. & diſpenſationes rerum nonnunquam cogunt. parum quidem à debito rigore quoſdam exire foras, vt maiùs aliquid lucri faciant, capit. diſpenſationes. 1.q.7.

MONACHI ET REGVLAREM VITAM PROFITENTES SVB TVTELA METROPOLITANI CONSTITVTI.

§ XII.

ORDO, res,& officij ratio poſtulant, vt in hac eximia corporis Eccleſiaſtici & Oeconomiæ Canonicæ claſſe inſalutatos minimè relinquamus eos qui ſub Metropolitani protectione ponuntur quíque diligentiús amplecti ſummi numinis Conſilia vitæ profectò durioris, ſed fœlicioris ac excellentioris Inſtitutum ſequuntur. O celebre viuendi genus! quo ſub humili & vili paupertate omnium ditiſsimi efficimur, adeò vt mihi iure liceat vti facundiſsimi Quintiliani oratoris verbis dicentis, Nemo

* Quintil. lib.1.de inſtit.

vnquam pro re aliqua plus dedit quam qui sibi ipsi nihil relinquit Noua profectò ditandi cura, imò antiquissima, cuique tot impiæ hæreticorum phalanges insidiantur, ita vt nulla frequentior vox in eorum nentis audiatur quam monachismi insolentissimæ contumeliæ, [a] & mordacia scomata.

Quot amabo nobis subinde misit rabiosos libellos & demétes Satyras illud nouum Euangelium cuius fortassis alumni martirij palmam retulisse putant cum dicta tacendáque effutierint in Monachos. Quis non agnoscat hic spiritum Euangelicum, quo mille iam annis caruit mundus? Esto sit Euangelicum furere, sæuire, debacchari in peccatores & noxios, verum indigna mendaciorum congerie impetere & obruere caput immerentium an & istuc exemplum Euangelicum est? Acrius autem id me mouet Monachatũ ab iis potissimum calumniari qui turpiter derelicto Monachismo in Apostasiam præcipites ruerunt & inde insolentiùs execrati sunt priorẽ viuendi statum, à quo penitius alieni facti sunt vt eleganter docuit Augustinus.[b] Quando vos (inquit) rectè hæreticis de Circumcellionibus insultare cœperitis. vt erubescendo sanentur illi vobis insultant de Monachis: Primò si comparandi sunt vos videtis quid opus est vt verbis nostris, comparentur ebriosi cum sobriis, præcipites cum simplicibus, vagantes cum congregatis? sed tamen dicere consueuerunt, quid sibi vult nomen monachorum? Quantò melius dicimus nos quid sibi vult nomen Circumcellionum? Quid istis sacris piisque hominibus cum numerosa nebulonum istorum hæreticorum nube. [c]

Passim euulgata sunt deliria & insomnia quæ Pseudomonachi illi omnes Lutherus, Pomeranus, Bucerus, Pellicanus, Munsterus, Menius, Musculus, Miconius, Oecolampadius, Petrus, Martyr, Caluinus, Ochinus, Bezeus Apostatę perfidissimi in Monasticen euomere. Et cum omnes variis distrahantur opinionibus ęquè tamen valent singuli in Monachorum contumeliam, nec parum laudis sibi deferunt Thrasones isti cum egregiè oblatrant Monasteria quæ prius venerati sunt, & è quibus profugi & extorres miserè

a Nec probè aliquid dictum, scriptum, aut factum esse existimant, vbi non intermisceãtur, maledicentissima somnia in vita monastica studiosos Et quot clarissimi scriptores inueniuntur qui laudibus eximiis hanc viuendi regulam euexerunt, tot indigni Blatterones extiterũt qui nomen Monachi patienter ferre non poterunt. Sic semper sunt bonis viris sui Sathanæ. Furiosis Anonymis, aut Pseudo[illegible]raphis libellis debacchantur, & posthac iactant id in defensionem noui Euangelii fieri.

b August. in Psal 132.

c Nulla est concordia Monachismi cum Hæreticis. Quid Vvicleffius cum Benedicto? quid Lutherus cum Bernardo? quid Caluinus cum Dominico? quid Zuinglius cum Francisco? Quæ cõcordia filiis lucis, & tenebrarũ quomodo hæc tantopere dispares coalescent? Quis nexus habetur hominum Epicureorum,

miserè comilitones suos stantes in acie exhorrent. Longè aliud censuerunt antiqui Patres fermè omnes qui cœlestem diuinum atque aureum viuendi modum Monasticē profitentur quámque toties scriptis extollunt vt vnius singulare præconium numerosissimam Iniuriarum hæreticarum farraginem conuincat. Mihi ergo licebit eorum testimoniis inniti ad expugnandam aduersariorum audaciam non solùm tuendæ matris meę causa, sed veritatis & Christiani nominis amore. Occurrit imprimis totius Græciæ lampas & gloria Ioannes Chrisostomus [d] qui doctissimis monumentis Monasticam vitam, Regum, & Principum luxui anteponit cum inquit. Si quis ad Aegipti veniat solitudines paradiso prorsus omnem illum eremum videbit digniorem, & innumerabiles Angelorum cœtus id corporibus fulgere mortalibus, est enim cernere tota illa regione diffusum exercitum Christi & admirabilem illum regium gregem, virtutúmque cœlestium conuersationem in terris micantem. Atque hæc non in viris solum verumetiam in fœminis splendere conspicias. Non ita variis Astrorum choris cœlum refulget, vt Aegyptus innumeris Monachorum ac virginum distinguitur atque illustratur habitaculis. Hæc Epænesis laudatissimam Monasticen commendans à laudatissimo Patre proficiscitur summa verborum maiestate.[e]

Augustinus pari mente ductus austeram sanctam & syderea profectò vitam Monachorum Eremitarum, Cœnobitarum Manichęis perfectionem iactantibus obiiciens Nihil (inquit) de iis dicam qui secretissimi penitus ab omni hominum conspectu pane solo, qui eis per certa interualla temporum affertur, & aqua contenti, desertissimas terras incolunt, perfruentes colloquio Dei, cui puris mentibus inhæserunt, & eius pulchritudinis contemplatione beatissima, quæ nisi sanctorum intellectu percipi non potest. Nihil inquam de his loquar, videntur enim nonnullis res humanas plusquam oportet, deseruisse non intelligentibus, quantum nobis eorum animus in orationibus profit & vita ad exemplum, quorum corpora videre non sinimur. Sed hic disputare longum & superuacaneum puto,

Nn 2 nam

& voluptuariorum cum rigidissima solitudine, Hieronymi, Augustini, & reliquorum, vt venerandam Patrum Alexandrinorum, AEgyptiorum, ac Thebanorum canitiem taceā.

d Chrisostomus Homilia 8. in Matthæum.

e Nec minore gratia, & lepore scribit Athanasius. Martyres quidē sæpe vel vno temporis momento, cùm certassent perfectionem assecutos fuisse, at Monachorum vita singulis diebus per Christum certans, Martyr est, id est testimonium Christo dicit, nō aduersus sanguinem & carnem in acie instructa, sed aduersus principatus, aduersus potestates, aduersus mundi Dominos, rectores tenebrarum harum, aduersus spirituales astutias, vsque ad vltimum spiritum certamen habens, & certat, & coronatur armatura Dei induta.

f August. Lib. de morib. Eccl. 1. cap. 31.

nam hoc excellens faſtigium ſanctitatis cui non ſua ſponte mirandum & honorandum videtur, oratione noſtra videri quis poteſt? Sed ſi hoc excedat noſtram tolerantiam quis non illos miretur & prædicet, qui contemptis ac deſertis mundi huius illecebris in communem vitam caſtiſsimam ſanctiſsimámque congregati ſimul ætatem agunt, viuentes in orationibus in lectionibus in diſputationibus nulla ſuperbia tumidi, nulla peruicacia turbulenti nulla inuidentia liuidi, ſed modeſti, verecundi: pacati, cõcordiſsimam vitam & intẽtiſsimam in Deum, gratiſſimum ipſi munus offerunt, à quo iſta poſſe meruerunt. Nemo quidquam poſsidet proprium, nemo cuiquam oneroſus eſt. Patres verò non ſolum ſanctiſsimi moribus, ſed etiam diuina doctrina excellentiſsimi, nulla ſuperbia conſulunt his, quos filios vocant, magna ſua in iubendo authoritate, magna eorum in obtemperando voluntate.g

g Idem Augustinus poſt hac concludit. Hos mores hanc vitam, hunc ordinem, hoc inſtitutum ſi laudare velim, neque dignè valeo & vereor ne indicare videar per ſeipſum tantummodò expoſitum placere non poſſe, ſi ſuper narratoris ſimplicitatem, cothurnum etiam laudatoris addendum putauero.

Altiùs perſonantem Monaſticæ vitę Paranymphum attendite Theologum. Vides iſtos (inquit) opibus & domibus carentes, excarnes, exiles, & exangues, etiam Deo hac ratione appropinquantes illotis pedibus, & humi cubantes qui infra cum ſint, inferiora ſuperant, & inter homines ſupra humanam conditionem ſunt, vinctos & liberos detentos & tamen nõ teneris quorum in mundo nihil eſt, & omnia ſupra mundum, quorum duplex eſt vita, altera quæ deſpicitur altera quæ appetitur qui per mortificationem ſunt immortales qui per ſolutionem Deo copulati & apti ſunt, quorum ſunt fontes lucis & quorum iam ſunt irradiationes, quorum angelicæ pſalmodiæ, & per noctes ſtationes & mentis ad Deum raptæ peregrinatio quorum denique purgatio, quorúmque repurgari eſt. Optimas veri monachi & inſitas conditiones enumerat Climachus h his verbis. Monachus eſt ordo & ſtatus Angelicus in corpore materiali & ſordido conſummatus. Monachus eſt qui ſolum ad Deum acie mentis intentus illum ſemper orat in omni tempore & loco & re. Monachus eſt perpetua naturæ violentia, ſenſuúmque vigilantiſsima & indefeſſa cuſtodia. Monachus eſt caſtificatum corpus, expiatum os, animúſque diuino ſemper lumine irradiatus. Monachus

h Climach. Grad. 1. Idem Grad. 26. de monachis ſic inquit. Monachorum quidem lux angeli ſunt, Cunctorum autem mortalium lux monaſtica diſciplina.

nachus est afflictus & mœrens animus qui iugi mortis memoria, siue vigilans siue obdormiens seipsum semper exercet.

Quamobrem nos hunc paragraphum adiecimus inter pia Episcoporum officia, quo moneantur eorum Charitati interesse istos Monachimastigas & audacissimos Sycophātas arcere & pœnis multare & viros religioni addictos tueri & defendere. Quod illis nec arduum nec factu difficile erit si considerent quot commodi oriatur gregi ex indefessa eorum vigilantia qui merito Episcoporum cooperarij vocantur.

DE MONASTERIIS.

§ XIII.

TVTELARIS veluti Deus est Episcopus omnibus vitæ Monasticæ professoribus eósque sua cura speculari debet ne quid vitæ regulari dissonum & alienum oriatur. Primùm ergò id magni ponderis existimo fore nec minoris commodi si Episcopi sententia nullus in posterum Abbas eligatur nisi in regula monachali bene instructus propter quod Innocentius 3. reprehendit quemdam Cardinalem sedis apostolicę legatum [a] quod quendam iuuenem nobilem monachum factum à monachis in Abbatem postulatum confirmauit & Abbatem instituit, quod irritauit omninò summus Pontifex & electionem illam & institutionē irritam esse & inanem declarauit, addens, Verum postquam fuerit in regula competenter instructus, si vrgens necessitas & euidens vtilitas ipsius monasterij postulauerit purgatione recepta poterit in Abbatem assumi ne monasterium opprimatur, incursibus malignorum. Et nisi professus. Vnde Gregorius 9. ita statuit cum in magistrum assumi nō debeat qui formam discipuli non assumpsit, nec sit præficiendus qui subesse nō nouit non intellecto per te quod in quibusdam regularibus domibus iure diocœsano tibi subiectis sunt quidam in Abbates nō professi ordinem regularem assumpti, mandamus quatenus cum Abbates tales esse non debeāt qui per professionem monachi

[a] Legatus non potest dispensare: vt homo alterius professionis eligatur, quod apparet ex eo quod cassatur electio, postulari autem potest, & tunc si postulatur in Abbatem, non de facili admitteretur: sed si postularetur ad aliam dignitatem, vt Archid. vel consimilem non oportet ita solemnem inquisitionem fieri. Et quamuis clericus sciat regulam: non tamen probauit vitam vel habitum 19. q. 3. monasterium nam cum non sit probatus in regula, non potest fieri Abbas, sicut Neophitus qui non est probatus in Clericatu, non potest fieri Sacerdos, vel Episcopus. 48. distin. sicut Neophitus. Hac & Innocent. in lib 1. decretal. cap. 28.

monachi & regulares canonici non fuerint ad amotionem eorum quos tales inueneris ſublato appellationis impedimento procedas. Et habetur de Elect.cap. cum in magiſtrum.

Bonifacius 8.ita ſtatuit prout habetur extra.de elect.ca. 28.ſcil.nullus in 6. [b] Nullus religioſus in Abbatem ſeu ad prælaturam eligatur niſi antea fuerit ordinem regularem expreſsè profeſſus,quòd ſi ſecus actum fuerit eo ipſo irritum habeatur, imò vbi non profeſſus eligitur ad regimen Eccleſiæ regularis caſſatur Electio, vt vult Innocentius 3. in cap.Cùm cauſam.de Electione.cap.37.cum ad noſtram. Propter quod Concilium Lateranenſe ſub Leone 10. celebratum Seſsion.9.can.3.ita ſtatuit.Et quoniam ex Commendis monaſteriorum,monaſteria ipſa tam in ſpiritualibus quam in temporalibus grauiter lęduntur quippe quorum edificia partim Auaritia vel incuria collabuntur & indies diuinus cultus in eis magis diminuitur. Volumus & ſancimus vt cum illa per obitum Abbatum qui illis pręerant vacauerint nullomodo cuiquam poſsit commendari,ſed de perſona idonea iuxtà præſcriptam conſtitutionem eis ita prouideatur vt illis decet Idonei Abbates præfecturi ſint.

[b] Ad regularem Eccleſiam non tenet electio facta de non regulari. Inn.in cap.cùm cauſam. de elec.

Præterea obſeruari faciant Epiſcopi decretum illud Concilij generalis Lateranenſis ſub Innoc.3.cap.13.ita habentis, [c] illud etiã prohibemus ne quis in diuerſis monaſteriis locum monachi habere præſumat nec vnus Abbas pluribus reſidere. Et habetur.de religioſis domib.cap. finali. Similiter ne Abbates bonorum monaſterij dilapidatores ſufferantur ſed tanquam indigni & damnoſi deponantur ex cap.licet & cap.ſequenti de Simonia.

[c] Monachi monaſterij licet profeſsionem fecerint in maiori monaſterio, & ibi habitũ ſumpſerint, & in Abbatis obedientia ſemper remaneant, ſi tamen mittantur per prioratus: vel cellas non debent ad Electionem Abbatis, vel ad alia negotia monaſterij vocari, quia idem monachus non debet habere in diuerſis monaſteriis locum.

Inſuper non permittat eos habere peculium nec lucri cauſa negotiari vt ſtatuit Concilium Lateranenſe de ſtatu monachi.propter quod Alexandex 3.Londinenſi Epiſcopo ita ſcribit. [d] Relatum eſt quod monachi ſæculariter viuunt & alios ſuo exemplo corrumpunt, idemque mandamus quatenus eos ad obſeruantiam regulæ appellatione remota compellas, vel ſi tibi auſu temerario reſtiterint eis eiectis fratres alterius ordinis.ſi non poteſt præſcriptũ monaſterium

[d] Concilium Lateranenſ.ſub Alexand.3.cap. 10. & cap. 2. eod. tit. in 1. Compil.

monasterium in suo ordine reformari in illud inducas vt labores impiorum iusti edāt, & illi tandem rubore perfusi ad sui ordinis obseruantiam reuertantur.[e] Et habetur.ne Clerici vel monachi c.relatum est.

Ab aliis insuper abusibus Episcopi monachos coerceant & corrigant de quibus per Episcopos corrigendos mandat archiepiscopo Lusitano Innocen. 3. modo & forma descriptis in c.4. de Officio iudicis ordinarij. Ad qualem autem vitam regularem debeant induci monachi docet abundè Innocentius 3. in c.cum ad monasterium. Super exemptos monachos vel religiosos aliqua potest Episcopus, ipse enim super omnes personas suæ diocæsis Ecclesiasticas religiosas & sæculares potest suam ordinariam Iurisdictionem exercere nisi ostenderint se iure vel priuilegio exemptos[f] vt decidit Bonifacius 8.Extra.de Priuilegiis cap.7.scil.Cùm personæ in 6. Vnde ipse tanquam ordinarius poterit illum compellere per suspensionem officij & beneficij appellatione remota ad coercendum vacabundum vt vult Innocentius 3.in cap. Quanto. de officio Iudicis ordinarij Præterea religiosos quantumuis exemptos de claustris exeuntes ad audiendas leges vel phisicam,id est,medicinā[g] nisi infra duorum mēsium spacium ad claustrum redierint excommunicationis sententia incurrisse publicè denunciare tenentur,si in suis diocæsibus huiusmodi student vt dictis ordinariis & Diocæsanis districtè præcipiendo mandat Honorius in cap:super specula,ne clerici vel monachi. Præterea exempti non sunt à pœna qui in monasterio degere soliti extra monasterium notorium aliquod crimen ita admiserint vt offensionem in populo dederint,eos superior infra aliquod certum tempus ab Episcopo præfixum seuerè puniat, ac de pœna sumpta Episcopum certum reddat, alioquin superior ipse officio se priuatum iri nouerit,delinquens autem ipse Episcopi arbitrio digna pœna afficiatur.

[e] Monachi incorrigibiles de monasterio expellantur, & reformabitur monasterium de fratribus alterius ordinis, si monachus eiusdem ordinis reformari non potest.

[f] De statu monachorum. cap. ne in agro. §. quia verò. vbi hac etiam prohibentur. facit text. in l. Deo nobis C. de Episcopis & clericis.

[g] Ex constitutione Turonensis Concilij puniuntur religiosi, audientes leges, vel Phisicam Alexandr. Pap. III. vide cap. 1. ne clerici vel monachi.li. 6 & quod statutum est in Concilio Lateranensi sub Leone X. Sess. 8. paulò post princip. in constitut. incip. Apostolici regiminis.

Monasteria noua tam viuorum quam mulierum aut coniugatorum ne vsquam in vrbe vel in diœcesi construantur nisi ei rei Episcopi assensus accesserit.

Eorum superiores piè moneantur vt cum aliquem ad

verbum

verbum Dei enunciandum confeſsionéſve audiendas emiſſuri ſunt videant diligenter cui id facultatis concedant, neque modo literarum ſcientiæ, ſed etiam morum integritatis & maturitatis rationem habeant. Idq; in primis curent, vt in ſuis monaſteriis ſacra lectio nō deſit quo magis omnes ad ea munera obeunda idonei reddantur.[g]

[g] Nemini cuiuſuis ordinis regulari, niſi qui ab Epiſcopo ſcriptis probatus ſit pœnitentiæ ſacramentum miniſtrare liceat, pœna ſuſpenſionis propoſita, vt ſuprà cautum eſt.

Epiſcopi denique punire, poſſunt religioſos & regulares exemptos, executores teſtamentorum, niſi ipſis locorum ordinariis debitam rationem reddiderint vt ſtatuit Clemens. 5. in Concilio Viennenſi prout habetur de teſtamentis & vltimis Voluntatibus capit. Vnico in Clementinis.

Poſtremò regulares exempti habētes Eccleſias in quibus habent ius patronatus, niſi infra tempus à Lateranenſi Concilio inſtitutum ad vacantes Eccleſias Epiſcopo perſonas idoneas præſentauerint, ex tunc Epiſcopo liceat appellatione remota in eiſdem ordinare rectores qui eis præeſſe nouerint & prodeſſe, vt habetur de ſupplenda negligentia Prælatorum. cap. 2.

Sint autem Epiſcopi protectores & defenſores monaſteriorum ita præcipiente omnibus diocæſanis Epiſcopis generali Concilio Lateranenſi cap. 12. vt per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione remota compeſcant aduocatos iure dominos, Rectores Conſules, Magnates, ſeu quoſlibet alios ne monaſteria præſumant offendere, in perſonis ac rebus, etſi forſitan offenderint eos ad ſatisfactionem compellere non omittant vt liberiùs & quietiùs omnipotenti Deo valeant famulari, & habetur de ſtatu monachorum. cap. in ſingulis regnis. §. Porrò. Nec permittant Epiſcopi monaſteria dirui [h] aut in habitaculū ſæculare commutari ita ſtatuēnte ſacro Chalcedonenſi generali Concilio can. 23. quæ ſemel ſunt dedicata monaſteriorum conſilio Epiſcoporum maneant perpetuò monaſteria, & res quæ ad ea pertinent monaſteriis reſeruari oportet, nec poſſunt ea vltra fieri ſæcularia habitacula. Qui vero permiſerint hoc fieri ſubiaceant his conditionibus quæ per canones conſtitutæ ſunt. Et habetur. 19. q. 3. cap. quæ ſemel. Eugenius etiam Papa ita habet de Xenodochiis & aliis etiam ſimilibus

[h] Authoritate Epiſcoporum compeſcendi ſunt, qui ruinas & offenſas monaſteriorum moliuntur. Conci. Lateranen. ſub Innoc. III. cap. 12. & cap. 2. de ſtatu religioſorum Concil. Trid. Seſſ. 25. titul. de regul. cap. 8.

libus locis, per ſollicitudinem Epiſcoporum in quorum Diocæſi exiſtant ad eaſdem vtilitates quibus conſtituta ſunt ordinentur. Et habetur de Religioſis domibus. cap. Xenodochiis.

DE VITAE REGVLARIS SANCTIMONIALIVM CVRA, PROTECTIONE, ET REFORMATIONE.

§ XIIII.

EPISCOPO tanquam totius diocæſis capiti, is paternus eluceat amor, in ſanctimonialium ſollicitudine, vt nihil ſua incuria exiliat ſanctiſsimis decretis & vitæ regulari candori contrarium. Verumtamen multa hodie hinc progredi ſcandala videmus, & in ipſius Religionis ingreſſu ſumma expectatio actionum [a] & vitæ puritatis violatur. Eò enim deuentum eſt vt ab ipſa Simonia auſpicari liceat nec ad monialium cœtum recipiuntur abſque precio, paupertatis prætextu tam fœdo vitio blanditur. In quod ſeuerè ſed æquè animaduertit generale Concilium Lateranẽſe his verbis. Quoniam Symoniaca labes adeò pleráſq; Moniales infecit vt vix aliquas ſine precio recipiant in ſorores, ne id de cætero fiat penitus prohibemus, ſtatuentes vt quæcunque in poſterum talem commiſerint prauitatẽ, tam recipiẽtes quam receptæ ſiue ſint ſubditæ ſiue prælatæ, ſine ſpe reſtitutionis, de ſuo Monaſterio expellantur in locum arctioris regulæ, ad agendam perpetuò pœnitentiam recludendæ. [b] Sequitur paulopoſt, Hoc etiam circa monachos & alios regulares decernimus obſeruandum, Verum ne per ſimplicitatem vel ignorantiam ſe valeant excuſare, præcipimus vt Diocæſani Epiſcopi ſingulis annis hoc faciant per ſuas diocæſes publicari. Septima Synodus generalis can. 19. vetat ne quis admittatur in monaſterium per largitionẽ pecuniæ excepta ea quæ datur liberis à parentibus inſtar dotis, vel cum ſponte offertur. Innocẽtius 3. ad Canthuarienſem Archiepiſcopum ſcribens docet qualiter in ſic Simoniacè receptores & receptos animaduertere debeat adiiciens quod illud gratanter recipi poterit

a Pro ingreſſu religionis, quidquam dare, aut exigere iura vetant.

b Hoc habetur De Simonia. cap. Quoniam. vbi ſacrum Concilium talem receptionem in monaſteriis, tanquam Symoniacam deteſtatur, & prohibet, pœna grauiſſima.

poterit quod fuerit sine taxatione gratis oblatum. De Symonia.cap.Dilectus 2 & cap. Veniens. Idem Innocentius grauiter excandescit in auarum Abbatem & monachos qui quendam in monachum recipere noluerant nisi conuentione facta de quibusdam solidis, pro eorum pastu dādis asserentes hoc esse de consuetudine monasterij, vnde præcepit Summus Pontifex vt Abbas & Monachi ad restituēdam pecuniam à sic recepto tam indignè acceptam ab Episcopo compellantur. Et abbas & maiores personæ monasteriis pro tantæ prauitatis excessu ab officij executione suspendantur. [c]

Susceptis ergò canonica via ad Monasticam vitam virginibus magni refert vt Episcopus totas intendat vires ne fragili sexus lasciuia vagentur, aut ad lubricas mundi persuasiones reuocētur, ex hac enim ratione hostiles tragediç excitatę sunt, hinc stupra, hinc sacrilegia in rei Ecclesiasticę perniciē euaserunt quę tam seriò sacris concionibus & legibus prohibentur vt & ipsi pœna capitis multentur qui moniales violant, Antiqua hęc erat Vestalium religio, quę non minore cura nobis Christianis cauta esse debet. [d]

Antiquissimus autem ab omnibus illecebris abstrahēdi ritus est clausura ne omninò septa monasterij egrediātur. Decori siquidem & honestati earum consulens. Fœlicis recordationis Pius V. hoc iussit his verbis. Sanè periculi & scandali plena res est ac regulari obseruantiæ vehementer aduersatur, sanctimoniales aliquando parentes, fratres, sorores, aut alios agnatos vel cognatos, nec non Monasteria & alia filiationes nuncupata etiam eis subiecta visitandi aut infirmitatis causa, alióve prætextu à monasteriis exiri, & per sæcularium personarum domos discurrere, & vagari, quo veluti colore eximium quoque honestatis, & pudicitiæ decus ac discrimen committunt. Vnde nos malo huic pro nostro pastoralis officij debito salubriter occurrere volentes, inhærentes etiam decreto sacri Concilij Tridentini de clausura monialium disponenti, ac aliis nostris literis super huiusmodi, clausura editis adiiciētes volumus, ordinamus, ac sancimus nulli Abbatissarum, Priorissarum, aliarúmve monialium etiam Carthusiensis, Cister-

c Alexander III. Prohibemus (inquit) Ne ab his qui ad religionem transire volunt, vlla pecunia requiratur. Et habetur in cap. Non satis. de Symonia Gratianus. 1. q. 2. multis auctoritatibus docet, quod pro ingressu monasterij pecuniam aliquam exigere, nec exactā persoluere licet

d Euellenda sunt omnes peccandi, & lasciuiæ fouendæ occasiones, quæ vagas moniales comitantur: vnde scandala multa & sacrilegia indigna enasci videmus Quæ tamē inultæ non manent, nam talis sacrilegus iure diuino, atque in foro conscientiæ punitur pœna excommunicationis, sicque è Christianorum consortio expellitur, nisi in mortis articulo absoluatur, & ei communicatur, si pœnitue rit. c. impudicas. & c. de virginibus. 27. q. 1. & declarat post Archid. in cap. peruenit. 27 q. 1. Grillandus d. q. 1. num 17. Iure Pontificio in foro conten-

fis, Cistercienfis, etiam S. Benedicti & mendicantium, & quorumcunque aliorum ordinum etiam militiarum ac ftatuum, graduum, conditionum, dignitatum ac pœnitentiarum exiftentium etiam à regia, vel illuftri profapia ortarum, de cætero etiam infirmitatis feu aliorum monafteriorum, etiam eis fubiectorum aut domorum parentum, aliorúmve confanguineorum, vifitandorum, aliáue occafione & prætextu nifi ex caufa magni incendij, vel infirmitatis lepræ aut Epidimiæ, quæ tamen infirmitas, præter alios ordinum fuperiores, quibus cum monafterium incumberet etiam per Epifcopum feu alium loci ordinarium, etiamfi prædicta monafteria ab Epifcoporum & Ordinariorum Iurifdictione exempta effe reperiantur, cognita & expreffè in fcriptis approbata fit, à monafteriis præfatis exire, fed nec in prædictis cafibus extra illa nifi ad neceffarium tempus ftare licere, aliter autem quam, vt præfertur, egredientes, feu licentiam exeundi quomodocunque concedentes nec non comitatus ac illarum receptatrices perfonas fiue laicas, aut fæculares, vel Ecclefiafticas confanguineas vel extraneas excommunicationis maioris latæ fententiæ vinculo ftatim eò ipfo abfque aliqua declaratione fubiacere à quo præterquam à Rom. Pontifice nifi in mortis articulo abfolui nequeant. Et infuper tam egreffas quàm præfidentes & alios fuperiores prædictos eis fcientiam huiufmodi concedentes dignitatibus, officiis & adminiftrationibus per eas, & eos tunc obtentis priuamus, & illas & illos ad obtenta, alia in pofterum obtinenda inhabiles, nec non licentias & facultates, feu indulta & priuilegia exeundi à monafteriis, & extra illa ftandi à nobis feu alio Rom. Pont. prædeceffore noftro ac fedis apoftolicæ nuntiis & legatis etiam de latere, ac maiore pœnitentiario, aut ordinum prædictorum fuperioribus aliifve perfonis fub quibufcunque tenoribus, & formis, ac cum quibufuis reftitutiuis, præferuatiuis mentis atteftatiuis, etiam nouam gratiam & dat. concedentibus, aliifque efficacioribus & efficacifsimis ac infolitis claufulis irritantibúfque & aliis decretis in genere, vel in fpecie, etiam motu proprio & ex certa fcientia, déque apoftolicæ poteftatis plenitudine,

tiofe puniatur hic facrilegus pœna depofitionis ab ordine, & beneficiorum amiffionis: fi clericus eft, & monafterio perpetuo ad pœnitentiam peragendam includitur, laicus verò excommunicatur. Ita probant. cap. fi quis Epifcopus & c. fi qua monacharum. 27. q. 1. & tradit Grillandus loco iam citato nu. 18 & Bernardus Diaz in practica canonica criminum c. 75. vbi latiu. Iure ciuili pœna mortis induci affirmant. Idem dicit Alciatus in refponf. 745. Iulius Clarus lib. 5. fent. tertu §. fornicatio. verf. cum monialo. Id quod probatur, quia iam diximus in hoc crimine committi adulterium & inceftum: quæ crimina mortis pœna vendicantur. l. fi adulterium cum incefto. ff. ad leg. Iul. de adul. & l quãuis. §. 1 C. eod. et tenor clariùs & fortiori probari in l. fi quis non rapere. C de epi. & cler. hac pœna in corruptores eft, quamquidem ad mortem naturalem.

etiam Imperatoris, Regum, Ducum & aliorum Principum nec non S.R.E. Cardinalium intuitu, & contemplatione, ac Instantia vel alias quomodolibet concessa (quæ prorsus abolemus) ac literas desuper confectas & imposterum cōcedendas, & conficiendas, nullas & inualidas nulliusque roboris ac momenti fore, nec illas habentibus, & habituris suffragari posse, & ita per quoscunque iudices & commissarios quauis authoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet aliter iudicandi, & interpretandi facultate & authoritate, iudicari & diffiniri debere, irritum quoque & inane quicquid secus super his à quoquam quauis authoritate scienter vel ignoranter contingerit attentari decernimus, &c. Huius mandati æquitas à Bonifacio octauo primum constituta est vt habetur extra. de statu regulariū cap. Vnico. in 6. Præsenti (inquit) constitutione perpetuò irrefragabiliter valitura sanximus vniuersas & singulas moniales præsentes atque futuras cuiuscunque religionis sint vel ordinis in quibuslibet mundi partibus existentes sub perpetua in suis monasteriis debere de cætero permanere clausura, ita quod nulli earum religionem tacitè vel expressè professæ, sit vel esse debeat quacunque ratione vel causa (nisi forte tanto & tali morbo euidenter earum aliquam laborare constaret quod non posset cum aliis absque graui periculo seu scandalo communicari) monasteria ipsa deinceps egrediendi facultas, nullique aliquatenus inhonestè personæ nec etiam honestæ nisi rationabilis & manifesta causa existat ac de illius ad quam pertinerit speciali licentia ingressus vel accessus pateat ad easdem vt sic à publicis & mundanis conspectibus separatæ omninò seruire Deo valeant liberiùs, & lasciuiendi oportunitate sublata eisdem, corda sua & corpora in omni sanctimonia diligentius custodire. Hęc Bonifacius: Et ne sit illis vrgens occasio exeundi claustrum pro suis iuribus aut bonis tuendis coram iudicibus sæcularibus adhortatur summus Pontifex vbi supra. §. Porrò Principes sæculares & alios duos temporales admonet, rogat obsecrátque e per viscera misericordiæ Iesu Christi & hoc illis in remissionem peccatorum suorum imponit quod Abbatissas ipsas Prioriſsas,

etiam extendit Domitianus auctor est Suetonius in vita Domitiani c. 8. & decidit Osasius. decis. 103. num. 5. quo loco ait, hunc virginum sacrarum violatorem à iudice seculari puniri posse, at in ipsis corruptis virginibus, Marsil. tamē sing. 151. (inquit) solum pœna adulterij puniri, sed falsum est, olim Vestales; quæ ad tempus Diis virginitatem vouerant, virgis cædebantur ad necem vsque: deinde lege sancitum est, viuas defodi. Vt est apud Dyonis. Halicarn. libr. 2. Antiq. Rom.

e Archiepiscopi & Primates sunt executores huius constitutionis, & ideò moniales sibi subiectas, & non exemptas poterunt compellere sub auctoritate ordinaria, sed moniales exemptas compellet, authoritas apostolica.

rissas, ac Moniales quascunque suorum monasteriorum curam & administrationem gerentes vt per Procuratores in suis tribunalibus & curiis litigare permittant, imò determinat Bonifacius 8. quod religiosæ mulieres extra monasterium suum trahi non possunt ad iudicium. [f] Extra. de Iudiciis. cap. Mulieres. in 6. Præterea præfatus Bonifacius omnibus patriarchis primatibus, Archiepiscopis, Et Episcopis vniuersis districtè in virtute sanctæ Obedientiæ, sub obtestatione diuini iudicij & interminatione maledictionis æternæ præcipiendo, mandat quatenus eorum quilibet in Ciuitate ac Diocæsi propria in monasteriis monialium suæ ordinario iure subiectis de clausura conuenienti vbi nō est, ipsorum monasteriorum expensis, & fidelium Eleemosynis, quas ad hoc procurent sua auctoritate diligentiùs facienda. In his verò monasteriis quæ ad Romanam immediatè spectant Ecclesiam sedis Apostolicæ auctoritate hoc faciant, & de ipsis monialibus [g] includendis quamprimum commodè poterunt prouidere procurent, si diuinæ ac nostræ indignationis voluerint acrimoniam euitare. *Et rursus* Abbates verò & alij tam exempti quam non exempti Prælati Ecclesiarum, Monasteriorum & ordinum quorumcunque in monasteriis, [h] huiusmodi sibi subiectis de clausura conuenienti vbi nō est quamplurimum commodè poterunt prouidere curent. Et quod vi prædicti præcepti teneantur procurare Episcopi clausuram monasteriorum monialium etiam ab ipsis exemptorum patet per id quod in fine præfati capituli subiungit summus Pontifex dicens Per hoc autem in monasteriis exemptis ordinarij locorum quoad alia nullam sibi credant iurisdictionem vel potestatē aliquatenus attributam præmittitur quoque quod cōtradictores atque rebelles per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescant inuocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachij sæcularis. [i]

Secundum requisitum ad regularem vitam monialium & obseruandum, est vt non admittant familiaritatem personarum suspectarum nec colloquia earundem. Ideò Alexander 3. in Concilio Lateranensi ita statuit. Monasteria Sanctimonialium. Si quisquam clericus sine manifesta &

[f] *Mulieres religiosæ etiam volentes extrà monasterium suum ex aliqua causa personaliter ad iudicium trahi non possunt, quod contra fit est irritum.*

[g] Idem habetur in Concil. Trid. Sess. 25. c. 5.

[h] Extrà de statu. reg. cap. vnico. §. quoniam in 6.

[i] *Episcopis item imponit Summus Pontifex Bonifacius VIII. & aliis Prælatis superioribus, quod ipsi causas seu negotia quæ præfatæ moniales habebunt coram ipsis aut in Curiis eorundem, siue sint homagia fidelitatis sacramenta lites, vel quicquid aliud ipsa per procuratores eorum fieri faciant, & tractari.*

rationabili causa frequentare præsumpserit per Episcopum arceatur & si non desierit ab officio Ecclesiastico reddatur immunis, si laici excommunicationi subdantur & à cœtu fidelium fiant penitus alieni.

Franciscus Bonhomius Vercellarum Episcopus Vir magni numinis in eo libello quem reformationem Ecclesiasticam intitulauit, Monialium clausuram pio & legitimo ordine complexus est modúmque optimum differuit singulis Episcopis & visitatoribus necessarium, & ex sacrorum canonum iure & Tridentini Concilij mente vbique inuiolatè eum seruare hortatur Episcopos. Atque vt certiùs constet quibus ministris & quas ob causas in monasteria ingredi liceat, eorum omnium qui necessarij visi sunt, nomina & causas subiicere operis sui instituto maximè conuenientissimum iudicauit. Audiatur ergò Optimus à latere Apostolico legatus hæc consulens regularium virginum ordini salubria ne dicam veneranda & vtilissima.

Primò igitur Confessarius ingredi poterit, vt ægrotantium monialium, quæ ad confessionale accedere non possunt confessionés audiat, vt sanctissimam Eucharistiam grauiter laborantibus pro viatico ministret, vt easdem in mortis articulo constitutas extremæ vnctionis sacramento muniat, vt moribundas consolationibus, spiritualibúsque officiis adiuuet.

Is autem prouecta ætatis sit Sacerdos, & probata vita, atque in casibus conscientiæ non leuiter eruditus.

Socius confessarij, vt confessario semper illis ministeriis comes adiungatur, quiq; dum Confessarius ægrotæ cõfessionem audiet, eo loco sit, vt aperto cellæ ostio, ipse & confessarium intueri, & ab illo aspici itidem possit. Ipse quoque senior, & honestis moribus sit. Cum nulla vnquam sine superiorum licentia colloquantur, nisi cum monasterij præfecta & Rotæ, foresteriaq; præpositis, ij nunquam intra monasterij septa cibum capiant, sub graui suspensionis pœna, atque R. Episcopi arbitrio subeunda sed cùm necesse erit in hospitalitatis loco ad reficiendas vices cibo contenti sint, non opiparè, artificiósque condito, sed modico & simplici. At ne vnquam ibi pernoctent, nisi cum in extremo vitæ periculo monialis aliqua versabitur. Illos porrò ingredientes, & egredientes duæ moniales, seniores natu semper comitentur, & confessario confessiones audienté cum socio sint eo ipso, quo suprà loco.

Medicus ordinarius, vt quæ ægrotauerint, moniales inuisat. Alterque item medicus, qui extrà ordinem, in grauioribus morbis adhiberi possit, facultate, tamen ante impetrata, quoties ingredi necesse habet.

Chirurgus, aut tonsor, vt vlcera, aut plagas curet, venamq; cum opus est aperiat.

aperiat. His autem officij necessarij causa ingredientibus, duæ vt suprà dictum est, de confessario & eius socio assistant, semper monialium antiquissimæ, reliquis, quoad eius fieri omnibus semotis, quas autem videri aliquando necesse est, faciem omnes velo nigro ad os vsque contegant.

Cribrator tritici purgandi causa, quod tamen fiat, quàm rarissimè, bis quippe aut ad summum, ter quotannis.

Molitor, vt illud pistrinum deferendum sumat, tum etiam vt farinam in monasterium reportet, Quod item perrarò fiat, videlicet quater, aut quinquies in anno, aut vbi necessitas tulerit, in singulos saltem menses.

Pistor intra septa monasterij non recipiatur, cum pro foribus esse possit, vnde cùm furnus in ipso monasterio non est, panem crudum excipiat, quem foras ad furnum exportet, rursúsque coctum illuc reportet.

Duorum autem mensium spatio id curet, Episcopus vt in omnibus monasteriis furnus ad coquendum panem, accomodatus extruatur, vel coctus panis comparetur vt pistores, eorúmque ministri à frequenti, non modò ingressu, qui verè necessarius non est, sed etiam accessu arceantur.

At pro coquendo pane nullus prorsus vir aut mulier, purgandi, vel inflammandi furni causa ad monasterium introducatur. Nec verò, alius item alterius, cuiusuis actionis causa, quàm moniales per se obire, ac præstare possint. Olitor vt hortos, ac viridaria serat, ac colat, qui tamen cùm vites putandæ sunt, Socium vnum aut alterum etiam pro loci magnitudine adhibere poterit. Qui tamen omnes ab Episcopo scriptis probati sint.

Coloni, vt frumentum, vinum, ligna, & reliqua id genus vehiculis, aut iumentis inuehant, ac recondant.

Mulsones, agasones, & equiductores, vt allatas res, quæ tamen à monialibus gestari non possint, ipsi intrò ferant.

Equi verò, aut muli boues, asini, aliáve iumenta in monasteriis non alantur ne ad breue quidem tempus. Idcircò neque stabula vlla, aut præsepia permitti volumus, imò verò sicubi illa extant, ad alium vsum transferri, atque ita præsepia dirui, vt pro iumentis excipiendis, nullus verè sit locus, præcipimus, ac mandamus.

Baiuli vinarij, vt vinum, vel recondendum importent, vel venditum exportent, vel cùm opus est, in alia dolia transfundant.

Illud porrò Episcopus curet, vt ne triticum, vinum, oleum, aliaq́; annonæ fruges, quæ ad necessarium monialium victum, vsumq́; non pertinentes, vendi oportet in monasteriis, asseruentur. Quo minùs ob earum rerum venditionem intra illorum septa ingrediendum eis sit, qui illas exportare debent.

Lignarij, ferrarij, & cæmentarij, fabri, cum scilicet illorum operum adhiberi, necesse est.

Architecti, & monasterij protectores, cum de officio faciẽdo deliberabitur.

Hoc item Episcopus accuratè videat, ne illi quidem ipsi, quos introduci licet, si quam rem semel facere, exequíve poterunt, vt eandem agant, iterùm intromitantur. Sintque ij & graui, confirmatáque ætate, & probatæ, nec non integræ vitæ moribus.

Sepulturæ curator, vt monialis mortuæ corpus sepeliat. Quo tempore præter eum

ter eum,& confessarium,nemini alij omninò ingredi liceat ,sed in exteriori Ecclesia funerales preces, monialibus ipsis nequaquam respondentibus recitentur.

Vbi autem Monialium sepultura in exteriori fit Ecclesia , tunc nemo ingrediatur prorsus cum facilè sit , conuersis mortua monialis vsque ad monasterij ostium exponere.

Id porrò maximè probamus,vt in interiori Ecclesia,quoad eius fieri potest, omnia monialium sepulchra sint,ne quæ dum vixerunt,& monasteriis septis nunquam exierunt,mortuæ exire compellantur.

In sepulcbra verò monialium præsertim intra septa monasterij constructa, defuncti corpus vllum, cuiusuis illud sit,ne inferatur, graui interdicti pœna tam monialibus quàm hæredibus defuncti , alijsque omnibus proposita , qui quouis pacto eius delicti particip es fuerint,atque alia etiam grauiori Episcopi arbitratu.

Capellanus autem , vel Confessarius, vel quiuis alius etiam superior, ne vllo pacto ingredi, aut missam celebrare in Ecclesia interiori audeat. Si quis contra fecerit,(vt priùs comminatus est Pontificum iussus) suspensionis à diuinis,excommunicationisque pœnam ipso facto subeat Monasterij autem præfecta qua id permiserit præter excommunicationem , duos etiam annos omni suffragij ferendi iure, mulctetur. Sub iisdemquoque pœnis interdicimus , ne quiuis alius sacerdos die cœna Domini , aut sanctissimi Sacramenti in sepulchrum deferendi gratia in monasterium ingrediatur. Superiores verò ipsi admonentor , ne intra septa monasterij vnquam ingredi audeant, nisi visitationis gratia aut alia necessaria causa,pœnas alioquin ex sacrorum canonum iure,& Summorum Pontificum constitutionibus,ipsi quoque subituri.

Hæc Comensis Episcopus ad vitæ regularis reformationem legitimis instrutionibus præscripsit, quibus consideratis nos ad Monasteriorum Episcopis subiectorum reformationem accingamur.

DIOCÆSIS ANNVA VISITATIO.
§ XIIII.

[a] *Honorius III. Episcopo Assisinaten. lib. 1. Decretal. tit. 29. de offic. ind. ordin. cap. conquerente.*

HONORIVS [a] Papa huius nominis tertius inter iura Episcopalia enumerat visitationē. De officio Iudicis ordinarij. cap. Conquerente. Episcopi siquidem facto, & exemplo Christi docentur, suas dioceses visitare, qui circuibat totam Galilæam, docens in Synagogis eorum, & prædicans Euangelium regni,& sanans omnem langorem & omnem infirmitatem in populo. Matth.4.& 9. cap. dicit Matthæus, & circuibat Iesus omnes Ciuitates,& castella docens in Synagogis eorum, & prædicans Euangelium regni,&

regni & curans omnem langorem & omnem infirmitatem, De Archiepiſcopis habetur in cap. Vltimo de cenſib. lib. 6. quod quoties volunt poſſunt totam ſuam prouinciam viſitare.

Ad quid autem ipſa viſitatio[b] fieri debeat docet factum Chriſti ſtatim ex Matthæo citatũ, & ſacrum generale Lateranenſe Concilium cap. 33. ita habens, Porrò viſitationis officium exercentes non quærant quæ ſua ſunt, ſed quæ Ieſu Chriſti prædicationi & exercitationi & correctioni & reformationi vacando vt fructum referant qui non perit. Et habetur de Cenſibus. cap. Procurationes §. Porrò. Fit etiam viſitatio ad Confirmationis ſacramentum miniſtrandum ita dicente Concilio Tholetano relata eſt coram Sancta Synodo quod ſunt quidam Epiſcopi nolentes ad prædicandum vel ad confirmandum ſuas per annum Parrochias circuire. 10. q. 1. c. Relata eſt 3. Epiſcopum per cunctas diocæſes parrochiáſque ſuas per ſingulos annos ire oportet vt exquirat quomodo vnaquæque Baſilica in reparatione ſui indigeat hæc Concilium Toletanum. 4. can. 35. Et recitatur. 10. q. 1. cap. Epiſcopum. Præterea viſitatio Epiſcoporum ordinatur ad inquirendum de multis. Primum vt habet Concilium Bracharenſe. 2. placuit omnibus Epiſcopis vt per ſingulas primùm diſcutiant clericos quomodo ordinem Baptiſmi vel Miſſarum, vel qualiter quæq; officia in Eccleſia peragant. Et ſi rectè quidem inuenerint Deo gratias agant, ſi autem minimè, docere debent ignaros, vt habetur. 10. q. 1. c. placuit.

Deinde inquirant ſi Eccleſiæ mundanis ſupellectilibus deputentur, & an vaſa, ornamenta, corporalia & alia ad cultum Miſſæ & Eccleſiæ decorem pertinentia munda ſint & decentia ex generali Concilio Lateranenſi cap. 19. Et habetur de cuſtodia Euchariſtiæ cap. 2. Relinqui nolumus. Præterea ſi Chriſma & Euchariſtia reuerenter & ſecurè conſeruetur vt etiam vult dictum Concilium generale Lateranenſe, can. 20.[c]

Inſuper inter viſitandum inquirant Epiſcopi de Symoniaca receptione in Monaſteriis & de illius facienda correctione & punitione iuxtà decretum Cœleſtini 3. qui

Pp poſtquam

[b] Viſitationis commoda hæc Granatenſis in Concione de officio Paſtoru docet. Grex inuiſitur, illius mores exquiruntur, baſilicæ reparantur, diſsidia componuntur, concubinarij caſtigantur, ludi legibus prohibiti profligantur, boni viri fouentur, mali corripiuntur, inopes ſubleuantur, vitia publica eliminantur, & morbidæ oues (ne contagio ſuo cæteras inficiãt) à reliquo grege ſeparantur. Hæc omnia ouibus beneficia præſtat boni paſtoris viſitatio. Paſtores verò officij huius immemores, grauiter Dominus apud Zachariam, his verbis increpat, Sume tibi vaſa paſtoris ſtulti: quia ecce ego ſuſcitabo paſtorem in terra, qui derelicta non viſitabit, diſperſum non quæret, contritum non ſanabit, & id quod ſtat, non enutriet: carnes tantũ pinguium comedet, & vngulas eorum diuidet. O paſtor, & idolum derelinquens gregem!

[c] Statuimus vt

in cunctis Ecclesiis Chrisma & Eucharistia sub fideli custodia clauibus adhibitis conseruetur, vt non possit ad illa temeraria manus extendi ad aliqua horribilia, vel nepharia exercenda, si verò is ad quem spectat, custodia ea incautè reliquerit tribus mensibus ab officio suspendatur. Et si per eius incuriam aliquid nephandum inde contigerit, grauiori subiaceat vltioni. Et habetur de custodia Eucharistiæ. cap. statuimus.

d Et habetur de hæreticis cap excommunicamus. §. adiicimus.

postquam sanciuit pœnam Symoniacè recipientium & receptorum in monasterio scribens Archiepiscopo Cantuariensi subnectit. Iniungas Episcopis tuis vt hanc formam per suas Diocæses studeant obseruare. De Symonia. cap. Dilectus. 2.

Concilium generale Lateranense sub Innocentio 3. cap. 64. Postquam similem pœnam decreuit in moniales Symoniacè recipientes & receptas in monasterio, similiter in monachos, & alios regulares postea subiungit. Verùm ne per simplicitatem vel ignorantiam se valeant excusare, præcipimus vt Diocæsani Episcopi singulis annis hoc faciant per suas diocæses publicari. De Symonia c. Quoniã.

Deinde inquirat de canonica possesione beneficiorũ potissimum in habentibus plura beneficia curata contra sacrorum canonum decreta, vt in II. Classi diffusè tractatum est.

Postremò inquirat de hæreticis si quæ de eorũ pertinacia fama volet: ita statuente Concilio generali Lateranẽsi cap. 3. Adiicimus insuper vt quilibet Archiepiscopus vel Episcopus, per se aut per Archidiaconum suum, vel idoneas & honestas personas, bis aut saltem semel in anno propriam parrochiam in qua fama fuerit hæreticos habitare circumeat.[d] Præfatus modus visitãdi, & in visitatione obseruandus per Episcopum habetur in Pontificali Episcoporum, his verbis,

Primò Episcopus solenni vt erit habitu indutus, accedat ad altare & illud osculans cõuersus ad populum benedictione data proponit causas sui aduentus quas sacri canones decernunt.

Deinde ad absolutiones defunctorum se conferat.

Tertiò videat qualiter ipsa ecclesia spiritualiter & temporaliter gubernetur, qualiter scilicet se habeat in ornamentis, qualiter ibi ecclesiastica sacramenta ministrentur, & diuina officia peragantur, quale seruitium ibi impendatur, qualis sit vita ministrorum & populi & si qua in præmissis corrigenda venerint, corrigantur, præcipiant etiam ibi fieri libros necessarios & ecclesiastica ornamenta.

Quartò adulteria, fornicationes, sortilegia, diuinationes & similia publica in populo punienda ad quod interdum non sufficiunt ecclesiarum rectores ostendat diligenter populo quam damnabilia &

& detestanda sunt crimina ipsa.

Quintò propter casus qui de iure, vel consuetudine ad episcopum duntaxat pertinere noscuntur qui in constitutionibus Synodalibus continentur, de quibus nullus alius se intromittere potest. Plebi protestetur quod si quis vel si qua persona, in aliquo ipsorum casuum vel in quocunque alio ipsius Consilio indiguerit paratus sit benignè audire consilium & absolutionem ac pœnitentiam misericorditer impendere salutarem.

Sextò exhibeat sacramentum confirmationis cum nullus Episcopo inferior id ex diuina institutione communicare fidelibus possit.

Vltimò instruat populum de Ecclesiasticis sacramentis & articulis fidei vitia fugere, & virtutes sectari, & ad pœnitentiam diligenter hortetur. His expletis fit populi confessio & absolutio generalis & indulgentia datur per ontificem.

In quali autem statu incedere habeat Episcopus dum visitat, docet Concilium Lateranense generale[e] cap. 33. simul & quid accipere debeat dicens. Procurationes quæ visitationis ergò debētur Episcopis archidiaconis vel quibuslibet etiam Apostolicæ sedis legatis aut nunciis absq; manifesta & necessaria causa nullatenus exigantur, nisi quando præsentialiter officium visitationis impendunt & tunc euectionum & personarum mediocritatem obseruēt in Lateranensi Concilio definitam. Mediocritas autem euectionum & personarum definita per Concilium Lateranense sub Alexand. 3. & supra allegata recitatur de censibus. cap. cùm Apostolus. propter quod Innocentius 4. tit. eod. c. 1. §. procurationes[f] in 6. ita habet Procurationes autem recipiat scilicet visitator secundum quod est in canonibus constitutum Sequitur. Nullam tamen pecuniam ipse vel aliquis de sua familia, occasione alicuius officij aut consuetudinis seu quolibet alio modo eorum nomine sed in victualibus expensas recipiat tantum moderatas, caueat insuper ne ipse vel quisquam suorū aliquod munus quodcunque sit & qualitercunque offeratur præsumat recipere, vt non quæ sua sunt videatur quærere, sed quæ Iesu Christi. Quod si fuerit contra præsumptum, recipiens maledictionem incurrat à qua nūquam nisi duplum restituat

e Forma quam obseruare debent Archiepiscopi in suarum prouinciarum visitatione ponitur. extrà. de censib. 1 cap. in 6. Similiter & quam Episcopi seruare debent in visitandis suis diœcesibus illic habetur. §. vltimo.

f Extrà de Censibus. cap. 23. l. procurationes.

liberetur, volumus enim in his fraudem quamlibet penitus euitari. Hæc Innocentius 4.

Et licet illic de Archiepiſcopis viſitantibus loquatur hoc idem intelligitur ſimiliter de Epiſcopis vt patet per ſubſequentia vbi dicitur Hanc autem viſitandi formam ab vniuerſis etiam Epiſcopis aliiſque Prælatis ordinario iure ſuos ſubiectos viſitantibus plenè obſeruari præcipimus, ſaluis ſuper hoc rationalibus & approbatis religioſorum conſuetudinibus & regularibus inſtitutis. Hæc ibi.

Nota diligenter quod ſupra diximus vt procurationes recipiat viſitator ſecundùm quod eſt in canonibus conſtitutum. Super quo verbo canonibus. gloſſ. 10. q. 3. cap. relatum. Et ſup. eodem tit. Cum Apoſtolus. Nuper. Metropolitanus ſimiliter & Epiſcopus viſitando non grauet ſubditas Eccleſias in expenſis ex octaua Synodo generali can. 19.[g] Si viſitare non poſſit Epiſcopus in perſona committat aliis ita ſtatuente Concilio Toletano 4. can. 35. Quod ſi ipſe Epiſcopus aut langore detentus aut aliis implicationibus occupatus viſitare nequiuerit,[h] Presbyteros probabiles, aut diaconos mittat, qui redditus baſilicarum & reparationes & miniſtrantium vitam inquirant, & habetur 10. q. 1. cap. Epiſcopum.

Quomodo autem & à quibus ſit Vicario Epiſcopi viſitatori prouidendum, docet Greg. IX. ext. de offic. iud. ord.[i]

Iam tandem audienda eſt Concilij Tridentini ſententia de Prælatorum viſitatione Seſſ. 4. cap. 3. promulgata ſub hac fermè verbum ſerie.

Patriarchæ, Primates, Metropolitani & Epiſcopi propriam diocæſim per ſeipſos, aut, ſi legitimè impediti fuerint per ſuum Generalem Vicarium, aut Viſitatorem, ſi quotannis totam, propter eius latitudinem, viſitare non poterunt, ſaltem maiorem eius partem, ita tamen, vt tota biennio per ſe vel viſitatores ſuos compleatur, viſitare non prætermittant. A Metropolitanis verò etiam poſt plenè viſitatam propriam diœceſim non viſitantur Cathedrales Eccleſiæ, neque diœceſes ſuorum Comprouincialium, niſi cauſa cognita, & probata in Concilio Prouinciali. Archidiaconi autem Decani, & alij inferiores in iis Eccleſiis vbi

[g] Ex hoc textu apparet quod viſitans non poteſt recipere munus: concordat in delegato, quò ad non eſculenta, ſed quo ad eſculenta quæ paucis poſſet conſumi diebus, diſcordat. Vt habetur in gl. eiuſdem cap. verb. Aliquod munus. eod. tit.

[h] Inualetudine grauatus Epiſcopus viſitationis officium aliis committat. Burch. l. 1. cap. 87. Iuo p 5 cap. 193.

[i] Gregorius IX. Si epiſcopus (inquit) ſuam diœceſim vbi ei à iure permittitur, faciat per alium viſitari, licet ipſe illis habeat in aliis neceſſariis prouidere, hij tamen qui viſitant miniſtrare tenentur expenſas victualium viſitanti, cùm ſecundùm Apoſtolum non ſit malum, ſi ab iis metantur temporalia per quæ ſpiritualia ſeminantur. Idem tamen Epiſcopus cum perſonaliter non viſitat, nihil prorſus ab his qui per illum quem deputat, fuerint viſitati exigat.

vbi hactenus visitationem exercere legitimè consueuerunt, debeant quidem assumpto notario de consensu Episcopi, deinceps per seipsos tantùm ibidem visitare. Visitatores etiam, à capitulo deputandi, vbi capitulum ius visitandi habet, prius ab Episcopo approbentur, sed non ideò Episcopus, vel eo impedito, eius visitator easdem Ecclesias seorsum ab his visitare prohibeatur cui ipsi Archidiaconi vel alij inferiores, visitationis factæ infra mensem rationem reddere, & depositiones testium, ac integra acta ei exhibere teneantur, non obstantibus quacunque consuetudine, etiam immemorabili atque exemptionibus, priuilegiis quibuscunque. Visitationem autem omnium istarum præcipuus sit scopus, sanam, orthodoxámque doctrinam, expulsis hæredibus, inducere bonos mores tueri prauos corrigere, populum cohortationibus & admonitionibus ad religionem pacem. innocentiámque accendere, cætera, prout locus, tempus & occasio feret, ex visitantium prudentia ad fidelium fructum constituere. Quæ vt faciliùs, fœliciúsque succedant, monentur prædicti omnes & singuli, ad quos visitatio spectat vt paterna charitate, Christianóque zelo omnes amplectantur, ideoque modesto contenti equitatu famulatúque, studeant quàm celerrime, debita tamen cum diligentia, visitationem ipsam absoluere. Interímque caueat, ne inutilibus sumptibus cuiquam graues, onerosive sint, néve ipsi aut quisquam suorum quidquam procurationis causa pro visitatione,[k] etiam testamentorum ad pios vsus, præter id, quod ex relictis piis iure debetur, aut alio quouis nomine, nec pecuniam, nec munus, quodcunque sit, etiam qualitercumque offeratur, accipiant, non obstante quacumque consuetudine, etiam immemorabili, exceptis tamen victualibus, quę sibi ac suis frugaliter, moderatéque pro temporis tantum necessitate, & non vltra erunt ministranda. Sit tamen in opinione eorum qui visitantur, si malint soluere, id quod erat ab ipsis ante solui, certa pecunia taxata, consuetum, an verò prædicta victualia subministrare, saluo item iure conuentionum antiquarum cum monasteriis, aliísve piis locis aut Ecclesiis non parrochialibus initio, quòd illæsum permaneant.

k Doctoris Angelici D. Thomæ sententiam hac in re mirum in modum suspiciendam intelligimus, qua quidem docet licere prælatis, dum subditos visitant, statas procurationes percipere: non quidem tanquam correctionum pretio, quæ proculdubio spiritualis res est, sed quasi debitum stipẽdium. In quo quidem verbo duo ipse Scitus obseruat. Priùs, quòd reuera visitationum stipendia ob id censentur licita, quòd prælati per seipsos visitare debent greges suos vt vultum pecoris agnoscere possent; & vocẽ audire, secundũ verbum Christi Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas, et cognoscunt me meæ: nam alios mittere, qui dũtaxat mercedem corradant, nulla erat mercede dignum. Posterius quod cũ eiusmodi stipendia sustentationis gratia fuerint constituta, illic præcisè videntur purissi-

neant. In iis verò locis, seu prouinciis, vbi consuetudo est vt nec victualia, nec pecunia, nec quicquam aliud visitatoribus accipiatur sed omnia gratis fiát [l]ibi ritus obseruetur. Quód si quisquam (quod absit aliquid amplius in supradictis omnibus casibus accipere præsumpserit, is præter dupli restitutionem, intra mensem faciendam aliis etiam pœnis iuxtà Constitutionem Concilij generalis Lugdunensis [m] quæ incipit. Exigit. nec non & aliis pœnis in Synodo Prouinciali arbitrio Synodi, absque vlla spe veniæ mulctetur. Patroni verò in his quæ ad Sacramentorum administrationem spectant, nullatenus se præsumant ingerere, neque visitationi ornamentorum Ecclesiæ, aut bonorum stabilium, seu fabricarum prouentib. immisceāt, nisi quatenus id eis ex institutione ac fundatione competat, sed Episcopi ipsi hæc faciant, & fabricarum redditus in vsus Ecclesiæ necessarios, & vtiles prout sibi expedire magis visum fuerit, expendi curent. [n]Operosum nimis foret alia pleráque decreta sanctorum Patrum huic visitationis præcepto recensere, quæ & prolixitatis vitandæ gratia & omisimus, & hæc sufficere existimauimus.

ma conscientia exigi posse, vbi episcopatus non sunt nimium pingues, nam vbi decimæ abundant, profectò non est vsque adeò tutum.

l consuegit. de censib. in 6.

m Conc. Trid. Sess. 24. de refor. c. 3. § quod si quisquam.

n Exigentes procurationem in pecunia numerata, etiam à volentibus, vel in victualibus restituant, duplū illius quod acceperunt intra mēsem alias elapso mense sunt interdicti, & si decederēt durante interdicto essent sepeliēdi in terra prophana, & non in cœmeterio. Et habes iteum hac pœna in Episcopis & Archiepiscopis, sed alij inferiores sunt suspēsi ab officio, & beneficio, donec restituerint illud duplum. Et posito quod dantes munera, vellent eis remittere, nihilominùs accipientes, tenentur illa restituere.

DE SYNODO PROVINCIALI ET ANNVALI CELEBRANDO.

§ XV.

CONCILIVM per Episcopos celebrandum est duplex, quoddam Prouinciale quod legatus aut primas vel Metropolitanus facit cum suis suffraganęis & aliis cōuocatis diœcesis, commodo. Et hoc rursus duplex est, nam vel est decretæ seu delegatæ prouinciæ siue à legato à latere Papæ, aut ab altero ad hoc misso, quod ipse, iure legationis aut specialis commissionis celebret cum Metropolitanis, Primatibus, Episcopis & Clericis etiam exemptis Prouinciæ, siue prouinciarum intra legationis suę terminos contentarum. Aliud est Concilium prouinciale limitatæ prouinciæ, cui scilicet preest Patriarcha aut primas vel Metropolitanus Archiepiscopus, & de huiusmodi Cōcilio prouinciali quatuor tractanda sunt.

a Synodi prouincialis vtilitatem habes in textu statut. Basil. Rasone. his verbis, Hic conferunt patres

Primùm

Primùm de debito celebrandi huiuſmodi Concilio canon. Apoſto. 38. ita ſtatuitur. Bis in anno Epiſcoporum Concilia celebrentur vt inter ſe inuicem dogmata pietatis explorent, & emergentes Eccleſiaſticas contentiones amoueant ſemel quidem quarta ſeptimana Pentecoſtes.

Secundo verò, duodecimo die menſis Hyperberetei id eſt iuxtà Romanos 4. Idus Octobris.[b] Concilium primum generale Nycænum can. 5. ſic habet. Seruetur & iſta ſententia vt hi qui ab aliis excommunicantur ab aliis ad cõmunionem non recipiantur. Sequitur immediatè. Requiratur ſanè ſi forte aliqua indignatione aut contentione aut qualibet commotione Epiſcopi ſui excommunicati ſint. Vt ergò digna poſſint examinatione perquiri, rectè viſum eſt per ſingulos annos, in ſingulis Prouinciis bis in anno Epiſcoporum Concilium fieri, vt ſimul in vnum cõuenientes, ex communi prouincia huiuſmodi examinent quæſtiones, vt ita demùm hi qui ob culpas ſuas Epiſcoporum ſuorum offenſas meritò contraxerunt, dignè etiam à cæteris excommunicati ſimiliter habeantur, quouſque in communi vel ipſi Epiſcopo ſuo viſum fuerit humaniorem circa eos ferre ſententiam, habeatur autem ſemel Concilium ante dies quadrageſimæ vt omnibus (ſi quæ ſunt) ſimultatibus amputatis, mundum & ſolemne munus Deo poſſit offerri, ſecundum verò agatur circa tempus autumni. Eadem eſt ſententia Concilij Chalcedonenſis.[c]

Sexta Synodus generalis quæ fuit Conſtantinopolitana canon. 8. ſtatuit Synodos prouinciales quotannis ſaltem fieri.

Concilium Antiochænum quod fuit à præfata ſexta Synodo receptum & approbatum vt habetur canone eius ſecundo ita ſtatuit. Propter Eccleſiaſticas cauſas, & quæ exiſtunt controuerſias diſſoluendo ſufficere nobis viſum eſt, bis in anno per ſingulas prouincias Epiſcoporum Concilium fieri. Et habetur. 18. diſt. cap. Propter. Leo Papa primus ſimiliter ita diffiniuit, de Conciliis autem Epiſcopalibus non aliud indicimus quam quod ſancti patres ſalubriter ordinauerunt, vt ſcilicet bini conuentus per ſingulos annos habeantur in quibus querelæ quæ inter diuer-

inter ſe de Doctrina fidei: nũc vno interpretante, & cæteris aliis tacentibus: nũc respondente vno, & cæteris interrogantib. & quod fidei Catholicæ, Patrumq; præceptis conſonare videtur, id vnã confirmant, corroborãt, & proſitentur. Hîc de moribus populi ſui quiſque refert, quod animaduerſione dignum putat: vt eius rei cauſa admonitiones populares, ſi opus ſit, concipiantur in Synodo.

[b] 11. q. 3. cap. Seruetur.

[c] Calcedonenſe generale Concilium can. 18. *ſic decreuit peruenit ad noſtras aures, quod in prouinciis conſtituta Epiſcoporum Concilia minimè celebrentur, hoc ex eo probatur, quod multa quæ correctione opus habent Eccleſiaſtica res negliguntur: ſtatuit ergo hæc Sancta Synodus ſecundũ regulas Patrum, bis in anno in vnum conuenire per ſingulas prouincias Epiſcopos*

ſos

ſos Eccleſiæ ordines naſci aſſolent, iudicetur, ac ſi fortè inter ipſos qui præſunt de maioribus peccatis naſcitur quod abſit cauſa quę prouinciali nequeat examine definiri. Fraternitatem tuam de totius negotij qualitate Metropolitanus curabit inſtruere. Et habetur. 18. cap. de Conciliis.

Secundùm ſubſequentia iura Concilium prouinciale ſaltem ſemel in anno celebretur. Decreto ſextæ Synodi ita fieri decernentis vt ſtatim ſupra patuit coheret decretum ſeptimę Synodi generalis quæ fuit 2. Nycena can. 6. decernentis ſaltem ſemel in anno celebrari Synodos prouinciales ſicut Patres ſextæ Synodi in Trullo ſtatuerunt. Et habetur. diſt. 18. cap. Quoniam quidem.[d]

Octaua etiam Synodus generalis quæ fuit quarta Conſtantinopolitana can. 17. determinat Metropolitanos ſuper vniuerſos Epiſcopos, qui ab ipſis promouentur habere poteſtatem ad conuocandum eos vrgente neceſsitate, ad Synodalem conuentum, & corrigendum, ac coercendum eos cum fama illos ſuper quibuſdam delictis forſitan accuſauerit.

Lateranenſe generale Concilium ſub Innocentio 3. celebratum cap. 6. ita habet. Sicut olim à ſanctis Patribus noſcitur, inſtitutum, metropolitani ſingulis annis cum ſuis ſuffraganeis prouincialia non omittant celebrare Concilia in quibus de corrigendis exceſsibus & moribus reformandis præſertim in clero diligentem habeant cum Dei timore tractatum, canonicas cauſas & maximè quæ ſtatuta ſunt in hoc generali Cócilio relegentes vt eas faciant obſeruare debitam pœnam tranſgreſſoribus infligendo, vt autem id valeat efficaciùs adimpleri per ſingulas diocæſes ſtatuant idoneas perſonas prouidas videlicet & honeſtas quæ per totum annum ſimpliciter & de plano abſque vlla iuriſdictione, ſollicitè inueſtigent, quæ correctione vel reformatione ſunt digna & ea fideliter perferant ad Metropolitanum & ſuffraganeos in Concilio ſequenti vt ſuper his & aliis vt vtilitati & honeſtati congruerit prouida deliberatione procedant.[e] Et recitatur. de accuſationibus. ca. Sicut olim.

Nec prædictis officiunt quæ refert Gratianus diſt. 17. in cap. Syno-

d Hæc XVIII. Diſtinctio cum ſuis canonibus plena eſt præceptorum de obſeruatione Synodorum Prouincialium. Statuit Synodus Calcedonenſis ſecundùm regulas Patrum bis in anno in vnũ conuenire per ſingulas Prouincias Epiſcopos, vbi ſingula quæ emerſerint, corrigantur καὶ (vt Græcus habet) διορθοῦν ἕκαστα τὰ ἀνακύπτοντα. ſtudeant.

e Idem ſacrum Lateranenſe generale Concilium cap. 69. prohibens, ne Iudæi publicis officiis præficiantur, ſic habet, Si quis autem eis tale officium commiſerit per prouinciale concilium quod ſingulis præcipimus annis celebrari, monitione præmiſſa diſtrictione qua cõuenit cõpeſcatur. Et habetur de Iudæis & Saracenis cap. cùm ſit nimis.

cap. Synodum ex Marcello Papa, & in cap. regula vestra. ex Iulio Papa & in cap. nec licuit. ex Gregorio, quia non licet aliquibus Synodum congregare sine summi Pontificis authoritate cum fiant Conciliorum generalium & summorum Pontificum decreto & præcepto. Nec illud aliud obstat quod in cap. Concilia. eadem dist. 17. ex Symmacho Papa scribitur, quod Concilia Sacerdotum Ecclesiasticis legibus quotannis decreta, per prouincias quia præsentiam Papæ non habent valetudinem perdiderunt (intellige quantum ad definiendum aliquid de fide aut de moribus vniuersaliter obseruãdum) quoniam hoc soli generali Concilio competit.

Secundum circa Prouinciale Concilium tractandum, est, de vocandis ad ipsum, Principes enim sæculares hinc arcentur, octauę Synodi decreto, Illud autem tanquam exosum quoddam ab auribus nostris repulimus, quòd à quibusdam imperitis dicitur, non posse Synodum absque principũ præsentia celebrari, cum nusquam sacri canones conuenire seculares Principes in Conciliis sanxerint, sed solos Antistites. Vnde nec interfuisse illos Synodis exceptis Conciliis vniuersalibus inueniemus, nec enim fas est sæculares Principes spectatores fieri rerum quæ sacerdotibus Dei nonnunquam eueniunt. [f] Hæc sacrum 8. generale Concilium. Nam Catholicorum sententia est, solos Prælatos maiores, eosque omnes, id est, Episcopos in Conciliis generalibus & prouincialibus habere ius suffragij decisiui ordinariè, ex priuilegio autem & consuetudine, etiam Cardinales, Abbates, & Generales Ordinum, licet Episcopi non sint, ex Presbyteris autem & aliis Clericis minoribus tantùm vocari aliquos viros doctos, qui iuuent in disputando, vel aliis ministeriis, Principes autem vocari, tum vt Concilium defendant, tum vt testes & conscij decretorum Concilij, postea transgressores & contumaces pœnis corporalibus puniant. Denique, ex priuatis Laicis tantùm vocari aliquos, si videãtur vtiles, vel necessarij ad aliquod ministerium Concilij. Hanc sentẽtiam esse Catholicorum, patet tum ex personis, quæ interfuerunt Conciliis generalibus, tum ex Ioanne de Turrecremata libro

[f] *Si quis contendas omnes Christianos esse Episcopos, & quod dictum est Petro, omnibus Christianis esse dictum: is demonstrare debebit, Quinam sunt illi, qui in Ecclesia dicuntur oues, si enim omnes sint pastores, vbi oues? quod si quidam sunt pastores, id est, Episcopi, & quidam oues, id est, Laici, & si pastores in Conciliis conuenire debeãt: Vt definiant quæ sint bona pascua, quæ verò noxia, certè sequitur non Laicorum, sed Sacerdotum esse Concilia. Cyprianus in initio Epistola ad Iulianum Hilarius lib. de Synodis, Ambrosius epist. 32. Hieronymus li. 4. Apologia contra Ruffinum, Augustinus epi. 119. Leo epist. 16. & sequen. Ruffin. lib. 10. hist. ca. 1. Athanas. in epist. ad solitariam vitã sectantes, alijq; Patres, qui passim, Concilia Episcoporum esse. Præterea Theodosius iunior in epistola ad Ephesinam Synodum, quæ extat in primo*

libro tertio, capite duodecimo & decimoquinto, & aliis Catholicis auctoribus.

Tertiò, probatur ex Conciliis, hactenus celebratis: nam omnium Conciliorum decreta ab Episcopis solis facta esse, patet ex subscriptionibus, vbique enim inueniuntur soli Episcopi subscripsisse, exceptis paucis generalibus, quibus Imperator etiam subscripsit, sed alia forma, quàm Episcopi: Episcopi enim definiendo, vt Iudices, Imperatores consentiendo, subscripserunt, & quibusdam etiam paucissimis, vt Florentino, Lateranensi & Tridentino, quibus scripserunt Abbates & Generales Ordinum, ceteri, quamuis optimi & doctissimi essent, nunquam sunt admissi, nisi ad consultandum, exceptò Concilio Basiliensi, vbi Presbyteri admissi sunt ad suffragium decisionū, sed perperam & contra morem omnis antiquitatis, nec illud Concilium fuit legitimum, Iuxta Italorum sententiam.

Vocandi autem sunt ad Concilium prouinciale omnes illius prouinciæ Episcopi vt diffusè docet Gratianus in decretis. dist. 18. c. Propter. 2.

Tertium circa Prouinciale Concilium tractandum, est scire ad quid celebretur non enim congregatur vt de fide decidat, cùm maiores & difficiliores quæstiones, scilicet de fide vt sancta Synodus statuit & beata consuetudo exigit, ad sedem semper referantur Apostolicam, vt inquit Pelagius Papa dist. 17. cap. Multis. in fine capituli. Et Innocentius Papa primus. Quoties (inquit) ratio fidei vētilatur arbitror omnes fratres & Episcopos nostros non nisi ad Petrum id est sui nominis & honoris authoritatem referre debere, Idem vult Innocent. 3. in cap. Maiores. De Baptismo & eius effectu. Præterea Concilij Prouincialis sententiæ cæteræ prouinciæ non astringuntur Insuper prouinciale Concilium potest errare sicut de multis compertum est quod errarunt, ideo ad ipsum non spectat de fide diffinire verum vt notat glossa super cap. Quoties. 24 q. 1. Aliud est quæstionem de fide notam terminare, quod nulli præterquam Romanæ sedi vel Concilio generali permittitur, Aliud autem est ipsam sine diffinitione ventilare quod Patriarchæ & primates facere possunt vt testatur Clemens Papa

tomo vnius Concilij, c. 3 2. Illicitum est, in quo tamen, qui non sit in ordine sanctissimorum Episcoporum, Ecclesiasticis immisceri tractatibus. Pulcheria quoque Imperatrix in Epistola ad Strategum Bithiniæ, quæ habetur ante Concilium Chalcedonense, iussit, vt Clerici, Monachi, & Laici, etiam vi repellerentur à Concilio, exceptis paucis illis, quos Episcopi secum duxerant. In Concilio Chalcedonensi, actione prima, cùm ad Martinum Archimandritā mitteretur, vt subscriberet, respondit non esse suum, sed Episcoporum tantū subscribere. Et in eodem Concilio cùm pro Dioscoro Monachi & Laici ingressi essent, sæpiùs Patres clamarunt: Mitte foras superfluos, Concilium Episcoporum est.

Papa in cap. ſecundo diſtinct. 80.

Poteſt etiam Prouinciale Cōcilium cum Epiſcopo alicuius propoſitionis prædicationem & aſſertionem inhibere ex qua poteſt oriri ſcandalum & rebelles huic prohibitioni punire. Celebratur autem concilium Prouinciale propter cauſas ex can. 28. Apoſtolorum & à generalibus Conciliis & ſummis Pontificibus huiuſmodi Concilij prouincialis celebrationem indicentibus propoſitas & ſuperius commemoratas. Adiicit Concilium generale Lateranenſe cap. 30. aliam cauſam, nam poſtquam illic præuiſit grauem querelam de quibuſdam prælatis aſſumentibus viros indignos ex affectu inordinato ad Eccleſiaſtica beneficia, ita decernit: Volentes igitur huic morbo mederi præcipimus, vt prætermiſsis indignis aſſumant idoneos qui Deo & Eccleſiis velint & valeant gratum impendere famulatum. Fiátque de hoc in prouinciali Concilio diligens inquiſitio annuatim, vt habetur de præbendis & dignitatibus cap. Graue nimis. Ecce quomodo in Concilio prouinciali ſit diligenter inquirendum de idoneitate & indignitate promotorum ad Eccleſiaſtica beneficia. Præcipit etiam Concilium Baſilienſe ſeſſ. 20. vt ſua Conſtitutio contrà Concubinarios ſacerdotes edita publicetur, in prouincialibus & Epiſcopalibus Synodis.

Quartum conſiderandum circa huiuſmodi Concilia prouincialia, eſt quāta ſit illorum authoritas [g] de qua Auguſtinus lib. 2. de Baptiſmo. cap. 3. ita ait Ipſa Concilia quæ per ſingulas regiones vel prouincias fiunt plenariorum Conciliorum authoritati quæ ſunt ex vniuerſo orbe Chriſtiano ſine vllis ambagibus cedere oportet Gratianus diſt. 18. in principio. de huiuſmodi Conciliorum authoritate differens ita habet. Epiſcoporum Concilia ſunt inualida ad diffiniendum & ad conſtituendum non autem ad corrigendum, quod dicit ea inualida ad diffiniendum & conſtituendum intellige generaliter vt omnes obligent, poſſunt enim Epiſcopi canones Epiſcopales conſtituere quibus ſubditos ligent & obligent ad ipſorum obſeruantiam, imò decreta Conciliorum prouincialium Eccleſiæ ſedi apoſtolicæ propoſita & non reiecta. ſunt ab omnibus tenenda

[g] *Poteſt etiam Prouinciale concilium, aut Epiſcopus in his quæ iam diffinita ſunt de fide aut euidentiſsimis ſacræ Scripturæ teſtimoniis contraria contra eos qui deprehendi poſſunt lapſos ius dicere, & ſententiam ferre, hoc enim non eſt de fide ſententiam ferre, ſed ſententiam iam latam exequi, huc tendit quod in cap. ad abolendam. de hæreticis dicitur Excōmunicatos eſſe omnes hæreticos, quos Romana Eccleſia, vel Epiſcopi in ſuis Eccleſiis declarauerunt hæreticos, quod de deprehenſis in manifeſta hæreſi intelligendum eſt.*

nenda tanquam tacito consensu ab Ecclesia recepta & confirmata.

Aliud est Concilium Episcopale singulis annis celebrandum, de quo sic habet Lateranense Concilium cap. 6. Quæ statuerunt Metropolitani cum suis suffraganeis in Concilio prouinciali faciant obseruari publicantes ea in Episcopalibus Synodis annuatim per singulas diocæses celebrandis, & habetur. de accusationibus. c. 25. Sicut olim.[h] Gratianus 18. dist. c. Annis. ex Concilio Biloensi & cap. Decernimus. ex Concilio Tholetano, probat Synodum Episcopalem singulis annis celebrãdam, Nec obstat quod ex Martino Papa refert dist. eadem. cap. propter. 2. in fine capituli, vbi sic habetur. Nulli autem Episcopo liceat propria apud semetipsum Concilia facere præter eos quibus Metropoles sunt creditę loquitur enim vt rectè dicit glossa de Conciliis Prouincialibus cum aliis Episcopis.

Vocandi ad Synodum Episcopalem sunt Sacerdotes & Abbates ex Concilio Tholetano vt habetur dist. 18. c. Decernimus. de Abbatibus id testatur Concilium Aurelianense in cap, Abbates. 18. q. 2.

Innocentius tertius Abbates (inquit) & Sacerdotes tibi Diocæsana lege subditos, qui ad tuam Synodum conuenire contemnunt,[i] dummodo in ipsa Synodo non ducas aliquid statuendũ quod Canonicis obuiet institutis per censuram Ecclesiasticam ad Synodum illam venire compellas, de maioritat. & obed. cap. Quod super his.

Ad quid autem celebretur Synodus Episcopalis docet Concil. Tholet. dicens Cum ad Letanias vel Concilium venerint presbyteri qui in Parrochiis ordinãtur rationem suo Episcopo reddant qualiter susceptum officium celebrent vel baptizent. Et habetur. dist. 38. c. Quando.

Nota ad Letanias id est secundùm glossam ad processiones rogationum, nam eo tempore omnes Sacerdotes veniebant ad Ecclesiam Cathedralem.

Secundò vt priorum Conciliorum decreta renouentur & clariùs innotescant suæ diocæsi quod videtur innuere Concilium Basiliense Sess. 20. contra concubinarios tali decreto. In Conciliis prouincialibus & Synodalibus aduersus

h Diocæsana Concilia sunt in quibus conueniunt, tantùm præbuerit vnus Episcopatus, & eis Episcopus præest, & vix dici possunt Concilia cum in ordinariò nullus sit qui Iurisdictionẽ habeat, præter vnum Episcopum qui præest.

i Clemens 4. scribit quosdam Abbates etiam exemptos adesse teneri prouincialibus Conciliis, & Episcopalibus Synodis extra. De priuilegiis. cap. 6. lib. 6 Nec obstat quòd ex Concilio Thuronensi refert Gratian. dist. 18. cap. Episcopus. 2. quod episcopus non debet Abbatem cogere ad Synodum ire, nisi aliqua rationabilis causa existat, Nam loquitur de priuilegiatis, vt de statu monachorum. c. 1.

uerſus tales punire negligentes vel de hoc crimine diffamatos etiam per ſuſpenſionem à collatione beneficiorum vel alia condigna pœna procedatur ſeueriter, Nota aduerſus tales, ſcilicet concubinarios publicos qui admoniti concubinas eiicere recuſant. De obſeruandis Conciliis prouincialibus generale Concilium Lateranenſe cap. 6. ita habet. Quod ſtatuerunt in Concilio prouinciali faciāt ea obſeruari Epiſcopi publicantes ea in Epiſcopalibus Synodis annuatim per ſingulas diœceſes celebrandis. Et habetur de accuſationibus cap. Sicut olim. vt ſup.

Tertiò ob id initur Synodus Epiſcopalis vt obſeruetur decretum Gregorij 9. quo ſtatuit quod habentes plures dignitates, vel alia beneficia curam animarum habentia per ordinarios compellantur, infra tempus competens ſuperioris arbitrio ſtatuendum, oſtendere diſpenſationes ſuas quas ſi non oſtenderint perinde procedatur ac ſi nullas haberent, & ſi oſtenderint & ſufficientes, non amplius moleſtentur, prouiſo eo modo ne in prædictis beneficiis cura animarum negligatur, ſi autem dubitetur de diſpenſatione ad ſedem Apoſtolicam recurratur. Et habetur. Extra. de officio ordinarij cap. Ordinarij locum in 6.

Intereſt etiam Epiſcopis piarum voluntatum exequutiones procurare quod vel in Synodis curabunt, vel aliis id oneris demandabunt vt probè ſtatuitur. Trid. Seſſ. 22. cap. 8. his verbis.[k]

Epiſcopi, tanquam ſedis apoſtolicæ delegati, in caſibus à iure conceſsis, omnium piarum diſpoſitionum, tam in vltima voluntate, quàm inter viuos, ſint executores: habeant ius viſitandi hoſpitalia, collegia quæcunque, ac confraternitates laicorum, etiam quas ſcholas, ſiue quocunque alio nomine vocant, non tamen quæ ſub regum immediata protectione ſunt, ſine eorum licentia, eleemoſynas Montis pietatis, ſiue Charitatis, & pia loca omnia, quomodocunq; nuncupentur etiam ſi prædictorum locorum cura ad laicos pertineat, atque eadem pia loca, exemptionis priuilegio ſint munita: & omnia quæ ad Dei cultum, aut animarum ſalutem, ſeu pauperes ſuſtentandos, inſtituta ſunt, ipſi ex officio ſuo, iuxtà ſacrorum Canonum inſtituta cogno-

k Notat tamen alicubi Oldendorpius, Epiſcopos non eſſe immediatos executores teſtamentorum, ſed in defectum tantùm aliorũ. Qui etſi aliquoties in ſcriptura ſua Chriſtiana prudentia metas tranſgrediatur, hic tamen à veritate non exorbitat. Neque enim aliud dicunt Patres, quā̃ epiſcopos in caſibus à iure conceſsis: ius viſitandi, & exequendi, habere. Vnde Didacus Couarrunias ad 3. & 17. capitulum tituli, De teſtamentis, docet nullo executore nominato, hæredi cõpetere vltimæ voluntatis executionẽ, etiam in his, quæ obpiam cauſam relinquuntur, & executores teſtamentarios ex cauſa, etiam intra annum, ab epiſcopo cogi poſſe, vt vltimam voluntatem exequantur, etiam ſi teſtator hanc coactionem (quod illicitum foret) interdixerit.

ſcant,& exequantur,non obſtantibus,quacunque conſuetudine,etiam immemorabili priuilegio,aut ſtatuto.

DE ACTIONIBVS ORDINIS EPISCOPALIS.

§ XVII.

LOCI huius amplitudo & materiæ dignitas,me longiùs diuagari & priorum capitũ fines excedere compulit,ſed abſolutis iuriſdictionis [a] Epiſcopalis poteſtatibus nunc ad ea quæ ex ordine huic ſacro officio inhærent dirigatur oratio. Ex actionibus itaque quæ ſoli Epiſcopo conſecrato pertinent duplicem diſtinctionem facimus. Quædam enim ſunt ordinis Epiſcopalis per ſe & indelebiles, adeo vt fieri poſsint per Epiſcopos ſuſpenſos hæreticos & degradatos quamuis illicitæ, vt ſunt conferre ſacramenta quæ ſolis Epiſcopis competunt ſcilicet ordinare ſacris ordinibus & confirmare,hæc enim duo diuino iure & non humana inſtitutione Epiſcopis conſecratis conueniunt,ſic quod Papa non poteſt hæc illis auferre ſicut nec Sacerdoti legitimè conſecrato poteſt auferri poteſtas conficiendi Euchariſtiam, ſi enim poteſtas ordinis Epiſcopalis non conueniret Epiſcopo iure diuino & ab homine inauferibili conſequens eſſet Epiſcopum diuino iure non eſſe ſuperiorem ſimplici ſacerdoti quod eſt hæreſis Arrij,quam Auguſtinus libro de hæreſibus cap.53. nomine hæreſis condemnat. Quod autem huiuſmodi poteſtas ordinis Epiſcopalis remaneat in Epiſcopo hæretico oſtenditur dupliciEccleſię teſtimonio. Vnum eſt quod Epiſcopos hæreticos ſi poſtea reſipiſcant Eccleſia conſueuit recipere in ſuo gradu & dignitate,ſine iterata conſecratione, vt patet ex actis 7.Synodi quæ fuit 2.Nycena,in qua multi Epiſcopi qui ab Eccleſia propter hæreſim receſſerant, poſtquam reſipuerunt miſericordiam petentes fuerunt in ſuis gradibus & honoribus ſine noua ordinatione recepti vt habetur in cap.Conuenientibus 1.q.7. Quod ſi Epiſcopalem ordinem per hæreſim amitterent oporteret eos cum ad Eccleſiam redirent iterum conſecrare. Alterum Eccleſiæ

[a] Superiùs dictum eſt poteſtatem ſpiritualem duplicẽ eſſe Quadã,ſcilicet ordinis ad characterem ſacerdotalem attinens: quæ eſt poteſtas administrandi Sacramenta, per quæ gratia cõfertur in remiſsionem peccatorum. Sed alia eſt poteſtas Iuriſdictionis, quæ ad hanc ordinatur, vt leges condere eccleſiaſticas diſpẽſare in votis, indulgentias conferre, excommunicare, ab excõmunicatione abſoluere, quinetiã & ſacram ſcripturam exponere, iuxtà illud Lucæ 11. Væ vobis legiſperitis, qui tulistis clauem ſcientiæ. vnde de Chriſto ait Io. Apocal. cap. 5, dignum fuiſſe aperire librum, & ſoluere, Septem ſignacula eius.

fiæ testimonium est quod ordinati ab Episcopis hæreticis qui veram Ecclesiæ formam in ordinando seruauerunt nõ sunt iterum ordinandi, sed in suis persistant gradibus vt clarissimè habetur. 9. q. 7. cap. [b]Ordinationes. & expressiùs hoc fuit diffinitũ in 7. Synodo generali. Licet ordinati ab huiusmodi hæreticis sint ab executione sui ordinis suspẽsi prout in prima classe diximus. Hoc Confirmatur ex testimonio patris Aurelij Augustini qui lib. 2. contra Parmenianum de hac re disputans ita ait. Nam si ex ipsa parte venietes etiam præpositi qui pro bono pacis correcto schismaticorum errore suscepti sunt, etsi visum est opus esse vt eadem officia gererent quę agebant, non sunt tamen rursus ordinãdi, sed sicut baptismus in eis, ita ordinatio mansit integra. Hæc. Augustinus. Et citantur eius verba in cap. quod quidam. 1. q. 1. Nec obstat quod Vrbanus Papa dicit Daybertum à Nezelone hæretico Episcopo ordinato nihil recepisse sed esse iterum ordinandum, & rationem reddens idem Papa ait. Quia nihil habuit nihil dare potuit ei cui manus imposuit. Et habentur hæc verba in cap. Daybertum 1. quæst 7. Ex quibus verbis constat, & sentire videtur Nezelonem Episcopum hæreticum non habere potestatem conferendi ordines ad quod relicta responsione gloss. in principio cap. duo Nezelonem.

Quod autem duo Sacramenta ordinis & confirmationis ministrare competat Episcopis ex dictis in 3. cap. huius classis satis patet. Quod verò gratis ministrari debeant etsi pro parte iam ostensum fuerit supra, cum de pœnis Symoniacorum in Symonia ordinis ageretur, supersunt & alia decreta non prætereunda prohibentia ordinationem pro pecunia aut temporali commodo vel fauore, quæ recitantur à Gratiano [c] 1. q. 1. c. Sanctorum [d] ex Calixto & Nanzianzeno, & c. Sunt nonnulla ex Gregorio.

Concilium generale Lateranense, sub Innocentio 3. c. 63. reprobans quandam consuetudinem qua Episcopi varia exigebant pro se & suis ministr's pro consecratione Episcoporum vel Sacerdotum & ab ordinandis subiungit Tantum igitur abolere volentes abusum, consuetudinem huiusmodi quã potius reprobamus firmiter statuentes vt

[b] Qui recedit ab Ecclesia, nec Baptisma, nec ius dandi amittit, quod probat Augustinus quatuor rationibus Primò quia qua ratione perditur vnum, & reliquum, cum vtrumque quadam consecratione conferatur. Secundo quia consuetudo est Ecclesiæ, quod tales non reordinantur cum redeunt, ne fiat iniuria Sacramento. Retinet ergo vtramque sed ad perniciẽ. Tertiò quia si aurum vel argentum furtiuè fuerit signatum si fur postea deprehenditur, à Principe punitur, sed signum monetæ non reprobatur. Quarto, quia character militiæ non reïteratur circa redeuntem cum miles ad gratiã Principis reuocatur. Quintò concludit ex præmissis, quod non debent iterari sacramenta ab eis collata, ne fiat iniuria sacramento.

[c] Calixtus. 1. q. 1

[d] Sanctorum Patrum exẽpla sequentes, & officij nostri debito innouantes quemquam per

pro

pro his siue conferendis siue collatis nemo aliquid quocunque prætextu exigere aut extorquere præsumat, alioquin & qui receperint & qui dederit huiusmodi precium omninò damnatum cum Giesi & Symone condemnetur & habetur de Symonia cap. Sicut pro certo. Quod sacramentum confirmationis similiter & reliqua debeant gratis ministrari eadem constat ratione & suis similiter ostenditur testimoniis. De baptismo siquidem & consignationis seu confirmationis sacramento habet Gelazius Papa, Baptizandis consignandisque fidelibus Sacerdotes precia nulla præfigant nec illationibus quibuslibet impositis exagitare cupiant renascentes, quoniam quod gratis accepimus, gratis mandamur dare,[e] & habetur 1.q.1.cap. Baptizandis. Et in cap. Dictum est. Concilium Triburiense anathematizat vt Symoniacam hæresim, detestabilem acceptionem cuiuscunque rei pro perceptione charismatis, pro baptismo, pro ordinatione vel Chrismate vel balsamo, vel sepulturæ vel communione, nam gratis dona Christi gratuita dispensatione donanda sunt.

pecuniam in Ecclesia Dei, vel promoueri auctoritate sedis Apostolicæ modis omnibus prohibemus si quis verò in Ecclesia ordinationem, vel promotionem taliter acquisierit, acquisita prorsus careat dignitate.

e In hunc canonem Glos. verbo molestantur, tale superstruit quæstionem. Quid si Sacerdos nullo modo vult baptizare, nisi ei detur pecunia? Dicunt quidam quod si baptizandus est adultus, nihil ei debet dare. De cons. dist. 4. Baptismo. vel ipse sibimet baptizet se argum. ff. de adop. si consul. arg. contra. ext. de baptismo, & eius eff.

De sacramento Eucharistiæ gratis ministrando specialiter ita statuit sexta Synodus generalis canon. 23. Nullus Episcopus aut Presbyter, aut Diaconus qui sacram dispensat communionem à percipiente gratiam communionis, pretium aliquod exigat. Si quis verò eorum qui connumerantur in clero ab eo qui sacram communionem percipit aliquod pretium exegerit, deponatur, sicut imitator Symoniacæ fraudis, & habetur 1.q.1.cap. Nullus. Propter præmissa sextæ Synodi verba dicit Concilium Triburiense, hoc Symoniacæ hæresis esse vt priùs ex dicto Concilio citatum est, & latiùs Iuo parte secunda, canone nonagesimosecundo differit.

Sacramentum etiam matrimonij gratis fiat, & contrahatur & licet in matrimonio interueniat pactum de dotando, hoc tamen non est pro matrimonio, vt est Sacramentum, sed in quantum est in naturę officium, id est pro obligatione ad seruitutem matrimonij & ad subleuanda onera eiusdem. Vnde Alexander 3 diffinit quod si aliquis sub huiusmodi verbis iuramentum alicui mulieri præstitit, Ego

Ego te in vxorem accipiam si tantum mihi donaueris, reus periurij non habebitur, si eam nolentem sibi soluere quod sibi dari petiit, non acceperit in vxorem, nisi consensus sit de pręsenti, aut carnalis sit inter eos commixtio subsequuta. Et habetur de conditionib. appositis c. de illis

Innocentius III. determinat etiam, quod gener propter onera matrimonij non tenetur fructum pignoris dotis pro vxore restituere de Vsuris c. Salubriter.

Sacramenta pœnitentię, & absolutionis, & extremæ vnctionis, gratis ministranda esse constat ex eo quod de omnibus sacramentis statuit generale Cōcilium Lateranense c. 63. vt liberè conferantur (inquit) Ecclesiastica sacramenta. Et habetur in c. ad Apostolicam de Symonia & c. Cum in Ecclesia, titulo eodem. Vetat idem Cōcilium ne pro Sacramentis conferendis aut collatis aliquid exigatur.

Quod autem attinet ad spiritualis potestatis effectus, indignum est & Ecclesiasticæ rationi contrarium vt absolutionis beneficium redimatur. Idemque de dispensationibus ordinationibus alijsq; spiritualis potestatis effectibus iudicium est. Potest tamen Sūmus pontifex qui multis eget, aliquid per modum Sustentationis accipere.

Item quędam dantur per modum pœnæ. Sed in contrahendis matrimoniis vel nulla omninò detur dispensatio vel rarò idq; ex causa & gratis concedatur.[f] Hęc affabrè dicta sunt quoties superiùs habitus est sermo de simonia.

[f] Nec valuit imò erronea est opinio glossæ super capitulum honorantur 32. q. 2. dicentis, Quod ideò licet accipere pecuniam pro matrimonio & non pro alio sacramētis, quia in matrimonio non confertur, gratia Spiritus Sancti, sicut in alio, quo errore caruit, etiam glos. super capitulum cum in Ecclesia de Symonia contra quam, & aliter sentientes est expressa sententia Apostoli Pauli ad Hebr. 13. dicentis. Honorabile Connubium in omnibus, & thorus immaculatus, non esset autem thorus immaculatus, & purus, nisi per contentam in eo Spiritus Sancti gratiam.

DE CONSECRATIONIBVS ET BENEDICTIONIBVS.

§ XVIII.

PRÆTER actiones essentiales ordinis Episcopalis, quę sunt ordinare & confirmare: aliæ sunt ipsius ordinis Episcopalis per accidens quales sunt cōsecrationes & Benedictiones, quarū institutio ex ipsius summi Dei è scripturarum testimoniis dependet, aduersus clancularios istos tergiuersatores qui nihil nisi scriptum & dilucidum commendant, qui tam audacter digladiantur, aduersus antiquum Benedictionum ritum. Docet Apostolus in Epi

ſtola ad Hæbreos tarbernaculum quod Moyſes vt in Exodo ſcriptum eſt, benedixit, [a] & quæ in tabernaculo ſecundùm legem fiebant, vt orare & ſacra operari, & munera offerre, tam miniſtris ipſius tabernaculi omnia denique Eccleſiæ noſtræ & eorum quæ in Eccleſia fiunt & ad Eccleſiam pertinent quæ idem Apoſtolus in eadem Epiſtola cœleſtia vocat, vmbras & exemplaria eſſe. Sicut reſponſum eſt Moyſi, cum conſumaret tabernaculum. Vide (inquit) omnia facito ſecundùm exemplar, quod tibi monſtratum eſt in monte, nihil enim excepit horum qui dixit omnia, imò neque Moyſi ſolum, ſed regi quoque Dauid idem oſtenſum eſt de templo, è Salomone ædificando, & rurſus Dauid Salomonem docuit per ſpiritum Dei eadem quæ ſibi erant oſtenſa, vt templum ædificandum, & cætera quæ ad templum ſecundùm legem pertinebant, vmbras item eſſe, & exemplaria verorum & cœleſtium, ſic enim Paulus vt dixi vocat Eccleſiam noſtram & ea quæ ſunt. Tabernaculum igitur quod Moyſes benedixit & templum quod Salomon dedicauit & quæ in eis ſecundùm legem fiebant, & eorum miniſtri omnia erant vmbræ futurorum in nouo teſtamento, & ſicut Apoſtolus ait vmbrã habebat lex futurorum bonorum, non ipſam imaginem rerũ. Hinc emanauit pia Eccleſias conſecrandi ratio, quam qui negant nõ ſolùm Epiſtolam Clementis quæ hoc clarè elucidat ſed ſcripturas veteris & noui teſtamenti confundunt. Synodus Laodicenſis ex multis Aſiæ prouinciis coacta, quia didicerat ex ſcripturis ſanctis Propheticis & Apoſtolicis, non eſſe domum orationis, domum communem ſed domum Deo ſanctificatam ſanxit can. 57. non oportet Miſſas in domibus celebrare, & Synodus Baſilienſis ſub Ludouico & filio eius Lothario habita ca 47. plerique (inquit) presbyteri neglectis baſilicis Deo dicatis in domibus Miſſarum celebrationes contra diuinam auctoritatem & canonicam inſtitutionem facere præſumunt. Et in extrema parte. Quando ergo quod Dominus prohibet, humana præſumptio nõ metuit, proculdubio præceptum tranſgredi non pertimeſcit. Benedictionum autẽ & Conſecrationum munus Epiſcopis ineſſe credimus ſola humana conceſſione

[a] Sancti Patres benedictiones, & orationes, quaſdam admixtas vult, quales creaturæ benedictæ quoſdam ſpirituales haberẽt effectus nec dubitarunt, enim ſpecialem effectum euenire, præter naturæ aut creaturæ conditionem, qui facris benedictionibus poſtularetur, vnde ſalus corporis & animæ proueniunt: quo circa Eccleſias vaſa, veſtimenta, palmas, herbas, cibum, potum, ſal, aquã, & cætera benedixerunt, non equidem exiſtimantes ſpiritualem à creaturis procedere virtutem: ſed quod dignaretur Deus eam gratiam illis creaturæ conferre, vt virtutem quam precarentur: habyrent, de aqua benedicta ab Apoſtolis in Eccleſia inſtituta meminit Alexander Papa, & Martyr; qui quintus à Beato Petro rexit Eccleſiam, his verbis, Aquam ſale conſperſam in populis benedicimus: vt ea cuncti aſperſi, ſanctificentur, ac purificentur,

ſione ſcilicet ſummorum Pontificum hinc de Conſecrat. diſt. 1. cap. Eccleſiis. & duobus ſequentibus præcipitur ab Arrianis Epiſcopis conſecratas Eccleſias iterum conſecrari, poſſe tq; Papa hanc poteſtatem conſecrandi vel benedicendi Eccleſias quæ nunc ſolis Epiſcopis reſeruatur omnibus aliis ſacerdotibus concedere vt etiam ſcribit Alphonſus de Caſtro [b] lib 2. de Iuſta hæreticorum vltione ca. 21. ad finem. Etſi oppoſitum ſentiat gloſſ. ſuper capitulum Eccleſias. de Conſecratione diſtin. 1. dicens ideo Eccleſias Arrianorum eſſe iterum conſecrandas quia non in Eccleſiæ formã erant conſecratæ. Quod autem dixi poteſtatem conſecrandi & benedicendi eſſe auferebilem non loquor de ea poteſtate conſecrationis quę ad ordinationem Epiſcopi & ſacerdotis neceſſariò requiritur & iure diuino ſecundùm multos, ſed de poteſtate conſecrandi Eccleſias, vaſa &c.

quod omnibus Sacerdotibus ſaciendum eſſe mandamus.

[b] *Excommunicatus (inquit Alphonſus) à Caſtro, aut quomodolibet ab Eccleſia vnitate præciſus, ſi miſſam celebret, quia poteſtatem ordinis indelebilem tenet, verè conficit corpus, & ſanguinem Domini, quia tamen eſt ab Eccleſiæ vnitate ſeparatus orationes eius, quas nomine Eccleſiæ offert, nullam prorſus habent virtutem, nullúmque meritum ita, vt nec ipſi hæretici, nec illi, pro quibus dicuntur, proficere poſſint.*

Vtraq; autem actiones ſcilicet Conſecratio & benedictio ſacramentalia dicuntur tum quia ordinantur ad alicuius ſacramenti ordinationem, vel illius adminiſtrationẽ tum etiam quia aliquam habent cum Sacramentis ſimilitudinem ſcilicet quandam ſpiritualem Dei virtutem ad aliquid in deuotè recipiente efficiendum quod ſecluſa conſecratione vel benedictione non efficeretur.

Præmiſſa Sacramentalia ſcilicet conſecratio & benedictio debitè & gratis ſunt ab Epiſcopis miniſtranda. Conſecratio quidem omnis fit per inunctionem Chriſmatis quæ eſt triplex quædam eſt Epiſcoporum & ſacerdotum de qua ſupra cap. 3. huius Claſsis.

Alia eſt conſecratio Eccleſiæ & altaris, de vtraque autem Eccleſiæ ſcilicet & altaris conſecratione per Epiſcopum ſimul agitur lib. 3. decret. tit. de Conſecratione [c] Eccleſiæ vel altaris & in 6. tit. eodem. quæ conſecratio Eccleſiæ vel altaris non poteſt fieri per ſimplicem ſacerdotem vt dicitur in c. Aqua. de conſecratione Eccleſiæ vel altaris. Quæ conſecratio Eccleſiæ vel altaris gratis fieri debet ita ſtatuente Concilio Cabilonenſi, ſtatuimus vt ſicut pro declinandis Baſilicis & dandis ordinibus nihil accipiendum eſt, ita etiam pro balſamo vel pro luminaribus emendis.

[c] Gratianus diſt. 68. cap. Eccleſiis ex Conci. Nyce. de conſecr d. 1. c Hic ergo & cap. ſicut. ex Fœlice Papa. cap. mille. ex Syluest. Pap.

dis, Nihil presbyteri chriſma accepturi dent. Et habetur 1.q.1.c.Statuimus.

Idem vult Concilium Bracarenſe 2.can.5. Et habetur. 1.q.2.cap.Placuit. Vnde & Alexander 3.De Symonia cap. Cum ſit Romana Vigilienſi Epiſcopo ſcribens & reſpondens ſic habet.[d] Conſultationi tuæ taliter, reſpondemus quod nihil pro Eccleſiarum conſecratione potes vel debes præter procurationem exigere, nec excuſat contraria conſuetudo, dicente generali Concilio Lateranenſi hęc vetita Symoniæ labe. Putant autē plures ex hoc licere quia legem mortis de longa inualuiſſe conſuetudine arbitrantur, non attendentes quod tanto grauiora ſunt crimina, quanto diutius infœlicem animā tenuerunt alligatā.

Tertia conſecratio per Epiſcopum facienda eſt vaſorum ſanctorum vt calicis qui interius inungitur chriſmate à labio in labium, ſimiliter patena, cum pollice dextræ manus, chriſmate intincto conſecratur & in tota ſuperficie linitur.[e]

Deinde benedicere habet Epiſcopus Cœmeterium quod ſicut violatur polluitur & reconciliatur ac benedicitur ſicut & ipſa Eccleſia. Extra. de conſecratione Eccleſiæ vel altaris c. vnico in 6.

Tertiò ipſius eſt Epiſcopi benedicere corporalia altaris nam huiuſmodi corporalium benedictio dicitur eſſe ordinis epiſcopalis, ſecundùm communem doctorum ſententiam quam tenet Panormitanus in c. A qua de Conſecratione Eccleſiæ.

Ipſius autem Epiſcopi eſt ex officio benedicere ornamenta altaris & ſex indumenta Sacerdotalia ad Miſſæ celebrationem inſtituta aliáq; nouem Epiſcopalia. Veſtes inſuper vaſa, & omnia quæ ad cultum Dei pertinent. Quæ res inanimatę, per benedictionem adipiſcuntur quandam ſpiritualem virtutem qua ſunt aptæ ad diuina vt dicunt Theologi.[f] Quarto Epiſcopi eſt benedicere, Abbates, & Virgines ſed nō ante vigeſimumquintum ætatis annum.[g]

Quintò habet benedicere pœnitentem in Eccleſia quod presbytero penitus non licet.[h] Poſtremò Epiſcopus benedicat oleum & Chriſma. Sed hæc omnia gratis fiant.

DE

d De Symon. cap. cum in Eccleſia.

e Vt habetur capitulum conuenit, de conſecr. diſt.5. qua nulli eo inferiori cōpetit de iure. Vnde in ca. miniſtrare. 26.q.6. Presbyteris prohibetur ſolennis benedictio ſuper populum in Eccleſia, etſi in fine miſſæ, vbi Epiſcopus non fuerit benedictionem à Sacerdote, populus aſſiſtēs accipiat, cōceditur etiam Abbatibus ſolenniter benedicere, ſed in Eccleſiis ſuis tantum. extrà de priuil. cap. Abbates in 6.

f Potiſſimum S. Tho. 3 parte. q.83. art.3. ad 3.

g 77. diſt. cap. placuit ex Concilio Carthaginenſi.

h 76 q.6 cap. Miniſtrare ex Concilio Agathenſi.

DE CORRIGENDIS ABVSIBVS ET EPISCOPORVM LEGITIMA DEPOSITIONE.

CAPVT QVINTVM.

§ I.

Episcopi socordia, Diocesis pernicies & vitiorum fomes.

DESPERATA est salus corporis, monitoris medici præceptis asperi & intemperantis, sed multo magis periclitatur, ipsius medici socordia & negligentia, Quod autem optimus medicus præstat in corporum conseruanda valetudine, id bonus pastor & prudens in sui gregis custodia efficere debet. Arceantur & rescindantur primum omnium vitia illa quę deteriores gignunt humores & in ancipiti constituũtur ordine, ne superent corporis harmoniam, & humorum temperiem corrumpant. Episcopi igitur fulti gratia diuina interest vitiorum omnes frænare & corrigere impetus, ne summo reipublicæ Christianæ detrimento serpant aut repullulascant semel extirpati. Reminiscantur quotquot sunt qui clarum Pastoris nomen sortiuntur qua punitione vltus est Deus Eli socordiam, qui filiorum suorum sceleribus supramodum mollis remissus & negligens fuerat. In exemplum diligenter attendant huius sæculi Pontifices, qui de glorioso Apostolorum ministerio gloriantur qui tantum abest vt corrigant deuios & erroneos, & cætera huiusmodi scandala, qui quotidie flagitiosorum hominum consuetudine delectantur, qui cum viris sanguinum, lenonibus, scortatoribus, prædonibus, præditoribus, hæreticis colludunt & dissimulant. [a] Quantis ergo interuallis Eli socordia nunc superatur? Peccantem coram omnibus argue (inquit Paulus) vt cæteri timorem habeant. Et 2. ad Timoth. 4. Argue obsecra, increpa, huius rei gratia reliqui

a Ad Episcopos maximè pertinet, vt partim publicè, partim secretè, partim admonitionib. partim etiam legitimis pœnis, vitia & clericorum, & laicorum insectentur. Alioqui timendum illud est, quod Diuus Gregorius comminatur, dicẽs, Qui proximi mala respiciũt, & tamen silentio linguam premunt, quasi conspectu vulneribus, vsum medicaminũ subtrahunt, & cõ mortis auctores fiunt, quo minùs quem poterant curare noluunt. Idem etiã in epistola quadam, Qui non corrigit resecanda committit, & faciensis culpam habet, qui quod potest corrigere: negligit emendare.

te Cretæ vt ea quæ desunt corrigas. Et ibidem oportet Episcopum vt potens sit exhortari, & doctrina sua & eos qui contradicunr arguere. Quod Episcopus obligetur subditorum defectus corrigere docet & testatur Innocentius 3.in cap.Licet Hely.de Symonia dicens. Licet Hely summus Sacerdos in se bonus existeret quia tamen filiorum excessus efficaciter non corripuit & in se pariter & in ipsis animaduersionis diuinæ vindictam excepit dum filiis eius in bello peremptis ipse de sella corruens fractis ceruicibus expirauit. Ad corrigendos igitur subditorum excessus tanto diligentius debet Prælatus assurgere quãto damnabiliùs eorum offensas desereret incorrectas. Huius historiæ mouumentis vetus testameutum lib.1. Reg. 4. chorusca. Cur autem filij Heli fuerint perempti docet Chrisostomus super Mat thæũ Homil.4. Addimus deinde in Parenthesis augmentum. Nec intuitu pecuniæ aut cuiusquam commodi temporalis correctiones debitas prætermittãnt ita statuente generali Concilio Lateranensi cap.7.præmissa ex eodem cap.iam citato.Prouideant itaque diligenter Ecclesiarum Prælati & hoc salutare statutum de puniendis scilicet corrigendis & reformãdis subditis,vt præmittitur, ad questum pecunia vel grauamen aliud non conuertant. Sed istud studiosè & fideliter exequantur,si canonicam velint effugere vltionem, quoniam super his sedes Apostolica auctore Domino attentissimè vigilabit.Et recitatur de officio Iudicis ordinarij.c.Irrefragabili. [b] Et c.14.Pręfati generalis Concilij Lateranen.præmissa debita clericorum punitione incõtinentium sic subiungitur. Prælati verò qui tales præsumpserint in suis iniquitatibus sustinere maximè obtentu pecunię vel alterius commodi temporalis pari subiaceant vltioni. Et recitatur de vita & honestate Clericorum.cap.vt clericorum mores. §.Prælati. [c]

De ordine seruando in correctione & punitione subditorum delinquentium per Ecclesiæ Prælatos docet Innocent.3.in Concilio generali Lateranensi cap 8. sic dicens. Contra quos scilicet subditorum excessus, vt præmisit, vt de notoriis excessibus taceatur, etsi tribus modis procedi possit

[b] Et in Concilio generali Lateranensi non impari a præcipit cap 7. Irrefragabili constitutione sancimus vt Ecclesiarum prælati ad corrigendum subditorum excessus maximè clericorum, & reformandum mores prudenter & diligenter intendant, ne sanguis eorum de suis manibus requiratur, vt autem correctionis & reformationis officium liberiùs valeant, exercere decernimus, vt executionem ipsius nulla consuetudo, vel appellatio valeat impedire, nisi excesserint in talibus obseruanda. Et habetur de officio iudicis ordinarij ca.irrefragabili

[c] Contra illos qui crudeli miseratione abutẽtes, impunita mala relinquũt ita Chrysost.ait Iustitia sine misericordia: non est iustitia, sed crudelitas: misericordia verò sine iustitia, non est misericordia, sed fatuitas. Alterum ergo alteri miscendum est, &

posſit per accuſationem, videlicet denunciationem, & inquiſitionem ipſorum, vt tamen in omnibus diligens adhibeatur cautela ſicut accuſationem legitima debet præcedere inquiſitio, ſic & denunciationem charitatis correctio, & inquiſitionem clamoſa debet inſinuatio præuenire. Ne feratur iudicij ſententia temerè aut inconſulto vt moris eſt iis qui minimè edocti de cauſæ ratione æquitatē violant audaci iudicio deſcendá (inquit Dominus) & videbo vtrum clamorem qui venit ad me operè compleuerint. Clamor peruenit ad prælatum cum per publicam famam aut inſinuationem frequentem ſubditorum ſibi referuntur exceſſus, & tunc debet deſcēdere & videre id eſt mittere & inquirere vtrum clamorem qui venit veritas comitetur. Nam iuxta canonicas ſanctiones ſi quid de quocunque clerico ad aures Prælati peruenerit quod eum iuſtè poſsit offendere, non facilè credere nec ad vindictam eam res accedere debet incognita, ſed eorum Eccleſiæ ſenioribus veritas eſt diligenter præſcrutanda vt ſi rei popoſcerit qualitas canonica diſtrictio culpā operiat delinquentis, non tanquam ſit idem accuſator & iudex ſed quaſi fama deferente vel denuntiante clamore ſui officij debitum exequatūr, eo ſemper adhibito moderamine vt iuxtà iudicij formam ſententiæ quoque forma dictetur. Hæc Innocentius 3. habetur de Symonia cap. Licet Hely.

faciendū quoddam ex vtroq. temperamentum: vt & iuſtitia ſit clemens, & miſericordia non remiſſa: id quod in ipſa conſecratione epiſcopis iniungitur, cùm ibidem eis præcipitur, vt in tranquillitate cenſuram æquitatis non deſerant. Quæ duo munera D. Gregorius ita partitur, vt in pœna quidem ſeueritas, in verbis vero lenitas retineatur. Ait enim linguam quidem eſſe, debere blandam, manum verò ſeueram: quo fit, vt hac ratione, vinum pariter, & oleum ſauciati vulneribus infundantur

Concilium generale Lateranenſe ca. 8. ordinem correctionis faciendæ inferens præmittit. Legitur in Euangelio quod villicus ille qui diffamatus erat apud Dominū ſuum quaſi diſsipaſſet bona illius audiuit ab illo, Quid hoc audio de te. Redde rationem vilicationis tuæ iam enim non poteris villicare. Luc. 16. Ex quibus auctoritatibus manifeſtè comprobatur quod non ſolum cum ſubditus verumetiam cum prælatus excedit ſi per clamorem & famam & aures ſuperioris peruenerit non quidem à maleuolis & maledicis ſed à prouidis & honeſtis, nec ſemel tantum ſed ſæpè quod clamor innuit & diffamatio manifeſtat debet coram Eccleſiæ ſenioribus veritatem diligentiùs perſcrutari & ſi rei popoſcerit qualitas canonica diſtrictio culpam feriat delinquentis. Hæc præfata ſint quaſi ad introductionem

nem rerum est abusuum in quibus Prælati correctio prælucere debet.

PRIMVS ABVSVS EXPLODENDVS EST VARIVS CLERICORVM EXCESSVS.

§ II.

INTER abusus ab Episcopis corrigendos, quidam sunt grauiores & magis in populi graue scandalum & pertubationem cedentes vt sunt excessus clericorum, pro quibus corrigendis ita habet Concilium generale Viennense [a] Diocæsanis locorum districtè præcipitur vt potissimum clericorum errores & defectus studeant compescere, ne ipsi de damnabili circa hæc negligentia, valeant reprehendi. Nihil verò perinde ordinem Ecclesiasticum commendat populo, quam vitę simplicitas & continentia. Cōtra verò Luxus & Ambitio Deo, & hominibus odiosa sunt. Euellendus autem primus abusus ab Ecclesiæ ministerio, est Concubinatus, quod vt grauissimum iudicarunt Tridentini Concilij Patres atque omni animaduersione dignum, ita omni studio ac diligentia tollendum est, nec dissimulādum, sed secundùm canonicas sanctiones districtiùs puniendum. [b]

Alius excessus clericorum est Ebrietas, & crapula, de quibus arcendis, decreuit præfatum generale Lateranense Concilium cap. 15.[b] Est autem ebrietas non defectus in vsu rationis qui tantum miseria est sed immoderata potatio vnde defectus ille consequitur. Nec tamen excusantur qui vel ex consuetudine, vel per pharmaca sine defectu rationis multum potare valent. Quamquam autem hoc malum, aut nullum aut exiguum vulgò reputetur: re vera tamen furto grauius est, & magis horrendum. Magnum proinde scelus vnde omnia vitia pullulant, quod modis omnibus præcipimus cauere (aiunt Patres) & qui hoc cauere noluerit excommunicandum esse decreuimus vsque ad emendationem congruam.[c] Hinc summopere vituperandus est, & meritò, damnatus abusus, quo ad æquales haustus suo modo se vrgent & obligant potatores. Ab hoc Ebrietatis

a Extrà. de vita & honest. clericorum. c. 1. in clem.

b *Præcipit sacrum generale Concilium Lateranense sub Innocentio 3. cap. 14. & habetur de vita & honestate clericorum cap. vt clericorum mores. De cuius excessus pœna iam suprà in prima Classe cap. 4*

c Concil. Magunt. sub Carolo. c. 46.

Ebrietatis malo multum alieni esse debent, quicunque præsunt & quicunque verbo aut exemplo præstant doctrinæ speciem: Deinde qui ad libidinem proni sunt vt Iuuenes, & tertiò quicunque castitatem profitentur vt Monachi quibus ob id extraordinarias comestiones, aut compotationes Abbas permittere non potest, & Sacerdotes. [d]

Vt autem ab omni morum spurcitia & turpitudine liberentur qui omni virtutis candore prælucere debent, quædam hic singularia præcepta Clericis omnibus commendatur, ex sacris constitutionibus Pōtificum & Oecumenicorum Conciliorum decretis, quæque per Anacephaleosim ex superioribus ad hęc sigillatim conuenient.

d Quot Concilium Lateranense admonet, vt vinum sibi temperent, & se vino. Scribit quoque Petrus Chrysologus Ebrietatem in alijs crimen esse, in Sacerdotibus Sacrilegium.

I.

Caueāt sibi Sacerdotes ab omni luxu prophano, fastuoso & carnali: tam in victu quam in cultu & ab omni specie mali abstineant, decorúmque conditionis suæ atque status seruent, non solum coram Deo sed etiam coram hominibus: ne occasionem dent aduersario maledicendi.[e]

e Trid. Sess. 25. cap. 1.

II.

Sit habitus clericorum sicut iure cauetur honestus & simplex, non discissus, aut acu pictus, aut militari more affectatus, mundus tamen. Superior vestis Presbyterorum sit talaris, nec nimia longitudine nec nimia breuitate notabilis. Et pileus qualem cęteri Ecclesiastici pro tempore reformati gerunt. [f] Et professionem Sacerdotalem habitus atque incessus probent. Clerici alij simplices beneficiati non ferentes habitum clericalem priuabuntur suis beneficiis post monitionem.

f dist. 23. non liceat. Conci. Carthag. 4. cap. 45.

III.

Sumentes cibum benedicant mensam in principio facto signo crucis supra epulas decenter & in fine gratias Deo agant & eodem signo crucis se signent.[g]

g 1. Corint. 10. Coloss. 2.

IIII.

Nō ferant arma, quorum arma sunt orationes & lachrymæ, & quos vitæ sanctimonia tutos & venerabiles reddere debet. [h]

h De vita & honestate clericorum. cap. clerici.

V.

Non barbam ferant[i] neque molliter comam nutriant aut

i Eod. in c. clerici. cap. si quis.

 crispatam

crispatam aut muliebri mundo ornatam, sed tonsura in vertice iuxtà ordinem suum coronam efficiat congruentem, qua se in regale sacerdotium assumptos, nihil iam plebeum aut humile præ se ferant.

VI.

Non ferant annulos in digitis nisi si quibus competit ex officio dignitatis.

VII.

Turpibus aut obscœnis spectaculis aut confabulationibus ne intersint. [l] Quia corrumpunt bonos mores colloquia praua. Minus ergo licebit spectacula ipsa exhibere & histrionum habitu prodire in theatrum fabulasque recitare scenicas.

VIII.

Nec aleæ vacent aut ludis vel prohibitis vel publicis quibus simplex populus scandalizatur. [m]

IX.

Nec certaminibus aut duellis periculosis intersint vnde irregularitas incurri potest. [n]

X.

Neque executioni sententiæ sanguinis damnatorum hominum assistât sine causa rationabili, multominus eam scribant aut dictent, quia fierent irregulares. [o]

XI.

Nulli clerico liceat tabernam aut ergasterium id est officinam publicam habere. Si enim huiusmodi tabernam ingredi prohibetur, quanto magis aliis ministrare in ea? Officina autem Sacerdotis si qua esse videtur Ecclesia sola est. Ne igitur tabernas ingrediantur, cibi aut potus causa, nisi coacti necessitate. [p]

XII.

Nec licere sibi putent exercere medicinam aut chirurgiam, nisi forte apud miseras & sibi necessarias personas & vbi non est periculum mutilationis membrorum aut mortis, nec requiratur adustio vel incisio. [q] Quibus tamen non sufficiunt redditus beneficiorum suorum vel prouentus patrimonij possunt ex artificio honesto victũ quærere, puta scribendo libros, [r] aut notando aut religando aut huiusmodi.

l Concil Agath. Laodicens. Carth. 3. et 4 dist. 23. clerici.

m Eadem dist.

n De vita & honestate clericorum. cap. clerici.

o cap. sententia sanguinis. ne clerici vel monachi. Paul. ibi Ang. Syluester ver clericus.

p Dist 44. cap. nulli. Concil. Laodicens cap. 24 Carthag. 3. ca. 27. African. cap. 7.

q c. tua. de hom. Syluestr. verbo medicus.

r Cap clerici de vita & honestate clericorum, & cap. 2. ne clerici vel monachi.

iusmodi. Non autem exercendo lanienam proxeneticam aut alias artes ignominiosas & sacerdote indignas propter quas amitti solent priuilegia clericorum. Multominus ergà vsuras, quas qui accepisse clericus detegeretur, degradari olim ab ordine statutum est.[s]

s Concilium Nycænum. cap. 18. Elibert. cap. 20. Arelatense. 2. cap. 14.

XIII.

Caueant sibi Ministri altaris à contubernio & consuetudine fœminarum maximè suspectarum. Nec domi habeant subintroductam aut suspectam sub pœnis à iure & Concilio Tridentino constitutis.[t]

t Session 25. cap. 14.

XIIII.

Omnes cuiuscunque ordinis fuerint viri Ecclesiastici scire debent se excõmunicatos esse, si per Simoniam[v] obtinuerint beneficia Ecclesiastica, nec ius aliquod habere ad ipsa sed teneri ad restitutionem: tam fructuum perceptorum, quàm ipsorum beneficiorum. Ad hæc qui duo incompatibilia obtinuerit sine dispensatione sufficienti (ita vt adeptus possessionẽ secundi non renunciauerit priori intra tempus) vtrumque amittere, inhabilémq; se reddidisse, ad alia obtinenda, & ad suscipiẽdos ordines sacros intelligat.

v Paul. 2. in extrauag. de Symon. concil. const. sef. 43. concil. calced. can. 10. Act. 15. Lateranens. parte. 2. Tho. quodlib. 8. et 9. gloss. in cap. dudum. 2. de elect. et alij in cap. conquerente. de clericis non resid. et in cap. de multa. de probat. et dignit.

XV.

Qui præterea horas canonicas dicere neglexerit, vel in choro (vel extra chorum quando est occupatus) peccat, & post sex menses, qui ad ediscendum eas præfigitur restituere compelletur fructus omnes ex beneficio perceptos eósq; erogare in pios vsus quinetiam testari prohibetur de iis, quæ ex fructibus beneficiorum acquisierit.[x]

x *Concil Lateranens. Sess. 9.*

Ampla sunt vitæ & integritatis Sacerdotum præcepta Concilia penè omnia quæ vno Concilio Tridentino complectuntur.

SECVNDVS ABVSVS.

§ III.

DEFORME eorum qui reformatores vocantur diffidium eò vsque peruenit vt iam Epicurei sententiã renouantes ventri liberiùs indulgeãt, ventri omnia licere garriant, quorum Deus vt inquit Apostolus venter est. His

summa cura est petulantem carnis voluptatem sequi, ventrem & ea quæ sub ventre sunt molliter curare. Cibis indifferenter vti statuunt, Quadragesimale ieiunium totis vocibus damnant Aristipi Philosophiæ & Cirenaicæ validi assertores. Quodquidem dissidet ab omni humanitate non solum, verumetiam ab Apostolica traditione & ipsis etiam Ethnicorum moribus. Quis enim ignorat varias leges in cibi ingluuiem, in Epularum luxum Romanæ religioni suspiciendas fuisse? Habebant Cibarias leges, [a] OrchiamFanniam, Didiam, & Liciniam cum pluribus aliis omnis modestiæ & temperantiæ præceptis.

Quin etiam Hieronymus frequenter sumptuarias leges virginibus & viduis imponit, & in laudem abstinentiæ ciborum expatiatur. Sic enim ad Saluinam viduam scribit. Procul sint à conuiuiis tuis Phasides aues, crassi turtures, attagen Ionicus: & omnes aues, quibus amplissima patrimonia auolant. Nec ideo te carnibus vesci non putes, si suum, leporum atque ceruorum, & quadrupedum animantium esculenta reprobes. Non enim hæc pedum numero, sed suauitate gustus iudicantur. Scimus ab Apostolo dictum: Omnis creatura Dei bona est, & nihil reiiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. Sed idem loquitur: Bonum est vinum non bibere, & carnem non manducare. Et in alio loco: Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. Omnis creatura Dei bona est. Audiant hæc mulieres, quæ sollicitæ sunt, quomodo placeant viris. Comedant carnes, quæ carni seruiũt, quarum feruor despumat in Venerem, quæ maritis alligatæ, generationi ac liberis dant operam. Quarum vteri portant fœtus, extum & intestina carnibus impleantur. Tu verò quæ in tumulo mariti sepelisti omnes pariter voluptates, quæ litam purpurisso & cerussa faciem, super feretrum eius lachrimis diluisti, quæ pullam tunicam, nigrósque calceolos, candidæ vestis, & aurati socci depositione sumpsisti, nihil habes necesse aliud, nisi perseuerare in ieiunio. Hactenus Hieronymus.

Quàm late pateat, & quàm omnẽ ætatem & sexum quadragesimę ieiuniũ complectatur, ostendit Basilius his verbis. ὅτι τὶς νῆσος, οὐκ ἤπειρος, οὐ πόλις, οὐκ ἔθνος, οὐκ ἐσχατία ἀνήκοος ἐστὶ τοῦ κηρύγματος.

[a] Erant apud Romanos variæ leges contra crapulam latæ, eas appellabãt sumptuarias: quod conuiuiorum sumptum temperarent, Cato appellat cibarias. Erat igitur prima lex cibaria Orchia, à C. Orchio tribuno plebis lata. Summa legis huius præscribebat numerum conuiuarũ. Huic successit lex Fannia, quæ Orchiam legem seueritate superabat. Hæc enim sumptibus modum fecit assib. centũ. Lata est hæc lex, auctore Plinio, à G. Fannio Cos. 11. annis ante tertiũ Punicum bellum. Cautum est hac lege, ne quid volucrum apponeretur, præter vnam gallinam, quæ non esset altilis. Detestabatur enim Roma illa seueritas hanc gulam, opimas aues, & suopte corpore vnctas deuorandi. Sed & Didia lex sequuta est quæ mulctam irrogat, non solùm iis qui prandia cœnásve maiore sumptu fecissent, sed etiam qui ad eas vocati

κηρύγματος. ἀλλὰ καὶ στρατόπεδα, καὶ ὁδοιπόροι καὶ πλωτῆρες, καὶ ἔμποροι, πάντες ὁμοίως καὶ ἀκούουσι τοῦ παραγγέλματος, καὶ περὶ χαρᾶς ὑποδέχονται. ὥστε μηδένα ἑαυτὸν ἔξω ποιεῖται τοῦ καταλόγου τῶν νηστευόντων, ἐν ᾧ πάντα γένη καὶ πᾶσα ἡλικία καὶ ἀξιωμάτων διαφοραὶ συγκαταλέγοντε. Id est. Nulla est insula, vel continens, nulla est ciuitas, vel gẽs, neque solitudo, quæ quadragesimæ præconium non audierit. Sed & militum castra, & viantes, & nautæ, atq; mercatores, omnes quadragesimæ præceptum & audiunt, & cum gaudio suscipiunt, vt nullus sit qui se ieiunantium catalogo eximat, in quo omnia genera, & omnis ætas, & dignitatem differentiæ omnes recensentur. Quale verò fuerit quadragesimæ huius ieiunium, & quàm rigidè obseruarint, non in vno loco veteres testes sunt, & Hieronymus de Asella scribit. Cúmque per omnem annum iugi ieiunio pasceretur, biduo triduóque sic permanens: tum verò in quadragesima, nauigij sui vela tendebat, omnes penè hebdomadas vultu lætante coniungens. In hoc sacro quadragesimæ ieiunio delectus in cibis seruabatur, & à carnibus, alijsque cibis, qui corpus ad libidinem inflammant, abstinebant. Qui ritus vniuersalis quoque Catholicæ Ecclesiæ consuetudine confirmatus est. Et ideo de ieiunio quadragesimæ ita scribit Augustinus. Ieiunium quadragesimæ, per totum terrarum orbem, quotannis omni studio celebratur in conuentu Catholico. Hanc qui ritè obseruant necesse est, vt abstineant à carnibus. Chrisostomus quoque sub Quadragesimam, Genesim populo cœpit prædicare & gratias agit quod macella videat clausa, nec iam vt antea obsonatum populus iret, satis indicans in quadragesima Christianum populum carnium esu abstinere. *

essent, atque omninò interfuissent. Successit huic Lu[?]niæ lex à P. Licin. Crasso diuite lata. Huius summa erat, vt Calendis, Nonis, nundinis Romanis, cuíque in dies singulos triginta, duntaxat asses, edundi causa sumere liceret. Cæteris verò diebus, qui excepti non essent, ne ampliùs apponeretur, quàm carnis aridæ, pondo tria, & salsamentorum pondo libra, quod ex terra vite, arboréve natum sit. Macrob. lib. 3. Saturnal.

D. item Ambrosius quanta fuerit obseruandæ Quadragesimæ huius necessitas, exemplo admodum terribili suis studet persuadere: Si ignorans Ionathas, ait Serm. 24. indictum à patre ieiunium quia resoluit, morti addicitur, qui sciãs indictum à Christo resoluit ieiunium, quid meretur? Viden, quantam necessitatis opinionem vir doctissimus atque Euangelicæ libertatis peritissimus suorum animis voluerit indicere? Ionathas ieiunium à patre homine indictum soluens ignoranter, morti addicitur, quod suppliciorum genus mereri censeatur, qui indictum à Christo

** Hic adde Philonis lib. de Therapeutis. Epiphanium in Nazoræis Euse. lib 3. cap. 17. & lib. 2. cap. 56.*

Domino Deo Quadragesimæ sciens ac prudens violat ieiunium?[b] Vbi hic illius de necessitate opinionis exclusio sibi reperiet locum? an non necessariò se ad Quadragesimæ ieiunium intelligit Christi præcepto obstrictum Christianus, qui suæ inobedientiæ expiandæ & abluendæ perspicuum videt non sufficere acerbissimum vitæ præsentis supplicium? Ex hac igitur suppliciorum collatione maximam in primis demonstrauit Ambrosi ieiunij per Quadragesimam custodiendi necessitatem: quam qui simplici popello ad istam carnis libertatem non propenso tantùm, sed præcipiti etiam, contrà Catholicam Christi Ecclesiæ doctrinam nituntur persuadere, Meminerint obsecro, quænam illi commereantur suppliciorum atrocissimorum genera, qui scientes ieiunium à Christo indictum factis ac scriptis docent violandum atque soluendum, si Ionathas patris ieiunium ignoranter soluens, morti addicebatur?

Pari modo & Theophilus ille Alexandrinus à D. Hieronymo Latinè conuersus, libro 3. Paschali demonstrat, quàm graui cum flagitio Aegyptiorum quidam Quadragesimæ diebus ieiunia violarint, atque vini potibus, carniúmque esibus illud pugnæ tempus contaminauerint, atque gratia Domini, inquit lib 3 triumphos nobis de sceleratissimis Dæmonibus pollicente, ieiunia ritè celebremus, vt solennitatis quoque ritè participes simus. Nequaquam diebus Quadragesimæ, sicut luxuriosi diuites solēt vini poculum suspiremus, neque vt in procinctu & prælio vbi labor & sudor est, carnium edulio delectemur. Crapula quippe & ebrietas, & cæteræ huius vitæ illecebræ opulentissimum animarum thesaurum exhauriunt, & sementem scientiæ doctrinæque vberrimam sui admixtione suffocant. Et quibusdam interiectis: Qui autem legum præcepta custodiunt, ignorāt vinum in ieiuniis, carnium esum repudiant, & insatiabilem auaritiam Dei timore compescunt. Et mox: Qui desidia & peritura citò voluptate studium virtutis infamant, non erubescentes vinum clam bibere, & auidis faucibus arbitros declinantes, in cubiculis mulsa pótare, vt inediam & ieiunia, quæ vltrò adpetere debebant, ieiuniorum tempore luxuria & ebrietate commutent,

b Non est tacenda in hoc pestilio Tertulliani sententia in nostros helluones, & ieiunij osores, quam in Epilogo contra Psychicos accumulat, quandoquidem hi nostri tam similes illi sunt, quā est ouum ouo. Deus tibi venter est, & pulmo Templum, & aqualiculus altare, & sacerdos locus, & Sanctus Spiritus nidor, & condimenta charismata, & ructus prophetia. Vetus es, vera si velimus dicere, tu qui gulæ tantùm indulges, & meritò te priorē iactitas, semper agnosco sapere Esau venatorem ferarum, ita passim indagandis turdis studes, ita dè campo laxissimæ disciplinæ venis, ita spiritu deficis: si tibi lenticulam de fruto infusatā obtulero, statim totos primatus tuos vēdes: apud te Agape in cacabis feruet, fides in culinis calet, spes in ferculis iacet. Quis sanctior inter vos, nisi conuiuandi frequentior, nisi obsonandi pollu

mutent, nescientes, quod etiam si hominum conscientiam fugiant, & clausis parietibus vescantur carnibus, atque aues altiles diebus Quadragesimæ, & propinquante Paschate, immunis manibus lacerent, tristi vultu foris ieiunia promittentes, corripiat huiusmodi Dominus, & dicat: Iniquitates magnas faciunt isti, vt à Sanctis meis recedant. Non decet ieiunantes tempore agonis vesci carnibus monente Scriptura: Affligetis animas vestras, neque phasides aues solicito labore perquirere, & garrulas volucres, carúmque pinguedinem hianti ingerere gulæ: nec inuestigare magni pretij coquos, qui ventris rabiem iure multiplici, & carnibus contusione mutatis, diuerso ciborum sapore demulceat: fumantibus pateris & nidore sui furoris gutturis blandientibus: cùm in inuriam continentiæ diuersi saporis & coloris vina quærantur. Et commemorata Danielis historia, concludit: hæc idcirco fratres charissimi replicauimus, vt Pauli Apostoli de Sanctorum virtutibus prædicantis verba noscatis, in quibus ait: Quorum considerantes exitum conuersationis, imitamini fidem. Suademus eis, qui tempore ieiuniorum esu carnium delectantur imitari Sanctorum continentiam qui nulla vi superari potuerunt, vt rigorem virtutis amitterent, & quæ seq.[c]

cibilior, nisi calicibus enstro. ctior? Cur ergo constanter non prædicatu, moriemur, sicuti nos non dubitamus exertè mandare, ieiunemus fratres & sorores, ne fortè cras moriamur.

c Philo narrat Marci discipulos, præter panem, & aquam nihil gustasse, quibus obsonij loco accedebat. Aridu victitasse item nostros maiores testantur. Epiphanius in AErio, & Charactere; & Timotheus Alexand. in suis canonibus. 8. & 9. Vinum vix puerperis concedebatur, sanos autem, & valentes illud gustare in quadragesima, & quarta, sextisque feriis, nefas fuisse testantur, iidem Epiphanius Timotheus & quod magis miror, Balsamon.

Reliqua quæ de Ieiunij obseruatione dicenda sunt prudentis & Catholici lectoris studio & pietate, apud Doctos Ecclesiastes satis commendata sunt.

TERTIVS ABVSVS.

§ IIII.

SACRVM generale Concilium Lugdunense ita statuit, Decet domum domini sanctitudo, decet vt cuius in pace factus est locus eius cultus sit cum debito honore pacificus; Sit itaque ad Ecclesias humilis & deuotus ingressus, sit in eis quieta conuersatio Deo grata inspicientibus placita quæ considerantes non solum instruat, sed & reficiat. Et paulopost, Nullus in locis eisdem in quibus cum pace & quiete vota conuenit celebrari seditionem excitet, conclamationem moueat, impetúmve committat

cessent

cessent in locis illis vniuersitatum & societatum quarumlibet Consilia, Conciones, & publica parlamenta, cessent vana & multò fortiùs fœda & prophana colloquia, cessent confabulationes quælibet, sint procul quæcunque alia quæ diuinum possunt perturbare officium aut oculos diuinæ maiestatis offendere ab ipsis prorsus extranea, ne vbi peccatorum est venia postulanda ibi peccandi detur occasio aut deprehendantur peccata committi. [a] Cessent in Ecclesiis, earumque cœmeteriis negotiationes & præcipuè nundinarum ac fori cuiuscunque tumultus. Sequitur quod cedit ad propositum Ordinarij locorum hoc faciant obseruari suadenda suadeant, interdicta huius canonis authoritate cempescant ad hoc alios etiam in Ecclesiis ipsis magis assiduos, & ad præmissa idoneos deputando &c. Hęc Concilium Lugdunense. Et habetur Extra. de Immunitate Ecclesiæ cap. Decet. in 6. Et ipsi Episcopi ad hoc & ad hunc abusum corrigendum Magistratus Ciuilis suffragium si opus sit postulent ex cap. Principes. Rem profectò omnibus sæculis deplorandam & summi luctus scaturiginem tulerunt huius sæculi hæreses, non solùm in Ecclesiarum & Templorum contemptu & prophanatione, sed in ipsa diuini cultus labefactata reuerẽtia. Deus venerunt gentes polluerunt templum sanctum tuum. Et quod dictũ turpius est, spoliatis Dei domibus in tantũ errorẽ prolapsi sunt vt fateri ausi sint nulla distinctione circunscribi posse locum orationis, & vbique preces fundendas esse absque sacrarum ædium discrimine. Quod si res ita credatur se habere, quomodo Christus Iudæis exprobrauit negotiationes & monopolia quę faciebant Ierosolimis in templo? Quomodo ascendere voluit Petrus cum Ioanne ad templum circa horam nonam, orationis gratia cum id commodiùs fecisset priuatis parietibus? Quod si oratio nec gratior nec acceptabilior in templo quam in domo probetur, quare voluit Deus sibi templum olim strui? quare toties de sacra sua æde per prophetas conquestus est, quod prophanabatur, spernebatur non frequentabatur, & alienigenis & infidelibus pateret? Ex rutilo scripturæ sacræ sole varij nobis emicant rationum radij ad extinguendas & offuscandas

[a] Celebra deambulationes & cætera huiusmodi quæ solent in Templis pro religione haberi prohibentur, ex eo quod Christus voluit Templum orationis duntaxat dicari. Quæ de re postulum visum est Christo maximũ, quòd mercimoniis pollueretur, & ad humanas negotiationes pertraheretur. Quanquam autem Deus non habitet in Templis manufactis neque loco circunscribatur, exegit olim, & exegit nunc materialia templa sibi dicari, quo externo cultu ab hominibus, vt decet, colatur. Homo quippe Spiritu & corpore constat: Spiritu interne colendus est, & corpore est honorandus externè: Neque enim Spiritum aut animam solum Deo debemus, sed corpus totum illud omnibus membris.

ſcandas aduerſariorum nænias, ſed Diui Chriſoſtomi ſatis corroborabimur teſtimonio dicentis. [b] Et domi quidem orari poteſt ſic autem vt in Eccleſia non poteſt, vbi tanta patrum multitudo, vbi clamor ad Deum, vnanimiter emittitur, non ita Dominum per ſe ſolum orãs audieris vt cum fratribus tuis. Hic enim maius aliquid eſt, puta vnanimitas & conſonantia charitatiſq; vinculum & ſacerdotum orationes. Huic aſtipulatur ſententiæ Euſebius hiſt. Eccleſiaſticæ lib. 2. cap. 16 Eſt autem in ſingulis locis conſecrata orationis domus quæ appellatur Σεμνεῖον vel monaſterium Semneyon autem in noſtra lingua ſignificare poteſt honeſtorum conuenticulum in quo honeſtæ & caſtæ vitæ myſteria celebrantur, nihil illuc prorſus quod ad cibũ potumque pertinet inferentes vel ad reliqua humani corporis myſteria, ſed tantum legis libros & volumina prophetarum, hymnos quoque in Deum cæteráque his ſimilia. His liquet Deum, domum propriam elexiſſe vt in ea inuocaretur & adoraretur, quod longè ſecus multis in locis contingit, plerique ſiquidem non orationes fundendi intimo & humili cordis affectu ſed iocandi & variò intuitu laſciuiendi cauſa ingrediuntur, Vnde meritò conqueritur D Baſilius ſup. Pſal 28. Homines miſerabiles domum dimittentes ad templum properant vt ſibi auxilium quærant ſed qua dic mihi reuerẽtia? qua humilitate? Non verè verbum audiunt, eius ſenſum & naturam non probè percipiunt, in peccatis deprehenſi minimè anguntur, in memoriam præteritorum venientes minimè dolent, iudicium non metuunt, ſed in templum ridentes ingrediuntur, dextras inter ſe iungunt, locum prolixi prophanique ſermonis domum Dei faciunt non audientes pſalmum dicentem. In templo eius omnes dicent gloriam. [c] Vtinam tanti doctoris exhortatio corda noſtra vrgeret ad reſipiſcentiam, vtinam ſuis votis morem gereremus, nec incompoſitè templa accederentur, nec in templis quicquam loquacitatis aut licentiores ſtrepitus redolens audiretur. Sed cum res indies deterior fiat precandus eſt Deus vt iterum flagello ſuo eiiciat inſolentiſsimos huiuſmodi homines, quibus nec loci dignitas nec maieſtas venerãda cenſetur.

b Chryſoſtomus hom. 79. ad populum Antioch. tom. 4. & contra Anomæos hom. 3. tom 5.

c *Quis enumerare valeret quot ſumptuoſa, magnificaq; templa à fidelibus fuere conſtructa? Aut quis computabit impenſas, incredibiliaq; ornamenta in illis comportata? teſtis eſt totus orbis, quorum adhuc, vel multa ſuperſunt, vel extant reliquiæ. Qua de re rectè monemur, Templa Deo, ſanctiſq; illius dicata, debito honore venerari, niſi velimus cum ementibus, & vendentib. flagello vindictaq; Chriſti eiici & puniri, cogitandúmque ob ſcelera: & Iudæorum turpitudines in Templo factas, eo ſubuerſo, punitos perpetua pœna fuiſſe: & idcirco timendum: ne nobis ipſum nobis accidat. Non enim ſumus meliores Patribus noſtris.*

Tt QVAR-

QVARTVS ABVSVS.

§ V.

NOMINIS Sabbati significatio Hæbreis quietem ac cessationem denotans, ipsius præcepti de religione sacrorum dierum custodia ac sanctificatione satis probat authoritatem. Nos verò lege Euangelica per Sabbatum intellegimus non feriam septimam & vltimam hebdomadis vt in lege Mosaica quod fuit ceremoniale sed diem Dominicam in qua Christus sanxerit, quæ prima erat feria post Sabbatum & primum Sabbathum vel prima Sabbathi appellata.[a] Cuius quidem diei Dominici per totum Christianitatis orbem venerata solennitas non patitur hominem mundi curis & seruilibus operibus distrahi sed ad cultum Dei interiorum & exteriorum animum inuitat, vt celestia meditetur, missam audiat & concionem Euchariſtiam deuotè sumat, & Deum per pœnitentiam & orationem demereatur. Ideo (inquit Augustinus) dominicus dies appellatus est, vt in eo à terrenis operibus vel muniti illecebris abstinentes, tantum diuinis cultibus seruiamus. Obseruemus diem Dominicam fratres, & sanctificemus illam sicut antiquis præceptum est de Sabbatho dicente Legislatore à Vespere vsque ad Vesperam celebrabitis Sabbata vestra, videamus ne otium nostrum vanum sit, sed à Vespera diei Sabbathi vsque ad Vesperam diei dominici sequestrati à rurali opere, solo diuino cultui vaccemus, veniat qui poterit ad vespertinam & nocturnam celebrationem, oret in conuentu pro peccatis suis in Deum qui verò non possit saltem in domo sua oret, & non negligat Deo reddere votum. In die verò nullus se à sacrarum Missarum celebratione separet, neq; otiosus quis domi remaneat, cæteris ad Ecclesiam pergentibus. Reuocate quæso in memoriam violatæ huius legis exemplum Exod. c. 15 vbi deprehensus, qui ligna colligebat ad struendum focum, postridie iubetur educi extra castra & lapidari Et quantulum est sarmenta colligere? Peccati causam alij aliunde venantur. Procopius Gazæus ex ipso Mose dicit superbiam legisq; contemptum causam fuisse sceleris, vnde

[a] Iudæi omne festum Sabbathum appellabant ex eo quod Sabbathum requiem sonat, quemadmodum annotarunt. Teophilactus, in Luc. cap. 6. idē sensit Chrysostomus Homi. 40. super Matthæ. quos eqquidē authores apud Lucam in dicto cap. 6. ex quibus Theophilactus Sabbatuum secundo primum, hoc est. δευτερόπρωτον, interpretati exerunt: quando quies, atq; otium duplex erat tam Sabbati Domini quàm solennitatis alterius præcedentis: quia plerunque incidebat festum in parasceuem, & tunc parasceve vocabatur Sabbatum propter festum, & quod propriè Sabbatum erat, nominabatur secundo primum, quod secundum esset ab altero festo, & Sabbatho quod præcesserat, tametsi Caietanus locum illum aliter, & fortassis rectè interpretatus fuerit,

vnde coniiciant oportet, qui verè seruit opere mandatum Dei violant, quam grauiter Deum offensum habent. Itaq; quæ Iudæi tam hic spinosi scrupulosiq; fuerunt vt vel spicas terere, aut lutum sputo facere nefas crederent. Veruntamen vt legis violationem & iudaicam superstitionem effugiamus, aliquot capita hic præscribimus quibus veluti manu ducemur ad veram normam, & sacrorum dierum obseruationem. Esto igitur primùm neminem violare Sabbathi religionem, qui, si quid faciat, neque legem contemnit, neque fini, & scopo diei festi repugnat. Si quis enim hæretico spiritu die Dominico velit suere calceos, aut vestem sarcire, postridie lusurus in otio maculat se grauissimo crimine.[b] Mens enim in præceptum insurgens efficit mortiferum peccatum. Contrà, si pius idem faciat, vt honestus prodeat in Ecclesiam, non vt præceptionis finem euertat, nihil est metuendum. Ecclesia enim spectat animi tranquillitatem, & sua lege fideles vt Deum colant, & ad salutem pertinentia discant, inuitat, quæ si non tolluntur si quis eò non tendit, vt ita velit explosa non peccat. Secunda gnome sit ista. Quod parum est, pro nihilo ducitur.[c]

Tertia regula causas complectitur operis & magnam habet vtilitatem idq; multa fragmenta dissilit, ea propter de ea quàm poterit fieri simplicissimè dicam. Si enim opus tuum ad Dei cultum pertinet, nullum est vitium, Quis enim accuset vel pulsantem campanas festis diebus, vel signa crucésve deferentem? Alterum caput latissimè patet. Si opus sit aliquod exertum à pietate Misericordia, vtilitate, necessitate, vel tua, vel proximi vel Reipublicæ, habe (inquit Bernardus) ante oculos charitatem, & misericordiam & fac quicquid velis.[d]

In summa, Necessitas, Misericordia, Charitas, excusant omnia. Verum vt ad rei explicatiorem intellectum perueniamus, sciendum est quod quamuis nomen Sabbathi generale sit, per ipsum nos intelligimus quoque festa omnia ab Ecclesia instituta & præcepta, tam ad honorem sanctorum quàm ad memoriam nostræ redemptionis, in quibus populus in Ecclesiam conuenire debet ad audien-

præscribens, Sabbathum secundo primum dici vltimum diem festum, ex multis Sabbatis.

b Maiores nostri iubent ipsam materiam inspicere. Si quis enim vel calceũ purget, vel aliud quippiam faciat, quod non valde hominem occupet, nihil censetur, & hæc res in omnibus moralibus præceptis locum habet.

c Nemo nescit Pharisæorum [illegible] esse seruile [illegible] tamen si festis & ægrorum necessitas postulant: excusantur, aliàs non. Qui ministrant, infirmi: & affini nequeunt abesse, alioqui periclitaturum, non solùm à seruilibus operibus, sed à re diuina penitus liberati sunt.

dum verbum Dei, psallendũ & sacrificandum Deo, [d] orandum & opera charitatis exercendum omnis generis, Multumenim facit ad charitatẽ augendam in populo, ipsa festi celebritas, & fidelium cœtus, vbi se mutuo vidẽt, salutant, alloquuntur, vna Deum orant, & quasi communi voce cõpellunt: Coimus (inquit Tertullianus) in cœtum & aggregationem, vt ad Deum quasi manu facta precationibus ambiamus. Sanctorum festa celebrare hortatur Apostolus Hebr. 13. Mementote præpositorum vestrorum qui vobis loquuti sunt verbum Dei, quorum intuentes exitum conuersationis imitemini fidem. Nec temerè ab Hieronymo in 4. cap. ad Galatas dictum est, Ne inordinata congregatio populi fidem minueret in Christo, propterea dies aliqui constituti sunt, vt in vnum omnes pariter veniremus, non quòd celebrior sit dies illa qua cõuenimus, sed quod quacunque die conueniendum sit ex conspectu mutuo, lætitia maior oriatur. Antiquæ huius obseruationis edidit quondam testimonium Clemens Romanus [e] dum inquit Dominicis diebus qui sunt hilaritatis & lætitiæ, nihil concedimus vobis, præter sanctitatem facere. Ait enim scriptura, Seruite domino in timore & exultate ei cũ tremore. De Christianis festis hoc tantum addam, quod Ecclesia veritatis columna dicit, homines meritò formidare debere sui reprobationem qui in diuorum solennitatibus non mouentur, nec occultum spiritus instinctum in se deprehendunt. Quantopere autem placeat Deo festorum dierum religiosa veneratio, probant apertissimè plurimi fontes quos Epiphanius, dicit in Alogis* sub horam Christi natiuitatis, & editi primi miraculi in Cana mutati in vinum, seque huius rei fecisse bibendo periculum. Sapientis est capitis, hac in re non audire Caluinistarum sacros dies execrantium nugas, quibus exclamant tanto dierum ocio & feriis, inopes, re spreta domestica, ad famem & laqueum adigi. Sunt enim perpauca Ecclesiæ Catholicæ vniuersalia festa. Si tamen Episcopi quędam præterea instituant, quid mirum cùm ipsimet hæretici in Ratisponensi colloquio dixerint eos esse audiendos, secundum illud: *Qui vos audit me audit*, Non hinc igitur Pauperibus creatur

d *Vltra hoc preceptum quod fortasse recens est, quo ad plurimos dies, festos, est vetusta nimis, & sine initij memoria semper obseruata consuetudo, vt in veneratione Sanctorum aliquos semper fuerint dies festi celebrati.*

e *Clemens Rom. lib 3. cap. 42. & lib. 5. cap. 10. & lib. 7. cap. 31. constitut. Apostolo.*

* *Ante Epiphanium Christiani coluit Sabbatha, & festos dies Elegit varin aperuit lgnatius ad Magnesianos.*

Luc. 10.

tur periculum, ſed potius à compotationibus alea, ganeonibus, & ſimilibus, quæ ſi tolluntur, non erit quod crebras accuſemus feſtiuitates.[f]

Si Paulum audias, omnem vitam orationibus & gratiarum actionibus, iubet, impendere, nos ne horulā quidem, dum peragitur feſtiuitatis ſacrificium dignabimur intereſſe? Vetus Eccleſia non illa quidem Apoſtolica, quæ perpetuam agebat Chriſtianorum Cathecheſim, ſed media (vti videre eſt in Concilio Rotomagenſi cap. 9. & in Eutychiano ſummo Pontifice ac Martyre) iubet aduertere Parochiarum decanos num ſint ex plebe, qui diebus dominicis, Miſsis ac Veſperis non interſint, vſque adeo priſci illi, nihil ingrato Chriſtiano ducebant execrabilius. Quid ſi ad veterem illam diſciplinam, noſtræ tempeſtatis corruptelas exigamus? Quantum deceſſum eſſe deprehendemus ab Apoſtolico rigore, à medij ſeculi vigore, à ſeueriſsimis Iuſtitiæ legibus? Non libet tamen illam collationem ingredi. Nam licet pij meritò ſecum demirentur Eccleſię clementiam & facilitatem cum Solymæus ille vates dicat ſe veſpere, mane & meridie preces obtuliſſe Deo, ac ſepties illi laudes decantaſſe, tamen hæc noſtra ætas, non eſt ad ſummum & exactum illud ius adigenda, ſed vulgus Chriſtianum exuta operum ſeruilium cura ad ſolennes feſtorum dies inuitatur non ea tamen ſeueritate vt neceſsitati conſulere prohibitum ſit, cum nullis hæc vincatur compedibus. Si quis autem renuat prorſus eſt inexcuſabilis. Præſtamus æquidem ſed diſsimulata pietatis fronte & Hippocriſis vultu, ſacra enim Sabbata diuorumq́; memoriæ ſacros dies non ſolum impiis actionibus prophanamus, verumetiam illorum religione ad multa flagitia abutimur. [g] Quidā ſunt qui die feſto mercari publicè & nundinari non erubeſcunt, etiam in feſtis ſolennibus, cum tamen mercatus in feſtis prohibeatur, Alij totum fere diem aleæ ludis & genio alij luſtris & choreis exponunt, alij in monopoliis & compotationibus tabernarum diſſoluuntur, alij ſæcularium negotiotum Laberinthis inuoluti vel domi ſtrepitant, vel ingrato ſopore & Epicureo more ociantur. Superi meliora.

[f] *At clamant ſe vrgeri, ac premi ab Eccleſia. Iſta quidem eſt calumnia: Nil enim requirit illa: quàm vt ſeruile opus non fiat, & ſacrum, vt audiamus. Vſque adeò pia & clemens eſt mater Eccleſia, vt quāuis iure ſuo poſſet, nolit tamen Synagogæ ſeueritatem in ſuos exercere. Illa enim quot & quam diuturnis feſtiuitatibus, Iudaica mancipia iubebat quieſcere? & Chriſtianos pigebit, ſi non ſuperare, ſaltem ex parte æmulari?*

[g] *Sanctificatio exigit, vt ceſſetur ab operibus ab Eccleſia prohibitis. Qualia ſunt mercatus, palatium, ſententia in cauſa criminis, Item bellum, & profectio, licet hæc non tam ſtrictè prohibeantur, quàm in Veteri Teſtamento, vmbris & typis veteris legis iā euacuatis: & conſuetudine piorum hominum (quæ eſt optima legum Eccleſiæ interpres) nonnihil in nobis relaxante.*

§ VI

COHIBEATVR Epiſcoporum authoritate contrahentium in gradibus conſanguinitatis vel affinitatis temeritas,aut in triplici cognationis genere,nam generale Concilium Lateranenſe [a] ſub Innocentio 3.cap. 50. ſtatuit vt prohibitio copulæ coniugalis vſque ad quartum & non vltra conſanguinitatis gradum ſe extendat, in cuius cap. calce, ſi qui contra prohibitionem huiuſmodi præſumpſerint copulari nulla longinquitate defendantur annorum, cum diuturnitas temporum non minuat peccatum ſed augeat, tantóque grauiora ſunt crimina quanto diutius infœlicem detinent animam alligatam.Et habetur. de conſanguinitat.& affinit.cap.non debet.

Propinquitatis quoque quatuor genera huc ſunt referenda.

Affinitas & conſanguinitas ad quartum vſque gradum.

Excepta affinitate ex fornicatione, quam Concilium Tridentinum vltra ſecundum gradum extendi noluit.

Sicut nec publicè honeſtatis iuſtitiam vt ex validis ſpõſalibus contractum vltra primum.

De legali cognitione ſcribit Nicolaus. Si qua per adoptionem mihi ſoror eſſe cœperit, quandiu durat adoptio, inter me & ipſam nuptiæ conſiſtere non poſſunt.

De cognatione verò ſpirituali à Synodo decretum: Inter ſuſcipientes, & baptizatum ipſum & illius patrem & matrem:nec non inter baptizantem & baptizatum, baptizatique patrem ac matrem tantùm ſpiritualis cognatio contrahatur.

Ea quoque cognatio quæ ex confirmatione contrahitur confirmantem & confirmatum, illiúſque patrem & matrem ac tenentem,non egrediatur omnibus inter alias perſonas huius ſpiritualis cognationis impedimentis omninò ſublatis

Alia verò ſunt impedimenta non dirimentia contractũ ſed prohibentia ne fiat.

a Cognatio triplex, ſcilicet carnalis, ſpiritualis, & legalis Carnalis eſt, qua nomine conſanguinitatis deſignatur: & per carnalem generationem deriuatur. Spiritualis verò eſt,quæ per regenerationem in fonte baptiſmatis contrahitur. Et legalis, quæ per adoptionem lege acquiritur. At verò, ſi cognatio ſpecialiùs pro carnali accipiatur, idem eſt prorſus quod conſanguinitas. Gracè.n. συγγενεῖς, hoc eſt, congeniti, idem eſt Latinè quod cognati & conſanguinei. Tametſi Iuriſconſultis inter agnatos & cognatos: ſic diſtinguere placuerit, vt agnatio genus ſit,cognatio verò ſpecies. l.inter agnatos ff. vnde legitimi. & l.Iuriſconſultus. ff. de gradib. Itaque cognati non dicuntur,niſi qui per lineam maternam deſcendunt, vt auunculus, qui eſt frater matris.

Supereſt

Supereſt aliud affinitatis genus ad vulgarem iſtam pertinensenim. Hic non opus eſt pluribus verbis. Eſt quædam affinitas occulta, quæ ſæpè magnas excitat Tragædias & hactenus fouit & aluit multa adulteria itaque eſt in apricum producenda, vt agnitam fugiant omnes. Nec de illa agimus quæ ex legitimo naſcitur matrimonio, ſed ex illicita nephariáque Venere, vt cuius violarit eius pudicitiam, eius ſororem ducere nequeat, vel neptem, propter initam illicito complexu neceſsitudinem. Atque hæc res porrigebatur olim ad quartam ſeriem, ſed latitudinem huius incommodi Tridentini canones ad ſolas ſororem, ac neptem, ſororis nimirùm filiam contraxerunt.

agnati verò appellentur, quomodocunque ad eundem ſanguinem attineant, vt patruus: nempe frater patris tam agnatus ſit quàm cognatus.

Corrigatur pariter clandeſtinus contractus ita decernente præfato Concilio generali cap. 51. Prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inherendo, clandeſtina coniugia penitus inhibemus prohibentes etiam ne quis ſacerdos talibus intereſſe præſumat: Et habetur de clandeſt. deſponſat. cap. Cum inhibitio: Cùm enim ideò prohibeantur matrimonia clandeſtina, quòd cum ea non adhibitis teſtibus contrahantur, ſi alterutra pars velit à pacto conuento reſilire, alteri deerunt probationes, clarum eſt quòd ſi vel vterque confiteatur contractum eſſe matrimonium, vel id aliqua ratione plenè probari poſsit, verum, ratum, & minimè diſſoluendum erit matrimonium, addo etiam legitimum. Nam etſi ideò fortè dici poteſt illegitimum, quia nõ cum iis quæ à iure requirũtur ceremoniis, ſit celebratum, legitimum tamen eſt, quatenus eſt à iure permiſſum, adeò vt ex eo filij naſcantur legitimi, quos ex illegitimo poſſe naſci matrimonio dicere eſſet planè ſtultum & ridiculum.

b *Hæc autem omnia ita demùm vera ſunt ſi inter eas perſonas contrahatur matrimonium, inter quas iure licet contrahere. Ad hoc enim: vt verum ſit, & legitimum matrimonium neceſſariò requiritur, vt ij contrahant qui iure non prohibentur contrahere, & hoc meritò dici poteſt eſſe, vt loquuntur De Subſtantia contractus.*

Cum autem conſidero grauiſsima quæ in Rempublic. Chriſtianam inuehuntur incommoda, propterea quod filiisfamilias ſine conſenſu parentum contrahere temerè audeant matrimonium laudare vix ſufficio ſacrum Oecumenicum Concilium Tridentinum apud quod matrimonia à filiisfamilias ſine conſenſu parentum contracta, irrita ſunt, & parentes ea rata, vel irrita facere poſſunt, nihilominus ſancta Dei Eccleſia ex iuſtiſsimis cauſis illa ſemper deteſtata eſt, atque prohibuit, verùm cum Sancta Synodus

c *Seſſ. 24. ca. 1.*

animaduer-

animaduertat, prohibitiones illas propter hominum inobedientiam iam non prodesse & grauia peccata perpendat quæ ex eisdem clandestinis coniugiis ortum habent, præcipit vt in posterum antequam matrimonium contrahatur, ter à proprio contrahentium Parrocho, tribus continuis diebus festiuis in Ecclesia inter Missarum solennia publicè denuncietur inter quos matrimonium sit contrahendum. Sed quosdam voluptuarios, friuolas nescio quas & inanes rationes conglomerare audio in contrarium & exclamare non coacta sed libera matrimonia esse oportere quod quidem fatemur nec vllum cogendum esse censeo, vt matrimonium contrahat. [d] Velit & consentiat quidem necesse est qui contrahit. Sed consensus ille legitimus sit oportet, legitimus autem esse non potest, nisi pater qui habet in potestate eum comprobet ac confirmet.

Quod si qui ad vitia præcipites feruntur impotentes meritò appellantur, filij quoque familias qui patris auctoritate contempta, quem eis optimè prospicere consentaneum est, illicitè contrahunt id per nimiam mentis & consilij imbecillitatem facere censendi sunt.

Non permittant Episcopi matrimonia celebrari inter cultu religionis dispares. Maiores enim nostri iam vsq; ab Apostolica ætate, ita sunt infidelitatem, Apostasiam & hæresim execrati, vt in his negarint perfici matrimonium.

Licentiores demũ appetitus & diuortia [e] refrenẽtur ab Episcopo, ea potissimum quæ Anabaptistarũ & Lutheranorum veneficiis edocta sunt. contra Sess. Trid. 24. can. 27. vbi neque fas vnquam fuisse neque permissum Christianis dicitur vxore viuente alteram superducere. Sed non ignoramus coniugem deseri posse propter illa infanda peccata, quæ non minùs ab auribus quam ab animis Christianorum sunt excludenda, præsertim vbi ea tentantur, & ad eorum perpetrationem vxorum opera requiritur, quod pro ludibrio multis est & familiare. Vsque adeò enim quidam execrandi sunt Christiani, vt nisi vxores illis ad scelus & nefas inseruiant minitentur mortem. Ad eum modum si sit venefica mulier, si non posit tuto cohabitare maritus, dimittat illam, quamuis omnibus istis in rebus sanctissimũ sit vs

d Indignum clamant, si quis non sit membrorum suorum Dominus. Egregium vero Dominium si cui quodlibet licet. Impunè ergo scortemur, & qualibet flagitia admittamus vt membra in nostra potestate habere videamur.

e Ob nullum prorsus crimen aut causam matrimonium, quoad vinculum dirimitur. Attamen quoad torum multifida opus est distinctione. Potest fieri diuortium quo ad torum, & propter fornicationem carnalem, & propter lapsum in hæresim vel apostasiam, quæ fornicatio spiritualis est, diuersimodè tamen, in fornicatione vnicus sufficit actus, sed tamen in hæresi, non propter vnum aut duos, faciendum est diuortium, vt Diuus Thomas dist. 35. artic. 1. in solut. 3. aduotauit, quousque persistat quod admonitionem hæreticus in sua

sit vti Ecclesiæ legibus, & authoritate. Quod autē ad causam adulterarum pertinet vbi coniugi constiterit scelus, norit se à reddendo debito liberum, à se tamen non potest exigere, si res non sit manifesta. Verumtamen Christianum est certare cum molestiis & impedimentis, ne si continuò de dimittenda coniuge cogites, Iudæus potius quam Christianus videaris. Habes probrosam vxorem, patere, vince tua patientia, congere carbones in caput eius, & beneuolentia cum eius impietate certato, sic fiet vt obsequentiorem experiaris. Habes temulentam indulge nōnihil, tracta hilariter, aufer occasiones, aditusque præclude, præbe domi, quod erat alibi quæsitura. Habes libidinosam noli esse intempestiuus affectator continentiæ, scito te illi obligatum, ac seruum esse factum, noli quærere sceleratam libertatem, denique quicquid mali sit, stude partim excusare, partim dissimulare, partim authoritate maritali comprimere. Temperetur Christianus dum audit Socratem, & alios diaboli mancipia ferre Xantippas, & vxorum intemperantes petulantias, pessimisque moribus abuti ad discendam patientiam, Si enim illi tanta præstiterunt in sua infidelitate, vt placerēt hominibus, quid debet moliri Christianus cui tam sublime paratū est præmium? g

Sed vt rem clariùs prosequamur. Dimissio duplex est, vna iure perpetua, per quam non tenetur Vir vxorem adulteram, dimissam etiam resipiscentem, iure recipere, sed potest religionem ingredi. Quod tamen statutum facere non est consultum, tenetur enim ex charitate curare vt resipiscat. Est alia temporaria dimissio, per quam tenetur vir vxorem pœnitentem recipere. Velut in causa hæresis & aliis quæ fidei coniugij non repugnant. Licet quoque vxorem fornicantem sola Euangelij authoritate dimittere quando adulterium negari non potest. Sed in cæteris ad separationem opus est iudicis sententia. Cætera sacra Cōcilij Tridentini & fori Ecclesiastici potestate per se apparent summè obseruanda per Episcopum.

perfidia, vel periculum alteri coniugi offerat. Atque hæc sola peccata sunt, quæ per se diuortium, quoad torum secum adferunt. Primum scilicet, quia fidei matrimonij contrarium est: & secundum, quia Catholicæ fidei aduersatur.

g Nec desunt christianis nobis exempla. Scribit Augustinus patrem suum patritium infidelem, crudelem, intractabilem; sic à Monica toleratum, vt cū interdum illa muliebres adiret conuentus, in quib. matronæ suorum maritorum vitia retegebant, nunquam sui patritij ferociam incusarit, itaque sic hominem tractarit: vt tādem illius truculentiam edomaret, atque ad Christi fide & baptismum adduceret, in quo feritatem omnem ille cum infidelitate deposuerit.

Vu SEX-

SEXTVS ABVSVS.

§ VII.

SI termaximum Chriſtum Iudæorum perluſtrantem prouinciam pauperum ſummam habuiſſe curam docet Eccleſia Euangeliſtis teſtibus erudita, Si illi qui Apoſtolorum doctrinam ſequebantur, poſſeſsiones & opulentiſsima quæq; dōna in pauperum tutelam & alimoniam diuina animi hilaritate offerebant, Quid faciendum eſſe putamus Epiſcopis qui bonis pauperum fouentur & aluntur? Huius ſacræ OEconomiæ rationem & charitatem imitati ſunt veteres illi patres ſucceſsione Apoſtolica beati, aliique aliarum Eccleſiarum Epiſcopi cum gliſcentem numerum credentium, pauperum etiam indies maiores fieri acceſsiones viderent, vti ex officio tenebantur, cogitarunt qua ratione eorum neceſsitatibus poſſet ſuccurri, & Apoſtolorum facto inſtructi Diaconos elegerunt qui illis ſacrificātibus præſto eſſent, ordine ſacro initiatis eam prouinciam demandarunt. Hoc diuinum munus in pauperum tractando negotio poſtea excoluerunt Imperatores, & ex his Philippus ordine Cæſareo vndetrigeſimus qui dona ampliſsima Pontifici ſui temporis (ſiue Fabianus fuerit vel Sixtus) tum pro Eccleſiis exornandis, tum etiam pro pauperum calamitatibus, nempe inedia, fame, nuditate atque aliis miſeriis leuandis conceſsit. [a]

a Pari ſucceſſu, Zelo Conſtantinus rem magnifice, & liberaliſsime, muneribus auxit, ita vt affirmet Euſebius incredibile eſſe memoratu quāta eius cura, erga ſumptum indigentiū fuerit Pontificibus Chriſti, non excidit memoria Sanctorum, id eſt, pauperum cura & ſollicitudo, Veruntamen ne abundantia tanta abuterentur, diſpenſatores illis prouiſum eſt, vt cuncta bona Eccleſiaſtica, quæ in partes diſtributa manerent vnā aſsignarūt priſci illi patres clericis alteram pauperibus tertiam ædibus, & aliis ædificiis ſacris, veſtimēdis, quartam verò Epiſcopo, propter hoſpitalitatem, quàm ex officio teſte, & ordinante Paulo peregrinis, & aduenis pauperibus præſtare tenetur.

Sanctus Gregorius magnus Eccleſiæ doctor qui ante noningentos annos Eccleſiæ vniuerſalis Pontificatū geſſit in reſponſione ad primam interrogationem Auguſtini Anglorum Epiſcopi, docet quare Epiſcopo tanta pars oblationum redituum & Eccleſiaſticarum domorum à patribus Eccleſiæ olim attributa fuerit. Vbi ſic dicit. Mos eſt Apoſtolicæ ſedis ordinato Epiſcopo præcepta tradere, vt de omni ſtipendio quod accepit, quatuor debeant fieri portiones, vna videlicet Epiſcopo & familiæ eius, propter hoſpitalitatem atque ſuſceptionem, alia clero, tertia verò pauperibus, quarta Eccleſiis reparandis. Epiſcopi autem qui religiosè hæc bona ſibi diſtribuenda arbitrabantur, vt fideles eſſent diſpenſatores miniſteriorum Dei, ne coram

Chriſti

Christi tribunali furti, sacrilegij, rei deprehenderentur, rursus hanc partem bonorum pauperum bifariam decreuerunt diuidendam. Vna portio primis pauperibus viduis scilicet, pupillis, orphanis peregrinisq; & exulibus propter Christum tractandis, designabatur. Altera verò his quorum calamitatem & miseriam hulcerum, dolorum, ægritudinúmque aliarum accessiones magis fecerant miserandam destinata dispensabatur. Vt autem id commodiùs fieret iuxtà templa, & in Episcopi vicinia Xenodochia & hospitalia quam plurima consilij & authoritate Episcoporum erigebantur in quæ pauperes hi recepti recrearentur, & si fieri posset in pristinam restituerentur valetudinem. Hoc tantùm permissum fuit Christianis ab eo tempore quo Constantinus magnus ille Imperator Christi religionem palam cœpit profiteri. [b]

Mirum in modum huius sermonis rationem fulcit, quin damnat nostram inertiam & viuos infigit animis nostris aculeos ad pietatis studia & officia in miseros sectanda, id quod Historia tripartita de Placilla orbis Imperatrice & religiosissimi primi illius Theodosij Imperatoris dignissima cõiuge, de qua sic legimus. Habebat Imperator Theodosius & aliam vtilitatis occasionem, per quam de bonis operibus triumpharet. Coniux enim eius de diuinis legibus eum sæpius admonebat, seipsam tamen perfectè prius erudiens, non enim regni fastigiis eleuata est, sed potius diuino amore succensa. [c] Beneficij namq; magnitudinem perpendens maiorem hinc ad amorem benefactoris excitabatur. Repentè ergo vt venit ad purpuram, claudorum atque debilium maximam habebat curam, non seruis, non aliis ministris vtens, sed per seipsam agens & ad eorum habitacula veniens, & vnicuique quod opus haberet præbens Sic etiam per Ecclesiarum Xenodochia discurrens suis manibus ministrabat infirmis, ollas eorum tergens, ius gustans, offerens cochlearia, panem frangens cibósq; ministrans, calices abluens, & alia quæcunque faciens; quæ seruis & ancillis mos est operari. Illis autem qui tales res ei nitebantur prohibere dicebat. Aurum distribuere opus Imperij est, ego autem pro ipso Imperio hoc opus offero.

[b] Anteà enim sicuti, nec templa publicitus permittebantur Christianis, ita nec Xenodochia nec alia Hospitalitatis diuersoria. Temporibus autem sacratis Imperatorum Constantini. Hæc & illa amplissima & ditissima, passim in cunctis ciuitatibus, non ab Imperatore, sed à viris Principibus, & honestis opulentibusque ciuibus constructa ornata, & magno pauperum numero referta visebantur.

[c] Erant etiam tunc temporis Xenodochia ad quæ pauperes angustia alicuius ægritudinis languidi, & fracti, vt sibi mederetur, diuertebant. Habet & huius Imperatricis incomparabilis pietas, acres & mordaces stimulos, quibus noster percellitur torpor, stupor, & pauperum Christi perniciosissimus neglectus. Habet item pulcherrima omnium virtutum ornamenta huius præclarissimæ fæmina factũ.

Sed vtinam ij quibus hæc sollicitudo diuinitus delegata est promptiores & alacriores ad hæc sancta subeunda munera redderentur. Hi omnes suas partes tuentur Christo neglecto, séque à sacro hospitalitatis officio temere emancipant vt liberiùs de bonis pauperum luxuriari possint. Aurum habet Ecclesia non vt seruet sed vt eroget ac necessitatibus subueniat. Et hoc nostro sæculo non video sanè quo pacto Episcopi Deo in extremo Iudicio hoc ipsis exprobranti respódere poterunt, qui cum non multitudinem sed numerum satis exiguũ Hominum propter Christi religionem ac fidei confessionem exulum, proscriptorum & planè nudorũ videant incerta sede vagari, panemq; vitæ sustentandæ vilissima & miserabilissima mendicatione quærere, ipsi nihilominus nulla commiseratione tanguntur, nec eorum sortem miserantes vel semel ad se eos vocant nec vllam pietatis aut condolentiæ eis demonstrationem faciunt. Tales Christi pauperes vidi ego variis in locis & sæpiusculè apud Episcopos repulsam pati, & abiici, quorum vix erat qui misereretur. Hac profectò de causa compulsi blaterones hæretici cœperunt debacchari in clerum & ipsum rapinarum, rapacitatis, nullæ fidei & aliorum deteriorum criminum apud populum insimulare, ac tandem suis maledictis ac cõuitiis grauissimam Inuidiam Catholicis ministris Ecclesiasticis conflarunt. Cùm tandem magistrales & populares animos peruersos hæretici in suam induxissent sententiam tunc demum cœperunt rem intentatam in opus perducere Principibus impunè res Ecclesiarum Xenodochiorum ac Pauperum inuadere ac sibi vendicare permittunt, ministros Ecclesiæ pauperie & nuditate aliisq; tristissimis angustiis maceratos in funestum mittunt exilium, pauperibus res legatarias adimunt, & diuitum Eleemosynas in sua conuertunt abligurientes priuata commoda. Ad diuinas segetes pertinent bonorum pauperum dispensatio & administratio. Cupiunt magistratus sibi constare quota & quanta sit ea pars prouentuum & redituum annuorum qui pauperibus alendis bonorum fidelium religiosa pietas legauit, volunt eam in suam redigere potestatem, & illis bonis colligendis ac retinendis

ad eum imitationem nos vrit, afficit, rapit, & accendit.

d Furti professò rei sunt Episcopi, qui tam sordidè possidẽt opes Ecclesiasticas: aut potiùs ab eis possidentur, vt ob auaritiam, qua nihil scelestius est neque pauperibus hilari animo: quicquam conferant. Regula nostra de hospitalitate hæc verba habet, Euangelicis atque Apostolicis instruimur documentis in colligendis hospitibus ante omnia dari debere operam, vt meritò de nobis à Domino dicatur, Hospes fui & collegistis me. Quomodo etiam Sanctissimus Pater scribit. Omnes superuenientes hospites tanquam Christus suscipiantur, quia ipse dicturus est: Hospes fui & suscepistis me. Et omnibus congruus honor exhibeatur, maximè tamen domesticis fidei & peregrinis. Pauperum & peregrinorum maxime susceptio omni cura solicita

tinendis virum aliquem pro suo arbitratu eligere qui sæcularis sit & omnium bonorum pauperum & Eleemosynarum absolutus possessor, vult etiam senatus pauperum delectum per suos ministros fieri illósque alendos tantùm eligere, quos ipsi probauerint, alios verò reiicere, qui sibi eo beneficio indigni reputabuntur.[e] Volunt etiam ipsi per suos tantùm ministros bona fidelium & Eleemosynas pro sua libidine dispensare, disponere atque elargiri. Ipsi denique volunt viros Ecclesiasticos, plenè vt infideles ministros eóque munere indignos reiicere & domum ciuicam Ecclesiam, & senatores viros quatenus ad eam partem spectat, Ecclesiasticos facere vel saltem volunt in domo ciuica tribunal erigere, in quo fidelibus rerum Ecclesiasticarum quæ pauperes concernunt, ius dicatur, à Sacerdotibus hoc tantum seruitij & officij habere volunt, vt ipsi concionibus, in aliisq; sacris ministeriis, quando opportunitas dabitur suum apud populum decretum, commendent extollant & plenis buccis magnificè decantẽt, populúmq; ad Eleemosynas faciendas oppido exhortentur, & accendant quas ipsi colligant posideant & quando voluerint, & quibus noluerint dispensent. Cæterum sacerdotibus nihil volunt curæ relinqui, vt qui fures sint & sub prætextu Missarum bona illa pauperum in rem suam conuertent Satis est illis prospectum, non egent pluribus Libenter autem eos rogarem sicuti prædicationem & Eleemosynarum exhortationes sacerdotibus attribuunt quare non item Eleemosynarum distributionem & largitionem quare non item pauperum delectum? Velint igitur ipsos rogo politiam Ecclesiasticam intemeratam relinquere, quàm Christus, Apostoli & sui successores, ita stabilitam ad nos transmiserunt, vel si hanc violare & truncare presumunt, ipsi etiàm senatus eligant viros ex eo ordine qui populum ad Eleemosynas ferendas exhortentur, in sua etiam domo ciuica viros colligendis Eleemosynis constituant, vt tandem omnia ad se deuoluant. Christiana Respublica duos non vnum habet magistratus, alter est sacer, alter verò prophanus: ab hoc qui diuersi sunt diuersarum causarum spectat cognitio, quæ autem causæ ad illum quæ verò ad hũc

exhibeatur. quia in ipsis magis Christus suscipitur.

[e] Prauus est hodie pauperum delectus, & multi hodie in pias hospitaliũ ædes recipiũtur, qui hospitio penitùs sunt indigni. Idcircò optime statutũ est Concilio Prouinciali Coloniæ celebratione alia persona recipiantur: præter miserabiles, quæ aut morbo, aut debilitate, aut ætate impedita suis manibus laborare, victúmque ac vestitum sibi comparare non possunt recipiantur. Sint autem mendicantibus validis, non solũ hospitalia clausa, sed publicè ac ostiatim mendicare, penitùs interdictum. Et qui secus agere comperti fuerint, arceantur, ac pœnis subdãtur. Validis enim esurienti panis tollitur, si de cibo securus in stitiam negligat, quàm eidẽ frangitur, vt seductus iniustitia acquiescat.

ſpectent,non eſt præſentis inſtituti tractare. [f]

Scimus enim leges diuinas tripliciter ab humanis differre,nempe officio,fine,& præmio. Legum enim humanorum officium eſt ciues humanos morali iuſtitia iuſtos, morigeros,obſequentes rerum publicarum, patriæque amatores & compoſitos efficere, legum etiam humanarum finis eſt pacem publicam atque ſerenitatem ciuibus procurare cuique quod ſuum eſt tribuere, ciues cum ſuis familiis atque fortunis à malorum inſidiis iniuriiſque immunes conſeruare, diſsidia & bella ciuilia tollerare aliáq; quæ ad amplitudinem & reipublicæ ſplendorem & vtilitatem faciunt procurato negocio inuehere procul ea repellere quæ perturbationem aut excidium eidem ſint allatura. Prætereà legum humanarum præmium eſt ciues heneſtos probos atque morigeros qui de republica egregio aliquo facinore facto bene ſunt meriti ſingulari honore exaltatos,donis,immunitatibus, & prærogatiuis honorificis donare,malos verò atque improbos homines, qui rempublicam ſuis malefactis dehoneſtant atque perturbant,ſuppliciis afficere,& perpetua infamia notare. Porrò autem diuinarum legum diuerſiſsimum eſt officium, nimirum Chriſtianos homines iuſtitia intrinſeca & fidei ſacramento iuſtificatos,iuſtiores efficere,& ipſos ſanctarum actionum officiis ſanctificatos vberiori gratia æternoque beatitudinis præmio digniores efficere adeò vt qui diuinarum legum fuerint religioſi ac puri obſeruatores, ſint ciues ſanctæ ciuitatis,iuſti,ſancti,ſanctificati, immaculati puri Deo amabiles,angeliſque venerabiles,& æterna beatitudine digni. Finis autem quò leges diuinæ ſpectant, quò etiam ſuos dirigunt obſeruatores,eſt pax interna quę exuberat omnem ſenſum quæ cuſtodit corda noſtra & intelligentias noſtras. Præmium verò legum diuinarum eſt beatitudo, ſeu vita cœleſtis, vel requies æterna quam ab initio mundi in brauium currentibus in ſtudio vitę humanæ & ſuam legem cuſtodientibus Deus optimus dignatus fuit polliceri : Reiecit Chriſtus in ciuilem Magiſtratum legum diuinarum executionem cui etiam punitionem tranſgreſsionum legis exequendam commiſit, cui etiam conden-

[f] Eſt indubitata fide tenendum, hæreticos eſſe qui ita prophanum eſſe runt magiſtratum, vt ſacrum euerſum velint. Eſtq; certiſſima fide habendum cauſas Eleemoſynarum, quas pauperibus fideles elargiri, ſunt ſoliti, minimè vnquam ad prophanum magiſtratum ſpectaſſe,ſed ad Eccleſiaſticum, quòd ab Apoſtolorum inde ætate tanta religione in Eccleſia fuit obſeruatum, Vt nemo niſi is,qui fidei renunciaſſet, auſus fuerit vnquam hoc negare, necdum Eccleſia eam Prouinciam Eleemoſynarum pauperum diſponendarum eripere.

condendarum,quando res postularet facultatem permisit ea tamen moderatione adhibita vt nullus magistratus aliquam condere vnquam posset quæ diuinis legibus esset aduersa. g

Sed fanatica dementia aguntur quicunque tales doce nænias,& tam turpia scommata euentilant, necnon de re tam sædulò in Christi Ecclesia commendata quiritantur. Animarum curam intrepidè sacerdotibus committendā iudicant,rerum verò ac opum Xenodochiorum administrationem ipsis minimè commendandam censet. Atqui cùm illas multò sunt præstantiores & sublimiores, regendas & gubernandas permittant quare non etiam has diuitias?Quamplurimos esse sacerdotes qui non ea vitæ puritate nec morum honestate sint decorati, quam suis requirit & exigit sacratissimus ordo, minimè nego,verùm sunt alij quamplurimi sancti,pij ac religiosi quorum mores,vita, doctrina & exemplum ipsos celebres & imitatione ac laudibus dignissimos efficiunt. Nec causificentur æmuli tales esse raros,sunt plures quàm ipsi arbitrantur. Animus male in sacerdotes affectus eorum obscurat excellentes virtutes. Quid si aliquis ex Ecclesiastico ordine diceret non esse admittendos ad Consulares & senatorias dignitates ciues opulentos, ne bonæ gubernationis prætextu obducto, exhausto ærario publico priuatas locupletarent opes,ô bone Deus!omnes viri senatorij ordinis clamarent authores talium sermonum seditiosos ac tumultuarios esse homines,qui reipublicæ serenitatem perturbarent,quique populum in senatorium ordinem concitatum irritarent,tales homines dignissimos esse in quos vel extremo animaduerteretur supplicio. Cùm verò priuatus & laicus homo se se immiscet domorum pauperum & Xenodochiorum gubernationi nemo Episcoporum tantæ temeritatis se vindicem ostendit.h

Episcopi successerunt Apostolis non tantum in dignitatem,atque potestatem, verum in sollicitudinem ac diligētiam.Fuit prima sollicitudo Apostolorum pauperum curam gerere. Quod testatur Paulus pluribus locis. Non ergo patet Episcopū curam pauperum à se reiicere, nec senatoribus

g Medij crepêt ergo Lutherani qui omnem authoritatem & sacra politia potestatem laicis deferunt, & à sacra OEconomia: & bonorū pauperum dispensatione omnes arcent, sacerdotes, ab illis, tantum curam à Christo, & Apostolis traditam furari conantur, & exclamant, prouidendum esse, ne ipsi aliquando obtentu pietatis & Missarum vertant pecuniā in rem suam.

h Episcopus etsi maximè velit non potest sese ab hac pauperū cura abdicare, vt quæ de intrinseca ratione officij sui, hospitalitatē apud se exercere, & alibi in hospitalibus pauperes curare test. Paulo. Oportet, inquit, Episcopum irreprehensibilem esse, prudentem, hospitalem, doctorem, Sicut de ratione sui officij est esse didacticum, ita est esse hospitalem, & pauperum curatorem. Et sicut illud docendi officiū à se reiicere non potest, ita nec hospitalitatis.

natoribus permittere, nec Senatus eam poteſt inuadere, niſi diuinæ legis decretis, violatáq; Epiſcopali & Eccleſiaſtica dignitate. Cùm autem Eccleſia & Epiſcopi ex iure diuino habeant ſuum ſenatum & tribunal, ad quod cauſæ pauperum ſint referendæ vt diſcernantur, contra ius diuinum facit dum eas Senatus Eccleſiæ iudicibus eripere tentat,& ad ſe eas auocare intendit. Apoſtoli enim elegerant 7.diaconos, non tantum vt pauperibus Eleemoſynas ſubminiſtrarent,verùm vt diſsidia quæ inter ipſos pauperes ac pauperum miniſtros orirentur componerent, & transfigerent.Chriſtus referente Matthæo,[k] diuerſum eſſe atque exemptum tribunal Eccleſiaſticum ab omni prophana iuriſdictione oſtēdit,quando dixit:Scitis quia Principes gentium dominantur eorum, & qui maiores ſunt, poteſtatem exercent in eos,non ita erit inter vos, ſed quicunque voluerit inter vos primus eſſe, erit ſeruus veſter. Receptores bonorum pauperum præter alia officia quibus in ſacris myſteriis fungebantur ſunt à patribus primitiuæ Eccleſiæ inſtituti Archidiaconi hi eligebantur ab Epiſcopis, non à Senatoribus,hi recipiebant pecunias,non penſionarij,quod confirmatur Hiſtoria S.Laurentij cui Papa Sixtus theſauros Eccleſiæ pauperibus diſtribuendos commiſit.[l] Confirmat etiam hanc ſententiam beatus Hieronimus qui Epiſtola ad Nepotianum ſua ætate hos diaconos qui pauperum Eleemoſynas recipiebant præter alia quæ in ſacris miſteriis adminiſtrabant munera fuiſſe cognitos & inſtitutos docet. Penes hoc erat ſumma redditumm,poſſeſsionum,ſupellectilis & quotidianarum oblationum procuratio,hoc teſtatur,& confirmat Gregorius qui Salometano Archidiacono denunciat reatu conſtrictum teneri ipſum,ſi quid ex bonis Eccleſiæ vel negligentia,vel vllius fraude deperierit.Stephanus etiam Diaconus erat & prædicabat exhortabatúrque populum ad pietatis opera,ſtabat miniſtrabátque Apoſtolis celebrantibus, ac tandem Eleemoſynarum curam gerebat. Epiſcopo & non ſenatui prophano huius Oeconomiæ rationes quotannis ſolebant reddere hi Diaconi & alij miniſtri Catholici qui ipſis in negotio pauperum erant ſubſidio.

k Matth.20.

l Hinc eſt quòd canones ſacri,tam frequenter Epiſcopum bonorum Eccleſiæ,& pauperum faciunt diſpenſatorem, cuius ipſius authoritatis erat præſcribere Diacono, aliiſq; miniſtris Eccleſiæ qui in publicam alimoniam eſſent recipiendi;deinde quib. & quantum, cuique erat tribuendum. Inſpectio enim (ſcilicet quis eſſet Catholicus, quis ſuſpectus quis famoſus peccator, quis verò pœnitens) ad ipſum Epiſcopum & ſuos paſtores ſpectabat,non ad prophanos homines Hæc medius fidius ſeruanda eſſent,vt peſſima morum corruptela mederetur: re conſulta pauperum, & exploſis iſtis perturbatoribus, qui à laqueo immunes impunè bona pauperum ſibi vendicant, & priuatis iungunt loculis, quæ largiuntur propter Chriſtum egenis & miſeris, imò truculentiſſimos:& immotes ſe gerunt

Audienda est iam tandem Tridentina Synodus admonens quoscunque Ecclesiastica beneficia sæcularia, seu regularia obtinentes vt hospitalitatis officium à sanctis patribus frequenter commendatum, quantum per eorum prouentus licebit, promptè benigneque exercere assuescant memores, eos qui hospitalitatem amāt, Christum in hospitibus recipere. Illos verò qui Hospitalia vulgò nuncupata seu alia pia loca, ad peregrinorum infirmorum senum pauperúmve vsum præcipuè instituta in Commendam administrationem aut quencunq; titulum aut etiam Ecclesiis suis vnita obtinent vel si Ecclesiæ Parrochiales hospitalibus fortè vnitæ, aut in hospitalia erectæ, earúmq; patronis in administrationem concessæ sint, præcipit omninò vt impositum illis onus, officiúmve administrent, atque hospitalitatem quam debent ex fructibus ad id deputatis actu exerceant [m] iuxtà Constitutionē Concilij Viennensis, [n] alias in hac eadē Synodo sub fœl. rec. Paulo 3. innouatam quæ incipit, Quia contingit. Quòd si hospitalia hæc ad certum peregrinorum, infirmorum aut aliarum personarum genus suscipiendum fuerint instituta, nec in loco vbi sunt dicta hospitalia, similes personæ aut perpaucæ reperiantur, mandat adhuc vt fructus illorum in alium pium vsum, qui eorum institutioni proximior sit, ac pro loco & tempore vtilis, conuertantur prout ordinario cum duobus de capitulo qui rerū vsu peritiores sint, per ipsum deligendis, magis expedire visum fuerit, nisi aliter fortè, etiam in hunc euentum, in eorum fundatione aut institutione fuerit expressum, quo casu quod ordinatum fuit obseruari curet Episcopus, aut si id non possit ipse prout supra vtiliter prouideat. Itaque si prædicti omnes & singuli cuiuscunque ordinis & religionis & dignitatis, etiam si laici fuerint qui administrationem hospitalium habent, nō tamen regularibus subiecti, vbi viget regularis obseruantia: ab ordinario moniti hospitalitatis munus, adhibitis omnibus ad quæ tenentur necessariis re ipsa obire cessauerint: non solum per Ecclesiasticas censuras & alia iuris remedia, ad id compelli possint, sed etiam hospitalis ipsius administratione, curáve perpetuò priuari possint aliique

erga calamitosos mendicos. Tales oppressores & pauperum defraudatores per Episcopos coherceantur, ita statuente Affricano Concilio canon. 62. Ab Imperatoribus vniuersis visum est postulandum propter afflictionem pauperum: quorum molestiis sine intermissione fatigentur Ecclesia, vt defensores eis aduersus potentias diuitum cum Episcoporum prouisione delegentur. Et habetur 23. q. 3 cap. ab Imperatoribus.

m §. 1 &c. quiescamus. 42. distinct. ca. Archidiaconi. 85. dist. cap. volumus. 89. dist. cap. quia ad fin. & ca mos est 12. q. 2. c. quoniā. 16. q. 1.

n Clement. Quia contingit. de relig. domib. & sup. Sess. 7. ca. vlt.

eorum loco ab iis ad quos ſpectabit ſubſtituantur. Et prædicti nihilominus etiam ad fructuum reſtitutionem, quos contra hoſpitalium ipſorum inſtitutionem perceperunt, quæ nulla eis remiſsione aut compoſitione indulgeatur, in foro conſcientiæ teneantur nec adminiſtratio ſeu gubernatio huiuſmodi locorum vni & eidem perſonæ vltra triennium deinceps committatur, niſi aliter in fundatione cautum reperiatur, non obſtante quò ad omnia ſupradicta quacunque vnione, exemptione & conſuetudine in contrarium etiam immemorabili, ſeu priuilegiis aut indultis quibuſcunque. Iam vero perditiſsimæ Iuuentutis neglectam inſtitutionem ex Epiſcoporum in curia intueamur.

DE SEMINARIIS INSTITVENDIS, TVM SCHOLARVM ET LVDIMAGISTRORVM REFORMATIONE CVRANDA.

§ VIII.

QVOT mala pepererit Orbi Chriſtiano Iuuentutis peruerſa educatio,[a] teſtantur ferè omnes huius ſeculi miſeriæ, confuſa præcipuè hæreticorum ſchiſmata. Plerique eorum qui pueritiæ inſtitutionem profitebantur peſsimum opinionis virus ſub pectore fouebant & ſimulata Catholica pietate, tenera & ad quoduis ſtudium ſequacia pectuſcula falſis impietatibus alebant, ſic vt adulti ad Lutheranorum & Caluiniſtarum fabulas perfidè ſeducti currerent: nihil enim videmus in omnem ætatem hærere tenacius, quā quod rudibus annis & quod lacte vt dici ſolet nutricum inbibitur. Hinc multa ingenia fœliciſsimè nata, perditiſsima hæreſis mancipia euaſerunt. Pueri optimæ indolis, magniq́ue frugis in ea ſimplici ætate ac rerum imperitia deluſi indignum hereſis inſtitutum ſequuti ſunt. Scurrarum & ludionum hinc numeroſiſsimus grex exiliit. Damni illati ratio ab Epiſcopis poſtulanda eſſet, niſi illos promptiſsima excuſatione non carere intelligerem. Nolunt ſe dimittere tam exiguo muneri, rem indignam Præſulea thiara iudicant. In Canonicorum collegiis antiqua remanet inſtitutio vt vni eorum cura ſcholaſtica demandetur qui Scholaſter dicitur, huius autem officium propenſius

a Ab educatione iuuentutis ſumma ſpes, fructus totius vitæ dependet, & quia adoleſcentium ætas, niſi rectè inſtituatur, prona eſt ad mundi voluptates ſequendas, & niſi à teneris annis ad pietatem & religionem informetur, antequā vitiorum habitus homines poſſideat, nūquam perfectè ſine maximo, ac ſingulari, propemodū Dei Omnipotentis auxilio in diſciplina Eccleſiaſtica perſeuerat, Sancta Synodus Tridentina piè & neceſſario ſtatuit, vt ſingulæ cathedrales: metropolitanæ atq; his maiores, Eccleſiæ: pro modo facultatum, & diœceſis amplitudine, certum puerorum numerum in collegio, vel alio in loco conuenienti, alere, ac religioſè educare, & eccleſiaſticis diſciplinis inſtituere, teneātur. Qui ad minimū duodecim annos & ex legitimo matrimonio nati ſint, & quorum indoles & voluntas ſpem afferat eos eccleſiaſticis mi-

propensius est in recipiendis censibus quam in curanda Gymnasij palestra. Magistratus priuatis rapiuntur affectibus, & illius ætatis institutionem à qua summa reipublicæ expectatio procedit parui faciunt. Hac in re pessumdatur & irridetur sacræ Tridentinæ Synodi sanctio ad commune Ecclesiæ bonum promouendam seminaria instituenda iubens. Quod si Cathedralium & aliarum Ecclesiarum prælati in hac seminarij erectione eiúsque conseruatione negligentes fuerint ac suam portionem soluere detrectauerint, Episcopum Archiepiscopus, Archiepiscopum & superiores Synodus prouincialis acriter corripere, eósq; ad omnia supra dicta cogere permittit, & vt quamprimum hoc sanctum & pium opus vbicunque fieri poterit, promoueatur studiosè curabit. Rationes autem redditũ huius seminarij Episcopus annis singulis accipiat, præsentibus duobus à capitulo, & totidem à Clero Ciuitatis deputatis. Deinde vt cum minori impensa huiusmodi scholis instituendis prouideatur, statuit sancta Synodus, vt Episcopi, Archiepiscopi primates, & alij locorum ordinarij scholasterias obtinentes, & alios quibus est lectionis vel doctrinæ munus annexum, ad docendum in ipsis scholis instituendos, per se ipsos si idonei fuerint alioquin per idoneos substitutos ad eosdem scholasteres eligẽdos & ab ordinariis approbandos, etiam per subtractionem fructuũ cogant & impellant. Quòd si iudicio Episcopi digni non fuerint alium, qui dignus sit, nominent, omni appellatione remota, quod si neglexerint, Episcopus ipse deputet. Docebunt autem prædicti, quæ videbuntur Episcopo expedire. De cætero verò officia vel dignitates illæ quæ scholasteriæ dicuntur nonnisi Doctoribus, vel Magistris aut licentiatis in sacra pagina, aut in iure Canonico & alias personis idoneis & qui per seipsos id minus explere possint, conferantur, & aliter facta prouisio nulla sit & inualida nõ obstantibus quibusuis priuilegiis & cõsuetudinibus etiam immemorabilibus. Si verò in aliqua Prouincia Ecclesiæ tanta paupertate laborent, vt collegium in aliquibus erigi non possit, Synodus Prouincialis, vel Metropolitanus cum duobus antiquioribus suffraganeis in Ecclesia Metropo-

nisteriis perpetuo inseruituros. Pauperum autem filios præcipuè eligi vult, nec tamen diuites excludit, modò suo sumptu alantur, & studium præ se ferant, Deo & Ecclesiæ inseruiendi. Quos pueros Episcopus, partim cũ ei opportunum videbitur, Ecclesiarum ministerio addicet, partim in collegio erudiendos retinebit, aliosq; in locum eductorum sufficiet, ita vt hoc collegium Dei ministrorum seminarium sit. Vt verò in eadem disciplina ecclesiastica commodiùs instituantur, tonsura statim, atque clericalis habitu, ex Concilij præscripto, semper vtentur, grammatices, cantus, computi ecclesiastici, aliarumque bonarũ artium disciplinã discent. Sacram Scripturam, libros Ecclesiasticos, homilias Sanctorum, atq; sacramentorum tradendorum: maxime quæ ad confessiones audiẽdas videbuntur opportuna, & rituum ac ceremoniarum formas, ediscent.

 tropo-

gari commendatione fultus ſuſcipitur, eique committitur erudienda pueritia, accuratiùs enim quidam circunſpiciunt cui committãt vnum equum aut canem venãtorem quàm cui credant totius ciuitatis pignora.[c]

Adde inextricabiles huiuſmodi Impoſtorum errores, quibus contra veræ religionis cultum inſtituuntur pueri & ad peſsimum vitæ callem introducuntur.

[c] *Multi pluris faciunt bellum compotorem, quam vigilantem pueritiæ formatorẽ. Exploramus quos præficere volumus rei domeſticæ, ne quis ſutor vltrà crepidam ſe ferat, aſt in hoc magno & laborioſo formandæ pueritiæ examine ad omnẽ prorſus functionem inepti, & inſulſi periti nobis videntur.*

Sapientiùs meo iudicio & eorum omnium qui charitatis puro zelo ferueſcunt, prôuideretur, ſi nemo ad Gymnaſiaſticam præfecturam ſuſciperetur qui prius fidei & religionis Catholicæ profeſsionem non exhibuiſſet apud Epiſcopum cum præuio morum & doctrinæ examine. Sibi ipſi congratulabatur olim optimus Archiepiſcopus Lugdunenſis Ledradus[d] quod literarum penes ſe haberet Azylum in quo non minus moribus quam doctrina inſtituerentur pueri.

Tales enim Ludimagiſtri debent eſſe qui nõn fidei modo puritate, ſed etiam vitæ morumq; integritate & doctrina quantum fieri poterit præſtent. Cuiuſmodi homines publicè conduci curabit Epiſcopus populiſque perſuadere conabitur, impenſis minimè in re tanti momenti eſſe parcendum vt, quoad eius fieri poteſt, excellentes non ſolùm literarum magiſtros ſed vitæ præceptores adhibeant ad liberorùm diſciplinam.

[d] *Pulchre Ledradus Archiepiſcopus Lugdunenſis in epiſtola ad Carolum Imperatorem hæc ſcribebat. Habeo ſcholas cantorum, ex quibus plerique ita ſunt eruditi: vt etiam alios erudire poßint. Præter hæc verò habeo ſcholas lectorum, nõ ſolùm qui lectionibus exercẽtur, ſed etiam in diuinorum librorum, meditatione Spiritualis intelligentiæ fructus conſequantur. Hæc ex Paradino in hiſtor. Lugdunenſ. libr. 2.*

Magiſtrorum autem ea ſit cura præcipua vt cùm à ſcholis obſcœna verba, impudicæ actiones, nugæ, rixæ, contumeliæ, & reliqua huiuſmodi procul omninò ſint, tum verò modeſtia, obedientia, ſilentium, & quæ eſt bonorum omnium morum cuſtos humilitas introducatur.

Libri tantum probatæ lectionis pueris adoleſcentibúſve exponantur. Librorum qui ob Ethnicis conſcripti ſunt is delectus habeatur vt quod etiam librorum indice vetitum eſt in ſcholis non prælegantur, neque explanentur Ethnicorum ſcriptiones de rebus obſcœnis & turpibus.

Diſcipuli fidei Chriſtianæ doctrina firmentur.

Dominicis feſtiſque diebus ad illius Doctrinæ ſcholas perducantur.

Miſſæ ſacro, concioni item, & veſperarum diuino offi-

cio interſint Magiſtris etiam curantibus.

Nemo contemnat hoc docendi munus quandoquid em in ſcholis ſeminarium fit, non ſolum Prælatorum & miniſtrorum Eccleſiæ verumetiam Magiſtratuum & eorum qui conſiliis ſuis Reſpublicas gubernat. Quæ ſi negligantur aut deprauentur, neceſſe erit & Eccleſias & Reſpublicas periclitari & confundi. Reminiſcamur ab illo ſemine vberrimas ſegetes Reipublicæ Chriſtianæ colligi.

OCTAVVS ABVSVS.

§ IX.

INTER varia monſtra Chriſtianæ Religionis baſim euertere & calumniari ſatagentia illud eſt quod Græcis authoritatibus *δεισιδαιμονία* Latinis Superſtitio, qua nihil veritatis cultu diſsimilius, nihil fœdius nihil contumelioſius pugnacius, ſupercilioſius ac maledicentius excogitatur. Quæ quidem meritò meretrici propudioſæ comparatur. Nam quicquid in iſtis publicis lupis eſt ſordium ac ſcelerum, in hac fœdiſsima Impoſtrice inuenietur. Omnem ergò ſollicitudinem impendat Epiſcopus vt extirpetur ſerpens hoc in plebeculæ cordibus virus, ex quò plurima flagitia promanare ſacris, & prophanis conſtat ſcriptoribus, verum vt clarius cognita facilius euitetur ſuperſtitio ſex cornua monſtrum hoc habet, Diuinationem, Incantationem, Sortilegium, idolatriam, indebitum Dei cultum & quoddam poſtrèmum, quod vna voce nō ſatis commodè deſignari poteſt, latiſsimóque ſinu multa vitia complectitur. Nunc carptim de ſingulis dicendum eſt. Diuinatio[a] eſt lues qua homines auent ſcire vel præterita, vel præſentia, vel futura idque vel apertè inuocatóque nomine diaboli vel implicito quodam fœdere, quo ſic affectus honore ſpiritus nequam ſuggerat ea quæ inquiruntur, Græcè Mantia, quod grauiſsimum eſſe peccatum, & ſummi Dei, cuius eſt omnium ſciētia proprietati repugnans diuina & humana ſcripta teſtantur. Hac multi minus prudētes capiuntur & ſe ſe viliſsima diaboli mancipia tradunt, qui ab ariolandi ſtultitia fatuos de dubiis conſilia petunt, rerum perquirunt euentusmodo ad ſeductionem promptiſsimo.

a Græci variis habuerunt diuinationum commenta ex hu vnū dicebatur ὀρνιθοσκοπικὴν, qua ſit cum volante hac vel illa aue, ante vel retrò, dextrorſum, vel ſiniſtrorſum, quod hoc ſignificet, d ci mus quam di uinationis partem Telegonus inuoniſſe dicitur οἰκοσκοπική. eſt cum quis ea quæ in domo contingūt enarrat, quidque hoc portendat, exponit. Verbi cauſa quoniam in tecto felis, aut ſerpens aut mus apparuit, aut exhauſtum eſt oleum, aut mel, aut vinum, aut aqua, aut cinis, aut aliud quiddam hoc ſignificat De quo genere opus edidit

Variis

Variis diuinationum generibus multum dementiæ & erroris demerebatur antiquitas Græcorum, nihil non vellicantibus Dæmonum insidiis, variósque de hac edidit libros qui deletiles Censorum grauissimorum spongias pertulerunt Postremò in his omnibus sub nescio qua veri euentus specie somnia & portenta latebant, quibus homines curiosi iuuenes præcipuè prima fronte ludebantur, cum potissimum nulla fides sequeretur diuinatoris commentum, vnde res stolida & fatua hæc pluribus risum mouit & temporis deperditi summum tædium. Habet & superstitio aliud cornu incantationem, quæ nihil intactum præterit (quin noceat quantum in se est) homines, animalia, morbos, & quid non? inuocatis apertè nominibus dæmonum, & infernalis specus furiis, quo superstitionis genere vt (inquit Nazianzenus) nihil vanius dici vel adipisci potest.

Incantatis itaque quaruncunq; mentiū organis dęmon plurima incommoda inferre solet, qui vt loquitur Augustinus animam inuadit extrinsecus, sensúsque conturbat hominibúsque furores infert. Potest tempestates & procellas in aëre mouere, vt patet Iob 1. & 2. vbi impetrata licentia à Deo (postquam Sabæi quingenta iuga boum & 500. asinas abegissent) ignem de cœlo misit qui septem milia camelorum consumpsit & ventum qui ruina domus filias septem & tres filios Iob cum famulis oppressit. Hæc narrantur in scriptura sacra, licet enim corporea natura non obeat ad nutum angelis (neq; bonis neq; malis) ad susceptionem formæ essentialis sed Deo soli qui creauit eam, tamen ad motum localem spiritui paret naturæ. Indicium sumas ex homine. Membra enim hominis ad solum Imperium voluntatis mouentur. Venti ergò & grandines, ex vaporibus coeuntibus cùm generentur, potest ea procurare Dæmon, adductis ex variis locis terræ exhalationibus vel vaporibus multis in vnum locum. Ex his etiam sequitur non esse omninò pro fabulis habenda quæ à strigis & maleficis (quæ membra & vasa diabolica sunt) dicuntur fieri. Nam Deo propter iustas causas & sibi notas permittente, & omnia diaboli sua opera perpetrāte lædere

Xenocrates ἐνόδιος autem cum in via occurrunt, enarrantur: Vt si occurrit quispiam hoc gestans, hoc tibi accidet: si autem ille hoc tibi eueniet, de quo genere Pollux pertractauit. χειρόσκοπος verò cum ex manuū extensione, aut rugis dicimus rem hanc illam manere, vel quod ipsius nuptiæ ambientur, vel quod liberos procreabit vel huiusmodi aliquid. De qua volumen scripsit Heleanus. παλμικὴ denique cum ex corporis palpitatione aliquid cognoscitur, vt si palpitet oculus dexter, hoc indicat, aut si humerus, aut reliqua pars corporis. De quo genere opus elucubrauit Posidonius.

lædere poſſunt homines, in corpore & in bonis, in vſu rationis & in vita & in fama.[d] Hęc enim poteſt omnia Dęmō. Vt patet Iob 1. & 2.

Sortilegium tertium cornu Superſtitionis cæteris altius & tetrius eminet idque biceps. Vel enim facimus quod diuinatores, nec differt a diuinatione, vel quædam furta, & hominum arcana reſque obſcuras malis artibus inquirimus, quæ à ſolo Deo vel Angelica natura ſciri poſſunt: cuiuſmodi curioſa impietas pugnat cum veritate noſtræ fidei, præſertim cum ne diabolus quidem ea cognoſcat, niſi quatenus coniecturis variiſque rerum cauſis præſagit euentus, & vt norit, non gaudet vero, ſempérque ſuſpicionum & odiorum ſemina miſcet. Quod de grauitate & excuſatione dictum eſt in primo cornu, hic locum habet, niſi quod non videam quomodo poſsit Chriſtianus aliquis excuſari, cuius vitam & animā quodammodo ſcientiam eſſe oportuerat.

Sequitur quartum mōſtri cornu Idolatria cuius ortum, progreſſum & incrementa ab aquarum inundatione accepiſſe, ante Irenæum ſcripto reliquit Clemens Rom. lib. 1. Recog. nempe à ſcelerata Cham progenie.

Verumtamen de Idolorum origine, omnium ore & publico ferè conſenſu receptum videmus, quod in libro ſapientiæ ſic legimus, acerbo luctu præmaturè abrepti filij dolens pater imagine facta, iam antea mortuum hominem nunc, vt Deum cœpit colere ſibi mācipatis ſacris ceremoniáſque tradidit. Refert Diophantes, Lacædemonum auctor Syrophanem quendam Aegyptium familia ſubſtantiáque locupletem, filium genuiſſe, quem incredibili amore proſequebatur, iſq; cum aduerſis fortunæ incurſibus raperetur, patri ſuo crudele geminæ orbitatis elogium dereliquit, ſcilicet vt poſteritati æternum ſuffragium denegaret, & ſubſtantiæ propagandæ ſubitum interitum obiiceret, quid igitur faceret, aut fecunda paternitatis hac ſterilitate dominata, aut fœlix illa ſubſtātia ſucceſſore priuata? denique doloris anguſtia quæ ſemper inquirit miſeriæ ſolatium, filij homo rudis quòd miſeriarum ea obliuio vna ſit medicina, fecit ergò potiùs, vnde paternus dolor indies

renouatus

d In fama vt cum ſcelera occulta manifeſtat malorum hominum, vel iuſtis infamiæ notam inurit fraudulenter: ſicut quādo ſe Sanctum Epiſcopum Silanum eſſe mentiebatur cū impudica muliere cubantem, vt virum Sanctum de Impudicitia traduceret apud populum. Vſum rationis perturbare docent arreptitij, ſeu energumeni de quibus in Euangelio frequens ſit mentio. Quod vita priuent homines Deo permittente patet, Tob. 6. quando ſeptem viros indignos coniugio Sara malus genius ſuffocauit. Quod in corpore animalis loquatur, docet Serpentis tentatio in geneſi, & quod ſub diuerſorum animalium figuris appareat, tentationes S. Antonij. Sic malefica illa ſtrigia, Lamia & Bruxia experta ſunt.

renouatus,magis resurgeret,quàm in quo luctus solatium inueniret.Pòst ergo,vniuersa illa familia,quæ multa Syrophani erat,quo domino adularetur suo,aut coronas plectere,aut flores inferre,aut odoramenta idolo illi succendere consueuerat:quibus veró domini furorem excitasse scelere,aut flagitio contigisset, mox venia dabatur cum ad simulachrum confugissent, factúmque est non multò post, vt quos affectus ipse ad idolum non trahebat.timor flores atque thura certissimo suæ salutis collatori offerre cogeret , deinde lapsu temporis inualescens impia consuetudo pro lege seruata est.Petrus Galatinus lib.4.cap.20.Idolorum cultum ad Nembrotum Assyriorum tyrannum refert,quippe qui homines igni sacra facere , & colere coegerit.Hęc autem de crassa illa & externa idolorum inuentione cultúque per cruentas siue hominum , siue brutorum victimas intelligenda modò censerem. Quandoquidem peccatum Angelorum, & primorum parentum, idololatriam spiritualem, & internam nominant Ambrosius in 6,cap.ad Rom.& August. Quæst.83.ex nouo testamẽto.

Opinantur in magna Genesi Hebræi,Caini, improbam progeniem inualuisse, Deúmq; & eius de Messia promissione nihili duxisse : Enosum verò Dei inuocationem renouasse, cæteris ad Idololatriam procliuioribus, quorum iudicium approbat & laudat Oleaster Lusitanus Com. in Genesi.[e] Verum quemadmodum Idolatria malis omnibus si temporis ratio habeatur posterior est,ita quantum ad mali grauitatem atque atrocitatem primum locum sibi vẽdicat.Extremum enim malorum dici potest , vt finis & cumulus,& quia vltra eam nullum aliud scelus progredi atq; extendi potest.Ante enim Christi aduentum vbique Satanas impotenti Tyrannide grassabatur per horribilem veri Dei ignorationem , & execrabiles idololatrias. Apostolus vocat tempora ignorantiæ & cæcitatis. Erant vniuersæ gentes sine lege sine testamento,sine Deo.[f]

Appareat iam tandem quartum cornu superstitionis cultus indebitus qui in perniciosum ac superfluum discinditur imò quadruplici sectione Lernæum aliquod malum infœlici fœcunditate minatur. Nam perniciose qui

Yy religionis

e Quinctianus Iustinus Martyr protoparentes nostros è paradiso eiectos dicit: quod Deos crederent, qui non essent; Deorumque nomen posteris tradidisse, Ambrosius lib. de Paradiso. ca. 13. Serpentem vocat originem Idololatriæ. Obseruant quoque Clemens 2. Recogn. Theophilus Antiochenus 2. ad Anto. & Iustin. orat. Serpentem primum omnium Deos multitudinis numerũ nominasse, vt iterum errorem sensim inter homines introduceret.

f Hic pro Deo truci minitans falce Saturnus qui membra virilia amputauit patri, qui filios præter Iouem deuorauit, adorabatur, illic Iuppiter capræ lacte nutritus, & Curetib. pulsantibus tympana, educatus, adulter, cornuger, & lasciuus venerabatur, istluc Mars homicida, aut omnium Latrociniorum artifex Mercurius colebatur. Hoc loco Iaidi autem ueri turpissimæ ac præ[illegible]

ad cuius imitatio nem nos vrit, afficit, rapit, & accendit.

Sed vtinam ij quibus hæc sollicitudo diuinitus delegata est promptiores & alacriores ad hæc sancta subeunda munera redderentur. Hi omnes suas partes tuentur Christo neglecto, séque à sacro hospitalitatis officio temere emancipant vt liberiùs de bonis pauperum luxuriari possint. Aurum habet Ecclesia non vt seruet sed vt eroget ac necessitatibus subueniat. Et hoc nostro sæculo non video sanè quo pacto Episcopi Deo in extremo Iudicio hoc ipsis exprobranti respõdere poterunt, qui cum non multitudinem sed numerum satis exiguũ Hominum propter Christi religionem ac fidei confessionem exulum, proscriptorum & planè nudorũ videant incerta sede vagari, panemq; vitæ sustentandæ vilissima & miserabilissima mendicatione quærere, ipsi nihilominus nulla commiseratione tanguntur, nec eorum sortem miserantes vel semel ad se eos vocant nec vllam pietatis aut condolentiæ eis demonstrationem faciunt. Tales Christi pauperes vidi ego variis in locis & sæpiusculè apud Episcopos repulsam pati, & abiici, quorum vix erat qui misereretur. Hac profectò de causa compulsi blaterones hæretici cœperunt debacchari in clerum & ipsum rapinarum, rãpacitatis, nullæ fidei & aliorum deteriorum criminum apud populum insimulare, ac tandem suis maledictis ac cõuitiis grauissimam Inuidiam Catholicis ministris Ecclesiasticis conflarunt. Cùm tandem magistrales & populares animos peruersos hæretici in suam induxissent sententiam tunc demum cœperunt rem intentatam in opus perducere Principibus impunè res Ecclesiarum Xenodochiorum ac Pauperum inuadere ac sibi vendicare permittunt, ministros Ecclesiæ pauperie & nuditate aliisq; tristissimis angustiis maceratos in funestum mittunt exilium, pauperibus res legatarias adimunt, & diuitum Eleemosynas in sua conuertunt abligurientes priuata commoda. Ad diuinas segetes pertinent bonorum pauperum dispensatio & administratio. Cupiunt magistratus sibi constare quota & quanta sit ea pars prouentuum & redituum annuorum qui pauperibus alendis bonorum fidelium religiosa pietas legauit, volunt eam in suam redigere potestatem, & illis bonis colligendis ac retinendis

d Furti profectò rei sunt Episcopi, qui etiam sordidè possidẽt res Ecclesiasticas: aut potiùs ab eis possidentur, vt ob auaritiam, qua nihil scelestius est neque pauperibus hilari animo: quicquam conferant. Regula nostra de hospitalitate hæc verba habet, Euangelicis atque Apostolicis instruimur documentis in colligendis hospitibus ante omnia dari debere operam, vt meritò de nobis à Domino dicatur, Hospes fui & collegistis me. Quomodo etiam Sanctissimus Pater scribit. Omnes superuenientes hospites tanquam Christus suscipiantur, quia ipse dicturus est: Hospes fui & suscepistis me. Et omnibus congruus honor exhibeatur, maximè tamen domesticis fidei & peregrinis Pauperum & peregrinorum maximè susceptio omnis cura solicita

tinendis virum aliquem pro suo arbitratu eligere qui sæcularis sit & omnium bonorum pauperum & Eleemosynarum absolutus possessor, vult etiam senatus pauperum delectum per suos ministros fieri illósque alendos tantùm eligere, quos ipsi probauerint, alios verò reiicere, qui sibi eo beneficio indigni reputabuntur.[c] Volunt etiam ipsi per suos tantùm ministros bona fidelium & Eleemosynas pro sua libidine dispensare, disponere atque elargiri. Ipsi denique volunt viros Ecclesiasticos, plenè vt infideles ministros eóque munere indignos reiicere & domum ciuicam Ecclesiam, & senatores viros quatenus ad eam partem spectat, Ecclesiasticos facere vel saltem volunt in domo ciuica tribunal erigere, in quo fidelibus rerum Ecclesiasticarum quæ pauperes concernunt, ius dicatur, à Sacerdotibus hoc tantum seruitij & officij habere volunt, vt ipsi concionibus, in aliisq; sacris ministeriis, quando oportunitas dabitur suum apud populum decretum, commendent extollant & plenis buccis magnificè decantẽt, populúmq; ad Eleemosynas faciendas oppido exhortentur, & accendant quas ipsi colligant posśideant & quando voluerint, & quibus noluerint dispensent. Cæterum sacerdotibus nihil volunt curæ relinqui, vt qui fures sint & sub prætextu Missarum bona illa pauperum in rem suam conuertent Satis est illis prospectum, non egent pluribus Libenter autem eos rogarem sicuti prædicationem & Eleemosynarum exhortationes sacerdotibus attribuunt quare non item Eleemosynarum distributionem & largitionem quare non item pauperum delectum? Velint igitur ipsos rogo politiam Ecclesiasticam intèmeratam relinquere, quàm Christus, Apostoli & sui successores, ita stabilitam ad nos transmiserunt, vel si hanc violare & truncare presumunt, ipsi etiam senatus eligant viros ex eo ordine qui populum ad Eleemosynas ferendas exhortentur, in sua etiam domo ciuica viros colligendis Eleemosynis constituant, vt tandem omnia ad se deuoluant. Christiana Respublica duos non vnum habet magistratus, alter est sacer, alter verò prophanus: ab hoc qui diuersi sunt diuersarum causarum spectat cognitio, quæ autem causæ ad illum quæ verò ad hũc

exhibeatur. quia in ipsis magis Christus suscipitur.

c Prauus est hodie pauperum delectus, & multi hodie in pias hospitaliũ ades recipiũtur, qui hospitio penitus sunt indigni. Idcircò optime statutũ est Concilio Prouinciali Coloniæ celebratione alia persona recipiantur: præter miserabiles, qua aut morbo, aut debilitate, aut aetate impedita suis manibus laborare, victúmque ac vestitum sibi comparare non possunt recipiantur. Sint autem mendicantibus validis, non solũ hospitalia clausa, sed publicè ac ostiatim mendicare, penitùs interdictum. Et qui secus agere comperti fuerint, arceantur, ac pœnæ subdãtur. Violitur enim esurienti panis tollitur, si de cibo securus in stitiam neglĩgẽs, quàm eidẽ frangitur, vt seductus iniustitia acquiescat.

ſpectent,non eſt præſentis inſtituti tractare. f

Scimus enim leges diuinas tripliciter ab humanis differre,nempe officio,fine,& præmio. Legum enim humanorum officium eſt ciues humanos morali iuſtitia iuſtos, morigeros,obſequentes rerum publicarum , patriæque amatores & compoſitos efficere, legum etiam humanarum finis eſt pacem publicam atque ſerenitatem ciuibus procurare cuique quod ſuum eſt tribuere , ciues cum ſuis familiis atque fortunis à malorum inſidiis iniuriiſque immunes conſeruare, diſsidia & bella ciuilia tollerare aliáq; quæ ad amplitudinem & reipublicæ ſplendorem & vtilitatem faciunt procurato negocio inuehere procul ea repellere quæ perturbationem aut excidium eidem ſint allatura. Prætereà legum humanarum præmium eſt ciues heneſtos probos atque morigeros qui de republica egregio aliquo facinore facto bene ſunt meriti ſingulari honore exaltatos,donis,immunitatibus , & prærogatiuis honorificis donare,malos verò atque improbos homines , qui rempublicam ſuis malefactis dehoneſtant atque perturbant,ſuppliciis afficere,& perpetua infamia notare. Porrò autem diuinarum legum diuerſiſsimum eſt officium, nimirum Chriſtianos homines iuſtitia intrinſeca & fidei ſacramento iuſtificatos,iuſtiores efficere,& ipſos ſanctarum actionum officiis ſanctificatos vberiori gratia æternoque beatitudinis præmio digniores efficere adeò vt qui diuinarum legum fuerint religioſi ac puri obſeruatores , ſint ciues ſanctæ ciuitatis,iuſti,ſancti,ſanctificati , immaculati puri Deo amabiles,angeliſque venerabiles,& æterna beatitudine digni. Finis autem quò leges diuinæ ſpectant, quò etiam ſuos dirigunt obſeruatores,eſt pax interna quę exuberat omnem ſenſum quæ cuſtodit corda noſtra & intelligentias noſtras. Præmium verò legum diuinarum eſt beatitudo , ſeu vita cœleſtis,. vel requies æterna quam ab initio mundi in brauium currentibus in ſtudio vitę humanæ & ſuam legem cuſtodientibus Deus optimus dignatus fuit polliceri : Reiecit Chriſtus in ciuilem Magiſtratum legum diuinarum executionem cui etiam punitionem tranſgreſsionum legis exequendam commiſit , cui etiam conden-

f *Eſt indubitata fide tenendum, hæreticos eſſe qui ita prophanum efferunt magiſtratum, vt ſacrum euerſum velint. Eſtq; certiſſima fide habendum cauſas Eleemoſynarum , quas pauperibus fideles elargiri ſunt ſoliti , minimè vnquam ad prophanum magiſtratum ſpectaſſe,ſed ad Eccleſiaſticum, quòd ab Apoſtolorum inde ætate nonna religione in Eccleſia fuit obſeruatum , Ve nemo niſi is,qui fidei venum iiſſet, auſus fuerit vnquam hoc negare , nedum Eccleſiæ eam Prouinciam Eleemoſynarum pauperum diſponendarum eripere.*

condendarum,quando res postularet facultatem permisit ea tamen moderatione adhibita vt nullus magistratus aliquam condere vnquam posset quæ diuinis legibus esset aduersa. g

Sed fanatica dementia aguntur quicunque tales doce nænias,& tam turpia scommata euentilant, necnon de re tam sædulò in Christi Ecclesia commendata quiritantur. Animarum curam intrepidè sacerdotibus committendã iudicant,rerum verò ac opum Xenodochiorum administrationem ipsis minimè commendandam censet. Atqui cùm illas multò sunt præstantiores & sublimiores, regendas & gubernandas permittant quare non etiam has diuitias? Quamplurimos esse sacerdotes qui non ea vitæ puritate nec morum honestate sint decorati, quam suis requirit & exigit sacratissimus ordo, minimè nego, verùm sunt alij quamplurimi sancti,pij ac religiosi quorum mores,vita, doctrina & exemplum ipsos celebres & imitatione ac laudibus dignissimos efficiunt. Nec causificentur æmuli tales esse raros,sunt plures quàm ipsi arbitrantur. Animus male in sacerdotes affectus eorum obscurat excellentes virtutes. Quid si aliquis ex Ecclesiastico ordine diceret non esse admittendos ad Consulares & senatorias dignitates ciues opulentos, ne bonæ gubernationis prætextu obducto, exhausto ærario publico priuatas locupletarent opes,ô bone Deus!omnes viri senatorij ordinis clamarent authores talium sermonum seditiosos ac tumultuarios esse homines,qui reipublicæ serenitatem perturbarent,quique populum in senatorium ordinem concitatum irritarent,tales homines dignissimos esse in quos vel extremo animaduerteretur supplicio. Cùm verò priuatus & laicus homo se se immiscet domorum pauperum & Xenodochiorum gubernationi nemo Episcoporum tantæ temeritatis se vindicem ostendit.h

Episcopi successerunt Apostolis non tantum in dignitatem,atque potestatem, verum in sollicitudinem ac diligẽtiam.Fuit prima sollicitudo Apostolorum pauperum curam gerere. Quod testatur Paulus pluribus locis. Non ergo patet Episcopũ curam pauperum à se reiicere, nec senatoribus

g Mediì crescit ergo Lutherani qui omnem auctoritatem & sacra politia potestatem laicis deferunt, & à sacra OEconomia: & bonorũ pauperum dispensatione omnes arcent, sacerdotes, ab illisq; tantum curam à Christo, & Apostolis traditam furari conantur, & exclamant, prouidendum esse, ne ipsi aliquando obtentu pietatis & Missarum vertant pecuniã in rem suam.

h Episcopus etsi maximè velit non potest sese ab hac pauperũ cura abdicare, vt quæ de intrinseca ratione officij sui, hospitalitatẽ apud se exercere, & alibi in hospitalibus pauperes curare teste Paulo Oportet, inquit,Episcopum irreprehensibilem esse,prudentem,hospitalem, doctorem, Sicut de ratione sui officij est esse didacticum, ita est esse hospitalem, & pauperum curatorem. Et sicut illud docendi officiũ à se reiicere non potest, ita nec hospitalitatis.

natoribus

Audienda eſt iam tandem Tridentina Synodus admonens quoſcunque Eccleſiaſtica beneficia ſæcularia,ſeu regularia obtinentes vt hoſpitalitatis officium à ſanctis patribus frequenter commendatum, quantum per eorum prouentus licebit, promptè benigneque exercere aſſueſcant memores, eos qui hoſpitalitatem amāt, Chriſtum in hoſpitibus recipere. Illos verò qui Hoſpitalia vulgò nuncupata ſeu alia pia loca, ad peregrinorum infirmorum ſenum pauperúmve vſum præcipuè inſtituta in Commendam adminiſtrationem aut quencunq; titulum aut etiam Eccleſiis ſuis vnita obtinent vel ſi Eccleſiæ Parrochiales hoſpitalibus fortè vnitæ,aut in hoſpitalia erectæ, earúmq; patronis in adminiſtrationem conceſſæ ſint, præcipit omninò vt impoſitum illis onus,officiúmve adminiſtrent, atque hoſpitalitatem quam debent ex fructibus ad id deputatis actu exerceant [m] iuxtà Conſtitutionē Concilij Viennenſis, [n] alias in hac eadē Synodo ſub fœl.rec. Paulo 3. innouatam quæ incipit, Quia contingit. Quòd ſi hoſpitalia hæc ad certum peregrinorum, infirmorum aut aliarum perſonarum genus ſuſcipiendum fuerint inſtituta, nec in loco vbi ſunt dicta hoſpitalia, ſimiles perſonæ aut perpaucæ reperiantur,mandat adhuc vt fructus illorum in alium pium vſum,qui eorum inſtitutioni proximior ſit,ac pro loco & tempore vtilis, conuertantur prout ordinario cum duobus de capitulo qui rerū vſu peritiores ſint, per ipſum deligendis, magis expedire viſum fuerit, niſi aliter fortè, etiam in hunc euentum, in eorum fundatione aut inſtitutione fuerit expreſſum,quo caſu quod ordinatum fuit obſeruari curet Epiſcopus, aut ſi id non poſsit ipſe prout ſupra vtiliter prouideat. Itaque ſi prædicti omnes & ſinguli cuiuſcunque ordinis & religionis & dignitatis, etiam ſi laici fuerint qui adminiſtrationem hoſpitalium habent,nō tamen regularibus ſubiecti, vbi viget regularis obſeruantia:ab ordinario moniti hoſpitalitatis munus, adhibitis omnibus ad quæ tenentur neceſſariis re ipſa obire ceſſauerint: non ſolum per Eccleſiaſticas cenſuras & alia iuris remedia,ad id compelli poſsint,ſed etiam hoſpitalis ipſius adminiſtratione, curáve perpetuò priuari poſsint aliique

erga calamitoſos mendicos. Tales oppreſſores & pauperum defraudatores per Epiſcopos cohereeantur, ius ſtatuente Affricano Concilio canon. 62. Ab Imperatoribus vniuerſis viſum eſt poſtulandum propter afflictionem pauperum: quorum moleſtiis ſine intermiſſione fatigentur Eccleſia, vt defenſores eis aduerſus potentias diuitum cum Epiſcoporum prouiſione delegentur. Et habetur 23.q.3 cap. ab Imperatoribus.

[m] §. 1 &c. quieſcamus. 42. diſtinct. ca Archidiaconū. 85. diſt. cap. volumus. 89. diſt. cap. quia ad fin. & ca mos eſt. 12. q. 2. c. quoniā. 16. q. 1.

[n] Clement. Quia contingit. de relig. domib. & ſup. Seſſ. 7. ca. vlt.

eorum loco ab iis ad quos ſpectabit ſubſtituantur. Et prædicti nihilominus etiam ad fructuum reſtitutionem, quos contra hoſpitalium ipſorum inſtitutionem perceperunt, quæ nulla eis remiſsione aut compoſitione indulgeatur, in foro conſcientiæ teneantur nec adminiſtratio ſeu gubernatio huiuſmodi locorum vni & eidem perſonæ vltra triennium deinceps committatur, niſi aliter in fundatione cautum reperiatur, non obſtante quò ad omnia ſupradicta quacunque vnione, exemptione & conſuetudine in contrarium etiam immemorabili, ſeu priuilegiis aut indultis quibuſcunque. Iam vero perditiſsimæ Iuuentutis neglectam inſtitutionem ex Epiſcoporum in curia intueamur.

DE SEMINARIIS INSTITVENDIS, TVM SCHOLARVM ET LVDIMAGISTRORVM REFORMATIONE CVRANDA.

§ VIII.

QVOT mala pepererit Orbi Chriſtiano Iuuentutis peruerſa educatio,[a] teſtantur ferè omnes huius ſeculi miſeriæ, confuſa præcipuè hæreticorum ſchiſmata. Plerique eorum qui pueritiæ inſtitutionem profitebantur peſsimum opinionis virus ſub pectore fouebant & ſimulata Catholica pietate, tenera & ad quoduis ſtudium ſequacia pectuſcula falſis impietatibus alebant, ſic vt adulti ad Lutheranorum & Caluiniſtarum fabulas perfidè ſeducti currerent: nihil enim videmus in omnem ætatem hærere tenacius, quã quod rudibus annis & quod lacte vt dici ſolet nutricum inbibitur. Hinc multa ingenia fœliciſsimè nata, perditiſsima hæreſis mancipia euaſerunt. Pueri optimæ indolis, magniq́ue frugis in ea ſimplici ætate ac rerum imperitia deluſi indignum hęreſis inſtitutum ſequuti ſunt. Scurrarum & ludionum hinc numeroſiſsimus grex exiliit. Damni illati ratio ab Epiſcopis poſtulanda eſſet, niſi illos promptiſsima excuſatione non carere intelligerem. Nolunt ſe dimittere tam exiguo muneri, rem indignam Præſulea thiara iudicant. In Canonicorum collegiis antiqua remanet inſtitutio vt vni eorum cura ſcholaſtica demandetur qui Scholaſter dicitur, huius autem officium

propenſius

a Ab educatione iuuentutis ſumma ſpes, ſi ne ctus totius vita dependet, & quia adoleſcentium ætas, niſi rectè inſtituatur, prona eſt ad mundi voluptates ſequendas, & niſi à teneris annis ad pietatem & religionem informetur, antequã vitiorum habitus homines poſsideat, nũquam perfectè ſine maximo, ac ſingulari, propemodũ Dei Omnipotentis auxilio in diſciplina Eccleſiaſtica perſeueret, Sancta Synodus Tridentina piè & neceſſariò ſtatuit, vt ſingulæ cathedrales: metropolitanæ atq; his maiores, Eccleſiæ: pro modo facultatum, & diœceſis amplitudine, certum puerorum numerum in collegio, vel alio in loco conuenienti, alere, ac religioſè educare, & eccleſiaſticis diſciplinis inſtituere, teneãtur. Quo ad minimũ duodecim annos & ex legitimo matrimonio nati ſint, & quorum indoles & voluntas ſpem afferat eos eccleſiaſticis mi-

propensius est in recipiendis censibus quam in curanda Gymnasij palæstra. Magistratus priuatis rapiuntur affecti-bus, & illius ætatis institutionem à qua summa reipublicæ expectatio procedit parui faciunt. Hac in re pessumdatur & irridetur sacræ Tridentinæ Synodi sanctio ad commune Ecclesiæ bonum promouendam seminaria instituenda iubens. Quod si Cathedralium & aliarum Ecclesiarum prælati in hac seminarij erectione eiúsque conseruatione negligentes fuerint ac suam portionem soluere detrectauerint, Episcopum Archiepiscopus, Archiepiscopum & superiores Synodus prouincialis acriter corripere, eósq; ad omnia supra dicta cogere permittit, & vt quamprimum hoc sanctum & pium opus vbicunque fieri poterit, promoueatur studiosè curabit. Rationes autem redditũ huius seminarij Episcopus annis singulis accipiat, præsentibus duobus à capitulo, & totidem à Clero Ciuitatis deputatis. Deinde vt cum minori impensa huiusmodi scholis instituendis prouideatur, statuit sancta Synodus, vt Episcopi, Archiepiscopi primates, & alij locorum ordinarij scholasterias obtinentes, & alios quibus est lectionis vel doctrinæ munus annexum, ad docendum in ipsis scholis instituendos, per se ipsos si idonei fuerint alioquin per idoneos substitutos ad eosdem scholasteres eligẽdos & ab ordinariis approbandos, etiam per subtractionem fructuũ cogant & impellant. Quòd si iudicio Episcopi digni non fuerint alium, qui dignus sit, nominent, omni appellatione remota, quod si neglexerint, Episcopus ipse deputet. Docebunt autem prædicti, quæ videbuntur Episcopo expedire. De cætero verò officia vel dignitates illæ quæ scholasteriæ dicuntur nonnisi Doctoribus, vel Magistris aut licentiatis in sacra pagina, aut in iure Canonico & alias personis idoneis & qui per seipsos id minus explere posint, conferantur, & aliter facta prouisio nulla sit & inualida nõ obstantibus quibusuis priuilegiis & cõsuetudinibus etiam immemorabilibus. Si verò in aliqua Prouincia Ecclesiæ tanta paupertate laborent, vt collegium in aliquibus erigi non posit, Synodus Prouincialis, vel Metropolitanus cum duobus antiquioribus suffraganeis in Ecclesia Metropo-

nisterii perpetuo inseruituros. Pauperum autem filios præcipuè eligi vult, nec tamen diuites excludit, modò suo sumptu alantur, & studium præ se ferant, Deo & Ecclesiæ inseruiendi. Quos pueros Episcopus, partim cũ ei opportunum videbitur, Ecclesiarum ministerio addicet, partim in collegio erudiendos retinebit, aliosq; in locum eductorum sufficiet ita vt hoc collegium Dei ministrorum seminarium sit. Vt verò in eadem disciplina ecclesiastica commodiùs instituantur, tonsura statim, atque clericali habitu, ex Concilij præscripto, semper vtentur, grammatices, cantus, computi ecclesiastici, aliarumque bonarũ artium disciplinã discent. Sacram Scripturam, libros Ecclesiasticos, homilias Sanctorum, atq; sacramentorum tradendorum: maximè quæ ad confessiones audiẽdas videbuntur opportuna, & rituum ac cæremoniarum formas, ediscent.

 tropo-

gari commendatione fultus ſuſcipitur, eique committitur erudienda pueritia, accuratiùs enim quidam circunſpiciunt cui committãt vnum equum aut canem venatorem quàm cui credant totius ciuitatis pignora.[c]

Adde inextricabiles huiuſmodi Impoſtorum errores, quibus contra veræ religionis cultum inſtituuntur pueri & ad peſsimum vitæ callem introducuntur.

Sapientiùs meo iudicio & eorum omnium qui charitatis puro zelo ferueſcunt, prôuideretur, ſi nemo ad Gymnaſiaſticam præfecturam ſuſciperetur qui prius fidei & religionis Catholicæ profeſsionem non exhibuiſſet apud Epiſcopum cum præuio morum & doctrinæ examine. Sibi ipſi congratulabatur olim optimus Archiepiſcopus Lugdunenſis Ledradus [d] quod literarum penes ſe haberet Azylum in quo non minus moribus quam doctrina inſtituerentur pueri.

Tales enim Ludimagiſtri debent eſſe qui nòn fidei modo puritate, ſed etiam vitæ morumq; integritate & doctrina quantum fieri poterit præſtent. Cuiuſmodi homines publicè conduci curabit Epiſcopus populiſque perſuadere conabitur, impenſis minimè in re tanti momenti eſſe parcendum vt, quoad eius fieri poteſt, excellentes non ſolùm literarum magiſtros ſed vitæ præceptores adhibeant ad liberorum diſciplinam.

Magiſtrorum autem ea ſit cura præcipua vt cùm à ſcholis obſcœna verba, impudicæ actiones, nugæ, rixæ, contumeliæ, & reliqua huiuſmodi procul omninò ſint, tum verò modeſtia, obedientia, ſilentium, & quæ eſt bonorum omnium morum cuſtos humilitas introducatur.

Libri tantum probatæ lectionis pueris adoleſcentibúſve exponantur. Librorum qui ob Ethnicis conſcripti ſunt is delectus habeatur vt quod etiam librorum indice vetitum eſt in ſcholis non prælegantur, neque explanentur Ethnicorum ſcriptiones de rebus obſcœnis & turpibus.

Diſcipuli fidei Chriſtianæ doctrina firmentur.

Dominicis feſtiſque diebus ad illius Doctrinæ ſcholas perducantur.

Miſſæ ſacro, concioni item, & veſperarum diuino officio

c *Multi pluris faciunt bellum compotorem, quam vigilantem pueritiæ formatorẽ. Exploramus quos præficere volumus rei domeſticæ, ne quis ſutor vltra crepidam ſe ferat, aſt in hoc magno & laborioſo formandæ pueritiæ examine ad omnẽ prorſus functionem inepti, & inſulſi periti nobis videntur.*

d *Pulchrè Ledradus Archiepiſcopus Lugdunenſis in epiſtola ad Carolum Imperatorem hæc ſcribebat. Habeo ſcholas cantorum, ex quibus plerique ita ſunt eruditi: vt etiam alios erudire poſſint. Præter hæc verò habeo ſcholas lectorum, nõ ſolùm qui lectionibus exercẽtur, ſed etiam in diuinorum librorum, meditatione Spiritualis intelligentiæ fructus conſequantur. Hæc ex Paradino in hiſtor. Lugdunenſ. libr. 2.*

cio intersint Magistris etiam curantibus.

Nemo contemnat hoc docendi munus quandoquidem in scholis seminarium fit, non solum Prælatorum & ministrorum Ecclesiæ verumetiam Magistratuum & eorum qui consiliis suis Respublicas gubernat. Quæ si negligantur aut deprauentur, necesse erit & Ecclesias & Respublicas periclitari & confundi. Reminiscamur ab illo semine vberrimas segetes Reipublicæ Christianæ colligi.

OCTAVVS ABVSVS.

§ IX.

INTER varia monstra Christianæ Religionis basim euertere & calumniari satagentia illud est quod Græcis authoritatibus δεισιδαιμονία Latinis Superstitio, qua nihil veritatis cultu dissimilius, nihil fœdius nihil contumeliosius pugnacius, superciliosius ac maledicentius excogitatur. Quæ quidem meritò meretrici propudiosæ comparatur. Nam quicquid in istis publicis lupis est sordium ac scelerum, in hac fœdissima Impostrice inuenietur. Omnem ergò sollicitudinem impendat Episcopus vt extirpetur serpens hoc in plebeculæ cordibus virus, ex quò plurima flagitia promanare sacris, & prophanis constat scriptoribus, verum vt clarius cognita facilius euitetur superstitio sex cornua monstrum hoc habet, Diuinationem, Incantationem, Sortilegium, idolatriam, indebitum Dei cultum & quoddam postrèmum, quod vna voce nō satis commodè designari potest, latissimóque sinu multa vitia complectitur. Nunc carptim de singulis dicendum est. Diuinatio[a] est lues qua homines auent scire vel præterita, vel præsentia, vel futura idque vel apertè inuocatóque nomine diaboli vel implicito quodam fœdere, quo sic affectus honore spiritus nequam suggerat ea quæ inquiruntur, Græcè Mantia, quod grauissimum esse peccatum, & summi Dei, cuius est omnium sciētia proprietati repugnans diuina & humana scripta testantur. Hac multi minus prudētes capiuntur & se se vilissima diaboli mancipia tradunt, qui ab ariolandi stultitia fatuos de dubiis consilia petunt, rerum perquirunt euentus modo ad seductionem promptissimo.

a Græci varias habuerunt diuinationum commenta ex bus vnū docebatur ὀρνιθοσκοπικὴ, qua fit cum volante hac vel illa aue, ante vel retrò, dextrorsum, vel sinistrorsum, quod hoc significet, d ci mus quam diuinationis partem Telegonus inuenisse dicitur οἰκοσκοπικὴ. est cum quis ea quæ in domo contingūt enarrat, quidque hoc portendat, exponit. Verbi causa quoniam in tecto felis, aut serpens aut mus apparuit, aut exhaustum est oleum, aut mel, aut vinum, aut aqua, aut cinis, aut aliud quoddam hoc significat De quo genere opus edidit

Variis

Variis diuinationum generibus multum dementiæ & erroris demerebatur antiquitas Græcorum, nihil non vellicantibus Dæmonum insidiis, variósque de hac edidit libros qui delectiles Censorum grauissimorum spongias pertulerunt Postremò in his omnibus sub nescio qua veri euentus specie somnia & portenta latebant, quibus homines curiosi iuuenes præcipuè prima fronte ludebantur, cum potissimum nulla fides sequeretur diuinatoris commentum, vnde res stolida & fatua hæc pluribus risum mouit & temporis deperditi summum tædium. Habet & superstitio aliud cornu incantationem, quæ nihil intactum præterit (quin noceat quantum in se est) homines, animalia, morbos, & quid non? inuocatis apertè nominibus dæmonum, & infernalis specus furiis, quo superstitionis genere vt (inquit Nazianzenus) nihil vanius dici vel adipisci potest.

Incantatis itaque quaruncunq; mentiũ organis dęmon plurima incommoda inferre solet, qui vt loquitur Augustinus animam inuadit extrinsecus, sensúsque conturbat hominibúsque furores infert. Potest tempestates & procellas in aëre mouere, vt patet Iob 1. & 2. vbi impetrata licentia à Deo (postquam Sabæi quingenta iuga boum & 500. asinas abegissent) ignem de cœlo misit qui septem milia camelorum consumpsit & ventum qui ruina domus filias septem & tres filios Iob cum famulis oppressit. Hæc narrantur in scriptura sacra, licet enim corporea natura non obeat ad nutum angelis (neq; bonis neq; malis) ad susceptionem formæ essentialis sed Deo soli qui creauit eam, tamen ad motum localem spiritui paret naturæ. Indicium sumas ex homine. Membra enim hominis ad solum Imperium voluntatis mouentur. Venti ergò & grandines, ex vaporibus coeuntibus cùm generentur, potest ea procurare Dæmon, adductis ex variis locis terræ exhalationibus vel vaporibus multis in vnum locum. Ex his etiam sequitur non esse omninò pro fabulis habenda quæ à strigis & maleficis (quæ membra & vasa diabolica sunt) dicuntur fieri. Nam Deo propter iustas causas & sibi notas permittente, & omnia diaboli sua opera perpetrãte lædere

Xenocrates ἐνόδιος autem cum in via occurrunt, enarrantur: Vifi occurrere quispiam hoc gestans, hoc tibi accidet: si autem ille hoc tibi eueniet, de quo genere Pollux pertractauit. χειροσκόπος verò cum ex manuũ extensione, & rugis dicimus rem hanc illum manere, vel quod ipsum nuptiæ ambiantur, vel quod liberos procreabit vel huiusmodi aliquid. De quo volumen scripsit Heleam, παλμικὰ denique cum ex corporis palpitatione aliquid cognoscitur, vt si palpitet oculus dexter, hoc indicat, aut si humerus, aut reliqua pars corporis. De quo genere opus elucubrauit Posidonius.

renouatus, magis resurgeret, quàm in quo luctus solatium inueniret. Pòst ergo, vniuersa illa familia, quæ multa Syrophani erat, quo domino adularetur suo, aut coronas plectere, aut flores inferre, aut odoramenta idolo illi succendere consueuerat: quibus veró domini furorem excitasse scelere, aut flagitio contigisset, mox venia dabatur cum ad simulachrum confugissent, factúmque est non multò post, vt quos affectus ipse ad idolum non trahebat, timor flores atque thura certissimo suæ salutis collatori offerre cogeret, deinde lapsu temporis inualescens impia consuetudo pro lege seruata est. Petrus Galatinus lib. 4. cap. 20. Idolorum cultum ad Nembrotum Assyriorum tyrannum refert, quippe qui homines igni sacra facere, & colere coegerit. Hęc autem de crassa illa & externa idolorum inuentione cultúque per cruentas siue hominum, siue brutorum victimas intelligenda modò censerem. Quandoquidem peccatum Angelorum, & primorum parentum, idololatriam spiritualem, & internam nominant Ambrosius in 6, cap. ad Rom. & August. Quæst. 83. ex nouo testamẽto.

Opinantur in magna Genesi Hebræi, Caini, improbam progeniem inualuisse, Deúmq; & eius de Mesia promissione nihili duxisse: Enosum verò Dei inuocationem renouasse, cæteris ad Idololatriam procliuioribus, quorum iudicium approbat & laudat Oleaster Lusitanus Com. in Genesi.[e] Verum quemadmodum Idolatria malis omnibus si temporis ratio habeatur posterior est, ita quantum ad mali grauitatem atque atrocitatem primum locum sibi vẽdicat. Extremum enim malorum dici potest, vt finis & cumulus, & quia vltra eam nullum aliud scelus progredi atq; extendi potest. Ante enim Christi aduentum vbique Satanas impotenti Tyrannide grassabatur per horribilem veri Dei ignorationem, & execrabiles idololatrias. Apostolus vocat tempora ignorantiæ & cæcitatis. Erant vniuersæ gentes sine lege sine testamento, sine Deo.[f]

Appareat iam tandem quartum cornu superstitionis cultus indebitus qui in perniciosum ac superfluum discinditur imò quadruplici sectione Lernæum aliquod malum infœlici fœcunditate minatur. Nam perniciose qui religionis

e Quinetiam Iustinus Martyr protoparentes nostros è paradiso eiectos dicit: quod Deos crederent, qui non essent, Deorúmque nomen posteris tradidisse, Ambrosius lib. de Paradiso. ca. 13. Serpentem vocat originem idololatriæ. Obseruant quoque Clemens 2. Recogn. Theophilus Antiochenus 2. ad Auto. & Iustin. orat. Serpentem primum omnium Deos multitudinis numerũ nominasse, vt tetrum errorem sensim inter homines introduceret.

f Hic pro Deo truci minitans falce Saturnus qui membra virilia amputauit patri, qui filios præter Iouem deuorauit, adorabatur, illic Iuppiter capræ lacte nutritus, & Curetib. pulsantibus tympana, educatus, adulter, corniger, & lasciuus venerabatur, isthic Mars homicida, aut omnium Latrociniorum artifex Mercurius colebatur. Hoc loco laidi autre neri turpissi... ac præ...

religionis aduerſatur veritati triplici ramo ſyluеſcit. Plerunque enim homines volunt colere Deum ritibus nequaquam ab illo receptis, vt puta ſi quis nunc Iudaicas ceremonias reuelat in Eccleſiam, à quo tamen cornu minus eſt periculi, quod inualuerunt multò deteriora. Nam pro Iudaicis Aegyptiacos dies, (vt vocat Auguſtinus) atque Ethnicorum obſeruationes recipimus, vt plerique diebus Lunæ nihil audeant operis aggredi, alij, alia ſibi eligant opera, legationibus, emptionibus, ſubſtructionibus certos ſibi dies alij præfigant, cum in huiuſmodi Chriſtianus eandem iudicet cunctorum dierum rationes, & quamuis diebus Veneris cum Apoſtolicis ieiunet, diémque Lunæ habeat inter legitimas pœnitentiæ ferias, rebus tamen gerendis non vnum altero magis aptum æſtimat. Quod ſupereſt pernicioſi cultus partim in falſis religionis partim in fictis collocatur miraculis. Et prius illud examinarunt diligentiſsimè Tridentini patres, ſi modo ſeruaretur, quod illi religioſiſsimè ſanxerunt, nimirum vt incertæ pernicioſæque reliquiæ, ſummouerentur, omnis quæſtus & mendicitas tolleretur, nihilq́; deinceps proderetur niſi diſcuſſum & permiſſum ab Epiſcopis.

meretricibus, illo, Vulcano, Proſerpina: aliis, inſuper vmbilibus monſtris, vmbris ac furiis, iſtis autem Soli, Lunæ, ac veneri ac militiæ cœli ſacra faciebant.

a Oportet nos non cinetibus tantùm magiſtris obedire, ſed Apoſtolicis etiam ipſis, atque doctoribus, Sacræq; Scripturæ Spiritu Sancto plenis interpretibus parere, neque illis per minas & terrores aliquos obſiſtere, aut aliquo pacto aduerſari.

Hæc ſunt cornua nephandi illius ſuperſtitionis monſtri quibus impetit multorum animos à vera & Catholica doctrina exules. Omnes autem artes huiuſmodi vel nugatoriæ vel noxiæ, Impoſturæ, ex quadam peſtifera ſocietate hominum & dæmonum, quaſi pacta infidelis & ſcádaloſæ amicitiæ conſtituta, penitus ſunt repudiandę & refugiendæ Chriſtianis.

VLTIMVS ABVSVS.

§ X.

PRÆLATIS Eccleſiæ ſpontè præbendam eſſe obedientiam docuit Paulus cum dixit, Obedite Præpoſitis veſtris & ſubiacete eis. Obedire præcepimur (inquit Gregorius) non diſcutere vitam prudentum quos qui ſpernit Deum ſpernit. [a]

Concilium Romanum ſub Syluestro Papa ducentorum

octuaginta

octuaginta quatuor Episcoporum can. 17. sic habet. Nemo peccantem clericum cede attingat, non presbyter Diaconus, non Episcopus, sed si causa ita exigit clerici triduo priuentur honore: & habetur primo vol. Cōcil. Hoc est quod Apostolus præcipit primæ ad Timoth. 3. Oportet Episcopum non percussorem esse, ne videlicet propriis manibus aliquem cedat, inquit Gratianus dist. 86. c. Tanta. Idémq; refert sequenti capitulo scilicet, non liceat.[b] Et habetur 23. q. 5. vbi gloss. inserit certos casus in quibus laici possunt ad hoc illos instigante & hortante Ecclesia agere in clericos. Primùm in Schismaticos vt vult Pelagius Papa 23. q. 5. cap. de liguribus.

Deinde si quis pecunia vel gratia humana aut populari seu militari tumultu sine canonica electione fuerit Apostolicæ sedi intronizatus, tunc tanquam Apostaticus poterit per Ecclesiam implorato humano auxilio à sede Apostolica pelli: vt habetur 79. dist. cap. Si quis pro pecunia.

Tertiò quotiescunque clericus est ab Ecclesia degradandus & postea degradatus tradendus brachio sæculari ab eodem puniendus quod tripliciter contingit videlicet si Clericus contumax & suo Episcopo inobediens aut si ei insidias parauerit aut contumeliam vel calumniam, aut conuicia intulerit & conuinci poterit, mox depositus Curiæ tradatur sæculari. Et recipiat quod iniquè gessit. Ex Pio Papa 1. q. 1. cap. Si quis.

Similiter clericus hæreticus probatus & conuictus omni Ecclesiastici ordinis prærogatiua nudetur ac omni officio & beneficio spoliatus Ecclesiastico, sæcularis relinquatur arbitrio potestatis, animaduersione debita puniendus vt definit Lucius Papa 3. de Hæreticis. cap. ad Abolendam. Præterea falsarius literarum Apostolicarum vt vult Innocentius 3. de crimine falsi cap. ad falsariorum. Licet mitius agendum cum dictis falsariis decernat idem Innoc 3. in c. Nouimus.

Quartus casus quo clericus tradendus est brachio sæculari inuenitur in clerico incorrigibili qui post depositionem excommunicationem incurrit, & crescente malitia tradi poterit brachio sæculari, vt habetur de Iudiciis c. cum

[b] Non liceat. Episcopo manibus suis aliquem cedere, hoc enim alienum à Sacerdote esse debet. Super quo glossa docet, & inquit per quem castigandus sit clericus Episcopo inobediens. Pu... autem Episcopum clericos rebelles, & inobedientes, ac reliquos alios deuerentes vinculis, & detentione in carceribus, prout dictum est iam suprà, cùm de huiusmodi pœna hæreticis infligenda ageretur in fine 3. c. huius Classis, vel eos potestatibus sæcularibus tradat puniendos, prout in sequentibus casibus contingit, propter quos dicit Isidorus Principes sæculi nonnunquam intra Ecclesiam potestatem adepta culmina tenent, vt per eandem potestatem disciplinam Ecclesiasticam muniant.

cum non ab homine. Et 3.q.4.cap. Clericus. Et vbicunque deficit Ecclesiastica potestas, semper recurritur ad brachium sæculare 11.q.1.c. Petimus & 23.q.5. capitulis. Principes & de Liguribus.

Sed non debet Episcopus quemlibet depositum cum suo sit functus officio nec duplici debeat ipsum contritione conterere pro suis excessibus iudici tradere sæculari volunt itaque omnes præfati summi Pontifices in suis illis decretis Ecclesiasticos sceleratos tunc non tradendos brachio sæculari, sed recludendos carceribus quando hoc commodè facere possunt Ecclesiæ Prelati. Et quando satis per huiusmodi reclusionem precluditur via dictis criminosis ceteros inficiendi & similia patrandi, & hoc est quod rectè diffinit Cœlestinus 3. in cap. cum non ab homine. de Iudiciis. dicens à nobis fuit quæsitum vtrum liceat regi vel alicui sæculari personæ iudicare clericos cuiuscunque ordinis siue in furto, siue in homicidio vel periurio seu quibuscunque fuerint criminibus deprehensi. Sequitur Responsio. Consultationi tuæ taliter respondemus, quod si clericus in quocunque ordine constitutus in furto vel homicidio, vel periurio seu quibuscunque fuerit criminibus deprehensus legitimè atque conuictus ab Ecclesiastico iudice est deponendus, qui si incorrigibilis fuerit excommunicari debet, deinde contumacia crescente anathematis mucrone feriri, postmodum verò si in profundum malorum veniens contempserit, cum Ecclesia non habeat vltrà quid faciat, ne possit esse vltra perditio plurimorum per sæcularem comprimendus est potestatem, ita quod ei deputetur exilium vel alia legitima pœna inferatur. Hæc Cœlestinus Papa 3.

Bonifacius 8. authoritate Apostolica prohibet omnibus principibus potestatibus sæcularibus sub pœna excommunicationis quam eo ipso incurrant, ne in prædictis Ecclesiasticos molestent, nec scienter, præstent consilium vel fauorem publicè vel secretò. Ex his patet quomodo & à quibus corrigendi sint clerici Episcopis subditi quibúsve gaudeant priuilegiis, vnum tamen attendant cum præmissis Episcopi, quod cum Papa mandat ordinario vt corrigat clericos

d Vbi verò clericus quantumcunque criminosus corrigibilis est, & corrigi potest per Ecclesiasticam potestatem non inuenitur in iure tradendus Ecclesiæ sæculari. Et hoc est quod habet Eugenius in cap. Sacerdos dicens quod Sacerdos aut quiuis alius in ordine Ecclesiastico prouectus, si in eo scelere inuenitur. Quo abuciendus comprobetur depositus prouidentia Episcopi bene prouiso loco constituatur, vbi peccata lugeat & vlterius non committat. & simile habetur in cap. seq ex Concil. Maguntiensi & de verb. signif. dicens, Pro illo verò falsario scelerato, quem ad mandatum nostrum capi fecisti hoc tibi duximus consulendum, vt in perpetuum carcerem ad agendam pœnitentiam, ipsum includas pane doloris, & aqua angustiæ sustentandum, vt commissa defleat & deflenda vlterius non cõmittat. Et quod habet Alexander

clericos suæ diocæsis, per hoc non datur ei iurisdictio correctionis super exemptos. Vt habetur de Officio Iudicis ordinarij, cap. 19. & de statu monachorum. cap. primo.[e]

Iuxtà sententiam quorundam Canonistarum Clericus torquendus est semper à clerico quia per Laicum neque prelati iussu torqueri potest, & iubentes clericos per laicos torqueri sunt excommunicati. Quod quidem fieri possit in minoribus torturis quæ tamen propriè torturæ apellari non debent, veluti Clericos in carcerem introducendo ferreos compedes admouendo, virgis cedendo aut id genus alia faciendo, vt etiam paruis quibusdam instrumentis ferreis manuum digitos comprimendo quibus olim Prælati Monasteriorum per Germaniam vsi feruntur.

Et licet dicamus delinquentibus clericis pœnas esse dandas pro qualitate criminis notandum tamen est, nulla pœna reos esse ab Ecclesia afficiendum quæ verisimile mortis periculum adiunctum habeat. Quamuis enim austeritate carceris, ac cibi tenuitate caro maceranda sit, nō præter modum tamen vt viuere ac sustentari nequeat. Quod si carcer tam asper ac durus est vt clericum post dies paucos extinguat, Irregularitas contrahitur. Hinc Baldus in l. penult. c. ad l. Aquil. ait Episcopos si collocarent aliquem in loco tam arcto, vt sat aëris non haberet, vel cibi tam parum darēt, vt moreretur fore irregulares.[f] Vnde Iudices Ecclesiastici cum perpetuò carceri aliquem addicunt, cauere debent, ne aëris defectu, vel cibi inopia moriatur. Vide Card. in Clement. 1. de pœnit. & remiss. in q. 7. vbi citādo Laurentium ait eos, quia quempiam ad huiusmodi carcerem coniiciunt, vt propter summas loci augustias in eo vltrà sex dies aut octo non viuat, homicidas vel irregulares existimari, quia talis pœna hominem affligit cruciátque magis quàm patibulum. Si vèrò damnatus ad perpetuam carcerem aliter, vt notat Baldus in l. 1. c. de his qui ad libet. perue. non possunt quem adducit Ioan. de Ana. in c. vltimo. de hom. nu. 8. Vide Felinum in cap. Qualiter 2. de accusat. §. ad Corrigendos. Col. 5. in prin. Quapropter Iudex Ecclesiasticus diligenter curare debet, ne quid tale sua culpa eueniat, si irregularitatem effugere

3. in cap. At si clerici. de iudiciis in fine cap.

e Ita sentiunt Anton. & Anchar. in cap. vt fama. de sent. ex comm. vbi refert Abb. ibi in fin. & sequitur Decius in ca. dilectis. de appellat. in princip. & Fel. in cap. vniuersitat. de sent. excom.

f Idem notat Abb. in cap. à nobis. de Apost. citando Io. And. vide Io. Ana. in ca. 1. de collu. detegen. & in c. Qualiter & quando. el. 1. §. fin. versic. Nunquid autem Episcopus. de accus. Et Matth. de afflictis. in 1. lib const. Sicilia. fo. 129. col. 3. & Marca. in repet. cap. ad audientiam. de homi. 2. col. 31. versic. 58. Quæro.

velit. Quod si apud se habet clericum custodia septum, in quem pro admissis flagitiis dignè animaduertere non possit, cum degradatum foro sæculari tradat iuxtà leges puniendum.g

Videat præterea Iudex ne odio indignationéque moueatur, sed solùm Iustitiæ zelum ob oculos habeat, summum amorem ostendat, reuerentiam honorémque reo exhibeat & omni actione magnam præ se ferat modestiam. Cùm primùm autem facti veritatem inuestigarit à reo ipso cõfirmatam si dignus degradatione videbitur, omissa alia quacunque tortura, hominem degradatum iudici sæculari tradat, si ita oportuerit vt ad æquitatis ac legum ciuilium proscriptionem meritas pœnas luat.

g Proinde rectè ait Io. Bernard. Diaz de Luco. in suis aureis decisionibus, si in ciuilibus magistratibus, in torquendis reis, crudelitas abesse debet, quantò magis ab Ecclesiasticis iudicibus fugienda est? præcipuè quis sæpiùs tortura cogit innocentes ipsos dolore cruciatus fateri delicta, quæ non perpetrârunt, quia vt dicit Ambrosius in Epistolis, nimia seueritas extorquet plerumque crudelitate mendacium.

DE EPISCOPIS ACCVSANDIS NECNE.

§ XII.

BONIS viris semper sunt sui Sathanæ, petit alta liuor, insidiantur maximo Episcoporum honori calumniæ, ruunt hinc & inde accusatorum impetus aduersus pontifices quos damnandos arguendos & deferendos clamant non sufficiunt mille tormenta istis excidium prælatorum flagrantibus, vellent eorum mali animi vno ictu sacrã hanc propaginem absumi, sed his leuiùs non est credendum, vt præclarè innuit Ignatius Rhemensis in libro de variis capitulis Ecclesiasticis cap. 29. & 52. obseruatione eleganti & vera. Post Apostolos (inquit) Romani Pontifices tam in potestate quam in prædicatione eorum successores, Ecclesiasticam disciplinam studiosissimè suis institutis informasse & informatam propagasse reperiuntur & hoc vtique diuerso modo sicut enim ipsi Sanctæ Ecclesiæ diuersis temporibus præfuisse leguntur, ita & diuersè suis temporibus consuluisse inueniuntur, nam à Beato Petro vsque ad sanctum Syluestrum variæ & creberrimæ persecutiones fuerunt, in quibus Episcopi, vt potè capita aliorum maximè periclitabantur. Vnde & Romani Pontifices illius temporis multipliciter eos pro qualitate personarum, necessitate rerum, opportunitate temporum. scriptis suis consolati sunt, in quibus de eorum iudiciis multa vel

* In eos qui maiorũ delicta senectus suspiciunt, & aliena vita censores, crudeliores videri volunt.

vel penè omnia ſtatuerunt in improborum præſumptionē vt eos ab illorum infeſtatione compeſcerent quoquo modo, quippe atteſtante S Fabiano Papa, & Martyre ipſi Apoſtoli eorúmque ſucceſſores ſtatuerunt, vt Epiſcopi aut nunquam accuſarentur, aut difficilimè accuſari permitterentur. [a]

Beatus autem Gregorius Papa Ioanni Corinthiorum Epiſcopo ſcribens Paulum, Euphemium, Thomam, Clementium Clericos damnauit, eò quòd proprium eorum Epiſcopum pro quodam crimine accuſare non obedierint. Idem etiam Apoſtolicus Pauli Diaclinæ Ciuitatis Epiſcopi à clericis ſuis pro corporali crimine accuſati, atq; conuicti depoſitionem intantum confirmauit, vt eum etiā communione priuandum iudicaret, ſi deinceps aliquid de Epiſcopatu vel loqui præſumeret. Sed æqua bilance omnia trutinentur. Multum Eccleſiaſticæ diſciplinæ derogaretur, ſi nunquam huiuſmodi accuſatio concederetur, nā pauci Prælati illius perfectionis inuenirentur, qui non tāto magis ſe & ſubditos in diſciplina negligerent, quantò magis ſe per accuſationem eorum ad aliquod iudicium coercendos deſperarent. Subditi tamen nequaquam hoc abſque maioris poteſtatis auctoritate præſumant, ne dignam ſuę damnationis ſententiam iuxtà ſtatuta ſanctorum Patrum excipiant.

Item Fœlix Papa omnibus Epiſcopis ſcribens, abſente inquit aduerſario non audiatur accuſator neque ſententia abſente alia parte à iudice dicta vllam obtinebit firmitatem Item ſanctus Cornelius Papa, omnia (inquit) quę aduerſus abſentes in omni negotio aut loco agūtur aut iudicantur, omninò euacuabuntur, quoniam abſentem nullus addicit nec vlla lex damnat. Zozimus autem Papa in 33. can. 207. Affricani Concilij quemlibet accuſatorem, ſiue accuſatum etiam abſentem communione priuauit quicunque poſt canonicam vocationem venire contempſerit. Item Bonifacius Papa ſucceſſor eiuſdem incontumaciter abſentem decreuit, ne dilationem ſententiæ de abſentia lucraretur. Beatus quoque Gregorius Maximum præſumptorem Salonitanum non ſolùm pro illatis criminibus ſed

[a] *Beatus Fabianus Papa & Martyr teſtatur, ſi accuſatio Epiſcoporum tam facilè & paſſim admitteretur, perpauci omnino inuenirentur, qui pro tempore Epiſcopatum non fugerent, cum & quotidianam mortem ex perſecutione timerent: neque tamen improborum accuſationem declinare poſſent. Sanctus etiam Anacletus Papa & Martyr ad vniuerſos Epiſcopos Italiæ ſcribens deiectionem, ſiue damnationem Epiſcoporum ſibi Dominum reſeruaſſe fatetur, quaſi hominum iudicio ſubiacere non videantur: neque mirum hac eo tempore iudicaſſe, cum acerrima perſecutio, non niſi perfectiſſimos ad Epiſcopatum venire permitteret, quippe qui iam pro Chriſto omnia extrema pati non timerent.*

bus sed etiam pro absentia damnădum iudicauit eo quod canonice vocatus venire distulerit. Itē Theodorus Papa Paulo Constantinopolitano scribens præcepit, vt Pyrrhum eiusdem sedis quondam episcopum absentem damnaret, quia, inquit, præsentia eius necessaria non est, cuius excessus præsens est.[k]

Tandem vt præscribatur leuiori calamo limes, sciamus inferiorem sedem superiorem absoluere non posse, Sola enim potior, inferiorem conuenienter absoluit. Hinc liquidò peruidetur, quia quem non potest absoluere non potest iudicio inferior potiorem ligare. Nicolaus Papa vir intrepidus, magnę authoritatis, Clāculario acusatores & sacerdotalis dignitatis delatores perfidos & iniquos meritis pœnis prosequebatur, & scribēs Ludouico Imperatori Romanorum d. 96. c. scripturis, ait, In scripturis narratur Cōstantinum Imperatorem dixisse verè si propriis oculis viderem Sacerdotem Dei aut aliquem eorum qui in monachico habitu circumamicti sunt, peccantem, chlamydem meam explicarem & cooperirem eum ne abaliquo videretur. Hæc quidem diximus vobis cautos vos reddere cupientes, vt si de Domini sacerdotibus qui verè patres sunt aliquid contigerit vos audire quod confusionem piis mentibus ingerat, non infrunitum sed pudoratos filios Noë imitantes dereliquo verecundiam contegatis, vt quemadmodum & illi benedictione repleti moderante domino mereamini.

Sancti Patres (inquit Igmarus) frequentisimè prohibent, ne oues suum Pastorem, nisi in fide errauerit accusent, subditósque accusatores Prælatorum excommunicandos infamandósque censuerunt.

b Item Fælix Papa Achatium Constit. absentem damnauit, cuius sententiā Beatus Gelasius successor eius irrefragabili approbatione canonicam demonstrauit, neque planè dubitauerim, quin plures inueniantur, qui ita absentes sententiam damnationis exceperint, quàm qui præsentes canonica examinationem, & damnationem expectauerit.

a Episcoporum tamen depositio ad solum Romanum Pontificem pertinet, vt probe & iuste Tridentino Concilio sancitum est. Causæ criminales grauiores contra Episcopos, etiam Hæresis quod absit, quæ depositione, aut priuatione digna sunt, ab ipso tantum Summo Romano Pontifice cognoscantur, & terminentur. Quòd si eiusmodi sit causa quæ necessario extrà Ro-

A QVO EPISCOPI DELINQVENTES VENIVNT PVNIENDI.

§ XIII.

TRIDENTINA Synodus Episcopos[a] hęreticos ipso iure deponendos & puniendos docet, sed nunquam nisi coacta & compulsa veluti Clemens & benigna mater Ecclesia solet mucronis sui potestatem formidabilem

exercere,

exercere,sed omnes plausibiliter ad pœnitentiam inuitat, déque nostro torpore varias emittit querimonias iusto dolore percita, eásque testatur generale Concilium Lateranense sub Innocentio tertio cap. 17. in hunc modum Dolentes referimus quod non solum quidam minores clerici verumetiam & aliqui Ecclesiarum Prælati circa comessationes superfluas & confabulationes illicitas vt de aliis taceamus ferè medietatem noctis expendunt & somno residuum relinquentes vix ad diurnum concentum auium excitantur, transcurrendo vndique continuata Syncopa Matutinum. Sunt & alij qui Missarum solennia celebrant vix quater in anno & quod deterius est interesse contemnunt,& si quando dum hæc celebrantur intersint,chori silentium fugientes intendunt exterius collocutionibus laicorum,dumque auditum ad indebitos sermones effundunt aures intentas non porrigunt ad diuina Hæc sacrum Concilium, & habentur de celebratione Missarum cap dolentes:Adde,sunt multi ignari,sunt multi peruersorum morum & vitam in scandalum populi transigentes, sunt perplures bonorum Ecclesiæ dilapidatores in sua sede non residentes & officium pastorale non exercentes,& alij quorum negligentiam explicat Gregorius 9 lib.1. decretal. cui titulum decimum præfixit qui est de supplenda negligentia prælatorum. Quis ergo his malis medebitur,quis hos corriget & puniet?quis erit horũ scelerum iudex.Non magistratus,non secularis potestas,nam vt Gregorius Papa asseuerat semper est effectum in Sacerdotali Concilio de Sacerdotibus iudicia prouenire quia qualescunque Pontifices sint etsi errore humanitus accedente(non tamen contra religionem vllatenus excedentes)nullatenus videntur à seculari potestate posse percelli. Ratione id probatur,quia potestas laica subditur potestati Ecclesiasticæ,ergo non habet iudicare de Prælatis Ecclesiæ & illos delinquentes punire, assumptum docet & testatur Clemens 5.in cap.Omnes.de Maioritat.& obedientia dicens,Omnes Principes terræ & cæteros homines Episcopis obedire Beatus Petrus præcipiebat. Gregorius in Epistola ad Hermanum Episcopum Metensem sic habet,

manum curiam fit, communi tamen nemini prorsus ea committatur, nisi Metropolitanis aut Episcopis à Beatissimo Papa eligendis. Hac vero commissio, & specialis fit, & manu ipsius sanctissimi Pontificis signata, nec vnquam huic plus tribuat, quàm vt solum facti instructionem sumant, processumque conficiant, quem statim ad Summum Romanum Pontificem transmittant, reseruata eidem sententia diffinitiua. Minorum verò criminales causæ Episcoporum in Concilio tantùm Prouinciali cognoscantur, & terminentur, vel à deputandis per Concilium Prouinciale.

Quis dubitet Sacerdotes Christi regum & principum omniúmque fidelium patres & magistros censeri, nónne miserabilis insaniæ esse cognoscitur si filius patrem, discipulus magistrum sibi conetur subiugare & iniquis obligationibus illum suæ potestati subiicere à quo credit non solum in terra sed etiam in cœlis se ligari posse & solui, Et habetur 95.dist.cap. Quis dubitet. Probatur primò ex Cōcilius Chalcedonen.can.9. Si clericus aduersus clericum habet negotium, non relinquat Episcopum suum & ad sæcularia iudicia non recurrat &c. Concilium Agathense can. 32. Clericus nullus presumat apud secularem iudicem Episcopo non permittente pulsare, &c. Concilium Carthaginen.3.can.9.& Toletanū.III.can.13.& Matisconense cap.8.idem habent. Secundò probatur ex Imperatorum constitutionibus, nam eximit Iustinianus clericos & monachos à sæculari iudicio in nouellis constitut.79 83.& 123.quamquam non eximit in causis criminalibus, sed solum ciuilibus in criminalibus autem vult à prætore cognosci causam, non tamen cōdemnari clericum nisi prius ab Episcopo fuerit degradatus, at nihilominus lex canonica exemit simpliciter etiam in caussis criminalibus, cui cedere debet lex Imperialis cùm possit Pontifex Imperatoribus iubere in iis, quæ ad Ecclesiæ auctoritatem spectāt. [b]

Tertiò ex Pōtificum decretis, Cuius Papa Epist.ad Fœlicem Episcopum. Nemo (inquit) Episcopum aut reliquos Clericos apud iudicem sæcularem accusare præsumat. Marcellinus in Epistola 2. Clericum cuiuslibet ordinis absque Pontificis sui permissu nullus præsumat ad sæcularem iudicem trahere. Gregorius 2.libro 11. Epist.14.ad Ioannem defensorem: De persona, inquit presbyteri hoc attendendum est, si quam caussam habuit, non ab alio teneri, sed Episcopum ipsius adire debuit. Quartò congruitate & rationis decentia, nā vt diximus absurdum videretur vt apud ouem iudicaretur pastor. Deinde adhuc absurdius esset si hodie prætor posset vocari ad tribunal Episcopi, & cras Episcopus ad tribunal Prætoris. Prætereà absurdum nimis esset, vt terrenus iudex summi iudicis seruos sacratósque homines capiat vel puniat vnde laudatur ab omnibus

b Clerici in criminalibus non subiciuntur laico, & possunt declinare forum, vt est communis opin. Clar. q. 36. Et quòd indistinctè clericus sit ad Ecclesiam remittendus, est communis opin. vt per Vant. de nullit. ex process. fol. 79. no. 50. Et ideò si ex forma statuti in criminalibus nemo debet admitti ad aliquas exceptiones proponendas, nisi personaliter compareat, Si tamen ille qui citatur, est clericus, poterit implorare officium iudicis vt ipse capiat informationem quòd ipse inquisitus est clericus. vide Gramari. consil. 1. post decisionum 14. vide Soc. iun. in consi. 34. in 2. vol vbi dicit, quòd clericus etiam in maioribus cum complicibus simul possunt declinare forum secul.re. Decius post alios in c. at si clerici versic. in eod. glos. ibi clericum.

omnibus vox illa Constantini magni, qui ad Episcopos quosdam, qui collegas suos de nescio quibus criminibus accusauerant, ait, Vos Dij estis, à summo Deo constituti conueniens non est, vt homo iudicet Deos. [c] Vtinam hic mos in hodiernum vsque diem seruaretur Episcopis quibus cœlitus cura data est & authoritas discernendi inter lepram & lepram & iudicandi de gregibus domus Israel, vtinam ciuilis potestas iura Ecclesiastica adeo non ambiret nec ita prophanarentur, vasa domini, nec sic pessumdaretur Pontificius decor. Huius sacri ministerij inuiolabile munus altius cognouit Valentianus Imperator ad Episcopos Mediolanenses pro Archiepiscopo eligendo congregatos loquens, Talem in Pontificali constituite sede, cui & nos qui gubernamus Imperium sincerè capita nostra submittamus & eius monita dum tanquam homines delinquimus necessariò veluti curantis medicamina suscipiamus Et recitatur. dist. 63. cap. Valentianus. ex 7. Historiæ. tripartitæ lib. cap. 8.

c Ruffinus li. 10. hist. ca. . D. Gregorius lib. 4. Epist. . ad Mauritiũ. Eusebius. lib. 2. in Vita Constantin. Gratianus. 11. q. 1 ca Sacerdotibus. August. Epist. 66. Theodor. lib. 1. cap. 7.

Cuius autem sit punire delinquentes Episcopos docet & diffinit Concilium generale Calcedonense can. 9. ita dicens, [d] Si clericus aduersus suum vel alium Episcopum habeat causam apud audientiam Synodi prouinciæ conqueratur, si verò contra ipsius Prouinciæ Metropolitanum Episcopum Episcopus siue Clericus habeat controuersiam pergant ad ipsius diocæsis primates aut certè ad Constantinopolitanæ regiæ Ciuitatis sedem vt eorum ibi negotiũ terminetur.

d 11 q. 1. cap. si clericus.

C oncilium generale Lateranense sub Innocentio 3. c. 30. [e] diffinit quod Concilium Prouinciale [f] puniat Prælatos Ecclesiæ suspẽsione à cõferendis beneficiis indignos promouentes si postquam admoniti ne id faciant præsumpserint tales promouere. Et addit Metropolitani verò delictũ superioris iudicio relinquatur ex parte Concilij nunciandum.

e De præbend. & dignitatib. cap. Graue.

f Totum negotium (vt inquit Leo Epist. 4. cap. 7.) huiusmodi Conciliorum Prouincialium positum est in studio expellendi malum & operandi iustitiam.

Bonifacius 8. in sua extrauaganti communi quæ incipit vnam Sãctam & Catholicam Ecclesiam tit. de maiorit. & obedient. dicit sic. Veritate testante spiritualis potestas terrenam potestatem instituere habet & iudicare si bona

non fuerit, sic de Ecclesiastica potestate verificatur vaticinium Hieremię Prophetæ 1.c.dicentis. Ecce Ecce Constitui te hodie super gentes & regna, ergò si deuiat terrena potestas iudicabitur à spirituali potestate sed si deuiat spiritualis minor à suo superiori, si verò suprema à solo Deo non ab homine poterit iudicari testante Apostolo spiritualibus homo iudicat omnia ipse autem à nemine iudicatur.1.ad Corinth.hæc ille.

DE LEGITIMA ET CANONICA EPISCOPORVM DEPOSITIONE.

§ XIIII.

* Telluris inutile pondus, Episcopus officij sui immemor.

TOLLERARI non potest in corpore humano membrum putridum, nec in Ierarchia Ecclesiastica Christi mistico corpore pars propemodum inutilis, ideo dignitate merito exuuntur Episcopi illi qui tanquam inutilia telluris pondera nihil nisi numerum faciunt inter pias Christi oues, & veluti pestilentissimę vitiorũ sentinæ nihil nisi fœtidum spirãt, tales ruderibus etiam & flagellis grauissimis è domo Dei eiiciendi & propulsandi sunt. Quapropter suspensionis & Depositionis pœnas minatur Ecclesia. De suspensione satis supérque dictum est nunc ad depositionis rationem progrediamur. Deponẽdus est ergò Episcopus in fornicatione aut in periurium lapsus, aut in furto captus quemadmodum & presbyter aut Diaconus ex.25.can. Apostolorum. Et habetur.81.dist.cap Siquis Episcopus. Præterea deponendus est Episcopus ob sui indignitatem per se id est in motibus & in scientia propter quod decreuit Concilium generale Lateranense cap.26.

Item Episcopus ordinans aut promouens ad beneficũ, scienter indignum deponatur ex Concilio Lateran. cap. de Electione.cap.Nihil.&, cùm in cunctis. a

a Indignè promotus est deiiciendus, sicut & indignè promouens puniendus. De electione. cap. Nihil. Imò ob scientiæ defectum, ob quem in electo electio cassatur, vt in c. Quamuis de electione est amouendus, vt ampliùs suprà patuit: cum de scientia in promouendo ad Episcopatum requisita tractaretur.

Insuper Episcopus electus si infra quinque menses negligit consecrari deponatur. dist.100.cap. Quoniam quidem. Similiter Episcopus in cuius domum hospitalitatis causa amicus nunquam intrauit est deponendus cùm talis si electus sit non sit confirmandus nec consecrandus

vt

vt scribit Gregorius Ioan. Episcopo in cap. Florentinum dist. 85.[b]

Episcopus non residens postquam admonitus fuerit si non recederit, & debitum sui officij non exercuerit deponatur ex can. 57. Apostolorum ita habente. Episcopus aut presbyter qui negligentiùs circa clerum aut populum agit nec in pietate eos erudit à communione segregetur si verò in ea socordia perseuerauerit deponatur.

Episcopus dilapidator bonorum Ecclesiæ sicut & Abbas ob hanc causam deponatur tanquam immeritus & damnosus.[c]

Insuper Episcopus præsens & consentiens iudicio mortis est amouendus.[d]

Si Episcopus nouerit crimen in se quo rectè possit Episcopatu priuari, vel infirmitate se adeò prægrauari qua impeditus nullis possit proximis sua prælatione prodesse is est deponendus ex Nicolao Papa 6. q. 13. c. Denique.[e]

Postremò Episcopus negligens in expugnandis hæreticis à sua Diocæsi est deponendus ita statuente Concilio generali Lateranensi cap. 3. Si quis Episcopus super expugnando de sua Diocæsi hæreticæ prauitatis fermento negligens fuerit, vel remissus cum id certis indiciis apparuerit de Episcopali officio deponatur. Et in locum ipsius alter substituatur idoneus qui velit & possit hæreticam cōfundere prauitatem.

Verum quærenti à quo deponi possit Episcopus ob prædictas causas dicendum quod licet Metropolitanus possit Episcopum suum suffraganeum suspendere pro causa rationabili imò & excommunicare vt patet dist. 18. cap. placuit. cap. Si Episcopus. Et 10. q. 3. cap. Quia cognouimus Et suspensum ac excommunicatum declarare 11. q. 3. cap. Si quis Episcopus. tamen inconsultò Romano Pontifice, nemo videtur posse Episcopum à sua sede deponere iuxtà decretum Sixti Papæ tale, Accusatus vel iudicatus in aliqua causa à Comprouincialibus Episcopis accusati causam liceat scrutari Episcopi non tamen diffinire inconsulto Romano Pontifice permissum est.

Superest vt exploremus quibus de causis Episcopus sit

b Aut si hospitalis in clericos inopes non sit, ita decernente can. apostolorum 58. Si quis Episcopus aut Presbyter clerico ex inopia laboranti necessaria non suppeditauerit, à communione reiiciatur.

c De Symon. c. licet. & cap. seq. Similiter, si res, bona, ac diuitias Ecclesiæ alienauerit, aut vsurpauerit, est deponendus. Ex Sexta Synodo generali, vt habetur. 12. q. 2. cap. Apostolicis.

d De excess. prælat. cap. ex literis.

e De Hæreticis cap. excommunicamus. §. vlt. ex generali Concilio Lateranensi.

f 3. q. 6. cap. Accusatus. & c. seq. scilicet. Discutere. Damasius Papa habet, damnare Episcopis absque Apostolicæ sedis auctoritate minimè licet. Etsi videantur quædam decreta in præmissorum opposi-tum ad ea respondet gloss. super cap. Accusatus. 3. q. 6.

ipſo iuro ab Epiſcopatu depoſitus, quarum potior & præſtantior eſt, ſi ſit hæreticus, vt multi putant, verum quia Ecclesia nullam expreſſam de hac re fecit conſtitutionem, ſcilicet quod Epiſcopus factus hæreticus amittit eo ipſo & perdat omnem ſuæ Iuriſdictionis poteſtatem, propterea de hac ipſa re triplex inuenitur doctorum opinio ſuis fulta apparentibus motiuis & probationibus.

Simulat j: Papa in hæreſim lapſus fuerit ipſo iure diuino tūc priuatur Caiet. in Opuſcul. de auth. Papæ.

Prima opinio eſt aſſerentium Papam ſimiliter & Epiſcopum factum hæreticum eo ipſo iure diuino à Papatu & Epiſcopatu & omni Iuriſdictione eſſe destitutum & priuatum.

Huius opinionis primum ropugnaculū eſt authoritas Apoſtoli 1. ad Corint. 3. dicentis Fundamentū aliud nemo poteſt ponere præter in quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus. Vbi Auguſt. De fide & operibus. cap. 16. Si Chriſtus fundamentum eſt (inquit) proculdubiò & fides Chriſti per quam habitat in cordibus noſtris vt habet Paulus ad Epheſ. 3. & ad Colloſſenſ. 1. dicit, quod nos reconciliauit Chriſtus in corpore carnis ſuæ, ſi tamen permanetis in fide fundati. Ex quibus verbis Pauli conſtat fidem eſſe firmamentum, vt ipſa ſublata totum reliquum edificium corruat. Confirmatúrque hæc opinio Doctorum ſubnominatorum ſententia, Cyprianus in quadam Epiſtola ita habet, Qui ergò nec vnitatem ſpiritus nec coniunctionem pacis obſeruat & ſe ab Eccleſiæ vinculo & ſacerdotum collegio ſeparat, Epiſcopi nec poteſtatem poteſt habere, nec honorem qui Epiſcopatus nec vnitatem voluit habere nec pacem. Hæc ille. g

g Et recitantur eius verba 7. q. 1. cap. Nepotianus. in fin. cap. Idem Cyprianus in Epiſtola ad Magnum filium, ait Didicimus omnes omninò hæreticos, & ſchiſmaticos nihil habere, iuris & poteſtatis in Eccleſia Dei, Et paulò poſt Eccleſia, Vna eſt, quæ vna & intus eſſe, & foris eſſe non poteſt, habentúrque hæc verba. 24. q. 1. cap. didicimus.

Beatus Ambroſius ait, Dominus par ius ſoluendi eſſe voluit & ligandi, ergò qui ſoluendi ius non habet nec ligandi habet, & infrà. Certum eſt quod Eccleſia vtrumque licet hæreſis nullum habeat. Hæc Ambroſius. & habentur in cap. Verbum Dei. De pœnitentia diſtinct. 9. Leo Papa primus dicit exortem diuini miniſterij eſſe, qui auſus fuerit à Petri ſoliditate recedere. diſt. 19. cap. Ita dominus Alexander Papa ſecundus ſcribens Valeriano Epiſcopo & Martyri ſic habet. Liquidò conſtat eorum qui ab integritate Catholicæ fidei recedit maledicendi vel benedicendi

poteſtatem

poteſtatem minimè habere,& Catholicum namque vtpotè ſe ſuperiorem maledicere non valet in alienum à fide tanquàm in ſibi æqualem ſententiam dare non poteſt.[h]

Sanctus Thomas 2.2.q.39.art.3. dicit poteſtatem Iuriſdictionis non eſſe in hæreticis, & inde deducit quod non poſſunt à peccatis abſoluere nec aliquos excommunicare nec indulgentias dare. Id videtur probari ratione multiplici.

[h] Ex habentur hæc verba 24. q.1. cap. Audiuimus in fin. cap.

Primùm quidem ſic, Omnis hæreticus eſt ab Eccleſiæ corpore ſeparatus & præciſus quia à fide quam tota tenet Eccleſia ſe diuidit. Qui autem eſt à fide Eccleſiæ diuiſus conſequens eſt vt ab Eccleſia ſit ſeparatus nam per fidem accipimus vnionem ſecundùm Apoſtolum ad Epheſios 3. & per Charitatem viuificationem.

Præterea hæretici vocantur Lupi à Chriſto Matthæi 7. Et Iohan.10. Et à Paulo Actuum.20. Non conuenit autem vt lupus ſit ouiū paſtor, ergo ſimiliter non conuenit vt Papa vel Epiſcopus hæreticus maneat Paſtor. Inſuper cum Eccleſia de hac re adhuc nullum ediderit decretum quo expreſsè ſtatuerit Papam vel Epiſcopum hæreticum eſſe ipſo iure depoſitum vel non de hoc non alia ratione videtur tacuiſſe niſi quia Papam & Epiſcopum qui hæreticus fieret iure diuino priuatum eſſe intellexit.[i]

Secunda opinio eſt dicentium Papam & Epiſcopum, etſi pertinaciter in hæreſim lapſum non eo ipſo diuino iure ſua dignitate priuatum, ſed tantum ſi hæreticus exterior ſit & manifeſtus. Probatur ſic hæc opinio, Quia hanc Pontificiam dignitatem non ad ipſorum Pontificum honorem Deus contulit, ſed ad ſuæ plebis vtilitatem illam inſtituit propter quod per hæreſim ſolam non perditur ſed tantum cum ipſa hæreſis plebi manifeſtatur.

Confirmaturq; hæc opinio ex incōuenienti graui quod alias ſequeretur facilè nam ſi prima opinio vera eſſet frequenter incerti eſſemus de valore & efficacia actionum ſpiritualium per Pontifices occultè hæreticos factas ſicq; confuſio in Eccleſia generaretur & fieret. Hæc tamen ratio inefficax eſt tum quia ferè ſimilibus incertitudo eſt de actionibus ſpiritualibus Chriſtianorum & Catholicorum

[i] Nec refragatur præmiſſis. cap. Si Papa. distinct. 46. vbi Bonifacius Papa & Martyr dicit, Quod Papa à nemine eſt iudicandus niſi deprehendatur à fide deuius Nam cum conſtat de eius hæreſi, non iudicatur, ſed declaratur iudicatus à Deo, & depoſitus. Sic inquam iudicatur per eos, ad quos ſpectat ſua depoſitionis iudicium facere.

Pontificum

Pontificum cum fieri posit & contigere quod tales qui pro legitimis Pontificibus habētur & creduntur humana fide cui falsum subesse potest, veri tamen & legitimi Pontifices non sint aut quia verè non baptizati aut quia non verè instituti aut consecrati, tum etiam casu dato Deus suę Ecclesiæ prouideret & incommodis inde emergentibus misericorditer obuiaret.

Altera ratione firmatur hæc opinio Episcopus in hæresim quantumuis pertinaciter lapsus si ad fidem redeat suæ dignitati sine noua electione restituitur quemadmodum de Episcopo nomine Maximo Donatista facto & ad fidem postea reuerso asserit & testatur Leo Papa primus & de Donato Nouatiano facto & ad fidem cōuerso & reducto.[k]

Tertia opinio non multum dissimilis secundæ est dicētium Papam vel Episcopum in hæresim mentalem lapsum esse quidē & verè hæreticū, quod tamen nunquā hactenus accidisse Osius, Pighius & alij plures dicunt, quibus fauere videtur gloss. super illa verba, Et super hanc petrā ædificabo Ecclesiam meam, vbi exponit Petram, idest, fidei confessionem, cuius quidem Petræ soliditas, basis, & celsitudo tanta est, vt nullis temporum iniuriis & schismatum turbinibus percelli nec dirui posit, eamq; laudibus & dignis Eulogiis celebrare profusa huius operis amplificatione & innumera materiarum congerie laudare volenti, mihi rei grauitas durius facescit negotium. Pensum autem meum satis absoluisse arbitror, & lāpada diuino numine trāditam pro virili satis fœliciter tulisse existimo. Reliqua de Summi Pontificis sede, & sacrorum Cardinalium Ecclesiæ Romanæ illustrisimo honore, opportuno dato ocio in aliud egregius & præstantius volumen relaturus, hæc inscripsisse congratulor iis quibus aliquid habebunt ponderis, quo Ierarchiæ Ecclesiasticæ salubrius consulatur, nec pigebit eos huius impendij, nec nostræ operæ cuius fructus qualiscunque sit Dei gloriæ & Christianæ reipublicæ saluti consecratur.

AVTHOR DE SVO OPERE.

Hic labor inuisus multis vanescet in auras,
Aut rigidi forsan præda Cathonis erit.

FINIS.

[k] *Præsa. pariter ratio nō vrget, non enim ex iuris necessitate, sed ex quadam misericordiæ dispensatione factum est, vt huiusmodi Episcopi in hæresim prolapsi postea ad fidem reuersi sine noua electione suis sedibus restituerentur, vt cap. in habet capitulum, Si quis hæreticus. 1. q. 1. Aut etiā talis restitutio pro noua electione, aut prouisione habenda est, sicut si clericus perpetrauerit homicidium, eò ipso incurrit irregularitatem, priuúsque est beneficio quod habebat. Si tamen ex quadam misericordia, cum illo per Papam dispensetur, Beneficium illi restituitur, & tunc huiusmodi restitutio pro noua collatione existimatur.*

INDEX

CLASSIVM CAPITVM, ET PARAGRAPHORVM OECONOMIÆ

Canonicæ,

PRIMA CLASSIS.

De promotione, vita, moribus, & exercitio, Presbyterorum.

CAPVT PRIMVM.

CAPVT SECVNDVM.

De debita & legitima ætatis & qualitatis ad sacros ordines promouendorum habenda ratione.

CAPVT TERTIVM.

De sacerdotis in diuinis obligatione & exercitio.

CAPVT QVARTVM.

De literarum studio, vitæ moribus optimis, & integritati coniuncto.

CAPVT QVINTVM.

De fugiendo sæcularium rerum delectu & de clericorum pœnis.

INDEX
SECVNDAE CLASSIS
OECONOMIÆ CANONICÆ

De Parochiis & animarum curæ præfectis, tum beneficiorum Iure.

CAPVT PRIMVM.

CAPVT SECVNDVM.

De simoniaca beneficiorum possessione & simoniacorum pœnis.

CAPVT TERTIVM.

De residentia personali Parochorum, & beneficiorum pluralitate.

CAPVT QVARTVM.

De integra & pura pastoralis officij Administratione.

CAPVT QVINTVM.

De sepulturis & exequiis defunctorum Hospitalitate ac depositione Parochorum.

TERTIA CLASSIS OECONOMIÆ CANONICÆ

De Episcoporum dignitate, Episcopatus, & Presbyterij discrimine & optimi Præsulis descriptione.

CAPVT PRIMVM.

CAPVT SECVNDVM.

De electione, confirmatione & residentia Episcoporum.

Episcoporum

CAPVT TERTIVM.

De sanctißimis Episcoporum officiis & legitima prædicatorum mißione.

CAPVT QVARTVM.

De Iurisdictionis & ordinis potestate ab Episcopis debitè & gratis exercenda.

CAPVT QVINTVM.

De corrigendis abusibus & Episcoporum legitima depositione.

INDEX
RERVM ET SENTENTIARVM OMNIVM COPIOSISSIMUS.

A

BB. Clerici

D

L

Neophitus

Papa.

Sacer-

Vinum

X

ERRATA QVÆ OBSCVRIORVM characterum Autographi vitio irrepſerunt.

Pag.16.§.5.lin.8.non atur. leg.non datur.
pag.19.lin.9.extenditur.leg.iniungitur.
pag.56.§.x.lin.7.feritas.leg.ferimus.
pag.77.§.iiij.lin.29. Hæc gloſſa.leg. Hæc in gloſſa.
pag.81.§.6.lin.29.perfecto.leg.perfectio.
pag.89.lo addit.F.hiſtoriographis.leg. hiſtoriographi.
pag.90.§.8.lin.4.repetitu.leg.repetitur.
pag.94.lin.32.fiere.leg.fieret.
In add.a.vlt.otiu.leg.otiu.
pag.118.§.2.lin.33.reſipiſcentam leg. reſipiſcentiam.
pag.150.lin.4.habentur.leg.habetur.
pag.159.lin.1.diminuit.leg.diminuitur.
mulcetur leg.mulctetur.
pag eod.lin.32.do.lege duo.
pag.41.in addit. N. exhauroatur. leg. exhautoratur.
pag.143.li. 19.Pene leg.Pœna.
pag.151.lin.29.prouocar.leg.prouocarit.
pag.163.lin.1.initio & quious quid. leg. iis qui lin.2.Aeneus leg.Atheneus.
pag.167.lin.32.rerum.leg.remum.
pag.168.lin.2.antiquius. leg. antiquis & lin. antepenulti. poſt annum leg. Concedere videtur 14.annum & ſupra.
pag.175.lin.12.ſibi.leg.ſi ibi.
pag.175.lin.8.vana.leg.vacia.
pag.180.lin.15.præſenta.leg.præſentia.
pag.182.lin.12.traioeo.leg.traiecto.
pag 184.lin.20.gratum.leg.gratuita lin.35.poſt vocatione leg.ſecundum.
pag.186.lin.35.poſt debito adde Hanc autem tranſactionem haberet Romanus Pontifex ſuſpectam vt inquit Innocentius. 39. in cap. niſi de præbendis & dignitatibus.
pag.200.lin.31.Palude,leg.Paludano.lin. 34. poſt illud prohibita adde & leg. ſeq. ſed emptio vel venditio eorum quæ iuris tantum ordinatione pro ſacris habentur.
pag.203.lin.3.nec leg. &.lin. 6. poſt conſequuto leg.quis modus.
pag.208.lin.1..vocat.leg.vacat.
pag.116.lin.5.poſt fidem.leg.& bona.
pag.220.lin.3. & 4.akario.leg.altari. lin. 27. Quod ob.leg.Quod ad.
pag.222.lin.vlt.piritalium.leg. ſpiritualium.
pag.225.lin.23.factus leg.taſtus.
pag.226.lin.3.conmtu leg.conmitu. lin.6.peſtilates leg.peſtilentes.
pag.227.lin antepenult.oderem leg.odorē.
pag.228.lin.21. ſuis monach . leg. huc monachus & lin.32.popuo leg.populo.
pag.229.lin.22.anni leg.Canonice lin.26. poſt conſuetudine leg.conceſſa eſt. lin.28.examinatus leg.examinetur.
pag.232.lin.9.concionem leg.concionentur.
pag.135.lin.3.mull a leg.multis.
pag.1 : . poſt ſolum.lin. penult. leg. & addide olim & vbi habetur indigeat.le.indigeret.
pag.277.lin.6.ſi impe liri leg.ie impediri.
pag. 58 . ante§.3. obſeruandas leg. obſeruandæ.
pag.290.lin.4.fine.leg.ſit.Hæc.leg.Hinc.
pag.316.lin. antepenultim. propter leg.propterea.
pag.368.ſe noluerunt leg.reuoluerunt.
pag.383.lin.12.de leg.ex.&c lin.13.de leg. etiā ex.
pag.455.lin.14.Dilucidius hic locus aperienous eſt. Sacerdos in mortis articulo non debet abſoluere niſi pœnitens ſatiſfecerit vel cautionem præſtiterit de ſtando mandato Eccleſiæ, ſi non ſit facultas ſatiſfaciendi gloſſ.in Clem.1. §.pen.de hæret. & cap. ea noſcitur. in fin. de ſent. excom.

Cætera per ſe celerius quiſque emendabit quam huc recurrat.